


8894

10  
20



QVÆSTIONES  
PHYLOSOPHIAE  
NATVRALIS IN TRES  
PARTES DISTRIBVTÆ.

Prima Pars continens *Quæstiones super octo Libros*  
*Aristotelis de Physico auditu.*

A V T H O R E


R.P.M.F.Ioanne Martinez de Prado, Vallis-Oletano, Ordinis Prædicatorum, Sanctæ Inquisitionis Qualificatore, in Complutensi Academia publico Theologiæ Sacré professore in Cathedra Vespertina, & insignis Collegij S.Thomæ Aquinatis Regente,

Sandissima Virgini, & Matri Teresia: & clarissimæ, ac obseruantissimæ eius Familia & PP. Discalceatorum B.V. Mariae de Monte-Carmeli dicata.



Anno

CVM PRIVILEGIO  
Compluti in Collegio S. Thomæ Ordinis Prædicatorum,  
Fr. Didacus Garcia.





# DIVAE TERESIAE VIRGINIS CORDI SACRATISSIMO

**S**cientia Naturalis, quam Nu. i.  
Angelico Interpretate lu-  
mine ab Antiquis accepi  
mus (ò Virgo altè nostro  
cordi incisa) determina-  
ta ad vnum illud sanctissi-  
mum Cor tuum, tot lu-  
minum ardentissimū fontem, naturalior eu-  
dit, & luminosior; quippe quæ arbitrij decli-  
nans, & contingentiae iura, non tam ens mobi-  
le, cui maritat, pulsat ad speciem; quam vitalis  
simum principium motus recolit ad vitam.  
Vulgarem naturam impulsu meditata genita-  
li de commercio deuotionis nostræ, sibi decer-  
nit nobiliorem; Amorem, inquam, quo estuas  
flagrantissimum, qui, sicut & natura, principiū

Marsili⁹,  
in Dion.  
de Diui-  
nis No-  
minibus.



# DIVAE TERESIAE VIRGINIS CORDI SACRATISSIMO

Cientia Naturalis, quam Nu. i.  
Angelico Interpretate lu-  
mine ab Antiquis accepi



*motus est, & quietis. Quem de tuo sanctissimo diuinitus hiulco corde, totius charitatis soluto gurgite, cuius accessione certior fiat, & dulcior, importuna sibi haurit religione, ut vnius dulcissimi cordialis poculi præcaueat melle, quæ tot sensibilium mole, & corpora timet fatigare.*

2.

Ecclesia  
Act. 1. v.  
18.

*Addimus scientiam, addimus, & laborem; quod illa mobilior, eò importuniorem. Horret ingenia, non tam demonstrare, quam motus subire perpetuam passionem; verum sibi cōgruens Phyllosophia scientia affecta, & nominis etymon consentanea, non tam scientes, quam scientiae efficiens amatores, affectissimo cordi se supponit mortalium: cuius euibrato fulmine præinspecto vulnere, suis cultoribus benè consulens, & colorem ducat, & calorem, robur induat, & sanguinem, pariter & illam flammatissimi amoris tui, propriæ adiiciat naturam, vnde ad primum motorē moueat, de qua quos semel suscipit dirigendos, quiescant in adepto. Nec gentili gradu pedes ducto, terram numquam terere desinentes, in illam cuncti motricem formam pateretur mentes trahi, quæ de Christiano, & Religioso erūpens pectore, alifero vehitur axe; teres semper ille, quippe circa quem currus iugiter vertitur*

titur rotata , Tereti amoris agitato pennis , ceu  
axi accommodat se cordi illi in proprij spiritus  
diuortio , ad pulsum tuorum alumnorum ad-  
huc viuo , circa quod ocius nostra , Naturalis  
Phylosophiæ rotula in summum recurrit con-  
ditorem , sub cuius alis dom excipitur , plumas  
induit , quibus destitutæ , & à prophanis paren-  
tibus fœdatæ sub limo , non inuidet iam facta  
sublimis . Absit à tuis seruulis gloria nō solida ,  
qui amore in tui pectoris alarum instar mētes ,  
ne ad inferiora labātur , per sublimia nouimus  
sustinere .

Dicitus ille est , quem Orpheus alatum in  
Hymnis canit , per quem & Plato *sublimes ani-*  
*mas diuina pulchritudinis pennas* ( inquit ) *re-*  
*cuperare , quibus in cælestem patriam denique re-*  
*uolent . Et hic animæ nostræ naturalis halitus*  
de pennato corde tuo , cui ceu pullus innida-  
tur , ad vniuersæ naturæ patrem pennulis dona-  
tus non reuoleat ? Non credo , imò ea cordis le-  
ge , qua tractu , & pulsum mouet , vehementi ad se  
tractum amore , celerius in eundē recursurū ,  
de eodem pulsum confido ; cui , sicut cuiusque  
animantis cor , esse omnium motuū , qui sunt  
in animali principiū , ita , & per tuum placuit  
cuncta nostra moueri vitalia .

Motui cæli in mundo , simillimum cordis

3.

In Phæ-  
dro .

D. Tho.  
de motu  
cordis ,  
Opus. 35

4.

¶ 3 motum

S. Tho.  
I.p.q. 18  
art. 1. ad  
1. & O.  
pusc. 35.

motum in animali, Angelicus Præceptor nos  
edocet, totum præstans moueri animanti, ea  
cœlesti ratione, qua mundi motus de cœlesti  
sunt; siue me mundum minimum, siue animal  
reputes de te cœlo diuinitus moto, de tuo cor  
de fulmineo commoto iaculo moueort totus,  
moue cōtinuo, vt cœlum decet, vt cor moue,  
quamdiu vixero, & supra cordis ingeniū, nec  
per motulam quiesce, de qua certius viuo, quā  
de corde, aut quod rapuisti repetundarum le-  
ge (ò prædatrix cordium, quorum curam a-  
gis) redde, vel sponte oblatū. Non illud, quod  
eripuisti repeto, displicet si iterū nostrum sit,  
& desinat esse tuum, ditissimum illud omniū  
virtutum cimelium, quo & regnatura in cœlis  
vixisti, & de Deo triūphans in terris ipsa sum-  
mi Iouis arma vici, reposcimus; hoc propriū  
post mortem redde, quæ rapere aliena non ces-  
sas, nec post huma. Illud sagitta confixum cæ-  
lo explosa, tuis latrocinijs fidem adstruit, quip-  
pe quum secundum præscriptum legis ad den-  
tem pro dente, & oculum pro oculo cogatur, qui  
eripuit, ipsa corde sagittata cœlitus, aut inficti  
vulneris superno cordi, aut ablati cordis diui-  
no pectori pēnas luis. Audiuius deprædati,  
& percussi Dei querulam vocem illam: *Vulne-*  
*raſti cor meum sponſas excordasti me. Ergo cor*  
*de-*

Exo. 21.  
vers. 24.

Cant. 4.  
vers. 9.  
Septua-  
gin.

de soluas Omnipotentis cordi, quæ nec parcis;  
corde excipe de chorda amoris excussum mis-  
file ignitum præcordijs infixum iure sustine,  
quæ crine, & lumine cor creatoris tui audes  
vulnerare.

ginta, &  
Hispani-  
ca trans-  
latio a-  
pud So-  
to Ma-  
ior ibi.

Scio igniculi nostri deuotos rides impetus,  
cuius præcordia, non ea ratione aperta, vt qua-  
terentur, sed vt in pharetram sagittarij amo-  
ris, in qua suas recondere sagittas proue-  
cta, inde eiaculanti manui promptius mini-  
strares, vnde non veneno, sed affectas luce,  
venationi animatum vacantem semper, præ-  
dā non vacuares: hiatum specie vitali fon-  
ti illatum, & non vlcus medicinæ in-  
digens, sed recondendis fulmineis aptum  
iaculis, vnde pharetretur artifex amor,  
subtili arte elaboratum meditor adoran-  
dum.

5.

Hinc ad totius mundi capturā tot electæ,  
velut è promptuario grauido, emerere sagit-  
tæ, quo eō sunt repotiti filij; quorum quisque  
non vacua ratione, illud Isaiae posset sibi arro-  
gare: *Posuit me sicut sagittam electam: in phare-*  
*tra sua abscondit me.* Nec pro tantæ cogitatio-  
nis munimine opus est euagare, quibus post  
eiaculatam pectore sponsam, eidem dexteram  
applicuisse Christum non est ignotum, pariter

6.

Isai. 49.  
vers. 2.

S. Teresa  
refert, &  
habetur  
in rela-  
tione,  
quæ est  
post li-  
brū vite  
eius.

& dixisse: Deinceps ut vera sponsa, meum zela-  
bis honorem. Non ut ruentē leuet, Teresiae ma-  
num porrigit; sed filiorum agmina, ceu sagitta-  
tarum ardentiam pluuiam, quam aptatat in  
pharetram, prouocat ut effundat, quibus insi-  
xus Orbis cedat venatori.

7.

Psa. 119.

Ijs vel acqueicens animus nō quiescit, mo-  
dò pharetræ ratione, sagittæ potentis acutæ al-  
te, penetrans visceribus, de te suspetant, mo-  
dò Dei, & hominum prædoneo more, corda ra-  
pias dum insigis: in lucem sagittarum tuarum.  
ibimus, donec, vel de tumulato talione, reper-  
cutto pectore aliena, quæ vulnerādo eripuisti,  
proprio pensis. En extractum, auulsum, in the-  
ca repositum, & nec sagittis tutum, quas absco-  
dit, in signum positum, non cui cōtradicetur,  
sed cui bene dicētur nostra opera, in quod cōf-  
pirant. Prudentè dormijsti (ò Mater fami-  
liæ) sciens qua hora fūr veniret, quæ si euigi-  
lasse non sineres perfodi domum tuam; sed  
Aliæ prudentius, quippe cuius cor in signum  
præfixum, venturis, album esse decebat, ut cer-  
tius peteretur.

8.

Ergo hoc reciprocum nostræ Phylosophiæ  
telum, cœlesti patientia excipe; quæ vehemē-  
tius de corde, quam scelesti de chorda sagitta-  
ris. Illi in frustra diuisi, vias admonent, tu cor-  
san-

sanctissimum virgineo extractum corpore, ac  
si raptoris fueris, et in hac tristissima via, quae  
ad Patrem ducit, & patriam locati permitte.  
Ea ratione Philosophia tradere instituimus,  
qua scilicet vtantur de Deo solliciti, ut via, ut  
diuertorio ad summum; quos ne tota (ut aiunt)  
via errare contingat, si ea non tam incedant,  
quam sedeant, ad ultiorē gradum audio pro-  
uocantem. *Homo, obliuio te decepit instituti tui,*  
*non huc ibas, sed hac;* *At qui elegans hoc diuersorum,*  
*quam multa autem alia, quot etiam horti,*  
*aut prata; sed non, nisi ut transitus sint.* Huc,  
quā ad primum motorem iūrū vniuersè tua te  
orbū pectore deuexere facinora ut adspiciāt  
cūcti, in quod tuti gressus studiosi cōfiximus.  
Divisa latronis portio, inspecta latrones abi-  
git, à grassando reuocat, & incorruptos solpi-  
tat innocentium mores; satius pendet dum fer-  
uat, quam in indiuīduo viuit dum nocet.

Gauendis hæc, quam expedire tētamus, via  
scatet latrunculis; quos non tā timemus, quā  
quibus, sibi, quam Appius ille cæcus suis poste-  
ris, dariobas, namque illus instar, viam, non  
qua Populus Romanus vtatur; sed in qua po-  
steris sui latrocinentur sternunt. Ijs expurgan-  
da, potentissimum Cor taum fistimus in hac  
via, ut raptoris ritu pendens, aut raptore for-  
midine

Epiſtet  
apud Lip-  
ſium.

91.

Cicero  
pro Mi-  
lone.

midine percusos repellas lōgius, aut sagittis,  
quas pharetralī ratione recondis complutos,  
irreflexo calle ad totius motūs cogas reuoca-  
re principium, & induratos in prauum citiūs  
seuere frangas, quām corrigas.

10 O mihi temper deprecabile, & cedro dig-  
num in hoc edito opere, alias humili, impensē  
dignare sisti, ut vel rescessis pennulis cōcrescat  
suppositum, quod auxiliū tui fuit, nō ingenij.

11 Tūtē iam te credant omnes doctrinæ An-  
gelicæ, Thomisticæ scilicet, cui hoc tantū  
decerat, quod esset tanto corde signata, sed

*Suis licet hunc Latonia protegat armis,*

Ouid. 8.  
Metam.  
*Inuita tamē hunc perimet mea dextra Diana.*  
Iactabat præsumptor, verū quis doctrinæ,  
quam sagittifero corde Teresia munit, audeat  
derogare? Latoniam superat, exarmat Teresia  
Dianam, supra quam fines suos ab excursioni-  
bus hostium, vel exploso vulnerato corde tue-  
ri nouit, caueant rectam corde doctrinam in  
obscuro sagittare soliti, de patulo corde retun-  
di, quod eis obijcimus, & in fronte gestamus.

12 Igitur tali clipeo composita, securè prodi-  
ð nostra, clara, solida, & distincta doctrina; tali  
medulla donata, Aquilæ similis, alta pete, tali  
axe vecta, longa percurre temporum spatia, ta-  
li succineta pharetra, sagittas excute, tali vitæ  
princi-

principio innixa, viue æternum; inde naturam  
capesse, vnde ad vnum moueri, & in uno quies-  
cere queas. Nec non tu prætiosissima sacratissi-  
ma conchæ pectoralis gemna, cui consecrata  
gloriantur cuncta nostra; fons, seraphicæ vitæ  
scaturiginis sursum tollens, largius exunda,  
quam reposcat sicutientis animus; liquid tamen  
æstu cordis effudi liberius, aut vanius; hoc re-  
felle, illud ignosce.

*Tuus ex corde Virgo Sacratæ.*

Fr. Joannes Martinez de Prado,  
Ordinis Prædicatorum.



APPRO

APPROBATIO R. P. M. Fr. MARTINI  
Bezerra, emeriti Albatis, & Sacre Theologiae inhabita-  
ti Lettoris in Collegio S. Bernardi Complutensis, &  
nunc Dffinitoris Ordinis Cisterciensis, &c.

**E**X Commissione Doctoris D. Ioannis de Narbona  
Vicarij Archiepiscopatus Toletanæ Dioecesis, &c.  
Vidi, & sedula voluptate perlegi subtilissimas Qua-  
stiones Naturalis Philosophia Sapientissimi P. M. Fr. Ioan-  
nis Martinez de Prado; in quibus miratus sum in tanta dilectioni  
orum S. Tho. multitudine, quibus Dominicana Religio quasi  
animatum Coelum ornatur, & militans Ecclesia eorum splen-  
dore corruscat: sunt etenim *quaestella in perpetuas eternitates* Da-  
ni. 12. miratus (inquam) sum nouissimam, sed primæ magnitu-  
dinis stellam; cuius luce nebulæ (quibus non nulli Solis Aqui-  
natæ semper micantem splendorem obnubilare contendunt)  
disiuntur, & lux clara resplendeat. Cuius in explicabili dili-  
gentia antiqua nouè, & ita mire proponuntur, vt in credibili  
propemodum incremento in cœlissimā dicatur Thomistica  
Doctrina crenule magnitudinem, adamussim impleto illo cœ-  
lesti documento, ne dicam vaticinio, S. Vincentij Lirinensis in  
aureo illo Commonitorio cap. 30. Quodcumque igitur in hac Eccle-  
sia, Dei agricultura, fide Patrum scitum est, idem filiorum industria de-  
bet excolatur, & obscuriorib[us] hoc idem floreat, & maturescat: hoc idem  
proficiat, & persicatur. Fas est etenim, vt præscia illa cœlestis Philosophia  
dogmata (licet Thomisticam Philosophiam adumbratam pro  
nunc suspicari) processu temporis excurenur, limentur, portentur. Sed  
nefas est ut commutentur; nefas ut dirimentur; ut mulcentur. Accipiant  
licet euidentiam, lucem, distinctionem: sed retinam necesse est plenius di-  
nem, integratem, proprietatem Hoc quod Magnus Lirinensis fie-  
ri optabat, mecum gratulabitur impletum quisquis huius Pra-  
tisfloram miram fuerit odoratus fragrantiam; fructuum matu-  
ritatem sedulo degustauerit: retenta etenim semper Angelici  
Magistri antiqua, sed securissima semita, ad eum in iro ordine,  
& claritate antiqua, & noua proponit, vt de eo iudicem posse  
vsurpari, quod eius, & omnium Magister S. Thom. scripsit 1.  
2. q. 97. art. 1. *Qui primo philosophati sunt, quædam in perfecta tradidere-  
runt, qua post modum per posteriores sunt tradita magis perfecte. Sic cœ-  
leo Compluti in Collegio S. Bernardi 4. Junij. Anni 1650.*

Fr. Martinus Bezerra.

CENSURA

CENSURA REVEREN.  
dissimi P.M.Fr.Nicolai Baptiste, Su-  
premi Senatus Qualificatoris, Regij  
Cōcionatoris, olim Prouincialis Bæ-  
ticæ PP. Ordinis Carmelitani, &  
electi Episcopi Cartagenæ  
Occidentalis, &c.

SUPREMI Senatus Regij mandato, vidi *Quæstiones natu-  
ralis Phylosophie* in tres partes distributas, & magna elabora-  
tis ingenic à R. admodum P.M. Fr. Ioanne Martinez de Pra-  
do Sacri Ordinis Prædicorum, & Sanctæ Inquisitionis Qualifica-  
tore, & in Vniuersitate Complutensi Vespertinæ Cathedræ Sacrae  
Theologiæ moderatore. Nihil in eis periegi Catholicæ fidei contra-  
rium, & recognoui in omnibus quæstionibus veram Angelici Do-  
ctoris sententiam, quam Sapientissimus Magister defendit, & expli-  
cat accuratè, solide, & subtiliter. Sic censio Matriti in Conuentu  
Carmelitano; die 5.Iulij. Anni Domini 1650.

*Fr. Nicolaus Baptista.*

*Summa Priuilegij Regis Catholicæ.*

PHILIPPVS Quartus Hispaniarum, & Indiarum Rex Ca-  
tholicus Priuilegium ad decenium concessit P.M. Fr. Ioanni  
Martinez de Prado, vt possit imprimi eius liber, cuius titulus  
est: *Quæstiones Phylosophie naturalis in tres partes distributæ: vt la-  
tius patet in litteris datis Madriti 24.Iulij. Anni 1650.*

FACVL-

# FACVLTAS ORDINARI.

**D**OCTOR D. Ioannes de Narbona Vicarius Generalis Archiepiscopatus Toletani facultatem concessit vt im- primeretur liber inscriptus: *Quæstiones Naturalis Phylo- sophiaæ, &c.* 15 Iunij. Anno 1650.

## Licentia R.A.P. Prouincialis.

**F**R. Andreas Carrillo in Sacra Theologia Magister, & huius Prouinciæ Hispaniæ Ordinis Prædicato- rum Prior Prouincialis facultatem concedo, vt *Quæstiones Naturalis Phylosophiaæ, &c.* Elaboratæ à R. P. M. Fr. Ioanne Martinez de Prado, à doctisque PP. eiusdem Prouinciæ approbatæ, typis mandentur: in quorum fidem præsentibus litteris manu propria subscripsi; datis in nostro Collegio Sancti Thomæ Com- plutensis, 5. Martij. Anno 1650.

*Fr. Andreas Carrillo  
Prior Prouincialis.*

## Summa taxæ.

**S**V premi Senatus Regij decreto sancitum est, vt libri huius quælibet carta tantum quatuor moraueti- nis venundetur.

ERRATA.

# ERRATA.

Pagina 2.n.4.dixerint.lege.dixerim.Pag.38.n.26.in quod.1.id quod.  
P.124.toto.l.tot.i.P.207.n.36.vbi.l.ibi.P.261.in titulo.q.effectuus.l.  
effectibus.P.229.n.28.secunda instantia.l.secundam instantiam.P.294.n.  
5.quia.l.quam.P.335.n.11.nulli.l.vlli.P.338.q.4.n.1.fit.l.sit.P.422.n.4.  
possum.l.poslunt.P.444.n.28.Explificatur.l.Explicatur.P.459.n.38.&  
difficultas.l.est difficultas.P.465.n.20.disp.62.l.disp.26.P.486.n.4.diffe  
rat.l.differt.P.524.n.7.quantitas quo.l.quantitas qua.P.596.in titulo.sen  
tentia.l.sententiae.P.601.n.16.in fine.nec.l.donec.P.604.n.7.prohibe  
l.prohibet.P.620.n.40.opionem.l.opinioem.

His demptis mendis,cætera suo respondent exemplari: datum Com  
pluti Kalendis Decembris.Anni 1650.

Dotor D. Franciscus Ignatius de Porres,  
Corrector Vniuersitatis.



# QVÆSTIONES

QUESTIONS

QVÆSTIONES  
**PHILOSOPHIAE**  
**NATVRALIS**

INTRES PARTES DISTRIBVTÆ.

Prima pars cōtinens quæstiones super octo libros Ari  
 stotelis de Physico auditu.

A V T H O R E

R. P. M. Fr. Ioanne Martinez de Prado Vallis-  
 Oletano, Ordinis Predicotorum.

P R O O E M I V M.

**N**aturalis Philo-  
 sophiæ ( quam  
 Deo auspice ex  
 plicare aggredi-  
 mar, iuxta me-  
 thodum in Lo-  
 gica obserua-  
 tam) exordium ab octo libris Phisi-  
 corum desumendū, in ipsorum ini-  
 tio ostendit S. Thomas lect. 1. di-  
 cens: quia ea, quæ cōsequuntur ali-  
 quod cōmune, pri⁹, & seorsum de-  
 terminanda sunt, ne oporteat ea  
 multoties pertractādo, omnes par-  
 tes illius repetere; necessariū fuit,  
 quod præmitteretur unus liber in  
 scientia naturali, in quo tractaretur  
 de ijs, quæ consequuntur ens mobi-  
 le in cōmuni: sicut omnibus scien-  
 tijs præmittitur Phylosophia Pri-  
 ma, idest, Metaphysica, in qua de-

terminatur de ijs, quæ sunt commu-  
 nia enti in quantum est ens. Hic au-  
 tem est liber Physicorū, qui etiā di-  
 citur de Physico, siue de naturali au-  
 ditu: quia permodū doctrinæ ad au-  
 dientes traditus fuit.

2 Ex hac ratione S. Thom. habe-  
 mus, quod in istis libris traduntur  
 quædam principia cōmunia totius  
 Philosophiæ, & in reliquis applica-  
 tur ad speciales materias, & tracta-  
 tur: & quia cōmunia, & generalia  
 principia prius debēt in cōmuni in-  
 uestigari, quam ad specifica applicē-  
 tur; ideo coe. iēti methodo libri  
 Physicorū prima sedem tenent in  
 scientia naturali: & sic horū libro-  
 rum subiectū erit ens mobile simili-  
 ter: & hæc est materia libri: illius au-  
 tē inscriptionis ratio i. sumata, ra-  
 dicatus est exponenda.

## Proœmium Physicorum

3 Pro quo notant Themistius, & Simplicius, & latius Aulus Gellius lib. 20. cap. 4. & ex ipsis M. Sot. hic (& radicant Cicero lib. 5. de Finib⁹, & Clemēs Alexandrinus lib. 5. Stro matum) quod apud Antiquos duo erant genera operum; alia in quibus instruebātur de persuasionibus rhetoriciis, & argutijs pertinētibus ad res ciuiles minoris momenti; alia erāt in quibus res subtiliores disputabantur, & tradebantur, quæ erāt maioris momenti: priora opera vocabantur *Exoterica*, idest, extera, & *vulgaria*; posteriora dicebantur *A cromatica*, idest, auscultatoria: indigebant enim attentiori meditatio ne; vnde *auscultari* est attentè audi re; & ideo nō nisi proiecti auditores ad hæc admittebantur. ¶ Hæc igitur est causa cur *Phylosoph⁹* Rhetoricam Poesim, & Ethycam scripsit tāfacili, & aperto stylo, vt à quo libet per se possint intelligi: *Physicam* verò ita obscurè tradidit, vt non nisi qui ingenio pollerent possent percipere, & illi non nisi Magistro docente. Propter hoc ergo dicuntur libri de *Physica auscultatione*, quia nisi audiantur, & assidua meditatione versētur, intelligi nequeūt. Sed de his late & eruditè M. Masi⁹ sect. 3. q. 4.

4 Quia tamē diuinum S. Thomę ingenium profunda fluiorū scruta tum est, & absconditum produxit in lucem, & ipso illuminatē patent, & peruia sunt, quæ sine ipso obscura, & in te nebris, & iniia erant; ideo de littera Philosophi exprofesso exponenda non curabimus (contenti tantū breuissima summa textus in princi

pio cuiuslibet librī proponēda, vt ad manū habeant responsuri pro examine confueto in Schola Complutensi) vt in quæstionibus agitari solitis soluēdis aliquantulū immorari valeamus; pro Aristotele intel ligendo ad Angelicum Doctorem lectorem remittendo; quia in ipso incipientes lac purissime, & candi diti simē doctrinae sūgent, & proficiētes solidissimo pascentur cibo, vt in viros perfectos enutriri valeant. Liceat mihi cum Cardinali Eminentissimo Francitco Toledo hoc in loco præfari: *Vnus sanè Diuinus Thomas in star erit omniū; suis enim scriptis tantam (vi de Theologia taceamus) Philosophie lueem attulit. unus, quātam ceteri omnes (aliorū pace dixerint) possint explanatores efferre.* Hæc ille; & ego ad praxim deducere conabor.

5 Quæstiones primi & secundi libri, quia latissimē in 2. p. nostræ Metaphysicæ fermè omnes sunt disputatæ, breuitè perstringemus; quāuis non semel nouis luminibus easdem illustremus; ita vt nouiter per tractatæ ferè omnes videantur: reliquas pro dignitate examinare intendimus; quod aſſequi proprijs viribus præsumptuosum etet; sed cōmunicare, quod fuerit donatum, si non charitatis, obedientię tamē excusationem habebit: vnde conclu dam verbis S. Raymundi in prologo Summæ: *Hæc autem non præsumēs de viribus proprijs attentavi, quia nulla sunt, præsertim, cū nec velle, nec nolle habeam; sed spem figens totaliter in bono obedientia, atque in summa clemencia Salvatoris, qui facit mirabilia magna solus.*

# LIBER PRIMVS PHYSICO- RVM ARISTOTELIS.

**Q**uamquā Phylosophus opus hoc in octo libros diuisū, nulla subdivisione distinxerit, sed continuato cōtextu tradiderit; expositores tamē claritatis gratia partiti sunt, vel in cōmenta, cū Auerroë, vel in lectiones, cuni D. Tho. vel in capita, cum expositorū turba; cui nos cedentes in sumnādo, & in compendium redigendo, capitum partitionē sequemur: quia in exercitijs scholasticis hēc sola divisione est iā in usu, siue in praelectiōnib⁹, siue in examine lauro vacatiū.

## *Summa capit⁹ primi.*

**L**iber primus nouē cōtinet capita; quorū primum est quasi proœmium totius Scientiæ naturæ: in quo tria p̄fstat. Primo ostēdit, quod oportet incipere à consideratione principiorū: quia in omnibus scientijs, quarum sunt principia, aut cause, aut elementa, intellectus, & scientia procedit ex cognitione principiorum, causarum, & elementorū: sed sciētia, quæ est de natura habet principia, elemēta, & causas: ergo in ea oportet incipere à determinatione principiorum.

3 Secundo ostendit, quod inter principia oportet prædeterminare de vniuersalioribus, tali ratione: innata est nobis via vt procedam⁹ incipiēdo ab ijs, quæ sunt nobis magis nota, in ea, quæ sunt magis nota naturæ: sed ea, quæ sunt nobis ma-

gis nota, sunt confusa, qualia sunt vniuersalia: ergo oportet nos ab vniuersalibus ad singularia procedere. Maior manifestatur, quia non sunt eadem magis nota nobis, & secundum naturam; sed illa, quæ sunt magis nota secundum naturā, sunt minus nota secundum nos. Et quia iste est naturalis modus, siue ordo addiscendi, vt veniat à nobis notis ad ignota nobis, inde est, quod oportet nos deuenire ex notiorib⁹, nobis ad notiora naturæ.

4 Tertio manifestat propositum per tria signa: quorum primum est à toto integrali sensibili: nam, qui apprehendit dominum, non dum distinguunt partes, sed in cōfuso totū; ita qui apprehendit genus, seu vniuersale, quod est quoddam totum intelligibile, non apprehendit species, seu inferiora diliuste. Similiter, qui apprehendit definitum, nō statim distinguunt definitia. Et denique secundū sensum sensibile cōmunius est prius notum nobis secundum sensum, vt prius cognoscitur hoc animal, quam hic homo: sicut pueri prius appellant omnes viros patres, & feminas matres, sed posterius determinate cognoscunt unumquodque.

## *Summa capit⁹ secundi.*

3 Incipit ab isto capite Phylosophus Antiquorū opiniones cōfutare: & in præsent⁹ duo p̄fstat.

## Summa textus primi Phy sicorum.

Primo affert opiniones veterum in genere; secundo descendit in speciali ad quandam opinionem. Circa primum, omnes opiniones reducuntur ad duo capita; vel ponētiū vnum principium, vel existimantū esse multa. Eorum qui posuerūt vnum, quidam posuerunt illud esse immobile, sicut Parmenides, & Melissus, de quibus in secunda parte capit is; alij posuerunt illud esse mobile, sicut antiqui Naturales: quorū Diogenes posuit aerem esse principium; Thales verò aquam; Heraclitus verò ignem; alij verò vaporē; nullus verò principium posuit solidam terram, propter eius grossitudinem.

6 Qui posuerūt plura principia, quidam existimabant ea finita; alij vero posuerūt infinita. Eorum qui posuerūt ea finita, licet plura vno, quidam posuerunt esse duo, quidam tria, alij quatuor, alij sex: quia Empedocles cum quatuor elementis posuit duo alia, scilicet, amicitiam, & litem. Qui posuerunt plura principia infinita diuersificati sunt: Democritus enim posuit indiuisibilia corpora, quæ dicuntur atomi, esse principia omniū rerum, & censembat omnia esse vnius generis secundū naturam; sed tamen differebant secundū figuram, & formam: Anaxagoras verò posuit infinita principia, sed non vnius generis secundū naturam: posuit enim principia esse infinitas partes carnis, & oīsis minimas, & aliorum huiusmodi. Et licet quædam istarum opinionū sint manifeste falsæ; & ideo in illarū im probatio ne nō immorandum, iux-

ta illud Philosophi i. Topic. Quod bet proferente contraria opinionibus sapiētis, sollicitum est: tamen contra alias disputare vtile est ad veritatis manifestationem.

7 In speciali disputat contra positionem Melissi, & Parmenidis arbitrantium omnia esse vnum, quærēdo ab eis quomodo accipiant ens. Vtrū scilicet, pro substantia, vel qualitate, vel pro aliquo aliorū generum? Et qualitercumque respondeant, videbitur eorum positionē contradictionem implicare: sicut enim ens dicitur multipliciter, ita & vnum: est vnum in potentia, & vnu in actu: & sic nihil prohibet idē esse vnum in actu, & multa in potentia, sicut patet de toto, & partibus.

## Summa capit is tertij.

8 Tertia præstat Philosophus in hoc capite. Primo ostendit qualiter sint soluendæ istorū rationes: secundo in speciali soluit rationes Melissi: tertio soluit rationem Parmenidis.

Dicit ergo primo, quod non est difficile soluere rationes istorum, quia ambo sophisticè syllogizāt, & in eo quod assūmunt falsas propositiones, & in eo quod non seruat debitam formam syllogismi. Sed ratio Melissi est vana, & fatua: assūmit enim manifeste falsū, scilicet, quod ens non generetur: vnde nō est gracie, si uno inconuenienti dato, alia sequantur.

9 Ratio Melissi talis erat: quod non est factum, nō habet principiū: sed ens non est factum: ergo nō habet

bet principiū, & per consequēs nec finem: ergo est infinitum: ergo immobile: ergo vnum.

Quam rationem improbat Phyllo sophus: primo, quia arguit à destructione antecedentis ad destructionem consequentis; cū recta forma argumentandi sit è conuerso arguere. Secundo improbat quātum ad illationem; quia medium sumitur equiuocè, quia aliud est principium temporis, & generationis; aliud autem est principium rei, vel magnitudinis. Tertio impugnat, quia infinitū posset moueri localiter, & alterari. Ultimo rejicit: non enim sequitur, quod infinitum sit vnum secundū speciem; sed forte erit idem secundum materiam.

10 Ratio Parmenidis talis erat: quidquid est præter ens, est no ens: sed quod est non ens, est nihil: ergo quicquid est præter ens, est nihil: sed ens est vnum: ergo quidquid est præter vnum, est nihil: ergo est tantum vnum ens.

Quæ ratio etiā soluitur, partim quia falsa aslumit: & partim quia non recte concludit: accipit enim ens simplicitè, & vno modo dici; cum tamen multipliciter dicatur. Deinde peccat in forma, quia vt cō sequentia formaliter cocludat, debet in omnibus terminis similis forma vniuersaliter concludere: constat autem consequentiā instari, ponendo loco de ly *Ens*, ly *albū*: quia nō sequitur: quidquid est præter album, est non albū: ergo omnia sunt vnum albū, aut continuatione, aut ratione.

## Summa capituli quarti.

11 Hic prosequitur Phyllo sophus Opiniones eorū, qui de principijs naturaliter sunt loqui, non remouentes motum: & ideo vocat eos physicos, idest, naturales: & primo ostendit diversitatem opinionū; secundo prosequitur opinionē Anaxagoræ. Ig itur secundum Antiquos naturales duo sunt modi, secundū quos res generantur ex principijs, vel ponendo vnum tantum principium materiale, à quo dicebant omnia alia generari secundum raritatem, & densitatem: nam densum est, quod habet multum de materia; rurum autem quod parū. Alij vero antiqui Naturales ponebant res fieri ex principijs, ex hoc quod ipsa contraria, & diuersa extrahebant ab uno, in quo erant quasi commixta, & confusa. Sed in hoc differebant, quia Anaximāder ponebat illud vnum confusū esse principiū; non autē illa multa, quæ in eo erant commixta; vnde ponebat vnu tam tum principium. Empedocles vero & Anaxagoras ponebant magis esse principia illa, quæ in eo permiscebantur: & ideo ponebāt multa principia.

12 In secunda parte explicat, & improbat opinionē Anaxagoræ, qui affirmabat quodlibet esse in quodlibet permixtum secundum partes minimas, & insensibiles: & quia infinitiē vnu ex alio fieri potest, infinitas partes minimas in uno quoque esse dicebat. Probabat talī ratione: si aliquid est, necessè est quod fiat, aut ex ente, aut ex nō ente.

## Summa textus primi Physicorum.

te. Sed non sit ex non ente, quia ex nihil nihil sit, iuxta receptū antiquo rum axioma: ergo aliquid sit ex ente ac ut p̄c̄xistente secundum par tes minimas, quae sunt nobis inseparabiles propter suam paruitatem.

Improbat Phylosophus positio nem hanc quinque rationibus. Primo, quia omne infinitum est igno rum, secundum quod infinitum: unde si principia sunt infinita, erūt ignota: & ita oportet esse ignota ea, quae sunt ex principijs. Item sequitur, quod totum non habeat determinatam magnitudinem, vel partitatem; & hoc ideo, quia quantitas totius consurgit ex partibus. Aliæ improbationes clare proponuntur, & formantur à D. Tho. lect. 9. lit. g. & deinceps.

### Summa capituli quinti.

**13** **A**b isto capite incipit Phylosophus inquirere veritatē: & ideo hic praemittit, quod omnes Antiqui Phylosophi posuerunt contrarietatem in principijs. Et ratio probabilis est: nam tria videtur de ratione principiorum esse: primū, quod non sint ex alijs: secundum, quod non sint ex alterutris: tertium, quod omnia alia sint ex eis: sed hec tria conueniunt primis contrarijs: ergo prima contraria sunt prima principia. Minor patet inductione, nam omnia, quae sunt, & corrupti puntur, sunt ex contrarijs, vel medijs; vel corruptiuntur in ea: media autem sunt ex cōtrarijs, sicut colores medijs ex albo, & nigro.

Rursus, cum quedam contraria

sint, quae ex alijs causantur contrarijs, sicut dulce, & amarum, causantur ex humido, & sicco, & calido, & frigido: sic autem non est procedere in infinitum; sed est deuenire ad aliqua contraria, quae nō causantur ex alijs contrarijs: & hæc vocat prima contraria: & hinc concluditur, quod omnia sunt ex cōtrarijs.

**14** Præterea Aristoteles notat, quod Phylosophi ponentes principia esse contraria, bene dixerūt, nō tamen quasi ab aliqua ratione moti, sed sicut ab ipsa veritate coacti. Vnde, & inter se discrepabāt: nam aliqui eorum accipiebant pro principijs priora contraria; alii vero accipiebant posteriora contraria, ut principia.

### Summa capituli sexti.

**15** **T**raçat in hoc capite Phylosophus de numero principiorum; & supponit, quod sunt plura, quā vñū; ostensum est enim, quod principia sunt contraria; nihil autē est sibi ipsi contrarium: ergo principia non sunt vnum tantum. Rursus principia non sunt infinita, quia oportet ea esse incognita: & quia ratio omnium, quae sunt secundum naturam, assignatur sufficiēter per principia finita; & ita non oportet ponere principia infinita. His præmissis.

**16** Ostendit non esse tātum duo principia, sed oportere addi tertium; quia utrumque contrariorum transiunt aliquod tertium, quod est subiectum utriusque: ergo oportet ponere aliquod tertium, quod sit subiectum contrariorū, ad hoc quod ex

ex contrariis alia possint fieri. Unde & Antiqui cum uno materiali principio, ut subiecto, posuerunt principia contraria: quia figurabatur, vel formabatur contrariis quibusdam; & sic rationabile videtur, quod sunt tria naturae principia.

17 Demum ostendit, quod non sunt plura principia tribus: nam, quod potest fieri per pauciora, superfluum est, si fiat per plura: sed tota generatio rerum potest compleri ponendo unum principium materiale, & duo formalia; quia ad patientem sufficit unum materiale principium; & unum subiectum videtur esse primo unius contrarietas inter duo. Et sic, si duobus contrariis positis, & uno subiecto, posunt res fieri ad inuicem, superfluum videtur, quod ponat alia contrarietas. Non igitur sunt ponenda plura, quam tria principia.

### Summa capituli septimi.

18 Hic Phyllophilus incipit determinare veritatem, quam disputatiue inuestigauerat in prece dentibus: & circa hoc duo facit: primo ostendit, quod in quolibet fieri naturaliter tria inueniuntur; secundo ex hoc ostendit tria esse principia. Dicit ergo primo, quod id cui attribuitur fieri, semper est compositum: & cum in qualibet factione sit id ad quod terminatur fieri, & id cui attribuitur fieri: quod est duplex, scilicet, subiectum, & oppositum; manifestum est, quod in quolibet fieri sunt tria, scilicet, subiectum, & terminus factionis, & oppositum eius: ergo in qualibet factione natu-

rali inueniuntur tria.

19 Secundo ostendit duo esse principia per se naturae, tali ratione. Illa dicuntur esse principia, & causae rerum naturalium, ex quibus sunt, & fiunt per se, & non secundum accidentes: sed omne quod fit, est, & fit ex subiecto, & forma: ergo subiectum, & forma sunt per se causae, & principia omnis eius, quod fit secundum naturam. Probatur minor, quia unumquodque resolutum in ea ex quibus componitur: ens autem naturale resolutum in subiectum, & formam: per se ergo principia omnia, quae fiunt secundum naturam, sunt subiectum, & forma.

20 Demum addit Phyllophilus tertium principium per accidentem: nam priuatio formae oppositae est principium per accidentem in essendo: eo quod materia nonquam est sine priuatione; quando enim habet unam formam, est cum priuatione alterius formae: unde forma, & subiectum sunt principia per se eius, quod fit secundum naturam; sed priuatio, vel contrarium est principium per accidentem, in quantum accidentis subiecto sub priuatione huius formae est: ergo priuatio, quae est carentia, vel contrarium formae, est principium per accidentem.

### Summa capituli octauii.

21 In hoc capite excludit dubitationes, scilicet errores antiquorum, qui prouenerunt ex ignorantia materiae: dixerunt enim quod nihil generatur, neque corruptitur: quia si ens sit, aut sit ex ente, aut ex non ente: ex ente aliquid fieri est impossibile, quia id quod est, non fit; nihil enim est antequam fiat; & ens iam

# Summa textus primi Phisicorum.

est: ergo non sit. Quod autem non fiat ex nō ente, conitat, quia *ex nihil, nihil fit*: ergo entis non erat generatio, neque corruptio. Vnde omnia erant idem substantialiter, & solūm distinguebantur accidentaliter.

22 Prædictam obiectionē duplēciter soluit Phylosophus. Primo dīcendo, quod ex nō ente sit aliquid, non per se, sed per accidens. Similiter si queratur, vtrum ex ente fiat aliquid? dicendum est, quod ex ente fit aliquid per accidens, sed non per se. ¶ Seeūdo dicit, quod ex ente in potentia fit aliquid per se: ex ente autē in actu, vel ex non ente, aliquid per accidēs: materia enim, quæ est ens in potētia, est id ex quo fit aliquid per se; quia hæc est, quæ intrat substātiā rei factā. Sed ex priuatione, vel forma præcedente fit aliquid per accidens, in quantū materiae, ex qua fit aliquid per se, conueniebat esse sub tali forma, vel sub tali priuatione.

## Summa capitis noni.

23 Vltimo capite excludit Phylosophus errores antiquorū prouenientes ex ignorantia priuationis. Quidam enim non distinguebant inter priuationem, & materiā: vnde quod est priuationis attribuebant materiae: & quia priuatio secundum se est non ens, dicebant quod materia secundum se est non ens: & sic sicut aliquid per se simpliciter sit ex materia, sic cōfitebātur, quod simpliciter, & per se aliquid sit ex non ente.

24 Phylosophus autē probat priuationem distinguiri à materia, quia materia simul cum forma est causa eorum, quæ sunt secundum naturam ad modum matris, quia est causa in recipiendo: priuatio verò nō pertinet ad constitutionem rei, sed magis ad eius malum, quia est non ens, & negatio formæ in subiecto: forma autem est quoddam diuinū, & optimū, & appetibile: vnde cum id, quod opponitur bono, & removet ipsum, sit malum; manifestū est, quod priuatio pertinet ad malum: vnde sequitur quod non sit idem quod materia, quæ est causa rei sicut mater.

25 Rursus ostēdit quod materia quodammodo corrūpitur, & quodammodo nō: quia secundū quod est in ea priuatio, sic corrūpitur cū cessat in ea esse priuatio: sed secundum se, in quantum est quoddā ens in potentia, est ingenita, & incorrūptibilis: quia primum quod subiicitur in generatione est materia, quia materia est primum subiectum, ex quo aliquid sit per se, & non secundum accidēs, & inesse rei iam facta. Sequitur ergo, quod materia sit antequā fiat; quod est impossibile: sic igitur est impossibile materiam primam generari, vel corrumpi. Sed ex hoc non excluditur, quin per creationem in esse procedat.



# Lib. I. Physicorum quæst. I.

9

## QV AESTIO PRIMA.

Vtrum ens mobile sit subiectum  
Phylosophiae Naturalis?

**N**Ec omnes quæstiones initio Logice disputatas de illa, hic opus est retractare; quia, solis terminis inutatis, ex ibi dictis deciduntur; nec potius hanc, & sequentem quæstionem hic omittere ( ut non nulli moderni sine fundamento faciunt) quia speciales continent difficultates scitu dignas, & quarum enodatio minimè ex ibi stabilitatis principijs colligi valet; quare in earum solutione aitiquorum desudarunt in genia, & nos nostrum qualem cum que adiiciemus laborem. Quæstionem autem de primo cognito (quæ uis celebrem, & difficilem) ad libros de Anima ut ad proprium locum remittamus: vnde & in tractatu de Anima 1. p. proponitur à D. Thoma.

s. I.

Termini exponuntur, & status  
quæstionis.

**P**hylosophia, si vocis originem attendamus, sapientie studiū significat: huius enim vocabuli primus inuentor fuit Phythagoras, qui interrogatus, qua maximè arte pollebat respondisse fertur, nullam artē scire, sed esse Phylosophum, idest, sapientie studiosum, solosq; Deos dignos esse, qui dicātur *Sophi*, idest, sapientes. Ita referunt Laertius lib. 1. & Ciceron lib. 5. Tusculan. qq. &

S. August. 8. de Ciuit. cap. 4. Hacq; occasione, quæ initio *Sophia* idest, sapientia vocabatur, Phylosophia appellari coepit: & sic à Cicerone dicitur lib. 4. *Est rerum dininarum, & humanarum scientia*; & complectitur Rationalem, Naturalem, & Moralem: vnde & Phylosophus 10. Ethicorum cap. vlt. dicit, Politicā pertinere ad perfectionem Phylosophicæ doctrinæ; de quo S. Thomas ibi lect. 16. littera K. & 1. Politicorum lect. 1.

**3** Secundo specialius accipitur Phylosophia pro scientia reali speculativa; quæ diuiditur 6. Metaphysica textu 1. & lib. 11. cap. 6. in Mætaphysicam, Mathematicam, & Physicam, seu Naturalem, iuxta tres abstractiones à materia, de quibus egimus in Metaphysica, & ad intentum affert S. Thomas in prologo horū librorum: nam de his quæ non dependent à materia, nec secundum esse, nec secundum rationem, tractat Metaphysica; de his vero, quæ dependunt à materia sensibili secundum esse, sed non secundum rationem, est Mathematica. De his vero, quæ dependent à materia, non solum secundum esse, sed etiam secundum rationem, est *Naturalis*; quæ ideo *Physica* dicitur: & in usu vulgari hæc sola retinet nomen *Phylosophia*; nam Mætaphysica nō dicitur sine addito Phylosophia, sed vocatur *Phylosophia prima*. Igitur alijs omisis, nunc de sola *Physica* tractare intendimus, cuius partes sequenti quæstione exponeamus.

**4** Præterea notandum, quod quæuis ens mobile in uoce sive terminus complexus;

plexus; tamen hoc est penuria vocis incomplexæ; unde ex parte rei significatæ, non significat aggregatum ex ente, & mobilitate; sed significat quidditatē ipsam entium naturalium, quæ est radix passionis, quæ est mobilitas, seu aptitudo ad motū. Si talis passio admittitur distincta à subiecto: nā Caietanus valde dubitat, an detur passio media inter quidditatem, quæ mouetur, & ipsum motum? Ut videri potest opusculo celebri de hac questione, quod habetur tom. 3. Opusc. tractatu 4. §. Sed contrahanc, & in solut. ad 2. sicut aliquid esse materiale, & possibile, sunt prædicata substantialia entium; & non proprietates accidē tales. Sed quia ex hoc punto huius questionis decisio non dependet, admitti potest, quod ens mobile significat aptitudinem radicalem ad motum; & illius passio est aptitudo proxinia, & motus est exercitium.

5 Quare non approbo, quod ait Ferrara i. Physicor. q. 2. ad 3. quod ipse motus est passio disiuncta, scilicet, motus, vel quies, sicut par, & impar est passio numeri, eo quod omnne ens mobile, aut mouetur, aut quiescit. ¶ Cæterum diligentè cōsiderati manifestum erit, quod istis potius definitio accidentis, quam descriptio propriæ passionis conuenit: alioquin si ratio contraria probaret, cōuinceret, quod locus, color, relatio, & alia huiusmodi accidentia essent propriæ passiones sensibilium corporum, quia non inueniuntur sine illis disiunctum.

6 Tertio principaliter notandum, quod Caietanus §. Secunda est, & alijs

multi distinguūt, quod aliquid potest dici mobile dupliciter, scilicet, subiectinè; quod est subiectum motus: & termininè, quod scilicet, est terminus alicuius mutationis. Et subdit Caietanus, nunc ens mobile accipiendum esse indistinctè, ut sumatur in notissima acceptione: sensu enim percipimus entia mobilia esse: an autem subiectinè, anterius mutationiè mutetur, ea quæ moueri videmus; ratione magis discernitur, quam ex sensu habeatur. Unde materia dicitur mobilis, ut subiectum; & forma, ut terminus quo, & compositum, ut quod. ¶ Ens autē mobile non dividitur in ista tria, ut in species, sed ut in partes: & sic à D. Tho. i. Physic. lect. 2. in princip. vocatur principia entis mobilis, ut notat Caiet. ubi sup. qui & §. Circaverò, expressè ait, quod ens mobile non accipitur hic pro eo, quod habet esse quomodo cumque; sed pro eo quod propriè esse dicitur, quod est compositū: quia id propriè fit, ut dicitur 7. Metaph. text. 28. siue sit cōpositum substantiale, siue accidentale. Quare Caietanum non legerūt, qui aliter ipsum retulerūt.

7 Meminiisse etiam oportet ex q. 1. Logicæ, diuersas acceptiones obiecti, & recolere conditiones ad subiectum scientiæ requisitas, & notare, quod præcipue hic non disputamus de ratione *sub qua* in esse scibilis (quam bene explicat Ferrara conclus. 4. docens hanc esse scibile per medium sumptū à materia sensibili, & motu; quia per hanc distinguitur ab alijs scientijs) sed præcipue inquirimus de obiecto formali

*quod*

## §. 2. Opiniones Doctorum.

11

*quod ad equationis, ut illud distinguiamus ab obiecto partiali principalitatis, & ab obiecto materiali, & per accidens.*

M. Masi<sup>9</sup> se<sup>t</sup>. 2. q. 6. cōcl. 2. & PP.  
Coi. nb. hic q. 4. & PP. Carmel. disp.  
1. q. 1. dicētes, esse cōmūnem: & fa  
teor cōmūnē esse extra scholam S.  
Tho. inter Recētiores.

### §. II.

#### Opiniones Doctorum.

**N**on parum lucis, & claritatis afferit decisioni huius questio nis vera, & fidelis notitia præcipua ram opinionum; & ideo alijs omis s, capitales sententias referemus. Prima ergo opinio afferit, corpus mobile esse obiectū Naturalis Phy losophiæ, seu Physicæ. Ita B. Alber tus Magnus 1. Physic. tract. 1. c. 3. quem sequuntur AEgidius Roma nus, & alij: & fuit sentētia Auice nae, Algacelis, Linconiensis, & alio rum. Cui est a finis sententia Pauli Veneti dicentis, subiectum esse cor pus naturale; & Antonij Andreæ 1. Metaph. q. 1. dicētis, quod substātia naturalis inquātum naturalis, est subiectum Physicæ. Vel substātia mobilis, vt ait Iandun<sup>9</sup> q. 2. Vel ens naturale, vt ponit Toletus.

9 Altera principalis sententia afferit, quod non corp<sup>o</sup> mobile, sed ens mobile est subiectū Physicæ. Ita express̄ S. Tho. lect. 1. quē multa alij sequuntur: licet valde differat in eius expositione, & intelligentia. ¶ Primus dicendi modus est, quod loquēdo secundum rem, tā ens mo bile, quā corpus mobile, seu natura le, & substātia mobilis, & naturalis sunt obiectū formale *quod*; tamē quoad modum loquēdi, & explicā di, meli<sup>9</sup> explicatur, & exprimitur nomine entis mobilis, quā quo quis alio. Ita M. Georg. Vercellensis, &

10 Secundus dicēdi modus huic a finis est, quod cū dixit S. Tho. ens mobile esse subiectū, non accepit ens, tāquā aliquid in supponēdo su perius ad corpus; fed tanqua saperiū in significādo: quia ens mobile nō inquātum corpus, sed in quantū ens, est subiectum Physicæ. Ita M. Sot. q. 1. cōcl. 5. §. Ex quo sequitur ter tio; quē sequuntur M. Ortiz tract. 1. cofer. 1. & M. Lerma q. 2.

11 Tertio M. F. Ioan. à S. Thoma q. 1. art. 1. afferit, quod corpus natu rale se habet vt obiectū *quod*, & mo bile vt sic, vt ratio formalis: & cōc. vlt. cōcludit, quod subiectū ens mobile substātiale est obiectū Physicæ; sed terminatiū ly *mobile* ab strahit à substātia, & accidente.

12 Ultim<sup>9</sup> dicēdi mod<sup>9</sup> est, quod ens mobile substātiale est obiectū principalitatis; at verō ens mobile abstrahēs, vel à substātia, & accidē te, vt vult Ferrara; vel meli<sup>9</sup> abstra hēs à cōposito substātiali, & accidē tali, nō solū terminatiū, sed subie ctū, est subiectum formale q. 10 ad æquatum Physicæ. Ita Caiet. opusc. citato per totum, præcipue §. Circa vero, & §. Quoad tertiu. Bergom. in cō cor. dub. 103 1. Ferr. 1. Phyl. q. 2. per 4. cōcl. & ibi Mathias Aquarius ci tās Bersor. & Gratiae win. A studi illo q. 2. Iauell<sup>9</sup> hic q. 1. dicēs cōmī nē Thomist. & verē video esse val dē receptā, etiam inter Recētiores Thomist. quia vera, & S. Tho.

## s. III.

*Approbatur sententia Caetani.*

13 Dico primo, quæstio hæc includit duas difficultates, nō de modo loquendi, sed de re valde utili Philosophiam addicentibus; consequenter tamen admiscet quæstionculam de proprietate vocabulorum, quibus exprimi debet obiectum formale quod, & congruè explicari eius extensio. Proponitur hæc conclusio propter Authores primi, & secundi modi explicandi sententiā S. Thomæ. ¶ Prima pars probatur: nam disputare de extensione obiecti formalis quod, & de propria & perse ratione qua obiectum formale quod distinguitur à ratione materiali, nō est quæstio de modo loquendi, sed de re utili ad cognoscendam rationem formalem specificatiuam intensiù, & extensiù: ut per se videtur manifestum: & inductione demonstrari potest in obiecto omnium potentiarum, habituum, & scientiarum: ut inquirere an obiectum Metaphysicæ sit sola substantia; an verò aliquid commune substantiæ, & accidenti? Quæstio est de re. Similiter disputare, an obiectum fidei sit prima veritas in dicendo, an verò Deitas, vel veritas in essendo? Quæstio censetur de re: sed in præsenti nō est perse nota extensio obiecti formalis quod Physicæ, & distinctio inter illud quod se habet ut obiectū principalitatis, & se habet ut obiectum adæquationis nec omnibus est manifestū quid in isto obiecto se habeat materialiter,

quid formaliter, cui immediate coueniat ratio sub qua, seu abstractio propria obiecti Physicæ? Ergo conuenienter sub titulo questionis prædictæ illæ duæ difficultates examinanda proponuntur.

14 Secunda pars manifesta erit in discursu questionis, quia semel exposita ratione formalis obiecti quod, declarata ei⁹ formalis, & perse extensio, scire oportet quibus vocibus congruentius exprimatur: vnde, & Caetanus seorsum disputauit de quæstione de re, & seorsum de proprietate vocabulorum Sancti Thomæ: ut patet post tertiam rationem conclusionis immediate ante solutionem ad argumenta.

15 Dico secundo, obiectum formale quod adæquatum Physicæ est ens mobile, ut est quid communis, & abstractius quam substantia mobilis; & ita complectitur omnia materialia composita, siue substantia, siue accidentalia, siue mobilia ad formam substantialem, siue ad formam accidentalem. Hanc conclusionem esse de mente Philosophi, & S. Thomæ, constat primo ex illa celebri propositione utriusque: *Si non essent alias substantiae priores, substantiis mobilibus corporalibus, scientia Naturæ esset Philosophia prima.* De qua videatur S. Thom. lib. 3. Metaph. lect. 6. litt. C. in fine, & lib. 4. lect. 5. litt. E. Et clarissimus lib. 6. lect. 1. ubi cum Philosopho dicit, quod si non daretur aliis substantiæ immobiles, Physica esset Philosophia Prima; & ideo erit universalis: & erit eius specularis de ente in quantum est ens, & de eo quid est, & de his quae sunt entis in quantum est.

#### §.4. Vtrū ens mobile sit subiectū Physicæ? 13

ens. Quod repetit li. 11. lec. 7. in fin.

16 Ex quo sic arguitur: si obiectum adæquatum Physicæ esset substantia mobilis substantialiter; propositio illa conditionalis Phylosophi, & S. Thom. esset falsa: quia adhuc nō existētib⁹ substatijs spiritu libus, alia sciētia esset Phylosophia prima, & vniuersalis, quæ ageret de illa ratione communis entis mobilis abstrahente à substanciali, & accidentalis: nam illa ratio communis est scibilis; & scientia de illa esset prior Physica, quæ nunc est, & inferior Metaphysica, quæ modo datur: ergo ne hoc dicatur, affirmandum est, obiectū adæquatum Physicæ esse ens mobile in communi.

s. IIII.

#### Tres rationes con: iusionis.

17 Ndequè sumitur prima ratio Conclusionis: ens mobile analogum ad substanciali, & accidentale, est scibile perse, & directe ab alijs scientia: sed non ab alia nisi à Physica: ergo hoc est eius obiectū perse, & adæquatum. Maior patet: quia vt sicut habet causas, principia, & proprietates: & non sunt omnibus persone nota, sed constituunt veritates mediatas, perse, & necessarijas: ac per consequens scibiles. Minor vero patet inductione: nam alijs scientijs alia assignantur obiecta: & Metaphysica de his non traxit sub ratione tam peculiari entis mobilis, sed sub ratione abstracta, & communissima entis: quod nō tollit indigentiam specialis scientiæ particularis, quæ tota versetur in consideratione entis mobilis. Supponit hæc ratio Physicam differre

à Metaphysica, quod satis patet ex dictis 1. p. Metaph. contr. 2. n. 7. Et inde facile excluditur Auersa hic q. 1. sect. 6. absque firmo fundamento id negans contra omnium sapiētum consensum; & ex utriusque obiecto, & modo procedendi constat nostra suppositio: & illa stante, ratio probat ei assignandum obiectum modo prædicto.

18 Dices, ens mobile substanciali est scibile primo, & perse: ens aitatem mobile accidentale est scibile tātū secundario, & per accidētē: & ideo obiectū adæquationis erit ens mobile substanciali; & ens mobile accidentale tātū secundario, & reduciū. Cōtra: nam etiā, quæ sunt accidentia, & in esse entis entia secundū quid, in esse scibilis habent fundare connexionem simpliciter scibile, vt patet in obiecto Mathematicæ, & in obiecto Logicæ: ergo etiā si ens mobile accidentale esset ens secundum quid, posset esse scibile perse, & directe.

19 Secūdo & vrgētijs: nā īā diximus, quod ens mobile accidentale, nō significat accidētē, sed cōpositū ex subiecto, & forma accidentali: ergo nō est cur absolute non dicatur ens mobile, & scibile simplicitē.

¶ Tertio: vñitas analoga obiecti in eile rei sufficit ad vñitatē vni⁹ scibili, vt dicit Caet. opus. de Nominū Analogia cap. 10. & patet inductione in obiecto intellect⁹, & quarūdā sciētariū: & tamen inter analogata est inæqualitas, & vñū habet principaliitatē respectu aliorū: ergo ex eo quod ens mobile substancial habeat principalitatem in esse entis, non sequi.

sequitur quod ens mobile acciden-  
tale nō sit scibile simplicitè: ac per  
consequēs ratio illa communis ab-  
stracta erit obiectum adæquatum.

20 Secundo principaliter suade-  
tur cōclusio: adæquatum subiectū  
scientiæ continet adæquate omnia  
qua sunt de consideratione illius  
scientiæ: sed ens mobile, & nō sūb  
stātia mobilis est huiusmodi: ergo  
ens mobile eit adæquatum subie-  
ctum Physicæ. Probatur minor: nā  
compositum mobile accidētalitè  
vere est mobile; v erè est ens natura-  
le, quia adhuc cū repugnat motus  
substantialis ratione motus localis,  
vel alterationis, simpliciter verifica-  
tur hoc ens esse physicum, & mobi-  
le radicaliter: ergo substantia mobi-  
lis est quidē pars perse obiecti adæ-  
quati; non tamen totum obiectum  
adæquatum Physicæ.

21 Confirmatur primo priori ra-  
tione Caietani: adæquatum subie-  
ctum primarum passionum natura-  
lium est adæquatum subiectum Phy-  
losophiæ naturalis: sed ens mobile  
in communi est huiusmodi: ergo,  
&c. Probatur minor, nam adæqua-  
tum subiectum transmutabilitatis  
(supposito quod hæc sit prima pas-  
sio) habet materiam, & formam, &  
priuationem pro adæquatis princi-  
pijs, vt patet ex Phylosopho toto  
hoc priuno libro: sed materia, for-  
ma, & priuatio non inueniuntur so-  
lum in genere substantiæ, sed etiam  
in omnibꝫ generibus, vt latè docet  
Phylosophus, & S. Thomas lib. 12.  
Metaph. à textu 19. vñque ad 29. vi  
delicet per totam lectionem 4. &  
lib. I. lect. 16. lit. f. Et ratione patet,

quia principia intrinseca realiter, &  
physicè non distinguūtur ab ipsa rei  
eflentia: vnde si alia genera realiter  
distinguuntur a substantia, & cū illa  
solum analogice cōueniunt, etiam  
principia propria aliorum generū  
solum analogice, & proportionali-  
tēsunt eadem cum principijs sub-  
stantiæ: ergo principia substantiæ  
non adæquāt omnia principia Phy-  
sicæ: ac per consequens non erunt  
subiectum totale, sed solum partia  
le principalitatis.

22 Confirmatur secundo à pari-  
tate: ideo substantia nō est obiectū  
adæquationis Metaphysicæ; quia li-  
cet principem locum teneat inter  
entia, & ad eam reducantur accidē-  
tia, vt ad principalem; non tamē est  
adæquata radix proprietatum, &  
causarum entis in quantum ens, vt  
ostendimus 1.p. Metaph. controv.

5. Ergo reductio ad aliquod obie-  
ctum partiale principale, non suffi-  
cit ad hoc, vt sit obiectum adæqua-  
tum scientiæ: ergo pariter in præsen-  
ti, reductio mobilis accidentalis ad  
mobile substantiale est reductio in  
esse entis, vt ad præcipuum partiale  
obiectum; nō tamen est reductio in  
esse scibilis, vt ad aliquid continens  
adæquate omnia principia Phy-  
sicæ.

23 Benè noui rationes istas mul-  
tis modis euadi ab alijs Authori-  
bus: sed etiam existimo, quod sola  
instaurazione illarum, euasions il-  
læ facillimè precludi possūt; & ideo  
non expedit in eis præcludēdis im-  
morari. Dicere enim quod princi-  
pia substantiæ radicaliter, & remo-  
tē sunt principia accidentium; non  
suffi-

sufficit: quia alias nulla posset esse scientia de ratione communi substantiæ, & accidenti: cuius oppositum constat in Metaphysica. Rursum: accidentia in proprio genere habent suam causam transmutabilitatis, & naturalitatis: & hoc scibile est, adhuc repugnante transmutabilitate substantiali, ut patet in cœlis, in quibus non est priuatio, & repugnat generari formam substantialē: & tamen à Physica scitur illorū motus localis, ut aliquid directe, & per se attactum à Physica, ut patet in libris de Cœlo, quos ad Physicā per se pertinere manifestū est. Et S. Thomas in prologo illorum librorū in fine ait, communem sententiam latinarum esse, quod ibi agitur de corpore mobili secundum situm, sine secundum modum.

24 Tertiam rationem sic format Caietanus: id est subiectum Philosophiae, quod ponitur in definitione primorum accidentium naturalium, quia tale est proprium subiectum eorū, ut patet in 7. Metaphysica text. 15. Sed nō corpus, nec substantia, sed ens in potentia, secundū quod in potentia (quod idem est, quod ens mobile, ut patet in 3. Physicorum text. 6. & 9.) ponitur in definitione primorum accidentiū naturalium: vnde motus lib. 3. definitur est aliud entis in potentia, &c. Ergo ens mobile est subiectum scientiæ Naturalis.

25 Quod videtur docere Philosopher 6. Metaph. in fine text. 1. dicens: *Physica theórica quadam est: sed theórica circa taliens, quod est possibile moueri.* Vbi S. Tho. lect. 1. litt. c. cir-

ca fin. ait: *Ens enim mobile est subiectum naturalis Philosophiae.*

26 Dupliciter confirmari potest ex Ferrara in probationibus primæ conclusionis: primo, nulla differētia contrahens aliquod commune, est æqualis, aut magis universalis illo communi: sed mobile est universalis, quam corpus: quia etiā forma, & accidentia sunt entia mobilia; licet per accidens: ergo, &c.

27 Confirmatur secundo: illud est subiectum, sub quo continentur omnia considerata in scientia: corpus mobile non est tale: considerantur enim in hac scientia res, quæ definiuntur cum materia sensibili; huiusmodi autem sunt, nō solum corpora, sed & formæ substantiales, & accidentales: ergo substantia mobilis, non est subiectum adæquatū, sed solum partiale. Istæ duæ confirmationes procedunt, nō sumendo ens mobile ita strictè, ut sumendum diximus ex Caietano; sed latiori significacione, ut formæ, & accidentia dicuntur.

28 His, & alijs rationibus occurri potest ex M. Ioanne à S. Thoma, 5. Nec tamen, dicendo ex illis probari, quod mobilitas, de qua agit Physica, terminari possit ad substantiam, vel accidens; tamen subiectū quod recipit, & fundat hanc mobilitatem, tamquam principium primum, & per se motus, non est accidens, sed natura, quæ necessario est substantia.

Sed contra: nam aliquę ex rationibus factis manifestissimè hac via euadi non possunt. Et de rationibꝫ modo formatis ex Ferrara, id est perspi-

perspicuum. Et de argumento formato à paritate ex obiecto Metaphysicæ, facile animaduerti potest, quia in illa, etiam in supponendo, aliquid abstrahens à substantia, & accidente est obiectum.

29 Rursus, præcipua ratio ad idem instaurari potest: quia illud, quod est ens mobile subiectuè abstrahens à substantia, & accidente, sciri potest à naturali Phylosophia: ergo non est eur non ponatur eius subiectum adæquatum in hac amplitudine.

Præterea, idè ens mobile terminatiuè abstrahit à substantia, & accidente, quia passiones mobilitatis radicalis conueniunt nō nudæ substantiæ, sed ut subest tali accidenti: sed mobilitas subiectiva nō competit adæquate soli substantiæ, sed composito accidentali, seu substantiæ ut affectu accidente: ergo ens mobile, etiam subiectuè, abstrahit à substantiali, & accidentalí.

30 Deinde, principia propria accidentium non reducuntur in substantiam, nisi remotè, & in esse entis; non verò reducuntur perse, & in esse scibilis. Aliquæ etiam mobilitates repugnarent substantiæ; nisi illarum esset capax media quantitate, & qualitatibus; ut motus localis, intensio, & remissio: ergo, adhuc subiectuè, mobilitas considerata à Naturali Phylosophia, abstrahit à substantia, & accidente. Nec Physica adæquate agit de sola Naturâ, sed etiam de ente naturali, & de ente secundu natura, modo explicando libro

secundo.

§. V.

*Exponitur ratio S. Thomæ.*

31 **I**co tertio, ratio formalis, quæ per se cōsideratur à Phisica, non è stratio substatiæ, nec ratio corporis; sed ratio entis mobilis. Hanc conclusionem simul cum præcedente docet S. Tho. & probat in prologo Physicorum dicēs: *Hic autem est liber Physicorum, &c. Cuius subiectum est ens mobile simpliciter. Nō dico autem, corpus mobile, quia omne mobile esse corpus probatur in isto libro: nulla autem scientia probat suum subiectum: & ideo statim in principio de Cœlo, qui sequitur ad istum, iacipitur à notificatione corporis. Vbi habetur tam pars conclusionis affirmativa, quam negativa. Idem docet S. Thomas lib. I. Metaphis. lect. 2. litt. i. & lib. 4. lectione 5. littera e. & lib. 6. lectione 1. littera c. & lib. 11. lect. 4. in fin. & lib. 12. lect. 2. litt. a. & habetur opusc. 42. apud D. Tho. cap. 14. Vbi animaduerti potest, quod non satis diligenter S. Tho. legerunt, qui oppositam sententiam ei tribuunt; cum in locis ipsis ab eis pro se relatis, nostrâ doceat opinionem.*

32 **H**uic rationi S. Tho. respôdet AEgidius Romanus cōsequentiam non tenere, quia non est idem corpus mobile esse, & omne mobile esse corpus, quia potest alicui esse clarum, quod corpus mobile sit: qui tamen non concedet omne mobile esse corpus: sicut illi qui teneant formas moueri, vel abstracta entia moueri localiter: ergo ex eo quod Phylosophus probet omne mobile esse corpus, non ideo probat omnem mobile esse.

Secundo

## §. 5. Exponitur ratio S. Thomæ.

17

Secundo potest responderi, non esse inconueniens, quod in scientia demonstretur à posteriori existentia obiecti: vnde diximus lib. 3. Logicæ, quæst. 2. quod in scientia à posteriori sufficit, quid nominis præcognoscere; & sic in Theologia demonstratur per eius effectus Deum esse: ergo non esset inconueniens, quod in Physica à posteriori probetur corpus esse; & ita ex hac parte non excluditur à ratione obiecti.

Tertio dici potest in Physica nō probari omne mobile esse corpus, sed omne mobile esse diuisibile, ut patet 6. Physicorum text. 32. constat autem, quod diuisibilitas nō est essentia corporis, sed passio quantitatis, iuxta dicta lib. 2. Logicæ questione 14. vndique ergo claudicat ratio, quia consequentia non est legitima, & ambæ præmissæ falsæ.

33. Ut evasions istæ præcludantur, notandum, quod ratio S. Thomæ diuersimode solet exponi: nam Iauellus, & Ferrata admittunt sensum, qui in argumētis impugnatur: quod ideo probat Sāctus Thomas, quod corpus mobile non est subiectum, quia nulla sciētia probat suū subiectum esse. Et tunc ad argumentum dicunt, quod licet formaliter non sit idem, probare mobile esse corpus, & esse mobile; tamē vnum sequitur ad alterum; ac per consequens, si probatur vnum, consequēter probatur alterum: vnde ex ratione Phylosophi sequitur corpus mobile esse, vel actu, vel aptitudine; nam actualis existentia subiecti non exigitur essentialiter ad sciē-

tiā, ut diximus lib. 3. Log. q. 2. a. 18.

34. Hanc tamen expositionē non admittunt Caietanus, & Soto: quia S. Thomas nunquam dixit, quod Phylosophus naturalis probet corpus mobile esse: nec id esset verū: qui enim dubitant corpus mobile esse, non indigēt medio probatiuo, sed sensu, ut dicitur 2. Physicorum text. 6. quod tenere demonstrare, quod est natura, ridiculum est: & sensu percipimus nos moueri; ac per conséquētes ad hoc probatione alia non indigemus. Et illa virtualis illatio probatiua existentiæ subiecti non repugnanter, in omni syllogismo demonstratiuo possit innueniri: & ita non esset inconueniens, quod ita virtua liter demonstraretur existentia subiecti Physicæ.

35. Quare melius idem Ferrara se cùdo exponit rationem S. Tho. ita ut sensus sit: nulla scientia probat suum subiectū de alio subiecto: sed scientia naturalis probat corpus de mobili: ergo corpus non potest esse subiectum in Phylosophia Naturali. Pro intelligenda, & probanda māiceri, notandum ex D. Tho. lib. 1. Post. leēt. 2. litt. a. in medio, quod cū accidētia quodam ordine ad subiecta referantur; no est inconueniēs, id quod est accidens in respectu ad aliquid, esse etiam subiectam respectu alterius; sicut superficies est accidens respectu substantiæ corporalis; quæ tamen superficies est primū subiectū coloris: nam vñ accidens est subiectū quo ali ad inheret substatię. Vnde in sciētij, quæ sunt de aliquibus accidētibꝫ: nihil prohibet id quod accipitur ut subiectū ref-

B pectuali

alicuius passionis, accipi ut passionem respectu anterioris subiecti. Cum igitur hoc nō procedat in infinitum, erit deuenire ad aliquod primum in scientia illa; quod ita accipitur ut subiectum, quod nullo modo ut passio: ergo si aliquid probatur de alio, iam non potest habere rationem primi subiecti: cum ergo corpus mobile probetur de ente mobili in Scientia Naturali; non corpus, sed ens mobile erit primū, & adæquatum subiectum Physicæ.

36 Instabis, authoritatem hanc S. Thomæ, si adæquate referatur, potius probare, quod substātia mobilis est obiectum adæquatum Physicæ: ibi enim ait: *In illis scientijs, quorum subiectum est aliqua substātia, id quod est subiectum, nullo modo potest esse passio: scit est in Philosophia prima, & in Scientia Naturali, qua est de subiecto mobili.* Cum ergo loquatur de obiecto adæquato, sequitur ex eius mēte, quod ens mobile substantiale sit obiectum adæquatum Scientiæ Naturalis.

Facile respondetur, quod ipse S. Thomas declarat, quod quoad hoc eodem modo tractant de substātia, Philosophia prima, seu Metaphysica, ac Physica: cum ergo in dubitatum sit apud S. Thomam, quod Metaphysica de substātia agit solim, ut de obiecto partiali, licet perse, & principaliter; ita idem dicendum de Physica: intendit enim S. Tho. in hoc discrimen constitutre inter has duas scientias, & Mathematicas; quod istæ adæquata sunt de quantitate continua, vel

discreta: quare substātia non est de illarum consideratione, sed pertinet ad considerationem Physicæ, & Metaphysicæ: quamvis istarū subiecta non coartetur ad solam substātiā.

37 Potest & clarè formari ratio S. Tho. verbis M. Soto: subiectum scientiæ est illud, de quo tanquam notissimum supponitur in tali scientia esse primum fundamentum, & rationem omnium passionum, que demonstratur in tali scientia. Quod patet: subiectū enim est vnde trahunt immediate passiones, & est fundamentum præsuppositū quoad hoc in tali scientia: sed posse moueri, & quiescere est prima, & potissima passio, de qua Physica tractat: illud ergo erit subiectum, de quo tanquam notissimum supponitur esse subiectum, & rationem motus. Cum ergo supponatur tanquam notissimum, quod omne, quod mouetur, est ens; probetur autem, quod omne mobile est corpus: ergo ens mobile est subiectum, & non corpus mobile. Per quæ celant due priores obiectiones.

38 Ad tertiam respondet Caietanus §. Sed remanent, quod diuisibilitas est proprietas corporeitatis ipsam commitans, & in esse, & in cognosci; ut ab intellectu recte disposito non cognoscatur aliquid esse diuisibile, quin cognoscatur esse corpus, nec nos cognoscimus corpus, nisi cognoscendo quantū qualitate molis diuisibile: ac perconse quens, saltē mediatae, ex ratione illa Philosophi vtrumque probatur: vnde Auerrois i. de Celo cōmēto

## §.6 Soluuntur argumenta.

19

5. ait: *Probatur est in 6. Physic. quod omnne mobile est corpus, &c.* Alia huius argumenti subtilis solutio traditur à M. Ioan. a S. Thoma hic art. 1. §. Et ad id; videatur.

39 Dico quarto, corpus mobile sumptum propter commune substantiae, & accidenti, seu ut dicit aliquid corporeum, est subiectum adaequatum materiale Physice; sumptum vero pro substantia mobili est principale subiectum inter partialia Physice. Sumitur haec conclusio ex D. Tho. 1. Post. lect. 2. & lect. 25. litt. b. & lect. 41. litt. c. & q. 14. de verit. art. 8. ad 16. & 1. p. q. 84. art. 1. in argum. *Sed contra*, ubi docet corpus mobile esse subiectum Physice; quod intelligitur, vel iuxta primam partem conclusionis, ut intelligitur à Caietano: pro qua doctrina intelligenda recolenda sunt, quæ diximus lib. 2. Logicae q. 18. n. 4. Vel iuxta secundam partem, quæ traditur à Ferrara concl. 4. & perse nota est, quia substantia est prior, & principalior in ratione entis, & in ratione mobilis; & sic S. Tho. in prologo libro*de Cœlo*, ait, quod *in libro Physicorum agitur de corpore mobili, in quantum est mobile*. Ecce quod rationem formalem semper S. Tho. eadem explicuit; rationem tamen materialem, & eius extensionem, aliquando explicuit adaequatè, aliquando solam egit de obiecto principiatis.

§. VI.

*Soluuntur argumenta.*

40 Primo arguitur: si obiectum Physice esset ens mobile, sequitur

ad Physicam pertinere tractare de Angelis: consequens tamen est falsum, quia videmus de illis non disputare Physicos, sed Metaphysicos, & Theologos: ergo obiectum Physice non debet ponи ens mobile, sed corpus mobile. Probatur maior, quia Cœlū, eo præcise quod mouetur localiter, ponitur perse pertinere ad Physicam: sed Angeli etiā mouentur localiter: ergo si non excluditur quia incorporei, pertinebūt ad Physicam, ut entia mobilia.

Ad hoc argumentum Scotistæ concedunt maiorem, & negant minorem. Contrarium tamen docet Phylosophus 2. Physic. text. 26. dicens. *Quo* vero modo se habeat separabilis forma, & quidnam sit Philosophia Prima est determinare. Vbi S. Tho. lect. 4. in fine, docet, quod consideratio Scientie Naturalis, quæ est de formis, usque ad animam rationalem se extendit: at vero agere de Anima separata, & de Angelis ad Metaphysicam iepstat. De quo videatur 6. Metaphis. lect. 1. & Opusc. 70. quæst. 5. artic. 2. ad sextum, & artic. 4. ad tertium, ubi & notat, quod æquiuocè mouentur localiter respectu eorum, quæ loco circumscribuntur. Idem habetur Opuscul. 42. capit. 14. & in prologo Physicorum causam assignat, quia scientiae distinguuntur ex diuersa abstractione à materia; unde cum Angeli ab omni materia abstractant, pertinent ad supremam scientiarum, maximè abstractentem à materia, videlicet, Metaphysicam, quæ tractat de Deo, & de substantijs separatis à materia.

B 2

Aliter

41 Aliter ergo respondetur negando maiorem. Ad probationem dicitur, quod cœlum mouetur localiter motu physico materiali, sensibili, & naturali, à materia depēdenti: & de his agit huc scientia, quæ ideo dicitur Physica, & Naturalis: vnde S. Thomas in prologo subdit: de his verò, quæ dependent à materia, nō solum secundum esse, sed etiam secundum rationem, est Naturalis, quæ Physica dicitur. Et quia omne quod habet materiam, mobile est; consequens est, quod ens mobile sit subiectum Naturalis Phylosophiæ. Ergo ens mobile est ens materiale, corporeum, sensibile, & naturale, à quibus longè absunt substantiae separatae: ac per consequens, per hoc quod dicamus ens mobile subiectum Physicæ, non cogimur dicere illam tractare perse de Angelis, nisi in quantum mouent Cœlos.

42 Secundo arguitur ex M. Soto hic quæst. 1. ante solutionem ad quintum, §. Sequitur secundo, quia cōpositum accidentale est ens peraccidens, vt dicit Phylosophus 6. Metaphysicæ textu 4. & ita non est ens simpliciter, sed entia: ac per consequens, pro illo nō supponit ens mobile. Rursus, nō est ens simpliciter, sed solum secundum quid: atque adeò ens mobile, quod est subiectum Physicæ, non verificatur simpliciter de illo: qua de causa Phylosophus ibi ait, quod ens peraccidens non est subiectum scientiæ.

Respondeatur, quod vt dicunt

in simili Phylosophus, & S. Thomas libro vndecimo Metaph. lec. 4. litterab. eo modo se habet Naturalis scientia quantum ad hoc, sicut, & Mathematica: quia naturalis scientia speculatur accidentia entium, & principia, non in quantum sunt entia, sed in quantum sunt mota. Sicut igitur Mathematicæ sunt scientiæ simpliciter, quia veritates consideratæ fundant connexionem simpliciter scibilem, quam uis quantitas sit accidens, & ens secundum quid; ita pariter Physica est simpliciter scientia etiam si ens mobile accidentale sit ens secundum quid. Et sicut in strictiori euētu diximus libro 3. Logicæ quæst. 13. in fine, quod scientiæ subalternatae non tractant de ente peraccidens, quia unum se habet vt materiale, & aliud vt formale; ita multo melius dici potest in præsenti, quia subiectum se habet vt obiectum materiale scientiæ, mobilitas illa vt obiectum formale, & abstractio à matetia vt ratio sub qua specificatiua Physicæ. Vnde Sanctus Thomas primo Metaphysicæ lectione secunda littera i. ait, quod ens mobile, de quo est Naturalis Phylosophia, addit supra ens simpliciter, de quo est Metaphysica. Et libro 4. lectione 5. littera e. ait, quod Physica est quædam pars Phylosophiæ, sed non prima Phylosophia.

43 Sed instabis: nam sequitur ex doctrina data, quod Physica esset pars Metaphysicæ, aut illi subalternata: quorum utrumque est aperte falso.

## §. 6. Soluuntur argumenta.

2

falsum. Probatur sequela: nam vel mobilitas essentialiter continetur sub ente; vel accidentaliter? Si pri-  
dam; erit pars Metaphysicæ: quia  
vt dicitur 1. Posteriorum cap. 22.  
eiusdem scientiæ est considerare su-  
biectū aliquod, & eius species, seu  
partes per se subiectiuas. Si secun-  
dum subiectum Physicæ addet dif-  
ferentiam accidentalē supra obie-  
ctū Metaphysicæ; ac per consequē-  
tū subalternabitur.

Respondetur, non defuisse, qui  
existimarer libros Physicorum ad  
Metaphysicam pertinere, & Phylo-  
sophiam Naturalem à libris de Cœ-  
lo inchoari. Ita Mirand. lib. 15. de  
Singulare certamine à sectione se-  
cunda.

44 Quia tamen oppositum do-  
cent Phylosophus, & S. Thom. &  
vniuersitati harum scientiarum tracta-  
tores: & specialiter illam opinionē  
paradoxam confutant M. Masius  
sect. 3. quæst. 1. & PP. Comimbr. in  
proposito Physicorum. Et de alijs  
tractatibꝫ negari nequit à Metaphy-  
sicā distingui; & nūc de obiecto to-  
tius Physicæ inquiritur.

45 Ideo bene respondet Caieta-  
nus negandam sequelam in omni  
dicendi modo: quia quamvis mo-  
bilitas essentialiter continetur sub  
ente, quod omnia transcendent; non  
tamen est per se de consideratione  
Metaphysicæ; cuius obiectum est  
ens commune, quia nō omnes par-  
tes, & modi entis sunt de eius con-  
sideratione, sed solum illi, qui genus  
illius subiecti, nō egrediuntur. Mo-  
bile autem extragenus scibile Me-  
taphysicæ est: à materia enim sensi-

bili non abstrahit. Cum autem mo-  
bilitas non sit differentia accidentia-  
lis addita enti: nam vt dicitur 3. Me-  
taphys. text. 11. nihil est extranum ab  
ente; ideo non propriè, sed tantum  
impropriè Physica subalternatur  
Metaphysicæ: de quo latè diximus  
1. part. Metaphysic. contro. 4. ar-  
tic. 4.

46 Præterea arguit M. Ortiz 6. 3.  
(rationem tantum refero, quia au-  
thoritates ex dictis expositæ ma-  
nent) obiectum ad æquatum scien-  
tiæ est, de quo demonstrantur passio-  
nes, quæ in ipsum vlti. no reducun-  
tur: sed de solo ente mobili substâ-  
tiali demonstrantur passiones; &  
istæ in illud vltimo redacuntur: er-  
go ens mobile substantiale est obie-  
ctum ad æquatum Philosophiæ. Pro-  
batur minor supponendo, quod mo-  
bilitas proxima est passio: sed istæ  
mobilitates proxime demonstran-  
tur de mobili substanciali, vt de su-  
biecto à quo primo di manant, & in  
quod vltimo resoluuntur, seu redu-  
cuntur: ergo, &c. Probatur minor,  
de subiecto, quod est radix actus se-  
cundi, demonstratur principiū pro-  
ximum illius: nam mediante prin-  
cipio proximo causat actum secun-  
dam: sed in mobili substanciali est  
radix cui. seu nque motus; qua de  
causa dicitur mobile radicaliter: er-  
go de mobili substanciali demon-  
strantur omnes passiones.

Confirmatur primo: iam ab illo  
quod se habet per modum radicis,  
& passiones, no potest abstrahi v-  
na ratio communis, quæ sit obie-  
ctum ad æquatum illius scientiæ, quæ  
respicit unum per modum radicis,

& alterum per modum passionis: sed mobilitas substantialis consideratur à Phylosopho vt radix, & aliae mobilitates accidētales considerantur, vt passiones demonstratae per illam: ergo ens mobile substantiale est obiectum adæquatum Physicæ.

Confirmatur secundo: omnis mobilitas reperta in accidentibus consideratur à Phylosopho, vt proprietas mobilitatis substantialis, & oritur ex illa; quia natura, quæ est substantia, est radix omnis accidentis; & ideo Physica primo, & per se agit de principijs substantialibus, & secundario de principijs accidētialibus, quæ reducuntur ad substantiam: vnde S. Tho. lib. I. de Generat. Lect. 10. docet, quod omnis contrarietas reducitur in primam contrarietatem, quæ est formæ & priuationis, &c. ergo obiectum adæquatum Physicæ est ens mobile substantiale.

47 Respondeatur totum argumentum retorqueri posse, & instari in obiecto Metaphysicæ: nam in esse entis accidens dependet, & originatur à substantia; & tamè hæc nō est obiectum adæquatum, sed solù principale Metaphysicæ: ergo pariter dici potest in ratione mobilis. Præcipue cum aliquarum mobilitatum, vt motus localis, & intensio-  
nis, & remissionis, substantia nō sit capax, nisi ratione accidentium.

48 Quare duplice via potest argu-  
mento satisfieri: vel cum Caietano  
solutione ad 4. dicente, quod plus  
requiritur vt aliquid sit subiectum,  
quia quod ad ipsum fiat resolutio:  
alioquin principia subiecti ad quæ

vltimo fit resolutio, essent subiectum. Oportet ergo, quod ad eius rationem formalem fiat resolutio, tāquā ad adæquatum primarū passionum subiectum: ad substantiam autem mobilem non fit mobilium resolutio, sicut ad adæquatum mobilium subiectum; sed sicut ad primum clausum in adæquato mobilitatis subiecto, quod est ens mobile. Luxta hoc ergo, vel negetur maior: vel distinguatur duplex resolutio; alia vt ad subiectum principali-  
tatis; alia vt ad subiectum adæqua-  
tionis, quæ est ad cōmune per præ-  
dicationem, saltem analogam; &  
hæc est ad ens commune.

49 Vel concessâ maiori, negâda est minor vtriusque syllogismi. Ad probationem, concedatur maior, & negetur minor. Aut melius erit, distinguere, & concedere de radice materialiter, & in esse entis, quæ præsuppositiæ se habet ad rationem scibilis; & negare de radice forma-  
liter, & in esse icibilis. Est exemplū in Mathematica, quæ formaliter reficit quantitatem continuā, & discretam, quæ oriuntur à substantia; & tamen resolutio Mathematicæ silit in quantitate, quia hæc est eius subiectum; & substantia se habet præsuppositiæ, & materialiter: ita pariter in præsenti dicendum est: licet paritas non teneat quoad omnia, quia hic subiectum abstrahit à substantiali composito, & acciden-  
tali; & ibi adæquatè tractatur de quantitate.

50 Ad primam confirmationem concesso maiorem, & nego minorem; quia licet aliquæ mobilitates sint

sunt passiones; & istæ non sunt subiectum; alia mobilitates sunt accidentia in esse entis; & tamē sunt subiectum, seu ratio scibilis, quia sunt primaria ratio, ut illud compositum consideretur à Physica. Pariter ad secundam: vel negetur antecedens: vel solum concedatur de radice in esse entis: vel de reductione physica, ut ad aliquid principalius; non vero ut ad aliquid adæquatum, & unica causā mobilitatis, vel quietis (hæc cum sit priuatio motus, per istum cognoscitur) quod solum sufficit, & requiritur ut esset obiectum ad quantum Physicæ.

## QVAESTIO SECUNDA.

*Vtrum Philosophia Naturalis sit una scientia secundum speciem?*

## §. I.

*Divisio Naturalis Philosophiæ, & status questionis.*

<sup>1</sup> EX obiecto Naturalis Philosophiæ iam assignato accipit S. Thomas in prologo, seu lectione i. Physicorum diuisionem scientiæ Naturalis. In his enim octo libris, qui præ manibus nunc habentur, agitur de corpore, seu ente mobili inquantum est mobile, per communia principia naturæ. Vnde restat in alijs libris scientiæ Naturalis huiusmodi communia applicare ad propria subiecta, ut notat S. Thom. in prologo librorum de Cœlo: & hic prosequitur dicens: sequuntur au-

tem ad hunc librum alij libri Scientiæ Naturalis, in quibꝫ tractatur de speciebus mobilium, puta, in libro de Cœlo, de mobili secundum motum localem, que est prima species motus. In libro autem de Generatione, de motu ad formam, & primis mobilibus, scilicet, elementis, quantum ad transmutationes eorum in communi: quantum vero ad eorum speciales transmutationes, in libro Meteororum. De Mobilibus verò mixtis inanimatis, in libro de Mineralibus: de animatis vero, in libris de Anima, & consequentibus ad ipsum.

2 Pro quo vñterius notandum ex D. Thom. de Sensu, & Sensato lect. i. quod Phylosophus considerationem de Anima in tres partes diuisebat. Nam primo quidem considerauit de Anima secundum le quæ in quadam abstractione in tribꝫ libris de Anima. Secundo, considerationem facit de his, quæ sunt animæ secundum quandam concretionem, siue applicationem ad corpus, sed in generali: & hoc in libris quos Parva Naturalia vocant, & sunt quasi supplementa quædam librorum de Anima: quorum partitio, seu diuisio, & ratio sufficientiæ, videri potest in D. Tho. ibi. Tertio Phylosophus considerationem facit applicando omnia hæc ad singulas species Animalium, & Plantarum, determinando quid sit proprium unicuique speciei: quæ doctrina continetur in libris, quos Phylosophus inscripsit de Animalibus, & Platis. Ex quibus patet diuisione Philosophiæ Naturalis in omnes suas prin-

cipales, & notiores partes.

3 Quia tamen in Gymnasijis Ordinis Prædicatorum, & in florētissima Schola Complutensi (quibus potissimē laboramus pro doctrina Angelici Doctoris amplianda ad Deigloriam, & Ecclesiæ qualem cū que utilitatem) non leguntur nisi tres Naturalis Phylosophiæ partes, videlicet, octo libri Physicorum, & duo libri de Generatione, & tres libri de Anima; ideo nostras quæstiones Naturalis Phylosophiæ tantum in tres partes partiti sumus, ut etiam in hoc minimo, summa Sancti Thomæ partitionē emulemur, sicut, & in Logica, & Dialectica, & in Metaphysica fecimus in honorē SS. Trinitatis. His præmissis.

4 Hac est occasio præsentis quæstionis, videlicet, inquire, an diuisio ista sit solum in partes materialiter differentes, sicut differunt partes Metaphysicæ, & partes Logicæ; quæ sunt una scientia secundū speciem infinitam? an verò sit diuisio generis in species diuersas, sicut dividuntur scientiæ Mathematicæ.

5 Vtraque pars, tam affirmativa, quam negativa, patronos habet insignes Thomistas; ideo potest in Schola S. Thomæ permitti hoc problema. Estè vni<sup>o</sup> speciei infinitæ omnes partes Naturalis Phylosophiæ, docent Soto lib. i. Physicorū quæstione 2. conclus. 4. & i. Post. cap. 25. & latè Bañez in proœmio de Generatione ad 4. & alij quos referant, & sequuntur PP. Carmelitani in Logica disput. 19. q. 5. §. 4. M. Ioan. à S. Thomā hic quæst. 1. art. 2. Lema quæst. 1.

6 Distinctionem tamen specificā inter partes Naturalis Phylosophiæ, agnoscunt Caietanus lib. i. Post. cap. 22. & 2. 2. q. 162. in princip. Sōcīnas lib. 6. Metaphis. quæst. 8. post tertiam conclus. & in Epitome Capreoli quæst. 3. prologi conclus. 4. vbi fuit aliqualiter Capreolus in 3. concl. & etiam Ferrara i. Physic. q. 2. in prob. 4. concl. & clariss. Sanchez lib. i. Logicæ q. 11. concl. 9. assertens hanc esse de mente S. Thomæ: & propterea idem assertiuè tenet Ortiz in Logica tractatu 6. confer. 3. §. 5. & quia videtur conformior doctrinæ traditæ q. 1. ideo, ita utriusque partis probabilitatem sustineo, quod in secundam magis in clinio motus ratione, & authoritate S. Thomæ.

### §. I L.

#### Probabilitas primæ sententiae:

7 Dico primo, valde probabile est Naturalem Phylosophiam quoad omnes suas partes esse unius speciei infinitæ. Citant PP. Carmel. pro hac conclus. S. Thomam de Señor. & Sententia lect. 1. & Opusc. 42. cap. 14. ¶ Tres rationes bene proponit M. Lañez vbi supra. Prima: nam sciētiæ specie distinctæ nō procedunt ex eisdem principijs proprijs, ut docet Phylosoph. 1. Post. text. 20. cum principia complexa constent ex subiecti definitione, & eius passione: sed partes Physicæ procedunt ex eisdem principijs: ergo omnes sunt eiusdē speciei. Probatur minor: nam sicut in libris de Cœlo demonstratur, quod motus illius debet esse à termino à quo, ad termini

terminū ad quem, ita in libris de Generatione ostendit ar, quod motus alterationis debet esse inter duos terminos: & hęc principia in communi, & abstracte tradūtur in libris Physicorum, dum probatur, quod motus est inter terminos contrarios: ergo sunt eadem principia: ac per consequens eadem scientia secundum speciem insimam.

8 Secundo: ad eandem sciētiā pertinet agere de subiecto magis, & minus communī, & de qualibet eius passione, quando considerantur sub eadem ratione formalī: sed in octo libris Physicorum agitur de ente mobili in cōmuni, & in alijs libris tractatur de diuersis speciebus motuum sub ratione communī, cōtentis sub eadem ratione formalī eiusdem abstractionis: ergo pertinent ad eandem scientiam secundū speciem. Maior sumitur ex Phylosopho 1. Posterior. text. 42. Et ratione patet: nam alias de qualibet ratione generica esset scientia specie distincta à scientia specierum illius. Quod sèpè diximus esse fallum. Et scientiæ non specificarētur ab obiectis in esse scibilis, sed in esse rei, &c

9 Tertio: nam sequitur, quod in sciētiā de Animalibus illa pars, quę agit de Animalibus perfectis, distinguitur specie ab ea, quę est de Ostris, & Conchiliis: hic enim magis abstractur à motu, cum nō agatur de motu progressivo, de quo ibi. Sequela ex dictis est manifesta, eo quod maior, & minor abstractio intra eandem speciem variat essentialiter scientiam de Generatione, & de Cœlo, iuxta oppositam senten-

tiā: ergo variabit essentialiter sciētiā de Animalib⁹ perfectis, & imperfectis.

10 Quarto potest argui ex M. Ioan. à S. Thoma: nam etiā in octo libris Physicorum traduntur principia generalia entis mobilis, & applicātur ad diuersas species motuum, & ad res valdē diuersas: tractatur enim de infinito, de continuo, de loco, & tempore: & tamen est una scientia secundum speciem: ergo ex eo, quod in alijs partibus Physice applicātur principia generalia ad motus, & mobilia specie distincta; non sequitur specie distinguiri in esse scibilis. Probatur consequētia: nam licet omnia, de quibus tractatur in libris Physicorum, connexio nem habeant cum ente mobili ut sic; tamen hoc ipsum inuenitur respectu aliorum librorum, qui agunt de istis mobilibus, & motib⁹ in particulari: quia connexionem habēt cum ente mobili ut sic, & non addunt illi differētiā accidentalem, sed sunt species illius: scientia autem, quę agit de aliquo genere, etiam agit de speciebus cōtentis sub illo, ut inductione patet in Logica, & Metaphysica, & in alijs: ergo pariter in Physica.

11 Ultimo probatur: nam maioris amplitudinis est obiectum, & abstractio Metaphysice, quā sit obiectū, & abstractio Phylosophiae Naturalis, cum illa sit nobilior, & vniuersalior, quam ista: sed Metaphysica est vnius speciei insimata, & eius ratio formalis est iadiuisibilis formaliter, quia non sumitur ab obiectis in esse rei, sed in esse scibilis, seu

ab abstractione à materia, & modo definiēdi: ergo similiter partes Philosophiae distinguentur materialiter, & in esse rei, non formaliter in esse scibilis: quod exigeatur ut distinguenteretur specie.

## §. III.

*Probabilis est specie distinguenda.*

12 Dico secundo, probabilius iudicio, & ita tenendū est, partes prædictas Naturalis Philosophiae specie infinita distinguuntur; quamuis conueniant in uno genere proximo, seu specie subalterna. Probatum primo auctoritate S. Thomæ filio 1. Poster. lect. 41. litt. d. in fine, ubi ait: distinguuntur autem genera scibilium secundū diuersum modum cognoscēdi: sicut alio modo cognoscuntur ea, quæ definiuntur cum in materia, & ea, quæ sine materia. Vnde aliud genus scibilium est corpus naturale, & corpus mathematicum: unde sunt diuersa principia utriusque; & per consequens diuersæ scientiæ. Et virumque horum generum distinguuntur in diuersas species scibilium secundū diuersos modos, & rationes cognoscibilitatis. Hæc S. Thom. Cum ergo ens mobile, seu naturale, sit obiectum Physicæ; si hoc dividitur in diuersas species; & ipsa Physica erit in diuersas species scientiæ diuidenda: quia ut dixerat S. Thom. ibi litt. b. cuiuslibet scientiæ unitas secundū unitatem subiecti est attendenda: quia dicit ibi Philosopher, quod scientia dicitur una ex hoc quod est unius generis subiecti, sicut unitas motus sumitur ex unitate termini,

ut dicetur lib. 5. Physicor. q. 1. & 2.

13 Respondent cum M. Bañez Authores primæ opinionis, quod S. Thom. non accepit corpus naturale, pro eo tantum, quod consideratur à Physica; sed etiā pro eo, quod consideratur a scientijs medijs: que secundum Philosophum 2. Physic. text. 20. sunt Astrologia, & Musica, & similes; que magis reducuntur ad Physicam, quam ad Mathematicam; quia ordinantur ad materiam sensibilem, per quam definiuntur; & aliquæ earum habent etiam obiectū inferius ad ens mobile. Loquitur ergo S. Thomas de Physicæ ut se extendit ad istas scientias; non tamen de Physica strictè sumpta, ut nunc loquimur.

Sed contra, primo: nam S. Thom. eodem tenore verborum, quo obiectum Mathematicæ ponit esse genus diuisibile in plures species; id est affirmat de obiecto Physicæ: sed obiectum Mathematicæ strictè, & præcisè sumptæ, est diuisibile in plures species obiecti scientifici: & sic distinguuntur species scientiæ parè Mathematicæ, ut Geometria, quæ est de magnitudine, & Arithmeticæ, quæ est de numero: ergo scientia parè Naturalis diuiditur ex mente S. Thomæ, in plures species scientiæ.

14 Secundo, ut docet S. Thom. opusc. 70. q. 5. art. 3. ad 6. scientiæ mediæ inter Naturales, & Mathematicas, quæ principia mathematica ad res naturales applicat, ut Musica, & Astrologia, magis sunt affines Mathematicis, quam Naturalibus, seu Physicis: quia in earum cōsideratione

sideratione id, quod est Physici, est quasi materiale; quod autē Mathematici, quasi formale. Et in solutio ne ad 7. addit, quod Iciētiæ mediae communicant cum Naturali secū dum quod est materiale in earū cō sideratione; differūt autē secūdū id quod in earū cō sideratione est formale. Indeq; prouenit, quod princi pia Mathematicæ sunt applicabilia Naturalibꝫ; nō autē ē cōuerſo: propter quod Physica est ex suppositio ne Mathematicæ; sed nō ē cōuerſo, vt ex 3. de Cœlo p̄miserat S. Th. videatur 2.2.q.9.ar.2.ad 3. Ex cui<sup>o</sup> doctrina manifestum est, quod pro pter solam distinctionem i specificā scientiarum, quæ mediæ dicuntur, non potest verificari eius proposi tio, quod corpus naturale diuidit ur in diuersas species scibiliū: ac percōsequens ipsa Naturalis Phylo sophia diuiditur in plures species.

15 Dices iterum cū M. Ioann. à S. Thoma sol. ad 1. quod signanter S. Thomas non dixit, quod ens mobi le; sed quod *corpus naturale*, &c. nam licet æquivaleant in supponendo; tamen ens mobile adunat omnia; corpus autē naturale se habet ma terialiter, & est capax diueriarum rationum formalium, nempè, ratio nis formalis Medicinæ, quæ agit de corpore naturali sanabili, & Physicæ, quæ est de corpore inquantum est ens mobile.

Hæc solutio plus habet subtilita tis, quam soliditatis: quia illis voci bus idem exprimi, cōstat ex D. Thoma lib. 1. Physic. lect. 1. & alijs locis relatis quæst. 1. & probat Caietan<sup>o</sup> ibi relatus.

16 Secundo, solutionem hanc in terainis videtur rei scere S. Thom. opuscl. 70. de Trinit. q. 5. art. 1. ad 5. docens, quod Medicina non ponit ur sub Physica vt pars: subiectum enim Medicinæ non est pars subie cti Scientiæ Naturalis secundum il lam rationem, qua est subiectum Me dicinæ: quamvis enim corpus sana bile sit corpus naturale; non tamē est subiectum Medicinæ, prout est sanabile à natura; sed prout est sanabile per artem. Hæc S. Thomas: ergo ex eius mēte, ens naturale nō diuiditur formaliter in obiectum Medicinæ.

17 Tertio, ibi S. Thomas cū Phy losopho distinguit genera, & spe cies scientiarum speculatiuarum: harum enim distinctio sumitur ex abstractione à materia; practicarū vero diuersitas, est ex fine diuerio. Sed Medicina est practica, vt docet S. Thom. opuscl. 70. immeiatè ci tato ad 4. ergo quāuis Physicæ sub alternetur, de illa non loquitur S. Tho. illa lect. 41. sicut nec loquitur de alijs artibus Physicæ subalterna tis: quia ait S. Tho. illa solut. ad 5. Quod Physica secundum se, & secundum omnes partes eius est speculativa; quāuis aliqua operativa subalternetur ei. Lo quando ergo de partibus Physicæ speculatiue Naturalis, ut erificari debet ex mente S. Thom. quod distin guatur in diuersas species scibiliū.

18 Secundo probatur à paritate adducta à D. Tho. sub abstractione à materia sensibili datur plures sciētia specie distinctæ, vt differūt Geo metria, & Arithmetica: ergo sub abstractione à materia singulare, quæ

quæ est propria Phisice, poterunt dari abstractiones, & scientie specie distinctæ: ac per consequens dabunt plures partes Philosophie Naturalis specie distinctæ.

Mirum est, quantū torqueat hoc argumentum defensores primæ opinionis. PP. Carmel. illo §. 4. in fine respondent, quod intra eandem abstractionem, maior, vel minor abstractione à materia, non causat distinctionem in esse scibilis, nisi quando resolvantur in diuersa prima principia; vt contingit in obiectis Arithmeticæ, & Geometriæ. Quod tamē non inuenitur in Philosophia; siquidem omnia eius principia derivantur ex alijs, vel ex alterutris intra eandem abstractionem à materia singulari.

19 Contra, primo: nam ex abstractione à materia, non solum sumitur distinctio generica, sed etiā distinctio specifica scientiarū; immo & distinctio partium materialium illius, vt ex D. Tho. in prologo de Sensu, & Sensato diximus i. p. Metaph. controu. 2. num. 45. vbi etiam ostendimus, quod diuersitas principiorum, & modi definiendi correspondent unitati, vel diuersitati abstractionis à materia: ergo semel admissa diuersitate formalis abstractionis, consequenter erit a Immittendū, esse diuersa principia, & diuersum modum definiendi. Vel si parificantur in abstractione à materia singulari; restat disparitatis rationem assignare, cur stante eadem abstractione à materia sensibili, stent tam diuersa principia, & tam diuersus modus definiendi, quod constituant di-

uersas scientias secundum speciem?

Præterea: in Mathematicis sunt principia quædam generalia, vt *tab* *aequalibus aequalia demas*, &c. & sunt peculiaria principia propria singularem scientiarum; sicut in Natura li contingit, quod dantur principia generalia totius Philosophie, & peculiaria singulorum tractatuuni: ergo etiam quoad principia non est disparitas, quæ ad rem faciat.

20 Respondet M. Ioan. à S. Thoma solut. ad 2. esse disparem rationem: nam Mathematica non agit de quantitate, quantum ad quidditatem suam (quia hoc pertinet ad Metaphysicam) sed agit de proportione, & mensura; quæ diuersæ rationis sunt in quantitate continua, & discreta. At verò in Philosophia omnia tractantur, prout conueniunt in ratione mobilis; & ita obiecta diuersa solum differunt materialiter, & in esse rei; non formaliter, & in esse scibilis.

21 Potest hęc solutio impugnari auctoritatibus Philosophi, & S. Tho. adductis, quæst. i. n. 42. Et ratione dupli. Primo, nam proportio continua, & discreta, & mensurabilitas illarum conueniunt in aliquo genere proximo, & habent aliqua communia principia: sed ista debent, & possunt considerari ab aliqua scientia particulari; cum Metaphysica solum attingat ea sub communione ratione entis: ergo non est cur negetur Mathematicam hāc communem rationem considerare, & de his principijs utriusque quantitati communibus disputare, & illa explicare.

### §. 3. Dividitur in plures species.

29

Secundo: etiam de ente mobili sub ratione entis tractat Metaphysica; & ideo Physica est eius pars illi impropiè subalternata; & tamen, quia ratio mobilis est peculiaris, & omnibus mobilibus communis, ponuntur principia omnibus communia, & obiectum commune in quo adunentur omnia naturalia: ergo idem pariter dicetur in Mathematicis: vnde qui illas vult addiscere, prius instruitur in regulis, & principiis communibus omnium specierum, & propriis Mathematicæ.

22 Alia duplii via argumentum soluit M. Bañez ad 2. Primo, quod differentia est: nam in hoc quod est non considerare singularia, omnes partes Philosophiæ æquè conueniant: nulla enim aliquo modo considerat illa. At vero terminus abstractionis in Mathematicis est materia sensibili, quæ est duplex: nam est sensibile proprium, & est sensibile commune, vt dicitur 2. de Anima text. 64. & ideo dantur plures species Mathematicæ.

Secundo respondet, quod obiectum Arithmeticæ est magis abstractione formalis, quæ obiectum Geometriæ, quia numerus respectu quantitatis continua habet sicut forma, & actualitas illius. At in partibus Philosophiæ hoc non reperitur: obiectum enim libri de Cœlo, non se habet ut forma, & actus respectu librorum de Generazione; & propterea non est maior abstractionis formalis, nec diversitas scienciarum.

23 Minus videtur satisfacere iste

solutions, quam præcedentes. Primo, nā abstractio vniuersalis à particulari est conditio generalis omnium scientiarum, & propria intellectus, vt docet Sanctus Thomas Opus. 70. quæstione 5. articulo 3. ubi ad primum aduertit, quod hec abstractio etiam in scientia Naturæ reperitur. Cum autem scientias speculativas per abstractiones diuersas distinguimus, loquimur de abstractione formalis, vt notauit p. Meraphysicæ controversia secunda numero 57. & ideo etiam in hac oportet suam abstractionem Physicæ tribuere.

Secundo: plus differunt ea, quæ considerantur à Physica, quam differant sensibile proprium, & commune: nam differunt per corruptibile, & incorruptibile; & per immobile substantialiter, & mobile substantialiter: ergo si illa differentia sufficit ad distinctionem specificam, etiam hic.

24 Tertio: falsum videtur, quod Arithmetica, & Geometria differant, quia una agit de sensibili proprio, & alia de sensibili communi: imo omnino abstrahunt à materia sensibili; & differentia est per quantitatem continuam, & discretam. Ino Sanctus Thomas de Sensu, & Sensato lectione secunda littera g. ait, quod omnia sensibilia communia pertinent aliquomodo ad continuam, vel secundum mensuram eius, ut magnitudo; vel secundum divisionem, ut numerus, &c. ergo utraque agit de sensibili communia.

Quarto: omnino est falsum, quod

quod numerus sit forma quantitatis continua, qui potius se habent ut duas species ex æquo oppositæ. Ergo nulla est disparitas, quæ penitus disoluat paritatē D. Thomæ.

25 Tertio principaliter posset cōclusio probari argumento indicato à Caietano 2. 2. quæst. 162. in principio: nam inordinatus appetitus propriæ excellentiæ in propria personi, constituit vitium superbie; inordinatus appetitus celitudo in operibus, constituit præsumptionem; & si sit in honoribus, constituit ambitionem; si sit inordinatio appetitus gloriae, cōstituit vitium inanis gloriae: quæ vitia non ob aliud specie differunt, nisi propter diuersam concretionē, vel abstractionē inordinationis in appetitu excellentiæ. Ergo pariter consideratio de motu simpliciter; & applicatio ad motum solum secundū locū, vel ad motum generationis, &c. sufficiet cōstituere diuersā spe ciem scientiæ. Sed quia hoc puderare excedit limites Naturalis Philosophiæ, indicasle sat sit.

## §. IIII.

*Soluuntur argumenta.*

26 Potissima probatio à priori est: nam scientiæ speculatiæ distinguuntur ab obiectis in esse scibilis: diuersitas autem scibilium sumitur ex diuersa abstractione à materia, & motu, cui correspondent diuersa principia, & diuersus modus definiendi: sed in Physica datur diuersæ abstractiones intra idem genus proximum; & dantur diuersæ

si modi cognoscibilitatis: ergo datur diuersæ scientiæ secundum spe ciem infinitam. Probatur minor: nā vbi est minus de mobilitate, est minus de potentialitate: ac proinde plus est de materia: ergo cum quædam solum habeant mobilitatem secundum locum, vt cœlum; alia habeant potentialitatem, etiam substantiale; manifestum relinquuntur, quod differunt in abstractione, & in ratione scibilis secundum diuersos modos cognoscibilitatis. Et hæc ratio etiam indicatur a D. Thoma: cuius explicatio est ipsa argumentorum solutio.

27 Ad authoritates respōdetur. Ad primam, me ibi nihil, quod ad rem faciat, inuenire; quia ibi solum ait S. Thomas, quod *in scientia Naturali distinguuntur partes scientia secundum diuersum separationis, & concretiōnis modum. Quod verissimum est, tā loquendo de speciebus, quæ sunt partes subiectiæ; quam loquendo de partibus solum materialiter differentibus. Nullum autem verbum ibi est, quo indicet S. Thomas solum hoc secundo modo partes in Physica reperiri.*

28 Author illius opusculi (qui nō est S. Thomas) nobis potius fauet: tum quia admittit distinctionem specificam in obiectis: & intelligitur formaliter in esse scibilis: tum quia corruptibilia, & incorruptibilia, physice loquendo, docet non vniuocari: quod maxime iubat ut non sint, physice loquendo, eiusdem atomæ scibilitatis in ratione mobilis.

29 Ad primam tationem respon-

de:

#### § 4. Soluuntur argumenta.

32

detur distinguendo maiorem: & cōcedo eam de principijs proprijs im mediatis: negando verò de principijs proprijs mediatis: quia ista pos sunt applicari à sciētia inferiori, & sic appropriatis, ex illis procedit de monstratio, vt ex Phylosopho, & S. Thomalib. 11. Metaph. lect. 4. diximus lib. 3. Logicae quæst. 10. nū. 24. quod omnino necessarium est quando distinguuntur specie infima, & conueniunt in specie subalterna, seu in genere proximo: quia habet principia illius generis, & principia propriarum specierum. Et sic contingere in Physica in ipsis progressu patebit: nam ultra principia generalia, qua in octo ipsis libris traduntur, & ad subsequentes applicatur; sunt peculiaria principia in libris de Generatione, & de Anima.

30 Ad secundum concedo maiorem; & distinguo minorem, quoad illum terminum, sub eadem ratione formalis eiusdem abstractionis, eiusdem secundum speciem infimam formaliter iadiuisibilem: nego minorem. eiusdem solum in genere, & diuisibilis formaliter in alias species, concedo minorē. Vnde nec sequitur, quod iuxta materialem diuersitatē obiectorum scientiæ distinguantur species; nec semper quod obiecta conueniunt in eodem genere abstractionis, indicandum est subdividi, nō posse in alias species infimas, vt in Mathematica, & in Physica evenire diximus.

31 Ad tertium negatur sequela: quia omnia animalia conueniunt in hoc, quod substantialiter generari, & corrupti possint. Et quod huius,

vel alterius transmutationis accidē talis sint capaces, non variat substantialiter actualitatem in esse scibilis; quāuis variet species in esse rei. At verò Cœlum est incapax priuationis, & mutationis substantialis; & solum capax motus localis: quæ differentia in ratione mobilis omnino est diuersæ rationis à mobilitate sublunarium. Præterquam quod principia utrorumque sunt diuersæ ratios; & ideo etiam scientiæ species distinguuntur.

32 Ad quartū respondetur, quod in octo libris Physicorum applicantur principia generalia solum in genere, & non descendit ad specifica diuersorum mobilium, vt exp̄ se ait S. Tho. locis citatis §. 1. Quod si agitur de infinito, continuo, & tēpore, solum est sub ratione entis mobilis simpliciter, & abstractè; quia omnia ista pertinent ad corpus mobile, vel ad eius proprietates in genere. Nec semper species alicuius generis fundant nouam rationē scibilis: sicut nec omnes differentiæ accidentales fundant veritates scibiles nouas scientia subalternata: alioquin istae in infinitum multiplicaretur; sed attendendum ad principia, modum definitiæ, & diuersum modum abstractionis.

33 Ad ultimum respondetur, inde potius confirmari intentum: nam quia in inferioribus sunt dispersa, in superioribus sunt unita: vnde quia Metaphysica abstractissime, & sub uniuersalissima entis ratione omnia considerat, est unius speciei infimæ: & quia Mathematicæ ad tantam abstractionem, & uniuersalitatem nō per-

pertingunt, dividuntur in plures species. Cum igitur abstractio Naturalis Philosophiae sit omnium in sima, omnium maximam patitur divisionem.

### QVAESTIO TERTIA.

*Vtrum principia entis naturalis sint tantum tria?*

<sup>1</sup> Sicut docet S. Thomas initio lectionis secundæ, principalis intentio huius primi libri est, determinare de principijs subiecti huius scientiæ, idest, de principijs entis mobilis in quantum huiusmodi, ideo premissis questionibus prolemali bus, sequitur disputandum de principijs rei naturalis; de quibus in ista & sequenti questione agemus in communione; & deinde sigillatim ad singula principia descendemus: antea tamen definitio principij erit præmittenda.

### 6. I.

*Difinitio principij entis naturalis exponitur.*

<sup>2</sup> PRO quo, primo est notandum, ex Philosopho, & D. Thomas lib. 2. Physicorum lectione prima, quod differunt hæc tria; natura; ens naturale; & ens secundum naturam. Natura est principium motus, & quicquid, in eo in quo est. &c. Ut ibi latius dicetur. Naturale dicitur ens habens naturam, idest suppositum, vel subiectum, quod ex materia, & forma componitur: & habet in se

principium sui motus; ad differentiam entium artificialium, & moralium, quorum principia sunt extra, nempe, in artifice, aut in eligente. Ens secundum naturam dicitur tam substantia, quoru[m] esse est à natura; quam motus ipse, & passiones naturales, & accidentia, quæ in eis insunt causata à natura: sicut ferris sursum, nō est ipsa natura, nec habens naturam; sed est causatum à natura; & ideo dicitur ens secundum naturam.

<sup>3</sup> Notandum secundo ex D. Thomas lib. 1. p. quæst. 33. artic. 1. quod hoc nomen principium nihil aliud significat, quam id à quo aliquid procedit: omne enim à quo aliquid procedit quocumque modo, dicimus esse principium, & è conuerso. Quod patet, primo ex proprietate huius vocis, quam explicitit Cicero quæstione tertia Tusculana dicens: principij nulla est origo; nam ex principio oriuntur omnia; ipsum autem ex re nullus nisi potest. Quod intelligitur forma liter in quantum principium; cum non omnia principia sint principia prima. Secundo constat, quod illa sit conueniens acceptio principij inductione: nam in naturalibus cause ex quib[us] effectus procedunt, dicuntur principia, & in religionibus, & doctrinis, primi fundatores, & Magistri illarum religionum, & doctrinarum, dicantur illarum principia, & sic de alijs.

<sup>4</sup> Est tamen descrimen, quod principium propriæ, & strictè sumptum, latius patet, quam causa proprie, & in rigore sumpta: quod notat S. Thomas supra, & alibi sapienter

## §. I. Definiuntur principia:

33

optimè hic lect. i. docēs, quod cauſe dicuntur, ex quibus res dependet secundū effeſū, vel fieri: vnde, & etiā, quae ſunt extra, vel etiam quae ſunt in re, cauſae dici poſſunt, ex quibus non componitur res primo. Principiū vero importat ordinē alicuius proceſſus; vnde aliquid potest eſte principium, quod non eſt cauſa: ſicut id, vnde incipit motus eſt principiu, & nō cauſa; & pūctus eſt principiu lineæ, non tamē cauſa; de quo iterum lib. 2. dicetur q. 6. n. 10. & 11.

5 Nunc vltterius aduertere oportet ex D. Tho. lib. 5. Metaph. lect. i. quod principia alia ſunt intrinſeca, quae ſunt de eſſentia rei, vel in ipſa re, vt forma, & materia dicuntur in trinſeca principia compoſiti; alia ſunt principia extrinſeca, vt cauſa eſſiciēs, & finalis. Rursus, alia ſunt principia rei in fieri; alia vero in faſto eſte: iſta ſunt ex quibus res conſtat: illa vero exigūtur ad fieri, vel ad transmutationem, qua res fit.

6 Igitur definitio principij ſumitur ex Phylos. 1. Phys. textu 42. di- cente: *Principia namque, neque ex ſe mutuo, neq; ex alijs, & ex ipſis omnia eſſe oportet. Vbi S. Thom. lect. 10. litt. b. ait, quod tres cōditiones videntur de ratione principiorū eſte: ex eo enim quod prima ſunt, manifestū eſt, quod nō ſunt ex alijs: ex eo vero quod contraria ſunt, manifestū eſt quod nō ſunt ex alterutris: ex eo autem quod ſunt prima contraria, omnia ſiūt ex ipſis: quādā enim contraria ſunt, quae ex alijs cōtrarijs cauſantur; ſicut dulce, & amarū cauſantur ex humido, & ſicco, & calido, & frigi-*

do. Sic autē nō eſt procedere in infinitū, ſed eſt deuenire ad aliqua cōtraria, quae nō cauſantur ex alijs cōtrarijs; & ideo dicuntur prima. Cū igitur omnia, quae ſiūt ſecundū natūra, vel ſint ipſa cōtraria, ſicut albū, & nigrū; vel ſiāt ex cōtrarijs, ſicut dulce, & amarū; ideo omnia dicūntur fieri ex cōtrarijs; vnde habem̄ tres cōditiones principiorū in relata definitione inclusas. Quia hæc tercia cōditio ſequēti quælit. expo- netur, vt duæ aliae intelligantur.

7 Sciēdū eſt ex D. Tho. ad Rom. cap. 11. lect. 5. quod hæc propositio ex absolute, & in cōmuni loquēdo, potest tripliciter accipi: vel pro principio efficiente, vel mouente, vel pro ipsa materia; vel pro termino a quo incipit motus: dicimus enim cultellū fieri ex fabro, & ex fe- rro, & ex infigurato. Quod autē ly ex denotet quādoq; cauſā eſſicien- tē, cōſtat ex illo Apost. 1. ad Corin-

11. *Omnia autem ex Deo. Et ad Rom. 11. Quoniam ex ipſo ſum omnia: hoc eſt, inquit S. Tho. omnia ſunt ex Deo, ſicut ex prima operatrice potētia. Quod autem denotet cauſam ma- teriale, ſumitur ex illo Genes. 30. Habeam ex illa filios: & Exodi 32. Fe- cit ex eis vitulum conflatile. Et Danielis 2. Statua caput ex auro. Denotare autem terminū a quo, habetur ex illo Matthæi 2. Ex Aegypto vocau- filium meum. Imo vt ait S. Tho. 1. p. quæſt. 45. art. 1. ad 3. ly ex quando- que non designat cauſalitatem, ſed ordinem taatū; ſicut cū dicitur ex manē fit meridies, ideſt, poſt ma- nē fit meridies. Cum igitur ſit tam latē patens significatio illius p: cpo*

C

ſitio.

sitionis, videndum est, in quo sensu in relata definitione accipiatur?

8 Quidam dicunt, quod ly ex denotat habitudinem partis, terminū à quo, & causam efficientem. Definitione tamē sic est intelligēda, quod in illa solum negetur esse ex alijs, aut ex alterutris in eodem genere, in quo ens naturale ex illis est. Hac secundā partem, vt argumenta euadant, proponūt. Et amplius probant ex Phylosopho hic text. 47. docente colores medios esse ex cōtrarijs, vt ex termino à quo. Et rursus, forma supponit materiam, & efficiens, vt principia illam producentia; & est ex priuatione tanquā ex termino à quo: & tamē est principium entis naturalis: ergo ad rationem principij amplius nō exigitur, nisi quod in eodem genere non sit ex alio. Ita Hurtado disp. i. Physicē sect. 2. §. 11. vbi & ly ex denote habitudine cause efficiētis, probat ex illo Ioan. 8. Qui ex Deo est. Et infra: Vos ex Patre Diabolo estis. Idē sequuntur Recētiores eiusdē familie.

9 Alij asserunt, quod cum particula ter repetatur; non eodem modo semper usurpatur; sed quandoque uno, quandoque alio modo sumitur. Ita Burleus apud Iauellum. Arbitrātur alijs particulam ex solidam denotare habitudinem p̄rtis componentis; quia Phylosoph⁹ nō dixit, quod non sint, sed quod nō sint: & ita hic non comprehendetur priuatio.

10 Communis tamen expositio est, quod quamquam ly ex nonnūquam aliter accipiatur; sed in præsenti dicit habitudinem principi

essētialis, aut termini à quo. Ita M. Soto lib. i. q. 5. notab. 3. M. Ioan. à S. Tho. q. 2. art. 1. PP. Carmel. disp. 2. q. 1. PP. Conimb. cap. 5. q. 1. P. Rubio ibi q. vnic. & alij frequenter. Et quantum ad hoc, quod ly ex nō accipiatur hic pro efficiente, patet, quia alioquin principia plura essēt, quam Phylosophus numerauit: & rursus, nō solum efficiēs, sed etiam causa finalis deberet inter principia numerari. Et deniq; quia de primo motore non agit Phylosophus usque ad librum octauum.

11 Quod autem éodē sensu vox accipiatur, manifestū est, ne dicam⁹ Phylosophum in vna definitione equiuocē vocē sumplīsse. Fieri autem mentionem etiā de principijs in fieri verba ipsa Phylosophi, & S. Tho. declarant, vt videre est lect. 10. litt. b. & lect. 13. litt. a. in fin. vbi ait S. Tho. Et nō andū est, quod hic intendit inquirere principia, nō solum fidē, sed etiam essendi: unde signanter dicit: ex quibus primis sunt, & sunt. Nec inuenitur alia definitio utrisque principijs cōmuniis nisi ista: cum tamē manifestū sit, quod in vna ratione definibili cōueniūt. Et loquitur Phylosoph⁹ de principijs cōtrarijs: & cōtrarietas est ratione priuationis.

12 Rursus, quod prior expositio relata n. 8. nō sit apta, videtur manifestū: primo, quia sic expositis particularis, fere nūl per definitionem declaratur de essentia principij: nam quod vna materia prima nō fiat ex alia prima materia, nec vna forma ex alia, absque definitione erat notum: & illo admisso nō est positivē declaratum, quid sit esse rei natu-

ralis

ralis principium. Secundo: quia definitione sic declarata, nō est cur elemēta, ex quibus generatur mixtum, non sint prima principia: nam illis tota definitio conuenit: quod tamen esse falsum, dicenda monstrabunt. In nostra autem sententia facile id declaratur: eo quod elemēta fiunt ex alijs tanquam ex principijs essentialibus, scilicet, ex materia, & forma; & ita elementa non sunt prima principia: nec mixtum constat ex elemētis, vt ex partib⁹: dicemus enim in libris de Generatiōne, elementa nō manere forma liter in mixto. Rursus, compositio partium integralium nō obstat similitudini principiorum, de qua loquimur.

13 Denique constat, quod forma habet causam efficientē, & educitur ex potentialitate materiæ (excepta anima rationali) & materia fit actu performam: & tamen habent rationem principij: ergo ly ex dicit habitudinem partis essentialis in cōpositione, vel habitudinem termini à quo, vt priuatio est principiū. Nulla tamē est æquiuocatio; sed accommoda distributio, quod particula, quæ ex se apta est signifi care partem cōponētē, vel terminum à quo, applicata principijs intrinsecis, excludat rationē partis; & accommodata priuationi, excludat terminum à quo.

14 Ad authoritatē Phylos. ex tex. 47. respondet S. Tho. lect. 10. lit. b. quod quāuis frigidū fiat ex calido, in quantum id quod pri⁹ est calidū, fit frigidū; tamen ipsa frigiditas nō fit ex caliditate. Quod est dicere,

in abstracto vna forma nō fit ex alia; quāuis in cōcreto ratione subiecti formæ succedere possint in eodem; itaq; per accidens ratione subiecti vna forma succedit alteri; persic autē frigiditas nō est ex caliditate, vt autem ait S. Tho. 1. 2. q. 35. art. 3 ad 1. nihil prohibet vnu cōtrario-ru esse causam alterius per accidēs.

15 Vel dicatur cum M. Sot. q. 5. art. 1. in fin. quod cum Philosoph⁹ dixisset, quod cōtraria nō fiunt ex alterutris tanquam ex partibus essentialib⁹, neque ex alijs, quia sunt simplicia; postea solum cōcedit vnu cōtrariū fieri ex alio tanquam ex termino à quo, siue in cōcreto, siue in abstracto: & sic explicatur cōtrarietas principiorum: de qua postea. Deniq; dici posset cū M. Iauello hic. q. 23. quod primis principijs repugnat fieri ex alterutris, nō praeceps quia contraria, sed quia prima cōtraria: omnia autē fiūt ex cōtrarijs, dummodo nō sint prima cōtraria. Obiectio autem procedit de aliquib⁹ cōtrarijs nō primis. Habet hęc expositio fundamētu in D. Thoma vbi supra.

16 Ad rationē respōdetur, quod vt ait M. Sot. §. Sequitur teriti⁹, nō est cōtra rationē principij esse ex alia causa, que nō sit essentialis rei factę, vt iam probatū est. Sola autē priuatio formaliter loquēdo, & cōmuni ter ad omnē mutationē, se tenet ex parte termini ad quē, vt explicat M. Ioan. à S. Tho. sol. ad 1. & 2. nā materialiter potest praecedere hęc, vel illa forma; sed sunt terminus quatenus cōueniūt in priuatione formæ: nec exerceri potest con-

trarietas sine priuatione. Quod docuit Phylos. text. 43. dicens: Sed albus quidem si ex non albo; & hoc nō ex omni; sed nigro, aut medijs: vbi S. Tho. lect. 10. litr. b. ait, quod albū sit per se ex non albo, quod est nigrū, vel medius color: & similiter musicus ex nō musico. Formaliter ergo sūt ex priuatione, & materialiter ex contrarijs eiusdem generis.

17 Instabis: nam Cœli sunt entia naturalia, seu mobilia perse attinētia ad Naturalē Phylosophiam: & tamen non constant principijs istis in fieri; quia non sunt facti ex priuatione: eo quod materia cœlorum nunquam caruit forma, quam habuit; cum sint creati, non geniti: ergo definitio hæc non complectitur principia omnia, etiam in fieri.

Repondet Rubio cap. 9. q. 1. in princ. quod Phylos. solum egit hic de principijs rerum generabilium, & corruptibilium: nam de cœlis, in quibus priuatio locum non habet, specialem tractatum composuit.

18 Melius tamen Masius, Conimbric. & Carmel. dicunt hic definiri principia ētis naturalis prout à corruptibili, & incorruptibili abstracti: vt patet ex inscriptione horū librorum, & ex D. Thomā hic lect. 1. & 21 proclamis librorum de Cœlio: & quia principia subiecti in cōmuni nullibi considerantur, nisi hic.

Quare ad argumentum respōdeatur, quod definitio debet intelligi per distributionem accomodam: quia vbi res generatur, omnia concurrunt principia; non tamen em-

nia concurrunt in omnibus (vt docet M. Soto notabil. 3. malè à non nullis pro priore solutione relat<sup>a</sup>) sicut nec omnia, quæ sunt principia quoad fieri, requiruntur ad esse. Et similiter intelligitur cum dicatur, quod omnia siant ex illis: nā omnia in generali exigunt principia communia; in particulari verò genera, & species sua petunt principia. Et hac ratione Ferrara quæst. 8. ad 3. docet, quod principia cœli nō sunt contraria; quia est ingenerabile, & incorruptibile, vt dicitur I. Cœli text. 20. quamvis sit ens naturale.

19 Illa autē authoritas ex Ioan. 8. parum vrget, quia ibi non est sermo de causa efficiente, quia boni, & mali à Deo efficiuntur; & Diabolus non est causa effectiva malorū: sed est sermo de imitatione morū. Vnde S. August. ibi tractatu 42. ait: *Noli attendere naturam. sed uitium: sunt isti ex Deo, & non sunt ex Deo: natura ex Deo, vitio non ex Deo.* Fatemur autem in locis relatis numero 7. ly ex accipi pro dependentia à causa efficiente: quia tamen vox plures habet significationes, ex subiecta materia eius propria accep-tio est limitanda, & appro-prianda. His præ-libatis.



## §. 2. De numero principiorum:

§. II.

### De numero principiorum entis naturalis.

20 **D**ico primo, principia intrinseca entis naturalis in facto esse sunt materia, & forma; & principia entis secundum naturam sunt subiectum, & forma. Ita Phyllophus text. 65. cuius ratione ad hanc formam redigit S. Thom. lec. 13. in principio. Illa dicuntur esse principia, & cause rerum naturalium, ex quibus sunt, & fiunt per se, & non secundum accidens: sed omne quod fit, est & fit ex subiecto, & forma: ergo subiectum, & forma sunt per se causae, & principia omnis eius, quod fit secundum naturam. Probatur minor: ea in qua resolutur definitio alicuius rei, sunt componentia rem illam, quia unumquodque resolutum in ea, ex quibus componitur: sed ens naturale, & ens secundum naturam resoluuntur in materiam, seu subiectum, & formam: ergo constant ex materia, & forma.

21 Sed obiectum recentiores: ens naturale non potest generari nisi dependenter a causa prima efficiete, qua quidem a nullo alio efficiente dependet: ergo causa prima est principium principium entis naturalis.

Mirum est quod recentes conuincuntur argumento tam multipliciter ab antiquis soluto, eorum solutionibus non impugnatis. In primis si quid probaret, conuinceret primam causam finalem esse principium. Et si fundamento respondet hoc non esse ex indigentia entis natura-

lis: quia omnis effectus indiget quatuor causis, & primus finis, & efficiens subordinat causas inferiores, a quibus effectus per se dependent.

22 Respondeo ergo cum D. Thos. opusc. 31. quod Aristoteles in libris Physicorum ponit quatuor causas, & tria principia: causas enim accipit, tam pro extrinsecis, quam pro intrinsecis: sed per principia accipit solum causas intrinsecas. Quod sequens M. Soto quæst. 5. notab. 2. & ad 2. docet quod non tractatur hic de principio ut comprehendit causas extrinsecas, quia de istis lib. 2. & 8. & latius in Metaphysica. Sed loquimur de principiis entis naturalis intrinsecis, & generationis ipsius, ut generatio est: & ita ad Physicum formaliter non attinet disputare de causa prima, nisi indirecte.

Secundo respondet M. Ioan. à S. Thoma quæst. 2. artic. 3. §. nihilominus, & ad 1. quod principia communia, & præs. Ippolita, sunt plura quam duo: quatuor enim cause principia sunt, & prima principia in suo genere. Nunc autem non loquimur de principiis communibus rerum mobilium, & immobilium, sicut Angelii habent causam efficiētem, & finalem: sed loquimur de principiis propriis rerum mobilium, in quantum mobilia sunt, & ista in facto esse tantum sunt duo enarrata principia.

23 Secundo obiectus: nam si similitudinea est principium intrinsecè constitutuum sappositi: & tamen realiter distinguitur à materia, & for-

ma; vt patet in humanitate Christi, carente propria subsistentia: ergo principia intrinseca entis naturalis in facto esse sunt tria.

Confirmatur primo: nam probabile est materiam, & formam vniuersitatem modo substantiali realiter modaliter ab extremis distincto: ergo erit etiam principium entis naturalis.

Secundo confirmatur: nam in sententia S. Thomæ, Phylosophorum antiquorum communi, vt ostendimus i. p. Metaph. contr. 7. existentia, & existentia in creaturis realiter distinguuntur: ergo dantur quatuor, vel quinque principia entis naturalis in facto esse, scilicet, materia, & forma, & unio, existentia, & subsistentia: cum ex ipsis omnibus componatur ens naturale.

24 Ad principale argumentum respondet Hurtadus supra relatus, subsistentiam non pertinere ad physicam compositionem, sed ad metaphysicam; & ideo non numerari inter principia physica entis naturalis. ¶ Hæc euasio communiter rejeicitur, & merito: nam partes compositionis metaphysicæ solum sunt genus, & differentia, quæ solum ratione differunt; non vero potest his annumerari subsistentia realiter separabilis à natura. ¶ Secundo, si cut datur physicum constitutuum naturæ; ita debet dari physicū constitutuum suppositi: illud enim quod est ut *quod*, debet suum physicū cum constitutuum habere: sed non habet aliud, nisi subsistentiam: ergo ista pertinet ad physicam rei constitutionem.

25 Respondet Arriaga disp. 1. Physicæ sec. 2. in fine, quod non loquimur de principijs suppositi: hoc enim à Phylosophis non fuit agnatum, prout distinctum à natura. Quare licet in re subsistentia sit è numero principiorum; non tamè iuxta plurimum Phylosophorū mēte.

Sed contra primo: nam S. Thomas 3. p. quæst. 2. artic. 2. & 1. part. quæst. 3. art. 3. & alibi saepe, etiā ex principijs mere naturalibus, deducit distinctionem suppositi à natura. Et conuenientius est ita dicere, vt Phylosophi fidei mysteria non ita auersentur: & Phylosophus 7. Metaph. hoc satis aperte indicauit distinguens inter *quo est*, & *quod est*.

Secundo: eadem est difficultas de existentia per se, quam nobiliores Phylosophi agnoverūt: & de modo unionis, quē Arriaga, & alij admittunt: & tamè pro ipsis non multiplicantur principia: ergo nec subsistentia augebit principiorū numerū.

26 Dices cum Recētioribus, subsistentiam aduenire enti naturali constituto in suo esse substantiali: atque adeò non erit principiū entis naturalis; sed potius illud cōsequēs.

Nec hæc solutio videtur satisfacere; quia licet subsistentia supponat naturam; constituit tamen suppositū: Quare cū suppositū sit ens naturale, videndum restat, cur hoc eius constitutuum, non sit principiū ab alijs duobus distinctum? Licet enim sequatur, in quod est ut *quod*, constituit tamè id quod est ut *quod*, nempe suppositum, seu personam.

27 Quare respōdetur ex dictis s. I. quod hic solum numeratur partes

### §. 3. De principijs generationis.

39

tes essentiales physicè cōponentes ens naturale; & ideo partes integrātes diximus non augere principiōrum numerum. Quia propter, nec subsistentia addet aliud principiū; quia nō est pars, sed se habet in ratione termini, vt ait S. Tho. 3.p.q.19.art. 1.ad 4. & ideo reducitur ad naturā, cui⁹ est terminus. Per quę respōdetur ad 2. confirmat.

28 Ad primā verò infra ostendemus non esse necessariū modū substantiale, quo materia, & forma vniāntur, Admissa autē illa probabilit̄ sententia, bene respōdent PP. Carmel. disp. 2.q.2. ad ultimū, reduci ad materiam, aut formam vt modum illarū, quo quālibet exercet rationem principij respectu entis naturalis. Constat autem exercitium principij non ponere in numero cū ipso, sed ex parte illius se tenere: vnde etiā constat, quod existentia, & subsistentia nō augēt principiorum numerum.

### §. III.

#### De principijs generationis.

29 Ieo secūdo, principia entis naturalis in fieri, seu principia intrinsecè constituentia generationem, vt mutatio est, sunt tātum tria, nēpē, materia, & forma, & priuatio. Ita Phylosoph. text. 67. & S. Tho. lect. 13. & rationem assignat S. Tho. opuscul. 31. ita scribens: ad hoc quod sit generatio, tria requiruntur, scilicet, ens in potēria, quod est materia: & non esse actu, quod est priuatio: & id per quod sit actu, quod est forma: ergo tātum dāatur tria principia entis naturalis. Expli-

catur aslumptū ex ente artificiali, per analogiam ad quod, docet Physiophilus materia, & priuationem cognosci. Quādo ex cupro fit idolum (vel imago, aut statua Imperatoris) cuprum quod est in potentia ad formā idoli, est materia: hoc autem quod est infiguratum, siue indispōsitum, est priuatio: figura autem, à qua dicitur idolū, est forma: non autem forma substancialis, quia cuprum ante aduentum figuræ habet esse actu; & eius esse non depēdet ab illa figura, quā est forma accidentalis. Quod autem dictū est de subiecto formæ accidentalis, melius procedit de materia prima, ex qua educitur forma substancialis: ergo tria sūt principia generationis.

30 Secūdo probatur ratione Physiophilus, & S. Tho. lib. 8. Metaphis. lect. 1. litt. g. nā in omni mutatione debet esse duo termini oppositi, & subiectum cōmune terminorū: sed subiectum commune est, vel materia prima, quā dicitur materia ex qua, vel subiectū, quod dicitur materia in qua (vt ait S. Tho. illo opus. 31.) termini autem sunt forma, & priuatio: ergo sūt tria principia generationis, seu rei naturalis in fieri. Maior inductione patet: nā in mutatione secūdū locum est aliquod committit subiectū, quod nūc est hic, & iterū alibi. Et in augmēto est aliquod subiectū cōmune, quod nūc habet tantā quantitatē, & item minorē; quantū ad decremetum; & maiorē, quātum ad augmētum. Et in alteratione est aliquod subiectum, quod nūc est sanum, & nūc infirmum. Et in substanciali

generationē est subiectum quod quādoque est actu per formam, & quandoque est subiectum priuatiōis illius formæ: ergo in fieri tria sunt principia entis naturalis.

31 Contra hanc rationem posset obijci: quia dari potest generatio, quæ non sit mutatione: ut multi ponunt contigisse in prima productio ne mundi; & videtur dicēdū cū ex speciebus sacramentalibus genera tur vermis; quia ibi non præcedit materia, quæ sit cōmune subiectū utriusque termini mutationis: ergo ratio assumit falsum.

Facile tamen respōdetur: primo antecedens esse falsum. Sed quia id non potest nūc disputari, sed pertinet ad libros de Generatione. Ideo secūdo dicitur admis̄lo antecedēti, negandā cōsequentiā; quia Philosophus loquitur de generationibus, quæ de facte cōtingūt, quas ip se cognouit; & iste mutationes sūt: nā materia perseuerāte, formæ suc cedunt, & opponūtur ratione pri uationis. Vnde S. Tho. lect. 13. lit. b. ait: materia nunquā est sine priuatiōne, quia quando habet vñā for mā, est cū priuatione alterius for mæ: & quando aduenit ei alia for ma, adiungitur ei priuatio alterius formæ.

32 Instabis: id quod realiter non est, non potest realiter esse princ ipium: sed quādo est forma, iam nō est priuatio illius; quia hæc est car rentia formæ; quæ contradictorie opponit cum forma: ergo si genera tio est mutatio, priuatio nō est eius principium.

Sūt qui iū re facili difficultatem

inueniant; & cum res sit manifesta, terminis obscuris offuscent. Respō det enim Quidam cōtrou. i. pūcto 2. nu. 15. mutationem esse formam quandam, non physicē vnam, sed moraliter; & denominationē mutati es̄e moralē, & nō physicam: ac proinde non requirit formā phy sicē existentem in instāti in quo denominat; sed sufficit, si partim ex i stat, partim extiterit: sicut denomi natione præteriti sumitur a forma, quæ non est, sed fuit; & denomi natione futuri à forma, quæ non est, sed erit.

33 Deficit tamen haec euasio; in primis, quia intēpestiue terminos vix perceptibiles à Theologis, in gerit in Physicis. Secundo: nam cū animal moritur, est mutatione: sed physicē, & realiter moritur: ergo physicē totum mutatur. Similiter: ignis physicē comburit, & physicē mutat corpus; vt experientia com pertum est: ergo denominatio mutati, non est in physicis moralis; sed in physicis physica; sicut & in purè moralib⁹, potest esse purè moralis mutatio.

34 Quare recurrendum ad communem, & facilem solutionē, iuxta quam distinguenda est maior; id quod non est, non potest esse principium, per modum partis componentis intrinsecè; cōcedo maiore: non potest esse principium per modum termini à quo; nego maiore. Imò repugnaret hoc modo esse principium, & esse simul cum termino ad quem: quia in transmutatiōne naturali debet esse successio, & ordo terminorum, & quod præ dicti

### §.3. De principijs in fieri.

41

dicitur termini non sint simul; & quo ad hoc coenit naturalis transmutatio cum creatione, & conuersione substanciali, ut notat Sanctus Thomas tertia parte quæstione 75. articulo. 8. licet sit differentia, quia in illis non est aliquid subiectū cōmune vtrique extremorum: cuius contrarium apparet in omni transmutatione naturali. Sed sicut in creatione non sunt simul nihil, & ens; quia nihil est terminus à quo; ita hic non sunt simul priuatione, & forma, vita, & mors, forma, & carmentia formæ.

35 Sed vrgebis, nam Phylosoph⁹ text. 56. numerat priuationem inter principia peraccidens: ergo nō est numeranda inter principia: quia principia peraccidēs sunt infinita, & non cadunt sub scientia: & simul infertur, quod nos contra mentem Phylosophi priuationem numeramus inter principia perse.

Respondeatur, quod vt colligitur ex D. Thoma lect. 13. litt. b. priuatione est principium peraccidens in esendo, & componendo; sed est principium perse quoad fieri: nam vt explicat M. Soto quæst. 5. ad 2. si priuatione comparetur ad materiā, est accidens illius; & similiter si cōparetur ad compositum, quod gignitur; quia nec est pars compositi; nec est virtus influens: & idcirco à Phylosopho dicitur principium peraccidens, quia compositum fit ex materia, cui accidit priuatione.

Comparando tamen priuationē ad generationem ipsam, priuatione est principium perse, & intrinsecū

quodāmodo, vt potē perse intrans definitione in generationis, & corruptionis: quia generatio est mutatio de non esse ad esse, & corruptio mutatio ab esse ad non esse, vt dicitur lib. 5. text. 7. & in isto sensu priuatione est principium per se, iuxta Phylosophum lib. 1. text. 43. Et per hoc omnia consonant, quia alia est definitio generationis, & alia rei genitæ.

36 Præterea arguitur: forma, quæ abiicitur est principium entis naturalis: ergo iam sunt quatuor principia. Probatur antecedens; ideo priuatione est principium, quia est terminus à quo generationis: sed etiam forma, quæ destruitur, est terminus à quo generationis: ergo est eius principium.

Dices, formam præexistentem non perse exigi ad generationem, nisi ratione priuationis, seu nō esse formæ introducenda: & ideo non intenditur perse à natura: ac per consequens non numeratur inter principia.

Contraprimo: nam forma cadaueris perse exigit, quod terminus à quo sit forma viventis: ergo forma destruēda perse exigitur ad generationem illius. Secundo, ex diuersitate formarum, quæ præcedunt, solent connaturaliter loquendo diuersificari formæ, quæ introducuntur: ergo formæ, quæ destruantur perse pertinent ad generationem.

37 Respondetur, quod ad mutationem, & ad generationem, perse solum exiguntur, quæ in eorū definitionibus explicantur: mutatio autem

autem est transitus de non esse ad esse, vt patet in Dino Thoma i. p. quæst. 45. artic. 2. ad 2. & quæst. 3. de Potentia art. 2. in cor. & ad 4. Vnde forma, quæ destruitur, est terminus à quo ratione priuationis, quia per se ex nō esse formæ sit actus forma, & per accidens est quod sit ex alia forma, quæ non tam exigitur propter generationem, quam propter materiam, quæ spoliari nequit omni forma.

38 Ad primam replicam dicitur, quod aliud est disputare, quid exigitur ad hanc, vel illam formam secundum speciem, vel numerum; aliud vero inquirere, quid generaliter requiratur ad communem rationem principiorum entis naturalis? Quo ad primum fatemur ex diversitate causarum, in quarum virtute formæ continentur, etiam illarum diversitatem secundum speciem, vel numerum in suo genere desummi: ceterum de his modo non loquimur, sed solum de his, quæ necessaria sunt generaliter ad ens naturale, & ad eius generationem: & dicimus exigi, & sufficere materiam & formam in facto esse; & ad fieri debere superaddi materiam. Et per hoc patet ad secundam replicam.

39 Adhuc instabis cum recentibus: nam si generatio sumatur ut commixta est, forma positiva, quæ prius tempore existebat in materia ante generationem, est principium ipsius generationis, & entis naturalis, vt producti per conuersionem: ergo iam sunt plura quā tria principia entis naturalis. Probatur antecedens, qui generatio eate-

nus est conuersio, quatenus per illā transitus materia à forma præexistente in eam, quæ producitur per generationem: ergo ad generationem vt conuersio est, per se exigitur ex parte termini a quo forma positiva, quæ sit principium per se illius vt terminus à quo sub ratione conuersionis.

Respondeatur, quod vt docet S. Thomas 3. p. quæst. 75. art. 3. ad 2. forma, quæ est terminus à quo, non conuertitur in aliam formam; sed una forma succedit alteri in subiecto: cuius rationem assignat art. 4. quia agens creatum supponit materiam, & perficit conuersionem formalem faciendo, vt diuersæ formæ sibi in eodem subiecto succedant: vnde per se terminus à quo est non esse formæ in materia, & per accidens est alia forma includens formæ generandæ priuationem. Vnde in forma, negatur suppositum antecedentis, loquendo de conuersione stricte sumpta. Loquendo autem de conuersione minus rigurose, admittimus requirere formam positivam in termino ad quæ: sed modo solum disputamus de principijs generationis vt mutatio est; non vero hic debemus descendere ad peculiaria omnium mutationum.

40 Demum restat soluenda obiectio alia: nā, vt dicetur lib. 5. q. 1. in hoc differt generatio à motu stricto sumpto, quod generatio est de non esse ad esse; motus vero de uno affirmato in aliud affirmatum, sicut de albo in nigrū: ergo motus requirit quatuor principia, nēpe vltra

tra tria recensita requirit extremū posituum.

Respondent aliqui, quod hic solum tractatur de principijs primis in genere substantiæ, ad quæ reducuntur principia accidentiū; quia in substantia non inuenitur positua contrarietas; sed solum priuatiua: & ideo solum assignatur priuatio pro principio: quamvis in motu accidentalí etiam exigatur terminus à quo positius.

**41** Sed quia quæst. 1. diximus subiectum Physicæ esse ens mobile, vt abstrahit a substanciali, & accidentali: & nunc entis mobilis in sua latitudine, principia inuestigare intendimus; ideo melius respondet Ferrara lib. 1. Physicorū quæst. 9. post 4. conclus. 5. pro maiori, quod hic nō solum tractatur de principijs substantiæ, sed etiam de principijs aliorum predicatorum: seu non solum agimus de ente naturali, sed de ente secundū naturam. Et addit ad primum, quod hic solum numeratur principia generaliter necessaria pro omni mutatione: quæ sunt tantum tria: quæ autem specialiter exiguntur pro motu stricte sumpto ad librum quintum referuātur explicanda. Quod totum indicat Philosophus text. 68. addita explicatione S. Thom. lect. 13. litt. d. Fatum etiam, quod generatio in ratione effectus, exigat causam efficiētem, & mouentē, iuxta S. Tho. opusc. 31. sed de causis entis modo non disputamus, sed solum de principijs entis naturalis, & entis secundum naturam, iuxta dictan. 20.

(???)

QVAESTIO IIII.

Vtrum prima principia sint prima contraria?

§. I.

Probatur quod sunt contraria.

**1** Dico primo, prima principia entis naturalis sunt cōtraria; non quidem vt componentia, seu vt in facto esse; sed solum in fieri. Priorem partem probat Philosopher text. 48. quia in agnoscenda contrarietate principiorum, fere omnes Antiqui concordabant *tamen ab ipsa veritate coacti*, vt etiānotat S. Thom. lec. 10. litt. c. Ruris, vt ibi aduertit Auerrois ad hoc cogebantur experientia; videbant enim nihil generari nisi vbi aliud cōtrarium corrumptitur: vnde cogebantur fateri in omni generatione esse duo contraria, quorum unum alterum expellit, vt sibi simile producat.

**2** Secunda pars manifesta est, quia materia & forma constituunt, & cōponunt totum: contraria autē mutuo se excludunt: ergo materia, & forma in facto esse non contrariantur. De quo latè M. Masius c. 9. tota quæst. 3.

**3** Deniq; quod principia in fieri cōtrariētur probat Philosopher: illa, quæ non sunt ex alijs, nec ex alteris, sed omnia sūt ex ipsis, sunt prima principia: sed prima contraria sunt huiusmodi: ergo prima cōtraria sunt prima principia: ergo principia

pias sunt cōtraria. Ultima consequētia sequitur per conuersiōnem simpliсem propositionis indefinitę. Maiores latē exposuimus quest. 3.  
 §. 1. Minor quoad duas priores particulas probatur: nam idē primæ qualitates, vt calor, & frigus, non sunt ex alijs, nec ex alterutris, seu ex commixtione ad inuicem, quia sunt primi: at vero album, & nigrū, dulce, & amarum, quia sunt secundæ qualitates, sunt ex temperāniōto pri. nārum, scilicet, caloris, & frigoris, cum hūnido, & sicco; & colores, saporesque mediij rationē extremorū in participant: ergo solum prima contraria non sunt ex alijs, nec ex alterutris.

4. Ter tertiū partē calam illis conuenire probat Phylosophus textu 43. quia vnumquodque sit ex suo cōtrario, seu ex sua propria priuatiōne, vt album ex non albo, & homo ex non homine: quia fieri aliquid simpliciter est acquirere nouū esse, quod ante non habebat, & fieri tale, est acquirere nouum esse tale. Cum autē in virtute agentis natura lis ex oīlō nil fiat; vt erat communē axioma Phylosophorū, vt testatur Aristot. textu 33. ergo quālibet forma producitur ex negatione sui in subiecto apto ad illam recipiendam: negatio autem in subiecto apto est priuatio: ergo principia contraria necessaria ad generationem, sunt forma, & priuatio: ac per consequens principia in fieri contrariantur.

5. Obijcīes: terminus perse mutationis est non esse formæ: sed non esse formæ sufficienter verificatur

de negatione illius: ergo nō perse exigit priuationem in subiecto apto, & contrarietatem.

Rēspōdetur ex B. Alberto tracta tu 3. cap. 1. quod hic nō accipitur nō ēst i. insitāter pro omni eo quod non est forma; sed accipitur priuatiue pro negatiōne i. in subiecto apto, vt late prosequitur Soto cap. 5. textu 43. & quest. 5. in explicatiōne primæ conclusionis ait, quod *Physica studiosis est mente seruandum*, quod in generatione dantur priuationes quādam remotæ; sed vna sōla priuatio est proxima, & perse requisita ad generationem. Quod exemplis fit manifestum: nam animal sīt necessario ex non animali; hēc tamē est priuatio remota; & proxima est illa priuatio, quæ conuenit materiæ ratione proximæ formæ, cui succedit forma animalis: cum in immediate fiat ex semine, & ex embrione: quia vt abunde explīcat S. Thomas 1. p. quest. 118. art. 2. ad 2. per multas generationes, & corruptiones peruenitur ad ultimā formam substantialem, tam in hominē, quam in alijs animalibus. Idē que cernere licet in generatione ignis, & productione vini, quia sarmē tum in immediate vertitur in gemmam, & gemma in vuam; ex qua matura fit vinum. Ergo forma sīt in subiecto proxime apto ad illam recipiendum: & hēc est propria priuatio ex qua perse sīt generatio formæ.

6. Secundo obijcīes: nam priuatio, & forma opponuntur contradictoriē, vt pote eius, & non ens: contrarietas autem est inter duo

positiva, ut dictum est in Postprædicamentis: ergo forma, & priuatio non opponuntur contrarie. Quod alia via etiam probatur: nā vt dicitur in prædicamentis capite de substantia, substantie nihil est cōtrarium: sed principia, de quibus præcipue loquimur, sunt substantia: eo quod substantia ex accidētibus non componitur: ergo principia non sunt contraria.

Respondet Auerrois comm. 43. quod principia non sunt contraria stricte, & proprie sumpta; sed large, inquantum priuatio, & forma contrariari dicuntur, quia oppositio priuatiua est principium contrarietatis.

7 Sed hanc expositionem reiicit B. Albertus i. Physicorum tractatu 3.c.3. quia Phylosophus text. 51. probat non solum duo contraria esse principia, quia ad agēdū nō sufficiunt duo contraria: sed priuatio non agit, cum nihil sit: ergo Phylosophus non loquitur de contrarietate large, pro oppositione priuationis, & formæ.

Secundo, oppositio priuatiua, & contraria sunt distincta genera oppositionū: ergo melius esset dicere, quod opponuntur priuatiue; cum falsum sit affirmare, quod proprie opponantur contrarie.

8 Respondetur approbando solutionem datam, quæ est S. Thomæ lectione 13. littera b. & litt. rad. & lib. 5. lect. 3. & libr. vndeclimo Metaph. lect. 12. quia contrarietas proprie sumpta non habet locū in substantia, quia nō recipit magis, & minus: & ideo inter duas

formas est repugnantia, non contrarietas proprie sumpta, quæ est propria accidentium. Et loqui Phylosophum de oppositione priuatiua, probat Ferrara quæst. 8. tum, quia text. 43. exēplificat, vt cum musicū fit ex immusico: quæ constat opponi priuatiue: tum nam textu 66. ait: priuatio, & contrarietas accidens: & ita loquitur de contrarietate large pro oppositione priuatiua, vt etiam diximus lib. 2. Lögicæ quæstione 12. §. 1. & Sanctus Thomas hic lectione 12. in fine ait, quod si accipiuntur formales differentiae in genere substantiae, contrarietas in eis inueniatur: de quo dicetur lib. 5. q. 1.

9 Ad primam replicam dicitur, quod Phylosophus non asseruit, quod principia agūt; sed quod duo contraria transmutari non possunt, nisi habeant subiectum quod transmutetur; & ipsa transmutant quasi formaliter, quia alterum est forma, & priuatio se habet ad instar formæ, quia est carmentia in subiecto apto.

10 Ad secundam replicam dicitur, quod Phylosophus vitetur confuso loquendā modo; appellamus enim contraria, quæ non possunt simul stare: vnde cum tractet de principijs transformationis habentibus oppositionem, ratione cuius se expellunt ab eodem subiecto; ideo vocat cōtraria voce generali. Vel ideo sic loquitur, quia priuatio est principium contrarietatis: nam oppositio contradictoria in omni oppositione includitur. Videlicet deatur

Videatur omnino S. Thom. opus. 37. cap. 2. dicens, quod priuatio, & habitus faciunt contrarietatem, vt dicitur i. Physicorum.

s. I.I.

*Qualiter sint prima contraria?*

**D**Ico secundo, prima principia sunt prima contraria. Ita Phylosophus textu 43. & communiter expositores: licet non eodem sensu eam exponant. Pro quo notandum, quod prima cōtraria posunt intelligi duplíciter; aut quia sunt vniuersalissima in prædicando; aut quia sunt prima in efficiendo. Quā distinctionem tradunt M. Soto q. 5. conc. 5. & M. Ferrara quæst. 8. quamvis non in eadem significatiōne voces v̄surpēt. Nam Ferrara ait, quod principia prima primitate causalitatis sunt illa, quæ sunt causa omnium aliorum, & ipsa nō sunt ex alijs: & sic prima principia sunt priuatio substancialis, & priuatio sibi opposita. Prima vero principia primitate prædicationis sunt illa, quæ sunt communia omnibus principijs particulariū trānsmutationiū: & ista sunt forma in communi, & priuatio.

12 At vero M. Soto dicit, quod prima contrarietas in prædicando, Authore Aristotele 10. Metaph. textu 15. est forma & priuatio; & ideo oppositio priuatiua est prima, quia vniuersaliter prædicatur de quibuscūque oppositis. Alio modo dicuntur aliqua prima contraria primitate efficiente, sicut in ge-

nere qualitatis caliditas: & frigidas sunt prima contraria, ex quibus omnes aliæ qualitates secundæ efficiuntur.

13 Forte ad omnes istas comprehendendas, M. Ioannes à S. Thom. quæst. 2. art. 2. difficult. 3. divisionem primæ contrarietatis posuit trimebrem: nam generaliter primæ differentiæ diuidentes aliquod genus, ex quibꝫ aliæ deriuantur, dicuntur primæ contraria, iuxta Phylosophum & S. Thom. hic lec. 11. & lib. 10. Metaph. lec. 9. Secundo specialius accipitur pro prima contrarietate in genere substantiæ: quia ut ait S. Thomas hic lec. 11. in fine prima contrarietas videtur esse primi generis. Tertio adhuc specialius, quæ opponuntur priuatiue, dicuntur prima contraria; quia priuatio est principium contrarietatis, iuxta Phylosophum, & S. Thomā lib. 10. Metaph. lec. 6. & opusc. 37. cap. 2.

14 Parum refert uno, vel altero modo loqui: quia principia substantiæ omnibus ipsis modis sunt prima contraria: & in generibus accidentium dantur prima contraria, quæ duplii titulo sunt prima; & quia priuatio, & habitus est oppositio prima: & quia in quolibet genere est una prima contrarietas. Unde contrarietas prima in prædicando, est duplex: alia propter communiam analogiam ad substantiam & accidens; alia propter inclusiōnem contradictionis in omni oppositione. Pariter contrarietas prima in effiendo est duplex, alia prima simpliciter, nempe, quæ est in genere sub

substantiæ; alia prima solum in tali genere, ut prima cōtrarietas in genere qualitatis. Et sic ex omnibus prædictis elicetur vna adæquata ex positio, & probatio conclusionis.

15 Solum est notandum, ex D. Thoma lib. 2. de Anima lec. 22. lit. d. quod possumus in uno genere esse plures cōtrarietas post primam; vel per modum subdivisionis; sicut in genere corporum prima contrarietas est animati, & inanimati; & quia animatum corpus dividitur per sensibile, & insensibile; & ulterius, sensibile per rationale, & irrationale; multiplicantur contrarietas in genere corporis. Vel sunt plures cōtrarietas unius generis per accidens; sicut in genere corporis est contrarietas albi, & nigri, & secundum omnia, quæ corpori accidere possunt. Hæc ibi Ex quibus patet, in quo sensu prima principia sint prima contraria. Sequitur iam ut in particulari de tribus principijs tractemus.

## QVAESTIO V.

### *De Materia prima, quoad an est?*

**N**aturæ ordinem imitantes, tractatum principiorum ab illorum imperfectissimo ordimur. Intelligimus autem nomine *materia prima*, subiectum, potentiam, seu capacitatem quamdam susceptiæ formarum substantialium, & priuationum.

2 Pro quo notat S. Thom. opus. 31. in principio, quod duplex est esse; scilicet esse substantiale rei, vt

hominem esse: & hoc est esse simpliciter. Est autem aliud esse accidentale, ut hominem esse album: & hoc est esse secundum quid. Ad utrumque autem esse, est aliquid in potentia. Sed in hoc differunt; quia illud, quod est in potentia ad esse substantiale, dicitur *materia ex qua*: quod autem est in potentia ad esse accidentale, dicitur *materia in qua*. Et eadē ratione, propriè loquendo, illud quod est in potentia ad esse substantiale, dicitur *subiectum*, seu materia secunda. Quia igitur manifesta experientia constat dari subiectū formarum accidentalium, ut albedinis, & nigredinis, caloris, & frigoris, vi dēdum est, an detur primum subiectū formæ primæ, & substantialis, quæ sit, & dicatur *materia prima*?

## §. I.

### *Referuntur sententiæ.*

**N**egatiuam sententiam videntur docuisse multi antiqui ante Aristotelem: nam ponebant formas naturales esse accidentia, sicut & artificiales: sicut ergo tota substantia artificialium est eorum materia; ita secundum eos, tota substantialia rerum naturalium erat materia: & sic admittebant subiectum accidentium; sed non agnosciebant aliam materiam primam. Ita Diogenes, qui posuit acrem esse principium omnium, & Thales, qui posuit aquam; & Heraclitus, qui hoc attribuit igni. Ita refert ex Philosopho, S. Thomas lec. 2. & lec. 8. quorum fundamentum erat, ut refert

fert S. Thom. leg. 14. & 1. p. quæst. 76. art. 4. quia arbitrabantur nihil generari, nec corrupti substantia-liter: quia, si ens sit; aut sit ex ente, aut ex non ente? Sed nō sit ex ente: quia id quod est, non sit; nihil enim est ante quam fiat; & ens iam est: ergo non sit. Quod autem non fiat ex non ente, probabant: quia ex nihilo nihil fit. ergo entis non est substancialis generatio, neque corruptio: ac per consequens, nō dabatur materia prima, quæ esset primū subiectum transmutationis substancialis.

4 Tribuitur hæc positio D. Iustino Martyri in confutatione dogmatum Aristotelis. Et D. Theodoretus in lib. de Origine decretorum diuinorum, titulo de Materia, ubi concludit: *iure ergo à veritatis decretris expulsum est, quod de materia dicatur.*

5 Dixerunt alij vnam, & eandem entitatem diversimode modificatam, dici materiam, & formā. Hac tribuit Lichetus in 2. dist. 12. Richardo quodlib. 4. quæst. 5. sed eā quæsierunt alij in Richardo, & non inuenierunt.

6 Aureolus in 2. dist. 12. part. 4. quæst. 2. fatetur materiam & formam ante vniōnem distinguī, quia vna est contrahens, & actuans; alia contrahibilis, & actuata: per vniōnem vero censet esse vnam, & eadem entitatē. Ita refert Masius c. 9. sec. 1. quæst. 5.

7 Demum quidam Doctor Complutensis Petrus Torrejcn. 1. Physicorum disp. 3. (alias 4.) p. 1. q. 1. dicit uocem *materię* esse nomē inuinc-

ris, non alicuius specialis entitatis; quia putat, quod totum est noua quædā, & impartibilis entitas, quæ generatur in quantum conuertitur in aliū per vnicam existentialitatis identitatem. Vel, vt inquit q. 2. materia est rei essentia prout potentialiter conuertibilis in totum. Probat nouem argumentis parui momēti; & ideo duo insinuare sufficiet.

8 Primo: nam homo non est duplex entitas, sed vna simplex: quod constat ex illo Genes. 6. *non permanebit spiritus meus in homine, quia caro est:* ergo humanitas est ipsa caro per vnicam existentialitatis identitatem. Vnde dicitur Genes. 2. & *fætus est homo in animam viventem:* id est, factus est homo anima vivens.

Secundo probatur ab inconuenienti, quia si materia, & forma distinguerentur, ex eis non fieret vnu simpliciter: nam quæ vniuntur, nō sunt vnum, sed vnitæ; sicut manipulus quidam, & fascis. Similiter sequitur, quod forma sit accidēs materiae: quia vt lib. 1. Logicæ diximus: accidens est, quod adest, & abest præter subiecti corruptionē: sed formæ aduenirēt, & recederēt non corrupta materia: ergo forma esset accidēs materiae. Ergo ne hoc dicamus, erit assurendum materiam, & formā esse idem per vnius existentiæ identitatem.



## §. II.

Demonstratur dari materia pri  
mam realiter à forma di  
stinctam.

**9** Ico primo, datur materia pri  
ma. Eit communis consen  
sus Sanctorum Patrum, & Theo  
logorum; & ab omnibus Phylloso  
phis, post Plato iem, & Aristotelē,  
admissa. Et probatur ratione Phy  
losophi, & S. Thomæ lib. 8. Meta  
phil. lect. 1. littera. g. Datur in rebus  
generatio, & corruptio substantia  
lis: ergo datur materia prima. An  
tecedens experientia patet, quia vi  
demus animalia generari, & cor  
rumpi, seu nasci, & mori. Cōsequē  
tiaverō probatur: quia in omni mu  
tatione naturali debet dari aliquod  
communie subiectum contraria  
rum, vt in inductione patet in motu  
locali, in quo idem mobile est in  
termino à quo, & ad quem, & in al  
teratione idem, qui fuit sanguis, est in  
firmitas, & qui friguerat calevit, &  
sic de alijs: ergo in mutatione sub  
stantiali debet dari materia prima,  
qua sit commune subiectum for  
mat, & priuationis.

**10** Dices, negari non posse dari  
generationem substancialēm, sicut  
& substancialēm corruptionem;  
quia cadavera mortuorū satis per  
suadent ibi maiorem fuisse muta  
tionem, quam accidentalem; quia  
illā in infirmitate præcesserat. Cæ  
terum inde non probatur dari ma  
teriam primam; quia illud com  
mune subiectum erit vnum ex qua

tuor elementis, vel omnia simul  
vnota, & permixta.

Propter hoc argumentum Came  
rius parte 2. questione 1. dicit, nō  
esse aliam materiam primā, quam  
quatuor elementa; quia non est in  
ditium distinctionis elemento  
rum a materia: cum elementa sint  
ingenerabilia, & incorruptibi  
lia.

Hæc tamen evasio facile p̄re  
cluditur: quia agens naturale crea  
re non valet, vt omnes Antiqui  
pro comperto supponebant; & ip  
sa inductione omnium causarum,  
quas nouimus extra Deum, fit ma  
nifestum; sed ad sensum videmus,  
formam vnius elementi induci vir  
tute agentis naturalis, vbi erat for  
ma alterius: ergo datur materia pri  
ma, quæ sit commune subiectum:  
vel procedetur in infinitū. Minor  
em probat, & totum discursum  
dilucide manifestat Sanctus Tho  
mas libro primo Physicorū lectio  
ne 13. littera. e. ita dicens: sic cog  
noscamus, quod lignum est aliquid  
præter formam scamni, & lecti; quia  
quandoque est sub una forma, quā  
doque sub alia. Cum igitur vi  
deamus hoc, quod est aer, quan  
doque fieri aquam; op̄ret di  
cere, quod aliquid existens sub  
forma aeris, quandoque sit sub for  
ma aquæ: & sic illud, quod est ali  
iquid præter formam aquæ, & præ  
ter formam aeris, se habet ad ipsas  
substancias naturales, sicut se habet  
æs ad statuam, & lignum ad le  
ctum; & quodlibet materiale, &  
informe ad formam: & hoc dici  
mus esse materiam primam.

D

Quo

Quo argumento cōstat ipsa elemēta non esse simplicia; sed constare materia, quæ manet, & forma, quæ perit, & corruptitur: & hoc est in ditionis distinctionis elementorum à materia.

11 Deinde, ipsa elementanō cōponūt animalia, verbigratia, vt retinent proprias formas substantiales: quia nec in illis experimur qualitates elementorū; nec ex tot entibus in actu fieri posset vnum ens perse: ergo ibi solum manent virtualiter: ergo debet dari aliud cōmune subiectum formæ peculiariis cuiuslibet mixti. De quo in libris de Generatione.

12 Secundo principaliter probatur cōclusio: nā substatio vt p̄euenit accidentia, non est physicè quid simplex: alioquin esset tota actus; ac per consequens immaterialis: ergo est composita, ne dum integraliter, quia hæc correspondet partibus quantitatibus; sed etiā essentiāliter physicè: ergo est composita ex materia, & forma: datur ergo materia.

13 Tertio, si abeunte anima, non maneret aliqua pars substancialis hominis, sequitur, quod cadavera defunctorū non essent digna veneratione: consequens est contra cōmūnem sensum omniū hominū; & cōtra doctrinam Ecclesiæ Catholice ex Apostolica traditione venerantis reliquias, & corpora Sacerdotum, vt patet in 7. Synodo, & in Cōcil. Trident. ses. 25. & alibi s̄pè in alijs decretis. Sequela probatur: nam abeunte anima pereunt accidētia, quæ erāt in toto: ergo si nō manet

materia, nil manet venerationē dignum. Hoc argumentū indicat manifestē S. Tho. 3. p. q. 25. art. 6. ad 3. docēs corpus mortuū alicuius Sancti esse venerandum; quia est id ī densitate materiæ, quæ est iterum sua forma unienda.

14 Ad argumentū Antiquorū respondeat Phylos. & S. Tho. lect. 14. litt. b. quod ex non ente fit aliquid, nō perse, sed peraccidens: quia ex ente in potentia fit aliquid perse; & ex non ente fit aliquid peraccidēs. Igitur materia prima, quæ est ens in potentia, est id ex quo fit aliquid perse; & ideo intrat substātiā rei factæ. Sed ex priuatione, vel forma præcedente, fit aliquid peraccidēs, in quantum materiæ, ex qua fit aliquid perse, conueniebat esse sub tali forma, vel sub tali priuatione. Et habemus exēplum in artificialib⁹: nam statua, ex ære fit perse; sed ex non habente talem figuram, & ex habente aliam figuram, fit statua peraccidens respectu rei factæ. Sic igitur non distinguere inter actum, & potentiam; & inter id quod est perse, & id quod est peraccidens, fuit Antiquis causa errandi.

15 Ad authoritates Sanctorū respondeatur, quod illi non negabant materiam primā; sed modum quo illam Phylosophi posuerunt: Socrates enim, & Plato, vt refert Plutarchus lib. 1. de placitis cap. 3. tria principia posuerunt coetera, *Dūm*, *materiam*, & *id am*, vt etiam refert S. Amb. initio Exameron. Et Phylosphorus illam posuit ab æterno, & forsitan existimat non fuisse creatam, vel non libere productam: & contra

contra hoc inuehitur S. Athanasius lib. de Incarnatione, & S. August. 12. Confess. & lib. 20. contra Faustum cap. 14. & alibi s<sup>e</sup>p<sup>e</sup>. Et hanc esse mentem Theodoreti patet: nā initio illius tituli loquens de Socrate, & Platone, ait: *Illi ergo ex subiecta materia omnia dicunt esse fabricata, & eā Deo esse coaternam.* Idemque sensisse Aristotelem testatur libro de Materia, & mundo. Et argumentum Sætorum solum probat, quod Deus non indiget præsupposita materia ad producendas res, sicut creati artifices: non tamen negant omnia creata agētia supponere materiam primam à Deo creatam. Videatur S. August. lib. de fide, & simb. cap. 2. tom. 3.

16 Dico secundo, materia prima est substātia, partialis, realiter à forma distincta. Priorem partem esse per se notam docet Phyllosophus 8. Metaph. textu 4. Et probatur, idē datur materia, ut sit primum subiectum formæ substātia, & cum ipsa componat totum: sed primum subiectum substātia debet etiā esse substātia: eo quod substātia non coalescit ex non substātijs: ergo Materia est substātia partialis.

Secundo: materia est ens positivum; siquidem distinguitur à priuatione, quę non manet, sed abiicitur adueniente forma, cū materia maneat; sed non est accidens: alioquin ex illa, & forma non fieret vnum per se: ergo materia est substātia partialis.

17 Secunda pars est Phyllosophi, & S. Thomæ 7. Metaphis. lect. 2. & lib. 8. lect. 4. & 1. Phylicorum lect.

vltima, docentū, materiam esse in generabilem, & incorruptibilem, & dari formas generabiles, & corruptibiles. Ex quo sic ratione probatur; idē forma accidentalis rea, liter differt à subiecto, quia illo manente videmus hanc venire, & recedere: sed idem contingit in materia prima, cui succedit forma aeris, & aquæ, forma viuentis, & mortui: ergo realiter distinguuntur.

Secundo probatur: nam vt demonstrat S. Thomas 1. part. quæst. 75. art. 4. anima nō est homo: quia illud est hominio, quod operatur operationes hominis: sed operationes vitæ sensitivæ non sunt à sola anima; sed etiam à corpore, quia manifestè exercetur cum immutatione corporali; vt sensibus experimur: ergo homo constat ex corpore, & anima. Sed anima est immortalis, & remanet separata à corpore, seu materia: ergo realiter differt à materia prima.

18 Tertio: forma realiter differt ab ipso cuius est forma: alioquin nulla esset maior physicè compositione inter illud, quod componitur ex materia, & forma, quam datur in essentia simplici animę separatę; sed est definitum in Concilio Lateranensi, & Vienensi, quod anima rationalis est vera corporis forma: ergo realiter differt à materia.

19 Denique, si agens naturale haberet virtutem vnuim totum conuertendi in aliud, nil corrumperet vt aliud generaret: quia transitus vnius in aliud nullo subiecto communī manente, non est corruptio:

& si hæc non datur propter incompossibilitatem formarum simul in eadem materia, non est cur corruptio detur: quia non esse non est de directa intentione naturæ. Cum ergo experiamur substantiales corruptiones, datur materia prima rea litera forma corrupta distincta.

20 Ad primum respondetur, quod per figuram Synedochem sive sunt pars pro toto: quod necessario est affirmandum in illis locis: alioquin, vel homo erit sola anima, vel erit solum corpus, quia aliquando in Scriptura vocatur anima, & aliquando dicitur caro. Vel sequetur, quod Verbum Dei non aslumpfit animam, quia dicitur Ioannis primo: *Verbum caro factum*; ubi caro ponitur pro toto homine, ut ait Sanctus Thomas tertia parte quæstione quinta articulo tertio ad primum: ac si diceretur, Verbum homo factum est: sicut, & Esaiæ 40. Videbit omnis caro.

21 Ad secundum respondetur, quod ut dicitur quinto Metaphis. lectione 8. esse unum perse, multis modis contingit: vel quia est aliquid simplex, & indiscernibile; vel quia ex pluribus entibus partialibus habentibus se per modum actus, & potentiae fiat unum ens perse, quia communicant in eodem esse, tam constitendo unam naturam, quam existendo per unicam totius existentiam: & sic ex materia, & forma fit unum. Ad aliud inconveniens respondeatur, quod forma accidit praedicabiliter, sed praedicamentaliter forma substancialis est substantia. De qua distin-

cione iam diximus lib. i. Logicae quæst. 27. §. 1.

22 Demum nota, quod ista argumenta, & alia multa, quæ multiplicat ille Author, instari facile possunt in Mysterio Incarnationis, vbi credimus ex duabus substantijs unitis in una persona esse unum Christum; ut dicit Sanctus Athanasius in Symbolo, quod *hunc anima rationalis, & caro unus est homo;* *una Deus, & homo unus est Christus.* Videatur Sanctus Thomas tertia parte quæstione secunda articulo primo ad secundum, & articulo sexto ad secundum; quia non expedit nunc Theologica expendere.

## QVAESTIO VI.

*Quid sit materia prima?*

§. I.

*Definitio, & varia nomina materiæ.*

I D Vobis modis responderi potest; & definitionem exponendo; & varia materiæ nomina declarando; quia utroque modo quid sit materia prima, ab Antiquis declarabatur. ¶ Definitur materia à Philosopho i. Physicoru text. 82. his verbis: *Dico materialia, prium subiectum unicuiusque, ex quo sit aliquid cum insit, non secundum accidentem.* Per hoc quod dicitur subiectum differt à forma, & ab accidenti, quia formæ proprium est esse actum subiecti: ac proinde non est subiectum. Per ly *primum* differt à subiecto acciden-

cidentiu, quod est totū compositū habens esse cōpletū: vnde ait S. Th. opusc. 31. in princip. secundū hoc differt materia à subiecto; quia subiectum non habet esse ex eo quod aliquid ei aduenit, sed quod est perse, & habet esse completum, vt homo non habet esse per albedinē: sed materia dicitur, quod habet esse ex eo quod sibi aduenit, quia de se esse incompletum; immo nullum esse habet, vt dicit Commentator in 2. de Anima: vnde simpli-citer loquendo forma dat esse materiae, vt postea exponetur.

2 Aduertit autem S. Thom. illo opusculo col. 3. quod intelligitur definitio de primo subiecto primo simpliciter; non de primo tantū secundum quid. & respectiue. Potest enim aliquid dici materia prima respectu alicui generis, sicut aqua respectu liquabilium, quæ tamē nō est prima simpliciter; quia est compositum ex materia, & forma; unde habet materiam priorem, quæ simpliciter dicitur prima.

3 Dicitur in definitione *ex quo* sit aliquid; quia omnis generatio est ex aliquo ad aliquid: id autem ex *quo* est generatio, est materia; id autem ad quod est generatio, est forma, quæ est terminus *quo*: nā quod generatur ut *quod* proprio loquendo, est totum compositum.

4 Aliæ duæ particulae definitio-nis, vt notat S. Thom. 1. Physicorū lec. 15. litt. f. ponuntur ad differen-tiam priuationis, ex qua fit aliquid per accidens, & non inest rei iam factæ: quia priuatio est principium infieri; materia vero est principiu-

infacto esse; quia est pars essentia-compositi, quod ex partibus physi-cis essentialiter constat materia, scilicet & forma. Per easdem particulas excluditur forma, quæ se tenet ex parte termini à quo, seu quæ est forma contraria; sicut fit vinum ex acero; & tamen acetum non est materia prima vini, sed solus terminus à quo; quia forma aceti non manet cum forma vini.

5 Quoad secundum, varijs nomi-nibus Antiqui naturam materiae cu-rarunt exponere. S. Thomas lib. 2. sentēt. dīl. 12. in expositione tex-tus, ait, quod Materia prima dici-tur *abyssus* ab à quod est, sine, & *bysso*, quod est genus lini candidissimi, id est, sine candore: & hoc accedit materiae ratione priuationis: vel dici-tur *abyssus*, quasi sine basi, de ali-qua magna profunditate, & prae-ci-pue aquarum, secundum S. August. lib. 1. de Genesi ad litteram c. 1. Et similiter materia prima abyssus dici-tur, in quantum priuatur forma, per quam esse substantificum recipi-pit. De eadē inquit ibi August. quod Genes. 1. appellatur *terra*, quia terra inter omnia clementia minus est spe-ciosa, propter eius grossitudinem: dici-tur etiani similitudinarie *aqua*, in-quit S. Thom. propter receptibili-tatem formarum, quia humidū est bene receptibile, & terminabile.

6 Addit S. Thom. opusc. 31. quod dici-tur, *yē*, hoc est, chaos, vel confusio, græcè. Et isto vocabulo Ara-bes, & Hæbrei visuerant, vt testa-tur Petrus Gregor. lib. 11. Syntaxis c. 6. quia materia est radix, impoli-ta, vacuaque omni forma.

7 Appellabatur etiam *Mater* eo quod est principium passuum generationis, sicut foemina respectu viri. Vocatur etiam similitudinarie *locus formarum*: quod bene declarat S. Tho. in prædicta dist. 12. nam receptibilitas materiæ quodammodo est si nūl is receptibilitati loci, in quantum in una materia manente, succedit sibi diuersæ formæ, sicut in uno loco diuersa corpora: propter quod Plato locum, & materiæ idem esse dixit ut in 4. Physicor. dicuntur; & ideo ea, quæ sunt loci similitudinarie de materia dicuntur, ut materia Genes. 1. dicatur *inanis*, & *vacua*, secundum parentiam formæ: sed *vacua*, in quantum implet capacitatem materiæ; *inanis*, inquam quantum forma est finis in quem tendit appetitus materiæ. Plura alia de materia primæ nominibus scribit Doctores, quos congerit eruditè M. Masius cap. 9. sect. 2. q. 1.

8 Ex quibus habemus primo, quod materia prima nullum includit actum formalem in sua essentia. Quod est per se notum, apud admittentes materiam primam in sensu explicato: nam subiectum primum receptuum omnium formarum debet carere omni forma secundum se considerata (estio in re nunquam detur sine forma) sed materia prima est subiectum primum omniu formarum: ergo essentialiter caret omni actu formali. Probatur maior: nā si subiectum includeret formā, vel esset pura forma? Et sic non esset primum subiectum formæ. Vel esset compositum ex materia, & forma? Et sic, vel procederetur in infi-

nitu, vel deuenientū ad aliquod subiectum omnino primum, & purum à forma: & hoc dicimus materiam primam.

9 Habemus secundo, quod materia essentialiter est pars per modum subiecti, quod se habet in potentia ad formam, quia capacitas receptiva potentia passiva est: & hoc modo ex materia ut potentia, & ex forma, ut actu, fit unū ens perse; quod non fieret, si utrumque esset actus, & forma, vel essent duæ potentiae, & subiecta. Hæc certa sunt, & communiter admissa ab agnoscētibus dari materiam primam. Remanent tamen tria dubia examinanda, ad exactè intelligendam quidditatem materiæ: eo modo quo illius quiditatius conceptus dari potest,

## §. II.

*Quid sit potentia materiæ?*

10 Primum est, an potentia materiæ sit aliqua eius proprietas? An verò sit ipsa essentia materiae? Sunt tres sententiæ, alijs emisisse. Prima docet potentiam materiæ esse proprietatem illius ad secundā spē ciem qualitatis pertinentem. Pro ista citatur Auerrois 1. Physic. c. 9. & Landinus q. 25. & alijs, quos sequitur P. Benedictus Pereyra lib. 5. c. 22. in sol. 1. dub. Quamuis nō latiss consequenter velit coponere, quod hæc qualitas secundæ speciei sola ratione differt à materia: quia ostendimus lib. 2. Log. quod qualitates, & vera accidentia prædicamentalia realiter differunt a substantia, & à partib⁹ eius: vnde rem coelum, quod

quod potētia ista est de genere qualitatis, negari nequit à substantia distinguiri.

11 Distinguunt alij duplēcēm potentiam materiae; aliam vniuersalem, & remotam; aliam particulare, & proximā: & dicunt, quod prima est de essentia materiae; non vero secunda: sicut potentia remota ad intelligendum est de essentia hominis; non tamen potentia proxima, quae est intellectus. Ita Zabarella lib. 1. de Materia cap. 14. quē refert, & sequitur Masius hic q. 7. per totam; & addit hanc potentiam proximam multiplicari iuxta formarū multiplicationem. Tenet eadē sententiam Toletus hic q. 12. concl. 1. vnde non videtur ipsum leguisse Arriaga disp. 2. sect. 3. sub sect. 3. cū dicit, quod ibi nec verbum pro hac opinione habet. Sed nō opus est in terprete, sed lectore. Sed quicquid sit de hoc.

12 Dicendum est, omnēm potentiam materiae esse aliquid realiter indistinctum ab ipsa; quamuis si respectu consideretur, posset distinguiri ratione, & multiplicari, quasi extremitate, propter formarum diueritatem. Ita Soncinas 8. Metaph. q. 6. Sot. 1. Physic. q. 6. art. 2. dub. 2. & concorditer alij Thomistæ, uno re lato excepto. In super Durand. in 2. dist. 12. q. 2. & Suar. di p. 13. Metaph. sect. 8. n. 3. & Authores communiter.

13 Estque expressa S. Tho. hic lib. 1. lect. 15. litt. a. vbi ait: potentia ad esse substantiale, non est aliquid extra genus substantiarum: non igitur potentia materiae est aliqua proprietas

addita super essentiam eius: sed materia secundum suam substantiam est potentia ad esse substantiale. In quibus verbis clarissime exprimit primam partem conclusio nis. Secundam vero tradit cum subdit: & tamen potētia materiae subiecto est vna respectu multarum formarū, sed ratione sunt multæ potētiae, secundum habitudinē ad diuersas formas: vnde in tertio huius dicetur, quod posse sanari, & posse infirmari differt secundum rationem.

14 Dices Sanctum Thomam lo qui de potentia remota, nō de potentia proxima. Sed cōtra primam de eadem potentia, de qua ait respectu, & secundum terminos esse plures secundū rationem, dicit esse unam subiecto, & à materia nō distinguiri: sed in illis verbis loquitur de potentia proxima: ergo & in ipsis. ¶ Secundo, in nullo ente potentia remota differt ab ipso: & tamen S. Tho. specialiter notat, quod potentia materiae nō est aliqua proprietas illi superaddita: ergo intendit excludere potentiam illam proximam, vt non necessariam.

Tertio. S. Tho. 1. p. q. 54. ar. 3. ad 3. intendit, quod non est cōcedēdū quod Angelus est sua potentia; quamvis verum sit, quod materia prima est sua potentia: idemque dicit de anima humana 1. p. q. 77. art. 1. ad 2. & sapientissime alibi: sed hoc discrimen effet nullum, si in materia prima daretur potentia proxima realiter distincta ab ipsa substātia, quae est principium remotū: siquidē in nobis, & in Angelis, etiam si potentiae non distinguerentur ab essentia, da

retur id quod nūc est radix, & potētia remota intelligēdi: ergo ex mēte D. Tho. nulla potentia materiae realiterab illa distinguitur.

15 Ratio D. Tho. est omnino effīcax: nam necessitas distinguēdi alias proprietates à suis subiectis est, quia potentia dicitur ad actū, & secundū diuersitatē actuū est diuersi tas potētiarū: vnde quia operatio-nes sunt actus accidentales, potētia proxiinæ ordinatæ ad illas sunt accidentia, vt late expēdimus 2. p. Metaph. cōtr. 9. Sed hæc ratio hic cessat: imò poti⁹ probat oppositū: quia potentia materiae est ad ipsum esse substantiale: ergo ipsa potentia est in genere substantiæ.

Dices, materiani primam habere potentiam receptiūam vniōnis, & receptiūam formarum: & ita cū vniō nō sit in genere substatiæ, proprie loquendo; ideo nec potentia ad illam erit in genere substatiæ.

16 Sed contra primo: nam infra ostendemus esse probabilius, nō dari modum vniōnis mediū inter ma-teriam, & formam. Secundo, qui illum admittunt, dicunt reduci ad genus substatiæ: ergo potentia ordi-nata ad illum, erit in genere substatiæ. Tertio, in materia vniabilitas, & capacitas, seu potētia recep-tiūa formarum, nō sunt potētiae di-finitæ, quia eātenus materia est re-cipiūa vniōnis, quatenus illa est, qua illi vnitur forma; vnde se habet sicut forma, & exercitiū eius: vnde vna potentia est respectu v-triusque; sicut subiectum vnicam habet potentiam ad recipienda ac-cidentia, & recipiēdam illorum in-

herentiam, & vniōnem cum subie-cto.

17 Iterum dices dari in materia vniabilitatem cum formis accidēta libus disponentibus ad formas sub-stantiales, & capacitatē ad alia ac-cidentia, quæ sunt in composito ra-tione materiae. Ergo si potentia de-bet proportionari cum actu, & for-ma ad quam datur; cum istæ formæ sint accidentiales, potentia materiae ad illas, erit proprietas accidētalis.

Respondetur, quod vt probat S. Tho. I. p. q. 76. art. 6. subiectum ac-cidentium immediatum nō est ma-teria, sed compositum; quamuis materia sit ratio, & radix corporalium accidentium: potētia autem non specificatur ab actu secūdario, sed ab actu primario immediato, & perse: vnde cum potentia mate-ria sit perse, & immediate ad for-mam, & esse substantiale; quamuis illis mediantibus recipiat formas, & existentias accidentiales, potētia materiae erit esentialis, & sub-stantialis; quamvis in cōposito sint potentiaæ accidentiales actiūa, vel passiūa formarum accidentalium.

18 Secunda principalis ratio in si-mili traditur à Phylosopho, & D. Thoma I. Physicorum lect. 12. litt. m. Quod potest sibi per pauciora, super-fluum est, si fiat per plura; vt est perse-notum; quia natura nec deficit in necelarijs, nec superfluis abundat. Sed materia prima per se ipsam est capax formæ, & vniōnis; quia pura potentia passiua seipsa est capax a-ctus: ergo sine causa ponitur poten-tia accidentalis media inter ipsam, & formam.

Tertio,

Tertio, si in materia ponitur potentia accidentalis ab ipsa distincta, sequitur, quod forma illi non immediatè vniatur, nec forma substantialis dabit primum esse simpliciter, quia illud accidens dabit suum esse ante formam: hæc autem admitti non posse in libris de Generatione latius ostendetur ex Phylosopho 8. Metaphis. cap. 6. nec ex eis fiet unum ens simpliciter, sicut non fit ex subiecto, & accidente.

19 Putat M. Masius has omnes rationes euadi dicendo, quod solum probant de potentia vniuersali, & remota; non verò procedere de potentia proxima, & particulari materiae.

Sed paucis opus est ad hanc evanesceniam præcludendam: quia vel hæc potētia proxima mediat inter materiam, & formam in particula-ri; vel non? Si mediat, ergo accidētia sunt immediatè in materia, & forma non erit primus actus, nec ex eis fiet unum simpliciter, &c. Si non mediat, ergo subiectatur in toto cōposito, & superflue ponitur. ¶ Secundo, vel hæc potentia est passiu-a; vel actiu-a? Non actiu-a; quia materia se sola nullius est actiuitatis; nec datur ad agendum, sed ad patiendum, & suscipiendum: potentia autem passiu-a actus substancialis per se ipsam conuenit materiæ sine potentia superaddita: ergo hæc frustra ponitur.

20 Obijcit tamen idem Author: nam materia prima ex sua natura indifferens est, & indeterminata, ex equo omnes formas respiciens: sed aliquando habet potentiam certā,

& determinatam ad hanc formam potius quam ad aliā: ergo hoc prouenit à potentia, quæ sit extra essentiam materiae. Minor probatur, & intentum explicatur: nam virtute agentis inducuntur qualitates præparantes, & disponentes, quib⁹ materia proximè redditur potens, & habilis, & determinata ad hanc formam: sed qualitates extra essentiam materiae sunt: ergo, & hæc potētia extra essentiam materiae erit.

Rerorqueri tamen potest hoc argumentum: nam si quid probaret, conuinceret accidētia immediatè subiectari in materia: quod tamen S. Tho. non admittit. Sicut ergo materia disponitur per accidētia subiectata in toto, ita per illa habilitatur proximè extrinsecè; nā intrinsecè per seipsum determinatur ad formam corporeitatis, & semel intellecta illa, cōsequūtur accidētia quib⁹ disponitur pro alijs gradib⁹ formæ. Quod exponetur 2. part. Phylosophiæ: & videatur quæ diximus 2. p. Metaph. cōtrou. 3. art. 3. Igitur potentia intrinseca materiæ ab ipsa non distinguitur, etiam si extrinsecè requirantur agens, & dispositiones symbolizantes, vel cōnexæ cū forma introducenda, quibus determinatur, & sygillatur materia.

21 Secūdo obijcies: quæ realiter separatur, realiter distinguuntur: sed potentia materiæ realiter ab illa separatur: ergo realiter ab illa distinguitur. Probatur minor: nā materia prima habet potētiā ad formam, quā non habet: illa autē habita, definit esse in potentia ad illā: ergo potentia proxima materiæ realiter ab illa differt.

Ref.

Respondetur quod ut docet S. Thom. i. p. quæst. 19. artic. 1. quælibet res ad suam formam naturalem hanc habet habitudinem, ut quando non habet ipsam, tendat in eā; & quādo habet ipsam quiescat in ea: & hæc habitudo in rebus carentibus cognitione vocatur appetitus naturalis. Vnde in materia, potentia ad formam nūquā tollitur; sed priuatio illius quandoque abiicitur: ac per consequens cum priuatio causet appetitum; præsentia causat quietem, & quasi complacentiam. Sic igitur potentia materię intrinsece, & in actu primo non differt à materia, nec ab ea separatur: tamen id quod extrinsecum respicit, varia tur propter unionem, præsentiam, vel absentiā formę: & ideo distinguimus secundum rationem diuersos actus secundos potentię in materia, propter relationes rationis ad extrinseca. Videatur quæ diximus i. p. Metaph. controu. i. art. 5. §. 2.

## §. III.

*Vtrum in essentia materię inclu-*  
*datur actus metaphi-*  
*sicus?*

22 **P**Artem affirmatiā defen-  
 dunt omnes, qui arbitrantur  
 materiam de se habere propriam  
 existētiā; quos referemus quæst.  
 sequenti. Et ex his qui cum D. Tho-  
 ma propriam existētiā materię  
 negant, admittunt actum metaphi-  
 sicum Masius quæst. 6. concl. 3. Or-  
 tit lib. I. cap. 5. Lerma quæst. 5. cō-

clus. 4. probāt, quia materia prima  
 est ens, & substantia, & primū sub-  
 iectum, &c. Sed priora prædicata  
 habent rationem generis; & poste-  
 riora rationem vltimæ differen-  
 tiæ: ergo in essentia materię inclu-  
 ditur actus metaphisicus. Probatur  
 consequentia, quia vltima differen-  
 tia est actus metaphisicus, sicut for-  
 ma, & existētia sunt actus phisiici.  
 Confirmatur primo: nam substā-  
 tia diuiditur in materię, & formā,  
 & compositū, ut patet ex Phyloso-  
 pho 8. Metaph. text. 3. & lib. 12.  
 text. 14. sed in forma substanciali  
 distinguimus conceptū genericum  
 substātiæ, & conceptum differē-  
 tiale talis substātiæ: ergo pariter  
 in materia prima distinguī debet  
 iste duplex conceptus, alius cōmu-  
 nis, & alter proprius, & differentia-  
 lis: iste autē est actus metaphisicus:  
 ergo in essentia materię includit  
 actus metaphisicus.

Confirmatur secundō: nam ma-  
 teria omnis distinguitur à forma;  
 materia sublunaris distinguitur à  
 materia cælestium corporum, ut  
 patet ex D. Thom. i. p. q. 66. art. 2.  
 docente, quod specie distingui-  
 tur: ergo in essentia materię inclu-  
 ditur constitutiuū, & distinctiuū  
 specificum: hoc autē est actus me-  
 taphisicus: ergo iste includit in  
 quidditate materię.

23 Opiniōnem negatiā tenēt  
 Ferrara lib. I. Physicorum q. 11. §.  
 quantum ad priūm, & post secūdū  
 concl. §. adūrtendū, Sot. q. 6. in fin.  
 1. art. & dub. 3. & 6. esseque omniū  
 Thomistarum testantur, & sequun-  
 tur PP. Carmel. dis. 3. q. 2. pro eadē  
 re-

referuntur Averrois, Auicena, Durand. Fons. & Conim. à P. Rubio, quibus ipse subscrifit. Probaturq; primo, quia essentia cuiuslibet rei est id quod per definitionem explicatur: sed in definitione materiae nulla sit mentio de aliquo actu, etiam metaphysico: ergo nullus actus metaphysicus includitur in essentia materiae.

Secundo, non solum phisice loquendo, sed etiam metaphysicè, ens diuiditur in actum, & potentiam, ut in membra opposita, ut patet ex Philosopho, & D. Tho. 9. Metaph. lec. 5. & 8. & lib. 5. lec. 9. in fine. Sed unum membrum contra aliud diuisum non includit aliud, iuxta regulas bonae diuisionis: ergo cum materia sit potentia, seu ens in potentia, non includit in sua ratione actum.

24. Hæc secunda sententia est vera, & ad mentem S. Thomæ, ut patet 1. cōtrag. c. 43. vbi inquit: in rebus inuenitur aliquid quod est potentia tantum, ut materia prima; & aliquid quod est actus tantum, ut Deus; & aliquid quod est actus, & potentia, ut res cæteræ. Et 1. p. q. 115. art. 1. ad 2. dicit: materia prima est potentia pura, sicut Deus est actus purus. Sed Deus est actus purus non solum à compositione phisica materiae & formæ, sed etiam purus à cōpositiōne metaphysica generis, & differentiæ, ut docet S. Thom. 1. p. quæst. 3. art. 5. ergo etiam materia est pura potentia metaphysici actus expers. Vnde S. August. lib. 83. quæst. in q. 54. inquit: recte materia, ex qua sunt corpora, quia omni specie caret, nihil dicitur. Et hac de causa materia prima est

imperfectissimum quod in substâtijs reperitur.

25. Ut autem argumenta contra radicitus soluantur, & ne de verbis sit quæstio; aduertēdū, quod aliud est loqui de modo quo nos essentiâ materiae explicamus; aliud vero de illo quod obiective est de essentiâ materiae. Cui distinctionis necessitas prouenit ex eo, quod materia nō habet essentiam, sed solum est pars essentiæ, ut ait S. Tho. q. 3. de verit. art. 5. quia est ens in completum: vnde non est in genere, vel specie, nisi reductive, ut diximus lib. 2. Logic. q. 6. n. 6. nec habemus conceptum directum, & immediatum materiae, ut probat S. Tho. 1. Physicorum lec. 14. litt. e. quia unum quodque cognoscitur inquantu est in actu: solum igitur essentiâ materiae cognoscimus, vel per remotiōnem formæ, vel per analogiā, vel habitudinem ad formam: sicut ergo lux est ratio cognoscendi tenebras, ita actus, & forma est ratio cognoscendi potentiam, seu capacitatem formarum, quæ est materia. Quamvis ergo materia essentia liter non includat actum, includit ordinem ad actum, & explicatur, & distinguitur, & cognoscitur per proportionem ad actum.

26. Ad formam argumenti distinguuntur minor, habent rationem differentiatione ratione ordinis ad formam, concedo: ratione sui, præcise, nego: quia actus est qui distinguunt: vnde in definitione materiae debet ponni loco differentiæ ordo ipsius ad formam, ut ait S. Thom. Quodlib. 9. artic. 6. ad 3.

27 Ad primam confirmationem respondeatur, quod illa diuisio est totius in partes, ex quibus integratur: vnde una pars præcise sumpta, non fundat intentionem generis, & differentiæ: quia genus sumitur à materia, & differentia à forma, & species à toto, vt ait S. Thom. locis relatis lib. I. Logica q. 19. s. 6. & entia incompleta non ponuntur directe in prædicamento, vt ibi diximus lib. 2. q. 6. n. 6. vnde, in rigore loquendo, posset negari minor. Quia tamen ex modo significandi in ipsis partibus rursus consideramus, in quo conueniunt, & in quo differunt; ad hanc potest minor; & distingui debet consequens, in materia est conceptus differentialis per ordinem ad formam, concedo; per aliquid distinctiuū absolutum omnino, nego: quia vt ait S. Tho. 8. Metaphys. lect. 1. litt. f. materia non potest intelligi sine intellectu formæ; cum nō apprehendatur nisi vt ens in potentia ad formam.

28 Per quæ patet ad secundā cōfirmat. Et ulterius dici potest, quod in rigore loquendo, materia non dicitur differre à forma, sed est ab illa diuersa, iuxta dicta lib. I. Logice q. 24. n. 2. & hæc diuersitas nō est per actum intrinsecum, sed per capacitatem, & ordinem potentiæ ad actū, vt ad terminum trascendentalis habitu dñis: nam vt ait S. Tho. I. p. q. 66. art. 2. ad 4. cum potentia dicatur ad actum, ens in potentia est diuersum, ex hoc ipso, quod ordinatur ad diuersum actum.

## s. IIII.

De essentia metaphysica materiæ primæ?

29 HAE est tertia difficultas huius quæstionis, acriter inter recentiores ventilata. Pro qua notandum, quod rerum essentia, vel considerantur phisicæ quoad totum reale quod important, vel considerantur metaphysicæ quoad id quod se habet, vt radix attributorū, & proprietatum. Et in isto sensu vocatur à Phylosopho 7. Metaphysicæ text. 10. quod quid erat esse, id est, vt ibi explicat S. Thom. lec. 2. litt. i. quidditas, & essentiarei. Et ita lect. 3. litt. a. dicunt, quod hoc intelligimus per quod quid erat esse alicuius, id per quod conuenienter responderi potest ad quæsiinem factum de eo per quid est? Vnde debet prædicari per se & primo in primo modo. Vnde ibi litt. b. excludunt passiones à prædicato quid ditatio. Sicut quamvis physice, & realiter loquendo ens, unum, verum, & bonum, sint idem realiter, tamē metaphysicæ ens est ipsa quiditas; & alia tria sunt attributa, & proprietates. Inquiritur ergo in materia prima, quæ sit propria, & primaria eius ratio: Sicut hoc idem in Logica disputatum est de propria ratione substantiæ, & de propria ratione quantitatis; quamvis substantiæ proprietates ab illa sola ratione differant, vt diximus lib. 2. Logica q. 12. n. 10. & de proprietatibus quantitatis idem diximus ibi q. 14. n. 16.

30 Existimabit aliquis facile hāc difficultatem ex dictis solui; imo videtur nullam restare quæ solutio ne indigeat: quia quod quid est materia, ipsius definitio exponitur: vnde dicendo quod est substantia partialis, explicatur cōceptus eius communis; addendo vero quod est pura potentia, vel dicēdo quod est *primum subiectum* &c. iam habetur conceptus eius metaphysicus: vnde eum amplius inuestigare non oportet.

31 Diligenter tamen attendenti perspicuum erit, hanc difficultatē ex dictis non tolli; sed inde potius originari, vel oriri: nā non est perse notum, sed valde obscurum, quid sit esse primum subiectum? Vnde ad hoc amplius inuestigandū, difficultatem excitamus. Rursus, ex dictis patet conceptus physicus materiae, sed non clarescit, metaphysice, & præcisius loquēdo, quæ sit ratio perse primo explicativa quidditat̄is materiae, quæ se habeat ut radix attributorū, saltem ratio ne distinctorū à materia?

32 Respondet Hurtado disp. 2. sec. 2. subiectum dici illud, quod denominatione n. aliquā suscipit, & forma est, quæ dat denominationem.

Hoc tamen rem nō declarat, sed ad voces confugit: & non sufficit; nam denominatione supponit funda mentum in re, & de re ipsa est diffi cultas. Deinde, potest aliquid esse formalogicē, seu in prædicando, quæ non sit forma physicē, & in es fendo: ergo ex eo quod prædicata se teneant formaliter, & subiecta

materialiter, nō habemus concep tum quidditatium, & metaphysi cum materia physicę. Tertio, multæ denominationes cōueniunt formæ à materia, sicut materia à forma: vnde declarandum restat, quæ sit propria materiae, vt materia est?

33 Arriaga disp. 2. sec. 3. subsec. 2. respōdet, quod ideo materia prima est subiectum omnium formarum, & non è contra, quia præsup ponitur ipsa materia prius natura ad omnes formas, etiam rationale; non vero è contra.

Sed contra primo: nam causæ ad iniucē sūt causæ, vt li. 2. q. 24. dicitur: vnde & si materia in suo gene re præcedat, forma in suo antece dit: & ita manet integrum diffi cultas. Secundo in resurrectione ma teria vnitur anima rationali præ existenti: vnde ibi non erit cur materia sit subiectum, potius quam anima. Denique, ideo materia præ supponitur, quia est potentia passiva, vt nos dicemus: ergo si iste erat proprius conceptus materiae, melius esset illum exponere verbis antiquorum; quia clariora erant, & magis recepta.

34 Alij explicant essentiam materiae per hoc quod sit prima radix quantitatis. Alij per hoc quod sit principium passuum operationum totius.

Ambo tamen deficiunt: primo, quia accidentia & operationes primo, & perse sunt totius, & nō materiae. Secundo, quia adhuc si aliquorum accidentium materia sit radix ut quā, & quantitas sit prima dispositio materiae, vt ait S. Thomas 3. pars.

p. q. 77. art. 2. tamen nō appetet sub qua ratione constituatur illa pars essentiae, quæ istorum est radix, & hanc à priori conamus explicare. Tertio, materia nullius est actiuitatis, vt docet Phylosophus 2. de Gener. text. 53. dicens: *pai namque, & moneri materię est; agere vero, & mouere alterius potentia.* Quod tamen materia non agat, sed patiatur ex propria ratione eius erat prius investigandum. Vnde contra istas, & alias recentiorum sententias est, quod rerum essentiae non pro libito sunt fingendæ, sed ex maiorum, sapientiæ explanatis definitionibus sunt eruendæ.

35 Ultima sententia (alijs omis-  
sis) est cuiusdam Recentioris, dicen-  
tis essentiam metaphysicam mate-  
riæ consistere in hoc quod sit substi-  
tia incompleta vñibilis cum alia, tā  
quam primum subiectum recepti-  
uum vñionis. Et quia de sola ultima  
particula est difficultas, valde  
miror, quod cum aliorum senten-  
tias late impugnauerit, suam solū  
probavit, quia in definitione materię  
totum hoc explicatur: quia non po-  
test componere totum substantia-  
le, nisi vniendo se alteri parti sub-  
stantiali.

36 Retorqueri tamen posset ar-  
gumentum: quia in definitione ma-  
terię nulla fit explicita mentio de  
receptione vñionis, vt patet percu-  
rrēdo particulas singulas: ergo hac  
via non recte explicatur concep-  
tus metaphysicus materię. Secun-  
do, eius ratio solum probat, quod  
realiter materia non componit ni-  
si vniatur: ex quo ad summum dedu-

cetur physicè id conuenire mate-  
riæ; sed inde quomodo deduci po-  
test, quod hæc est essentia metaphy-  
sica? Tertio, de vñione sunt sex cę-  
tæ opiniones, & totidem de sub-  
iecto illius: ergo non est hæc via ap-  
ta ad rerum essentias indagandas.

## §. V.

## Vera sententia probatur.

37 Tandum est igitur antiquorū  
sententiaz; cum quibus dicen-  
dum conceptum metaphysicū ma-  
terię primę satis exprimi dicen-  
do, quod est substantia partialis per  
modum primi subiecti; ratio autē  
primi subiecti satis exprimitur asse-  
rendo, esse puram potentiam suscep-  
tiuam formarum; si autem materia  
fuerit sublunarī, erit receptua  
formarum, & priuationum. Ita sum-  
mitur ex D. August. 12. Confes. &  
lib. I. de Gen. ad litterā, & ex Phy-  
losopho 7. Metaph. & I. Physico-  
rum, & ex communi, & propria  
acceptiōne materię, vt testatur S.  
Thom. quæst. vñica de Spiritual.  
creaturis art. 1. & opus. 31. & I. Phy-  
sorum lect. 13. & alibi sape.

38 Et probatur primo: nā essen-  
tia metaphysica alicuius rei est illa  
ratio, qua exprimitur quod quid  
est eius; hoc autem est id per quod  
essentia liter respōdetur ad quæstio-  
nem interrogantē, quid est? vt præ-  
missimus n. 29. sed omnes particu-  
la definitionis expositæ §. 1. clarè  
exprimunt nostram assertionem: ergo  
illa conuenienter exprimitur  
essentia metaphysica materię pri-  
mæ.

**mæ.** Minor probatur primo: nam ita definitionem declarant Ferrara lib. i. Physicorum q. 11. & Masius c. 9. q. 6. cōcl. 3. dicit hoc esse rem certam, & exploratam. Et saltē esse probabile Aristotelem materiam quidditatū definisse, dicit Rubio q. 9. n. 68. Secundo constat minor, quia propria ratio primi subiecti cōdistinguitur contra actum, vt ex utroque fiat vna substantia: sed hoc fit per hoc quod subiectum suscipit, & actus, seu forma cōmunicat se, & suum esse: ergo per hoc recte exprimitur proprius cōceptus materiae primæ. Cum autem est satiata forma, est capax formæ, non autē priuationis: & hinc prouenit, quod cœlestia corpora sunt incorruptibilia, vt alibi latius: quia tamē teria sublunaris nulla forma satiatur, capax est priuationis; & propter cōtinuas formarū, & priuationum successiones, est corruptio corporum, quam quotidie experimur: & per hoc est explicata secunda pars.

**39** Prior vero iterum probatur: nam conceptus metaphysicus est ratio obiectua, quæ quidditatū per se primo de re p̄dicitur: sed ratio puræ potentiae susceptiæ formarum substantialium per se primo de materia prima p̄dicitur: ergo per hanc conuenienter exprimitur eius coconceptus metaphysicus. Probatur minor: tota ratio potentiæ sumitur ex ordine ad actum; vt patet in potentijs accidentalibus: nam potentia intellectua per hoc distinguitur à volitiva, quia intelligere, & velle genere differunt;

& similiter videre, & audire; & ideò potentia visua, & auditua nō sunt eadem potentia formaliter: & pariter in potentijs passiuis: nam posse sanari, non est posse infirmari; nec posse recipere formam accidentalem, est posse recipere formā substancialē p̄cisiuē, & formaliter loquendo. Ergo id, quod primo, & per se est actus substancialis, est quod per se primo inspiciuntur à materia: ac per consequens in hoc consistit eius propria ratio. Sed forma substancialis est primus actus substancialis, & existētia, quā cōmunicat, est primus actus entitatiuus: ergo per potentiam passiuam, seu capacitatem susceptiā formarum substantialium explicatur optimē essentia materiae primæ.

## §. V I.

*Argumenta soluuntur.*

**40** **O**bijcies primo: materia prima hominis nō suscipit formam, quæ est anima rationalis; etamen habet essentialem rationem materiae; cum sit eadem, quæ post hominis mortem est sub forma cadaveris, & sub formis aliorum mixtorum: ergo non est de essentia materiae primæ esse puram potentiam susceptiā formarum. Probatur maior, quia anima rationalis nō dependent in suo esse à corpore: quia est immortalis, & remanet destrutto corpore: ergo non suscipitur secundum entitatem in corpore: ergo materia solum est susceptiā vniuersitatis animæ; non verò est susceptiā ipsius entitatis formæ.

Respondebitur solet materiam hominis verè suscipere animam rationalem; quia hæc est vera hominis forma: & eo ipso quod forma actueta, materia suscipit, & patitur.

Sed contra primo: nam iuxta hoc non erit differentia inter animam rationalem, qua creatur; & alias formas, quæ generantur: quod est aperte falsum. Secundo, hac solutione admissa, non erit differentia inter hoc quod est formam informare, & formam vniuersitatis: quod tamē est falsum: nam vnuio accidit, & informatio intime conuenit materiae.

41 Respondebitur, veram esse solutionem datam, negari non posse, nisi de vocibus contendendo, vel æquivoce eas usurpando: quia ut ait S. Tho. I. p. q. 40. art. 1. de ratione formæ est, quod sit in eo cuius est forma: ut inductione patet: & constat, quia forma essentialiter est actus intrinsece actuans, & constitutens, & componens: cum ergo sit certum secundum fidem, quod anima rationalis est vera corporis forma: non video quomodo negari possit quod actueta materia: ac per consequens ista est susceptiva animæ rationalis.

42 Ad primam replicam dicitur, quod est differentia manifesta: nam aliæ formæ edicuntur de potentia litate materiae; anima rationalis à Deo creatur. Rursus, formæ imperfectæ non subsistunt, secus vero anima rationalis propter suam perfectionem: quia actuata materiam, & ista eam suscipit; sed eam non comprehendit: eo quod illa nō est in materia corporali immersa, ut ait S.

Thomas I. part. quest. 76. artic. 1.  
ad 4.

43 Ad secundam replicam dicitur, quod forte erit aliqua differentia verbalis inter illa duo: sed quod ad rem faciat, nullum occurrit dis-  
crimen. Vnde concessa maiori, ne-  
gatur minor, quia unionis, & infor-  
mationis exercitiū accedit formæ,  
non prædicamentaliter, sed prædi-  
cabiliter: quamuis actus vniuersitatis, &  
potens informare sit de essentia for-  
mæ: vnde S. Thom. I. p. q. 29. artic.  
1. ad 5. ait, quod anima separata re-  
tinet naturæ visibilitatis: de quo videa-  
tur ibi q. 76. art. 1. ad 6.

44 Præterea obiectum alij: id quod est de conceptu secundario alicuius rei, non potest pertinere ad rationem specificam illius: nam ista perse primo prædicatur: sed poten-  
tia receptiva formarum substantia-  
lium est de conceptu secundario  
materiae primæ: ergo ista nō est eius  
propria ratio metaphysica. Proba-  
tur minor: nam potentia receptiva  
formarum substantialium nostro mo-  
do concipiendi subsequitur vniibi-  
litatem materiae cum ipsis formis  
substantialibus: quia cum hæ formæ  
non possint vniiri materiae, quin  
prius in ipsa recipiantur; eo ipso  
quod materia est vniuersitatis cum illis,  
debetur illi potentia receptiva ip-  
sorum formarum: ergo talis poten-  
tia est quid consequens vniibilitatei;  
ac per consequens de concep-  
tu secundario materiae primæ.

Respondebitur negando minorē.  
Ad probationem nego antecedēs,  
quia recipi, & vniiri formam sunt  
idem: eo enī ipso quod proprius  
actus

actus est in propria potentia, vniuersitatem dicatur; & agens, qui habet vim actione, & passione facieundi, quod materia actuetur a forma, eo ipso ea reddit unita. Ethoc est, quod dicunt Phyllosophus, & S. Tho. 8. Metaph. lect. vlt. in fine, quod nulla est causa faciens unum ea, quae sunt composta ex materia, & forma, nisi quod mouet potentiam in actu: de quo iterum infra.

45 Adhuc autem admiso, quod unio formæ realiter differat ab ipsi, non constituit, nec facit coniunctionem materiae, & formæ esse mediata, quia unio mediat ut quo, non ut quod: nec facit quod materia specificetur ab unione, nec eam per se primo respiciat: quin potius primū subiectum per se primo respicit primum actum, & pars potentialis per se primo respicit actum substantialem. Et ita potest pro nobis argumentum retorqueri, quia unio non appetitur a materia propter se, sed propter formam: & nulla potentia, nec activa, nec passiva per se primo respicit unionem, aut ab illa specificatur; sed actus, vel forma distinguunt, vel specificant.

## QUAESTIO VII.

*Vtrum materia prima habeat propriam existentiam?*

**E**Ssemia est ipsi quidditas, qua per definitionem explicatur: ut quidditas hominis est, quod sit animal rationale, vel compositum ex corpore, & anima intellectu: Existencia vero est actus essentia, quo quiddi-

tas, seu essentia ponitur extra causas, & ratione cuius verificatur de re propositio de secundo adiacente: ut cum dicitur, homo est, Petrus est, vel Petrus existit. Cum ergo ostendatur sit materiam esse partem essentialiter diuersam a forma; videndum est, utrum ponatur extra causas per existentiam, vel actualitatem physicam propriam ipsius materiae non provenientem a forma.

## §. I.

*Sententia affirmativa:*

**A**ffirmant multi materiae ex se copetrere propriam existentiam, seu actualitatem physicam. Ita Henricus Quodlib. 4. quæst. 16. Scot. 7. Metaph. quæst. 15. & in 2. distinct. 12. quæst. 1. & ibi Gregorius, & Gabriel. Suar. disp. 13. Metaph. sect. 4. & 5. Tolent. 1. Physic. quæst. 11. concl. 3. Rubio de Materia q. 3. & alij Recentiores in ista sententia conueniunt; quamvis disideant in eius probatione.

**F**ere commune fundamentum est. Essentia non distinguitur realiter ab existentia; sed materia prima est pars essentia realiter diuersa a forma: ergo existit propria existentia realiter diuersa ab existentia formæ. Probatur maior: per illud formaliter essentia existit, per quod est extra suas causas: sed essentia se ipsa est extra suas causas, cum per seipsum terminet operationem agentis: ergo essentia, & existentia sola ratione differunt: nam in quantum constituitur in specie & definiri

E potest,

poteſt, dicitur quidditas, ſeu eſſen-  
tia; ſed iaquātūm eſt terminus agē-  
tis rem extra hentis extra cauſas, di-  
citur exiſtentia.

4 Alterum fundamētū eſt: nam  
adhuſ admiſſa diſtinzione eſtentia  
ab exiſtentia, vt admittit Molina,  
aduertit ipſe I. p. q. 3. art. 4. diſp. 2.  
§. hacten u in fine, materiam habere  
propriam exiſtentiam: quod & ad-  
uertit Toletus, & alij: eo quod fi-  
cut eſtentia eſt diſtincta, ita debet  
habere exiſtentiam diſtinctam; exi-  
ſtentia enim eſt actus eſtentia.

Tertio arguit idē Cardinalis To-  
letus: materia ſecundum ſe eſt ſub-  
iectum actionis agentis: ergo ſecū-  
dūm ſe antecedit actionem agētis:  
ergo etiam antecedit formā; quæ  
non eſt niſi per actionē agentis. Pro-  
batur conſequētia, quia eadem a-  
ctione, qua prodiſtit ur entitas, de-  
bet produci eius exiſtentia.

5 Quarto eſt vulgare argumētū:  
omnis cauſa præſupponit exiſtēs  
ad effectum: ſed materia prima eſt  
cauſa materialis formæ, quæ ex ei  
potentialitate educitur, vt poſteā  
dicetur: ergo intelligitur exiſtentia  
antecedēter ad formam. Probatur  
maior: omnis cauſa eſt prior na-  
tura, quam effectus; ſed non eſt prior  
ſolum ſecundum prædicata quiddi-  
tatiua: alioquin ignis poſſibilis ca-  
lefaceret, & combureret nunc: ergo  
eſt prior prout exiſtēs: ergo ma-  
teria vt cauſet formam, debet ui-  
telligi ante formam exiſtentia.

6 Vlti: no: omnia conſirmant, &  
explicant diſtinguendo dupli-  
cam exiſtentiam, quādam totalem, co-  
pletam, & perfectam; & hanc ad-

mittunt materiae ex ſe non compē-  
tere, ſed ſolum cum perficitur per  
formam. Aliam exiſtentiam incō-  
pletam, & partialē, quę conuenit  
naturae incompletæ, & partiali: nā  
ſicut natura completa componi-  
tur ex principijs, ſeu partibus in-  
completis; ita exiſtentia comple-  
ta componitur ex partialibus exi-  
ſtentijs indiſtinctis ab iplis partibus.

Addiūt Suarez diſp. 34. Metaph.  
ſect. 5. & tom. I. 3. p. diſp. 14. ſect. 4.  
& Rubio de Materia quæſt. 4. ma-  
teriam habere propriam ſubſiſten-  
tiām partiale, ſicut eam habet a-  
nimā rationalis, iuxta S. Tho. I. p.  
q. 75. artic. 2. ad 2. vbi docet, quod  
ſubſiſtentia partialis ſolum exclu-  
dit inhaerentiam accidentis, & for-  
mæ materialis: ſed materia non in-  
haeret, nec vt accidens, nec vt for-  
mā: ergo propria habet ſubſiſten-  
tiām.

### s. I I.

#### De diſtinzione eſtentia ab exiſtentia.

7 T Angunt prædicta argumenta  
plures diſcultates Metaphi-  
ſicas; ideò extraneas à directo iſti-  
tuto Physicæ; ſed quia arguētūm  
iſtantia non patitur illuc viſque ſo-  
lutionem diſterri; id circō præliba-  
bimus non nulla, in Metaphysica  
oportunius diſputata. Et incipiēdo  
à diſcultate primi argumenti.

8 Notandum, quod propriè, & in  
rigore loquendo, ens eſt particiū  
verbi, ſum, eſt, fui. vnde significat, id  
quod eſt, vt patet ex Phylosopho I.  
Physic. tex. 13. & ſic S. Tho. I. Peri-  
her.

## §. 2. De distinctione essentia, &c.

67

her. lect. 5. circa finem, dicit, quod ens nihil aliud est, quam *quid est*: & sic videtur, & rem significare, per hoc quod dico *quid*; & esse, per hoc quod dico, *est*. Verum tamen cōmūniter, & minus rigurose loquendo, ens, accipitur nominaliter, & significat essētiam rei, ut docet S. Tho. Quodlib. 2. artic. 3. & 4. Metaphis. lect. 2. vel omne illud, quod est cōdiuisum contra nil. De quo latius 1. p. Metaph. controu. 6. art. 1.

9 Secundo notandum, quod essētia rei significat connexionem prædicatorum essentialium, vel genus, & differentiam, quæ sunt partes definitionis essentialis metaphysicæ. Et potest cōsiderari duplíciter; vel in statu possibilatis, cū potest existere, & nōdum est; vel in statu existentiæ, cū virtute agentis actu producitur. Possibilitas autem est duplex; alia extrinseca, & in genere causæ efficientis; alia intrinseca, & quasi in genere causæ formalis, seu per modū obiecti. Prima competit rebus inquātū sunt in virtute suarū causarum, ut docet S. Tho. 1. p. q. 9. art. 2. Secunda vero consistit in hoc, quod illa conexio contradicitionem nō implicet, ut docet S. Tho. 1. p. q. 25. art. 3. & vocatur possibilitas obiectiva, seu non repugnatiologia, ut docet S. Tho. q. 3. de Potentia art. 1. ad 2.

10 Loquendo de essentiâ ut possibili absolute, latè ens reale sumēdo, est verum ens reale: quia ut sc̄es ponuntur in prædicamento; & de rebus abstractis ab existentia, est scientia; ut in hyeme est scientia roſa; eo quod propositiones essentiâ

les sunt æternæ veritatis: & sic S. Thos Thomas Quodlib. 8. art. 1. ad 1. docet, quod remotis omnib⁹ singularibus hominibus, adhuc remaneret rationalitas attribuibilis humanae naturæ.

11 Sumēdo autem ens reale physice, & in rigore, secundum quod S. Tho. 1. p. q. 5. art. 1. docet, quod *ens dicit aliquid proprie esse in actu*. essentiæ rerum antequam accipiāt existentiam, simpliciter sunt nō entia, & nihil in actu, ut docet S. Tho mas q. 3. de potentia art. 5. ad 2. & hac de causa ab initio temporis Deus creatureas de nibilo condidit, ut definitur in cap. firmiū de summa Trinitate, & contrarium sicut hereticum esse refutandam, docet S. Tho. 1. p. q. 61. art. 2. & solum sunt se cunctū quid, & in potentia causarum, ut docet S. Tho. 3. p. q. 10. art. 3. essentia ergo possibilis, & eadem ut existens, distinguuntur ut ens in potentia, & ens in actu, vel ut ens proprie differt a non ente, seu ab ente impropiè, ut exposuimus 1. p. Metaphis. controu. 7. art. 1.

12 Afferimus igitur, quod omnis creatura existens est quoddam concretum; cuius subiectum, seu pars materialis est essentia; & actus, seu quasi forma, est esse, seu existentia: & per hūc modū existentia realiter differt ab essentia, quæ est actu; & ideo S. Boetius lib. de Hebdomadi bus, ait, *diversum est esse, & id quod est: quod ad presentem affert S. Th. Quod lib. 3. art. 20. vnde differunt tanquam potentia realiter receptiva actus, realiter differt ab actu recepto, ut videri potest in D. Tho. Opusc. 15.*

cap. 8. ad 4. Et idèo existentia creature est aliud ab essentia, vt docet S. Thomas c. 5. & 6. de Ente & essentia; & omnis creatura realiter est compo sita ex existētia, & essentia, vt asse rit S. Thom. lib. i. contrag. cap. 22. ratione 5. Et cap. 52. septem rationi bus probat S. Thom. quod in Ange lis differt esse, & quod est, seu essentia, & existentia. Et quod loquatur de distinctione reali patet: nam rat. 5. ait: *E*sse *actum* *aeris*, *non est de substan* *tia aeris*, *quia est ei per aliud*: *sed cui libet* *rei crea* *ta suum esse est ei per aliud*, &c. Cum igitur aer differat realiter à lu ce, ita esse ab existentia, vt iterū docet ibi cap. 53. Vnde luce meridia nia clarius constat, quod ex mente S. Tho. essentia, & existentia diffe rent ante operationem intellectus. Et sic sentiunt omnes Thomistæ: quamvis nonnulli contendant, hāc distinctionem vocandam modale; alij frequenter appellat realē; quod multum habet questionis de no mine.

13 Sed opponunt alij (qui verbis quidem dicūt se esse Thomistas) ne hac apud populum gloria careant; factis autem negant; cū passim sententias expresse Angelico Doctori contrarias tueantur) nam S. Tho. 4. Metaph. lect. 2. litt. b. in fine, ait: *I*dem est, quod habet essentiam, & quiddi tam per illam essentiam, & quod est in se indissolubilis. Vnde ista tria; res, ens, unum, significant omnino idem; sed secundum diversas rationes. Cum ergo, vt ibi præmiserat, nomen res imponatur à quidditate tantum; hoc vero nomen ens imponatur ab actu esse di, seu existentia; fit manifestum ex

mente S. Tho. quod essentia, & exi stentia sola ratione differunt.

Respondetur, quod aliud est à quo nomen imponitur, & aliud quod nomen significat. Licet autē ens semper significet, quod habet esse; tamē benè notat Ferr. lib. i. cō tra. c. 25. rat. 4. 5. *P*ro *solutione*, quod participialiter acceptum significat existētiam, & de materiali dicit es sentiam; at verò sumptum non iuna liter, eius formale significatum est essentia, cui competit existētia; & est à qua nomen imponitur; & lo quendo de ente nominaliter, ait S. Tho. ibi litt. c. quod hoc nomen ens, quod imponitur ab ipso esse, significat id rati onem nomine, quid imponitur ab ipsa essen tia; & de ente nominaliter verifica tur, quod sola ratione differt ab ip sa essentia.

14 Sed instant Recentiores prä dicti; nā S. Thomas illa lect. 4. litt. c. refert Auicenam dicētem, quod unum, & ens non significant substantiam rei; sed significant aliquid additum. Quæ videtur esse nostra sententia de distincione existentiae ab essentia: quam impugnans Sanctus Thomas subdit: *Q*uod in primo (videlicet in isto puncto) non videtur dixisse recte: esse enim rei, quamvis sit aliud ab eius es sentia; non tamen est intelligendum, quod sit aliquod superadditum ad modum acci denris, sed quasi constituitur per principia essentiae, &c. De qua authoritate tan tum sibi plaudunt, vt subiungant: certè si nostram sententiam veller tradere, & oppositam impugnare ex professo, non posset vti verbis clarioribus pro nobis. Hæc illi.

Respon-

## §. 2. De distinctione essentiae ab existentia. 69

Respondeatur me non posse non mirari ingenij humani imbecilitatem, quæ in ipsis verbis vbi nostra exprimitur conclusio, putat oppositam videre: manifeste enim hic factetur S. Thomas, quod *esse est aliud ab eius essentia*; quod est nostram docere sententiam. Reprehendit autem Auicenam, in eo quod assertuit existentiam se habere ad modum accidentis: cum reuera sit substantia, & solum quo ad praedicabilitatem se habeat ad instar accidentis; cum tamen reducatur ad genus substantiae: quia ut ait S. Tho. i. p. q. 5. ar. 1. ad 1. per suum esse substantiale dicitur *unumquodque ens simpliciter*: quia essentia sine existentia est ens in potentia, & iam dixerat S. Thom. in corpore art. quod ens proprie, & participialiter dicit aliquid proprie esse in actu. Sed non opus est in re, ipsis tyronibus manifesta, verba consumere: præcipue quia ipse S. Thom. q. 5. de Potentia art. 4. ad 3. se ipsum declarat his verbis: *esse non dicitur accidens, quod sit in genere accidentis, si loquamur de esse substantia; est enim actus essentia: sed per quādam similitudinē, quia non est pars essentia, sicut nec accidens.* Fuit ergo deceptio Auicenæ, id quod solum praedicabiliter, & similitudinarie dicitur accidens, vocare verum accidens praedicamentale.

15 Iam rationibus veritatem nostri asserti confirmemus. Prior est D. Thomæ Quodlib. 2. art. 3. & 4. id quod conuenit alicui contingenter, ante operationem intellectus distinguitur ab illo, quod ei conuenit essentialiter: sed existere conuenit creaturæ contingenter; & essentia co-

uenit rei essentialiter: ergo essentia, & existentia creaturæ ante operationem intellectus distinguuntur. Maior patet: nam contingencia possunt non conuenire, & sine illis res intelligi: essentialia vero semper, & intime conueniunt. Minor vero probatur, quia creatura quandoque est, quandoque nō est: ergo contingenter est.

Dices existentiam conuenire contingenter, per hoc quod id, quod est in potentia obiectua ponitur sub esse actuali; non per hoc quod physice ipsa essentia sit potentia subiectua recipiens existentiam.

Sed contra: nō solū metaphysicæ, sed physicæ loquendo, existere conuenit creaturæ contingenter: quia nūc est, & antea non erat, & potest non esse, si existere ab essentia ista tollatur: ergo potentia obiectua reducitur ad actum per hoc, quod essentia vere est subiectum existentiae, quæ illi contingenter conuenit.

16 Secundo, quæ realiter non habent idem contradictorium, realiter non sunt idem: sed essentia, & existentia non habent idem contradictorium: ergo realiter nō sunt idem. Maior patet, quia per id quo res est ens realis, contradictoire opponitur nō enti. Minor vero probatur, quia homini quoad quidditatē contradictrio ne opponitur irrationali: nā rationale directe respicit: quoad existentiam vero opponitur non existēs.

17 Tertio: haec prædicatio, *homo est rationalis*, est perse: hæc prædicatio, *homo est*, est contingens: sed hoc esse non posset, si essentia, & existentia identificarentur: ergo existētia,

& essentia ante operationem intellectus distinguuntur. Probatur minor: nam ab eo quod res est, vel non est, proposicio redditur vera, vel falsa: ergo si obiectiuè idem est essentia hominis, & eius existentia, in vera prædicatione obiectua non præcisua, æquali necessitate utrumque conueniret.

18 Quod explicatur exemplo transcendentium: nam, quia vñū, & ens identificantur, cui conuenit perse, & essentialiter entitas, cōuenit vñitas; & non potest contingēter esse vnum, quod essentialiter est ens: ergo si essentia, & existētia realiter identificantur, æquali perleita te prædicabuntur prædicata existētiae, ac prædicata quidditatiua: quod est manifestum absurdum.

Confirmatur; ideo verum ens reale non potest intelligi sub ratione opposita vnius; quia ens, & vñū sola ratione differunt; & ita quod realiter est ens, est realiter vnum; & ens non est indifferēs ut sit vñū, & non vnum: sed essentia est indifferēs ut existat, & nō existat, & affirmatis prædicatis quidditatiuis, possumus negare actualitatē existētiae: ergo non sunt realiter idē. Abundātius hęc prosequimur i.p. Metaph. contr. 7. art. 3. & secundam ratione īibi ponderatam 9. 3. inueni postea eruditę pertractatam à M. Ortiz hic tract. 2. cofer. 2. à §. 2. usque ad 7. & Lerm. lib. 1. q. 6. vbi aliae rationes videri possunt.

19 Iam ad formā primi argumēti neganda est maior. Ad probationē neganda est minor. Ad probationē M. Vincētius in Relectione de Gra-

tia Christi. q. 7. pag. 90 7. & PP. Casnelic. hic disp. 3. q. 5. ad 4. & M. Ortiz ad 1. & 2. docent, quod ut res complete, & perfecte ponatur extra causas, debet sibi communicari duplex actualitas; alia incompleta, & realiter vialis, & ad rationem essentiæ pertinens; alia completa, & vltima, quæ est actualitas existētiae: quia ut ait S. Tho. i. p. q. 4. art. 1. ad 3. *Esse est actualitas omnium rerum, & etiam ipsarum formarū.* Igitur res per suam essentiam opponitur cōtra nihil incōpletē, & vialiter; complete autem per existentiam, quę saltē per modum conditionis exigitur, ut actualitas essentiæ complete ponatur in actu vltimo extra causas: quia ponit in actu in facto esse, quod per suam essentiam est in actu in fieri, & vialiter.

20 Hęc tamen doctrina, nisi amplius explicetur, videtur non satisfacere argumento: nam frustra fit per plura, quod potest fieri per pauciora, ut sęp̄ dicem⁹: sed illa actualitas, quæ appellatur vialis, potest esse vltima in genere substantiæ, faciendo cōplete, quod per duas actualitates præstatur: ergo frustra duæ actualitates entitatiæ ponuntur. Et hac ratione ostendemus non das duas existencias partiales, quia una sufficit: ergo nec actualitas vialis est alia ab actualitate completa.

21 Secundo: hac via infirmatur vis rationis S. Tho. quia illa actualitas vialis essentiæ tam cōtingenter cōuenit, ac ipsa existentia; siquidē non est prædicatum quidditatiū rei, quod sit sub agēte, vel quod habeat actualitatem in fieri; ergo nō bene


## §. 2. De distinctione essentiae ab existentia, 71

bene arguere possumus ex contingētia existentiae, quod realiter differat ab essentia: alioquin haec actualitas vialis realiter distinguetur ab essentia; quia contingēter illi conuenit; & ita in quaetiq; creatura erūt tria realiter distincta, nēpē essentia, & actualitas essentiae, & actualitas existentiae. ¶ Tertio, etiam deficeret ratio Sancti Thomae 2. contragēt. cap. 52. ratione 3. ostendentis, quod existentia irrecepta, esset illimitata, & infinita, &c. hoc enim nō sequeretur; quia illa actualitas vialis, sine hoc quod recipiatur, limitatur: ac proinde, etiam si actualitas existentiae non reciperetur, limitaretur, vel ab intrinseco, vel ab agēte extrinseco.

22 Facilius respondetur cum Capitulo in i. dist. 8. q. 1. & alijs Thomistis, quod forma quideam, & esse entia praecisa ab existentia, intelligitur actualis actualitate metaphysica, & specifica (& de ista videtur loqui M. Vinceti, & alijs ex antiquis) nō actualitate entitatiua, quā est actualitas simpliciter, & proprie; quia ista est existentia, cuius definitio est, quod sit actualitas essentiae: unde sine ipsa, essentia est in potentia, & non in actu. ¶ Distinguenda ergo est illa propositio, in qua nititur tota vis argumenti, essentia creatura per se ipsum terminat operationē efficientis: per seipsum materialiter, & vi quod, concedo: nam id, quod creaturā generatur, vel producitur, est essentia, vel simplex, vt in spiritualibus; vel composta ex materia, & forma, vt in corporalibus. Per seipsum vt quo & formaliter, nego: quia formalis ter-

minus creationis est existētia, & formalis terminus generationis, vel cūiusuis productionis est tale esse, vel talis existentia.

23 Et iuxta hoc in lib. de Causis propos. 4. dicitur: quod primarērum creatarū est esse: quod explanat S. Tho. 1. p. q. 45. art. 4. ad 1. de termino formalī: Et est, inquit, similis modus loquendi, sicut si dicaretur, quod prima visibile est color; quamvis ilud quod propriè videtur sit coloratum Ita, quod terminat actionem agentis ut quod est substantia, & essentia; ratio vero terminandi est actualitas essentiae, vel existentiae: unde S. Tho. 1. p. q. 44. artic. 1. ad 3. vniuersaliter docet, quod unicuique competit habere causam agentem, secundū quod habet esse: quia videlicet in hoc cōcreto, quod est ens, ut ait S. Tho. Opus. 15. c. 8. ad 4. est ipsum esse, seu existentia, tanquam actus, & substantiæ habens esse, tanquam rei potentia recipiua huius actus, quod est esse. Et per hoc cessant omnes replicæ; quia omnis actus formalis est potentialis sine existentia; & sicut corpus non videtur sine colore; ita nec essentia est in actu simpliciter sine existētia: nam vt inquit S. Boetius lib. de Hebdomadibus; id quod est, accepta essendi forma est: videatur S. Thom. Quodlib. 2. art. 3. & 1. p. q. 3. artic. 4. docet, quod humanitas non significatur in actu, nisi prout signamus eā esse. Vnde actus physicus formalis non est in actu simpliciter sine existentia, quā est actus entitatius.



S. III.

*Quod non dantur existentiæ  
partiales.*

24 **V**T reliqua prioris sententiaæ fundamenta cōuellantur, dicendum est secundo, etiam in substantijs cōpositis ex partibus, non dantur existentiæ partiales. Ita S. Tho. in 2. dist. 1. quæst. 2. art. 4. ad 2. dicens: *Vnius rei non potest esse, nisi vnū esse essentiale.* Et lib. 4. cōtragēt. c. 81. ad 3. illis verbis: *Manifestum est enim, quod materia, & forma unum est esse: nō enim materia habet esse in actu, nisi per formam.* Tertio adhuc expressius id docet Sanctus Thomas 1. 2. non quæst. 94. vt aliqui male citant, in curia scribentium; sed quæst. 4. ar. 5 ad 2. vbi ait: *Idem est esse forma, & materia: & hoc idem est esse compositi.* Quoniam expressius potest desiderari. Ad uerte tamen aliquos transcripsisse: *hoc quidem;* cum tamen in textu habeatur, vt nos retulimus. Loquimur autem S. Thomam de existentia, manifestum est ex phraſi S. Thomæ cōficieta: & quia cum argumenta procederent de existentia, si de eadem non loqueretur S. Tho. æquiuocè procederet, & eis non fariſfaceret. Quare ita tenet omnes Thomistæ, & alij Authores pro principali cōclusione referendi.

25 Ratione probatur primo: nam vnica tātū datur subsistētia in uno cōposito substantiali: ergo etiā vna datur existētia perse. Antecedēs admittitur a Vazquez 3. p. disp. 32. cap. 4. à Molina, & Fonseca apud Rubrium quæst. 4. & ab alijs Recen-

tioribus: & videtur consonum modo loquēdi Patrum, qui in uno hominē vnā personalitatē agnoscūt; & pro eodē accipiūt subsistētia, ac personam. Et S. Tho. 1. p. q. 75. art. 2. ad 2. vnā tātū subsistētia, seu personalitatē in hominē agnoscit: idēquè videri potest 3. p. q. 4. art. 2. ad 3. Cōsequentia verò probatur primo, quia multi reputat existētia per se naturę cōpletę à subsistētia realiter nō differre: quod examinabitur 3. p. Metaph. Secundo, quia in creatis substatijs eadem videtur ratio multiplicandi existētias, ac plurificandi subsistentias.

26 Secundo, etiā ad homines, arguitur: nā fere omnes oppositi Authores dicūt vnicā vniōne substancialē sufficere ad vniendā materiā formā, & formā materiæ: ergo pariter sufficiet vnicā existētia pro vtraque parte. Patet cōsequentia, quia sicut vnio est vinculum duorum, ita existētia est actualitas: vnde sicut plura vinciuntur uno nexu, ita actuuntur vnicā actualitate.

Dices, esse discrimē, quia vnio est modus, quo duo extrema necdūt; existētia verò est actualitas cui libet parti correspondens.

27 Sed cōtra primo, quia semel supposita distinctione existētia ab essentia, vt nunc supponitur, nō facile probari poterit, quod existētia non sit modus; vel si hoc negetur, vt alibi insinuatum est, tamen habet multum quæstionis de voce: & ita realiter loquēdo, vnicā sufficit et existētia. Rursus, existētia etiā est actualitas vtriusq; partis, quia supponit essentiā, quæ non est, nisi vtra que

### §.3. Non dāntur existentiæ partiales.

53

quæ pars simul accipiatur. Denique sicut duæ partes possunt vniri vno modo, etiam possunt conuenire in vna actualitate: ergo nequit sufficiens disparitas assignari inter existentiam vnicam, & vnicum modū vniōnis ab admittentibus illum: & non loquimur de relatione, sed de fundamento illius.

28 Ratio à priori conclusionis indicatur à D. Thom. quæst. vna de Anima art. 6. ad 2. dicēte, *ipsum esse est actus ultimus*. Et formatur sic: imposibile est, quod sit existentia, & quod sit partialis: ergo incōposito tantū datur vna existentia, proueniens à forma, & afficiens totū. Probatur antecedens: existentia est terminus vltimus in extrahendo à statu possibilitatis: sed eo ipso quod sit partialis, nō est vltima: ergo impossibile est, quod existentia sit partialis. Maior, præterquā quod est ipsa definitio existentiæ; probatur, seu explicatur: nam existētia est actualitas essentiæ; non actualitas solum connexionis definibilis, quia est actualitas metaphysica essentiæ; sed talis quæ sufficiat dicere, essētia est in rerum natura posita: quod non verificatur, nisi cum in facto esse vltimo est extra possibilitatis statū. Minor verò probatur: nam parte, in quantum tale, non est vltimum, sed ordinatur ad totum cuius est pars: ergo eo ipso quod existētia dicitur partialis, nō est vltima actualitas: quod est contra rationē existentiæ.

29 Explicatur hæc ratio: nam existentia, vel dicitur partialis ex parte subiecti, vel naturæ quā actuat;

vel ex parte sui; quia ipsa cum alia existentia adunatur ad componendā vñā totalē. Si primū solum id nos non negamus, quia fatemur, quod existentia substantiæ compōsita ex materia, & forma, quæ immediatè actuat totū, partes actuat quasi secundario: vnde S. Tho. 1. p. q. 45. art. 4. docet, quod accidentia, & formæ, quæ non subsistunt, magis sunt coexistentia, quam entia; & ita magis debent dici cōcreta, quanī creata. Si secundum; cum existentia non possit determinari per differētias, quia nihil est ea formalius, & actualius, solum determinari poterit ex parte subiecti: & sic adunando illam cū alia existentia, erunt duo actus impermixti, & facient vnu ens peraccidens: vel existentia nō erit existētia, seu vltima actualitas. Alias quatuor rationes subtiliter, & solidè proponit M. Vincentius in Relect. q. 7. concl. 1. pag. 904. vsque ad 911. præterillas, quas proposuimus 2. p. Metaph. cōtrou. 2. artic. 2. §. 3. & videatur M. Ortiz tract. 2. confer. 3.

30 Ad id quod obijeciebatur n. 6. respōdetur, quod quāuis natura cōponatur ex partib⁹, existentia est formaliter indiuisibilis, quia omnis cōpositio se tenet ex parte subiecti; seu ex parte illi⁹ à quo oritur, et inde dicitur virtualiter diuisibilis: noui tamen entitatiē habet partes, quia est vltima actualitas specialiter correspōdens Deo; & ideo esse est proprius affectus Dei, & nūl la creatura dat esse nisi virtute Dei: quāuis in suo genere principaliter dent esse, vē illud determinēt. De modo

modo autem quo anima rationalis dicitur specialiter subsistens, quia non immersa in materia, suo loco dicetur. Huius igitur necessario prælibatis, seu à Metaphysica mutuatis, iam quæstiōni respondeamus.

## §. IIII.

*Quod materia non habet propriæ existentiam auctoritate probatur.*

31 Dico tertio, materia prima ex se est pura potentia carrens propria existentia. Ita Phylōphus, & S. Thomas i. Physic. lec. 14. litt. c. & lib. 5. Physicorum lec. 2. vt probent, quod generatio non est motus, sic dicunt: *alio modo dicitur non ens, quod est in potentia*. Secundū quod esse in potentia opponitur ei, quod est esse in actu simpliciter; & hoc etiam non mouetur. Hæc est autem materia prima: ergo materia prima non est in actu simpliciter existentia, ex se considerata. Secundo probatur: nam de eadem materia loquens Phylōphus lib. 11. Metaph. lec. 2. ait; *hac tamen actu quidem non est; potentia autem est, id est, materia non est in actu, sed in potentia*, vt ibi litt. d. ait S. Thom.

32 Ex preste idē docet S. Th. i. p. q. 7. art. 2. ad 3. dicens: *materia prima non existit in rerum natura per seipsum, cum non sit ens actu, sed potentia tantum*. Et Quodlib. 3. art. 1. inquit: *esse autem actu repugnat rationi materiae, quæ secundum propriam rationem est ens in potentia*. Quod in numeris alijs locis docet S. Thoni. sed non repugnat vt materia sit per formam: alioquin nūquam esset: ergo repugnat quod

ex se habeat existentiam, ex D. Th. ergo ex eius mente materia caret propria existentia.

Dices, S. Thomam solum negare materiæ existentiam completam; non tamen negat omnem etiam in completam. ¶ Secundo dices, solum negare, quod materia sit sine dependentia, & ordine ad formā; non tamen, quod in suo genere nō sit actu sine forma.

33 Sed contra primo; quia causalis S. Thomæ esset nulla, si loquendo de existentia, eam negaret materia, quia est ens in potentia, si nō loqueretur de existentia absolute: nam etiam forma, quæ est actus, nō est nisi dependenter à materia, excepta anima rationali; & tamen de illa non possunt verificari verba S. Thomæ.

Secundo ipse S. Tho. opusc. 31. in principio approbat, quod Averrois 2. de Anima ait, quod *materia nullum esse habet: unde simpliciter loquendo forma dat esse materia*. Quibus verbis omne subterfugium præcluditur. ¶ Tertio reiciuntur omnes euasions: nam S. Thomas q. 8. de verit. art. 6. in cor. ait: *aliquid est potentia tantum, ut materia prima; aliquid actu tantum, ut Deus; aliquid actu, & potentia ut omnia intermedia*. Quod. & docet S. Thom. i. contrag. cap. 43. & i. p. quæst. 115. art. 1. ad 2. sed Deus est actus purus in genere existendi, & aliæ creaturæ suas includunt existentias: ergo si materia prima eam etiam includeret, illa vniuersalissima loquutio S. Thomæ, esset falsa. Quare ita tenent omnes Thomistæ.

#### Q. 4. Materia non habet propriam existentiam. 75

34 Idem docuisse Platōnē in Timaeo, & omnes eius discipulos, eorum verbis relatis, ostendit M. Massius sec. 2. q. 6. vbi erudite probat idem docuisse Alexādrum, & Simplicium, Iandunum, Zabarellam, & alios Phylosophos; & ex Theologis S. Bonavent. Durandum, Argentinam, & alios. Magno ergo potere authoritatis stabilitur nostra, & S. Thomæ sententia.

35 Sed opponunt aliqui Neotherici authoritatem S. Thomæ q. 5. de Veritate art. 9. ad 6. dicentis, quod dimensiones praaintelliguntur in materia, non in actu completo ante formas naturales; sed in actu incompleto: & ideo sunt prius in via generationis: sed forma est prior in via complementi. Ergo S. Thomas concedit actum incopletum in materia ante aduentum formæ, & eum dicit compleri per ipsam formam. Ergo quando dicit materiam existere per existentiam formæ, intelligendus est de existentia completa; non de incompleta.

Respondetur authoritatem hanc non esse ad propositum: quia dimensiones sunt accidentia de genere quantitatis, ut patet ex D. Thoma lib. 7. Metaph. lect. 2. litt. d. & late opusc. 32. cap. 6. & non dicit S. Th. quod materia est in actu incompleto; sed quod accidentia ista ante aduentum formæ secundū ultimum gradum, sunt in actu incompleto. Quo toto adinisco, quid inde ad probandum, quod materia habeat existentiam incompletam substantialem? Quatenus vero autoritas illa opponitur ad probandum, quod aliqua accidentia sint imme-

diate in materia, iam ei, & calij abude satisfecimus 2.p. Metaph. controu. 3. n. 46. ergo nec quod apparentiam est in predicta autoritate aliquid, quod opponi possit ad dubitandum de mente S. Thomæ.

36 Melius possumus nos arguere, ex D. Thoma in 2. Sententiarum dist. 1. quæst. 1. art. 3. dicente, quod esse est per creationem, & aliae perfectiones superaddita per informationem: & in cōpositis præcipue illud esse primæ partis, scilicet, materia. Agnoscit ergo S. Thomas in compotitis substantiis esse, seu existentiam propriam materiæ, quæ creatur, & aliā existentiam compositi, quod generatur, cum eius existentia educitur de potentialitate materiæ.

Respondetur, quod existentia non creatur in abstracto, & ut quod; sed in concreto, & ut quæ; & ideo est terminus formalis creationis, ut diximus num. 23. ex D. Thoma; non terminus materialis; quia hoc est totū compositum: sed formalis prout est actus essentia totius. Cum hac tamen differentia, quod materia non potest primo habere existentiam, nisi actione creativa, quæ est ex nihilo; at vero formæ aliquando coamminicatur existentia à solo Deo creante, vel totum, vel ipsam formam subsistentem; quandoque vero formæ cofertur existentia actione generativa, quæ est educationis, & faciens quod informet materiam: ex quo non sequitur, quod ista habeat existentiam sibi non communicatam media forma.

( ? ? ? )

s. V.

s. V.

## Ratione idem probatur.

**37** Rationem à priori tangit S. Boetius lib. de Vnitate, & vno, dicens: *omne esse in rebus creatis est à forma, quod de esse existentia intelligitur à D.* Thom. I. p. q. 42. art. 1. ad 1. & q. 3. de Potentia art. 16. ad 21. & alibi saepè. Quia tamen hanc propositionem aduersarij negat: vel sinistris expositionibꝫ eludunt: ideo oportet eam probare quantum deseruiat intento. Formatur ergo ratio sic: Materia prima sufficiēter existentia formæ existit: ergo non existit existentia propria. Consequētia est manifesta: tū quia, naturaliter loquendo, idem non existit propria, & aliena existentia: tum quia vbia aliena formæ existentia sufficit, superflue ponitur existentia propria, quia Deus, & natura nibil faciūt frustra, vt ait Phylos. I. de Cœlo text. 32. & lib. 2. text. 52. & est per se notum ex saepè dictis. Antecedens vero probatur: nam forma vnitur materiae immediate: ergo forma dat esse materiae. Antecedēt patet, quia eatenus vnitur, quatenus informat, & actuat; sed informat, & actuat immediate: ergo immediate vnitur. Consequentia vero probatur: nam forma communicat in genere cause formalis existentiam subiecto, cuius est forma: ergo si est forma materiae, illi communicat suum effectū formalem, nempe existentiam.

**38** Respondent aliqui, quod exi-

stentia formæ, non vnitur materiae immediate: quia solum est conditio ex parte ipsius formæ se tenens, sicut approximatio ignis requiritur ut comburat.

Sed contra: nam in istorum sententia: fornia, & existentia formæ realiter identificantur: sed forma immediate vnitur materiae: ergo existentia formæ, quæ realiter identificantur cum forma, immediate vnitur materiae: Sicut vnitas, veritas, & bonitas transcendentalis formæ, quæ cum ipsa identificantur, realiter immediate vniuntur omni illi cui immediate forma vnitur.

**39** Secundo, in vera sententia distinguente essentiam ab existentia, ista vel est effectus secundarius formæ, vel complementum effectus primarij: quia forma est actualitas prima constituens, & cōplens speciem, seu essentiam: existentia autem, cum sit actus ultimus, aduenire non potest, nisi complete constituto actu essentiæ: sicut operatio non aduenit, nisi supposito principio proximo operationis: cum ergo forma constituat, & compleat essentiā; est principium, vel disposituum, vel formale, saltē per modum radicis existentiæ. Et hoc modo explicat S. Thom. 2. contrag. c. 54. quod *formadicitur principium essendi.*

Tertio, inductione patet, quod albedo tribuit subiecto esse album, quantitas esse extensū, vel magnū, scientia facit sapientem, lux facit subiectum lucere: & sic ait S. Thodicto cap. 54. quod *comparatur for-*

ma ad ipsum esse, sicut lux ad lucere, vel albedo ad album esse: ergo pariter forma substantialis dat esse substantia le materiæ, cui vnitur.

40 Sed instabis: nam existentia accidentis informat subiectū ipsius accidentis, & non reddit illud formaliter existēs; nō aliade causa, nisi quia subiectum nō producitur per eandem actionem, per quā producitur existentia accidentis: cū ergo forma, & materia fiant distinctis actionibus, materia non est capax existentiæ formæ: quia ad hoc vt esset capax, necessarium esset, quod per eandem actionem producetur, ac existentia formæ.

Hæc recentiorum instantia multis modis claudicat. Primo, quia accidentia etiā dant subiecto esse secundum quid, sicut ipsa sunt entia secundum quid: unde S. Tho. in 1. dist. 3. q. 2. art. 3. ait, quod secundum quodlibet accidens, additur aliquid esse ipsa substantia. Quia videlicet, quælibet forma accidentalis dat nouam existentiam, seu inhæritiam: ergo instantia supponit falsum; & veritas supposita, ratio suā retinet vim.

41 Secundo, cum aliquid totū creatur, absque dubio eadem actione omnes partes fiant, quia cōcreātur ad totius productionem, vt docet S. Th. i. p. q. 45. art. 4. & sēpissime alibi, & existentia est ratio formalis creationē terminādi, vt ait S. Th. ibi ad 1. ergo tūc existeret materia per existētiā formæ, quod est incidere in nostram sentētiā, vt isti, ab ipsa veritate coacti, labuntur.

Tertio deficit instantia prædicta: quia aliumit nō causam vt causam;

quia ratio cur accidentia nō dant pri-  
mum esse simpliciter, non est quia  
fiant distinctis actionibus (quia pas-  
siones emanāt ex vi primæ produc-  
tionis, & non dant primū esse sim-  
pliciter) sed quia sunt formæ secū-  
dum quid; & supponunt subiectum  
existens perse simpliciter; & quia  
sunt entis entia; quāuis dent esse se-  
cundū quid, quia sustentātur à sub-  
iecto in quo sunt, ab illo dicuntur  
esse. Et hanc differentiam inter ma-  
teriā primā, & subiectū accidentium  
late declarat S. Th. opus. 31. in prin-  
cipio, post alia cōclūdēs: unde simpliciter loquendo forma dat esse materia; ac  
accidens autem non dat esse subiecto, sed sub-  
iectum accidenti.

Quarto deficit: nā implicat, quod naturaliter loquendo, ali quid sit ca-  
pax recipiēdi formā, & nō sit capax effectus formalis, vt inductione pa-  
tet: & quia cōmunicatio formæ est cōferre effectū formalē, vel prima-  
riū, vel secūdariū etiā: sed materia  
est capax formæ: ergo est capax effe-  
ctus formæ, seu eius actualitatis, vel  
existētiā illius, quia est pura poten-  
tia respiciēs mediāte forma ei⁹ exi-  
stentiam.

42 Demū instabis: nā spiritualitas animæ rationalis indistincta ab ipsa anima, se cōmunicat immediate materiae, cui vnitur: & tamē illā nō cōstituit spiritualē: ergo etiā si exis-  
tētia formæ se cōmunicet materiæ,  
nō ideo cōstituet eā existētē; quia cōmunicatio media forma nō suffi-  
cit, vt existētia formæ, sit materia.

Facile respondeatur, quod anima rationalis propter suā perfectionē,  
nō immergitur totaliter materiae,

nec illi omnibus modis communica-  
cat: vnde S. Thom. quæst. de Ani-  
ma art. 1. ad 13. & ad 17. ait, quod  
materia participare esse anima rationalis,  
sed non omni modo, quo est in anima: qua-  
re, cum secundum fidem forma enti-  
tatis spiritualis, sit forma & actus  
materiae corporeæ, eo ipso dat illi  
existentiam, quia ista est actus primo  
collatus à forma, & qui profundius  
omnibus inest, vt ait S. Thomas 1. p.  
quæst. 8. artic. 1.

## §. V I.

*Communis ratio, & argumen-  
torum solutio.*

**43** A Ltera ratio conclusionis so-  
let desumi ab inconuenienti-  
ti, in hac forma: si materia, & for-  
ma proprias haberent existentias, ex  
eis, non posset fieri unum ens perse:  
sed hoc est aperte falsum: ergo ma-  
teria propriam non habet existen-  
tiam. Probatur maior, ex illo axio  
mate: *ex duobus entibus in actu non potest*  
*fieri unum ens perse.*

Parcipendunt aliqui hanc ratio-  
nem: quia licet ex duobus entibus  
in actu completo non possit fieri  
unum ens perse, potest tamen fieri unum  
perse ex entibus in actu incom-  
pletis.

Sed contra, primo: nam ostendi-  
mus §. 3. dari non posse existentias  
substantialies incompletas: & ita  
hæc est implicatio: quia ex una par-  
te ponuntur esse entia incom-  
pleta, & ex alia dicuntur facere  
unum perse. Secundo: ex mul-  
tis animabus separatis non fit unum

perse; quamvis sint partes, & entia  
incompleta: non alia de causa, nisi  
quia quælibet habet suam existen-  
tiam substantialem, quamvis non  
totalem. Ergo si materia habet suam  
existentiam substantialem, & for-  
ma suam, ex eis non fieret unum  
perse.

**45** Tertio: in uno cōposito substi-  
tiali non sunt plures formæ partia-  
les substantialies, vt infra ostende-  
tur, & multi ex cōtrarijs admittuntur:  
sed hoc nulla ratione conuinci po-  
test, semel admisso, quod ex duo-  
bus entibus substantialibus actu  
existentibus potest fieri unum ens  
perse, si sint entia partialia: quia om-  
nes solutiones, quæ hic adhibetur,  
ibi applicari possunt; vt facile pa-  
tet singulas percurrenti: ergo negā-  
da est materia propria existentia,  
vt ex illa & forma fiat unum ens  
perse, quia partes vniuntur in uno  
esse. Aliæ rationes videri possunt 2.  
p. Metaph. controu. 2. art. 2.

**46** Restat respondere ad argumen-  
ta proposita §. 1. Ad primum, & vi-  
timū iam satisfecimus §. 2. & 3.  
Ad secundum dicitur, quod materia  
prima in rigore loquendo non est  
essentia, sed pars essentia, iuxta  
Sanctum Thomam capit. 2. & 7.  
de Ente, & essentia; & ideo non  
competit sibi existentia, sed toti cō-  
posito: quia existentia est actuali-  
tas substantialis, seu essentia com-  
pletæ; quamvis oriatur à forma,  
quia esse perse consequitur formam, vt sa-  
pe ait S. Thomas.

**47** Ad tertium respōdetur, quod  
vel loquitur de prima produc-  
tione materiæ, vel de alijs generatio-  
ni-

## §. 5 materia non habet propriam existentiam. 79

nibus supponentibus primam productionem totius corporeæ materiæ in creatione mundi: si loquatur in priori casu; dicendum cum D. Thom. i. part. q. 7. art. 2. ad 3. quod materia *magis est aliquid concreatum, quam creatum:* eo quod creatio est totius subsistentis, ut late probat i. p. q. 45. art. 4. quia nec materia, nec forma fiunt, sed compositum, ut docet Phyl. 7. Metaph. lect. 7. & lib. 8. lect. 1. & tunc neganda est maior, quia creatio est ex nihilo.

48 Loquendo autem de generationibus regulariter contingentibus, materia realiter præcedit educationem formæ; sed non absque omni forma, sed sub forma corrumpenda ad introductionem formæ generandæ. In instanti autem generationis præintelligitur materia, non in actu, sed ut potètia participans formam, & actum; & iuxta hoc omnes propositiones sunt distingueundæ, & concedendæ de antecedentia in genere subiecti, vel potètia; negandæ vero de antecedentia in alio genere causæ. Ad probationem consequentiæ, distinguo antecedentes, & concedo illud de prima productione; nego vero de actione vniuersalia cum alio, quia res ante præexistentes vñiri posunt, & si communicent in eadem existentia, facient vñum per se: sicut in resurrectione corpus adueniet anima præexistens; non tamen accidentaliter, quia ad idem esse assumetur, ut ait S. Thom. 3. part. quæst. 2. art. 6. ad 2.

49 Instabis: nam eadem actio non potest esse creatio, & eductio; quia

creatio est ex nihilo, & eductio est ex presupposito subiecto: sed actio, quæ dat esse materiæ, est creatio: cu[m] sit ingenerabilis: actio quæ dat esse formæ materiali, est eductio: ergo fiunt semper distinctis actionibus formæ eductæ, ac materiae, ex quibus educuntur. Ergo habent distinctas existencias. Hæc vltima cōsequentia probatur: nā existētia est terminus formalis productio[n]is, ut saepe dictum est: & rationem assignat S. Thomas in Compendio Theologiae cap. 93. nam eius est fieri, cuius est esse; ad hoc enim aliquid sit, ut sit: ergo si actiones sunt distinctæ, etiam existentiae distinguantur.

Respondetur omisla maiori: (de qua infra agendo de educatione formalium) distinguo minorem; actio quæ dat esse materiæ per modū primi agentis, est creatio, concedo; actio, quæ illi dat esse per modum agentis secundi, & proximi, est creatio, nego minorem: quia hæc est editio formæ, & quæ dando esse toti, date esse formæ, & materiae. Eadem autem actio Dei, quæ primo dedit esse materiæ sine confortio actionis creatæ eductiæ, modo perseverat cum confortio illius; quia actio est vna formaliter, & multiplex virtualiter: & terminus formalis semper est idem; terminus autem materialis inadæquatus variatur: & ideo existentia ut tangens materiam, est terminus formalis actionis Dei, que semper est eadem forma autem media qua cōfertur, variatur: quia omnes formæ sublunares sunt. actus inadæquati materiae. De quo latè egimus 2. p. Metaph. controli 2. art. 8..

53. vbi & 122. diximus, quod materia à solo Deo primario conseruatur, à quo solo primo fuit comproducta ; secundario vero, sicut esse habet existētia totius, ita à causis eius conseruatur.

50 Ad quartū nego maiore, quia licet in causis efficientibus id eueniat, non tamen exigitur in causa materiali: sufficit enim quod existat in illo instanti reali; non tamen debet existere pro illo instanti : eo quod causat ut potentia receptiua actus, non cellatiua illius. Et vt bene aduertit Magister Masius solutione ad 10. instantia naturæ non sunt instantia durationis, sed depēdentiæ: ac perconsequens nunquā causabit sine existentia comitantis; non propria, sed aliena. Ad probationem concedo maiorem, & minorem, & nego cōsequentiam: quia ultra potentiam obiectiuam, & actum formalem, & entitatiū, datur medium, nēpe, potentia subiectiuia receptiua actus: & hæc est materia prima.

51 Vrgebis: inter esse intra causas, & esse extra causas, nondatur medium: sed materia pro illo prioriō intelligitur intra causas: alioquin esset nihil: ergo intelligitur extra causas: ergo pro illo priori intelligitur existens.

Respondent PP. Carmelitani disp. 3. q. 5. à n. 63. usque ad 68. & M. Ioan. à S. Thom. q. 3. art. 2. ad 2. quod inter esse complete, & perfecte extra causas: & esse intra illas, nondatur medium: bene tamē esse in egredi, & in statu viali, & extra unam causam, est mediani respectu

puri nihil, & esse extra omnes causas: & materia pro illo priori intelligitur in isto statu viali.

52 Carpit hanc doctrinam, quia dicit se non percipere, M. Cabero tractatu 1. disp. 2. dub. 7. num. 14. & dub. 8. n. 8. quia rem esse quodammodo nihil, & quodammodo aliiquid, profecto humanam intelligētiam fugit: quia non potest concipi idem simul esse, & non esse; seu simul esse nihil, & aliiquid; esse in egredi, & non in facto esse. Alia ibi obiecit, quæ nec recitatione indica ui digna; quia *rodi* (ut eius phrasivatur) quæ non intellexisse, nō est cul padocentis, sed legentis.

53 Respōdeo, quod non difficile hoc percipi, ipsi, qui nostrā auersant sentētiā, plane fatentur: inter quos P. Arriaga disput. 2. sec. 5. subsec. 3. n. 73. ita ait: hoc argumētum valde extollitur à nonnullis; verum arbitror admisa semel distinctione inter essentiam, & existentiam (vt eam admittimus pro præsenti quæstione) nullā habere vim: quia si semel admittitur, posse materiam, vel formam esse subiectum propriæ existentiæ; & consequenter prius natura ad existentiam intelligi: cur non poterit intelligi materia prius natura ad formam, & ad illius existentiam, quantumuis per illam existat? Hæc ille.

54 Deinde Thomistæ relati iam notauerant, quod realiter non datur medium inter nihil, & aliiquid, inter esse intra causas, & esse extra causas. Cæterum præcisue, habemus fundamentū ad considerandū quid exigatur ex vi causalitatis materialis,

terialis, & quid ex vi efficientis: & quod ad causam materialem sufficit existentia comitans, & non praecedens: quia causat ut pura potentia (non obiectiva, ut est nihil) subiectiva formæ, & actus, à quo simpli-citer primo existit: de quo videatur S. Tho. Opus. 31.

55 Poteſtque totum argumentum instari, & noſtra ſolutio explicari e- xempli ſubſtentię, quae ſaltem mo-daliter diſſert à natura, & in illa re-cipitar; & poſlumus inquirere; an recipiatur in natura ut ſubſtiente, vel inha-rente, vel in ſtati medio præciſio? Et quicquid ipſi reſpon-derint, poſlumus nos noſtro iuſtitu-to, mutatis mutandis, aptare; & ſatiſfacere argumēto, iam diu ab An-tiquis ſoluto: quia in concreto coſideratur potentia ſuceptiua act⁹, & forma dans actualitatem; & idē effectus non intelligitur extra cauſas complete, niſi sit extra omnes: quamuis in re cum operatur vna, operentur omnes; & cum materia cauſat, comitetur exiſtentia: & to-tum hoc ſit extra nihil, & potentia ſuceptiua, & forma, quae eſt actus, & exiſtentia, quae eſt actualitas ſini-pliciter ponens extra nihil. Videatur Caiſ. q. 8. de Ente & eſtent. ad 1. Alia argumēta vſque ad duodecim ſoluit Masius, & quædā alia Ortiz confeſ. 3.

### QV AESTIO VIII.

Vtrum materia poſſit eſſet ſine forma?

s. I.

Certum eſt, quod naturaliter id repugnat.

<sup>1</sup> M Ateriam in prima mūdi crea-tione à Deo factam ſine oni-ni forma, exiſtimauit Ambroſi⁹ Ca-tharinus Genef. 1. ſic exponens illa-vocab: Terra erat inanis, & vacua, &c: vt refert M. Bañez 1. p. q. 66. art. 1. dub. 1. eandem eſt probabilem di-cunt Nominales, apud Masiū hic q. 18. quam opinionē ſepultam extu-mulare conatur duo Nouiſimi ſcri-ptores Societatis, aſterentes mate-riā, quaten⁹ eſt ex ſe, coſeruari poſſe ex natura rei abſque illa forma ſubſtantiali.

<sup>2</sup> Illorum fundamentum eorū in verbiſ propono. Quia nō eo ipſo, quod materia defiſueretur omni forma ſubſtantiali, deſineret ex defe-ctu ſujecti; cum nullū habeat ſujectum: neq; per aduentū contra-rij; cum nullum habeat contrariū ex natura rei: neque ex defectu coſeruantis: tum, quia Deus eſt, qui coſeruat materiam, qui neque poſt deſicere, neque ab illa ſeparari: tū, quia ex natura rei non ceflaret finis illam coſeruandi, quia eſlet apta ad coponendum totum: ergo ex na-tura rei materia prima poſſet coſer-uari abſque illa forma.

<sup>3</sup> Cæterum leuiſſimum funda-mentum eſt hoc, ut propter illud omnibus Phyloſophis contradica-mus: etenim vni-vo-ro verbo reſponde-mus, deſiciente omni forma, deſe-cturam materiam; quia deſt pro-prius actus, medio quo ſibi co-mu-nicatur exiſtentia: nam cauſa pri-ma non dat eſte formaliter, ſed fātum effectiū: vnde ſicut deſciente lu-ce, deſicit eſte lucidum, & deſciente anima, deſicit eſte viuum; ita de-ſciente

ficiente forma deficit esse existens, quia hic est eius effectus formalis, saltim secundarius. Videatur in summa S. Thomas 1.2. quæst. 110. art. 1. ad 2.

4. Adhuc autem dato, quod materia haberet partiale existentiā, existimo quod non posset naturaliter conseruari sine forma : sicut enim quætitas naturaliter nequit dari sine figura, ita nec materia sine forma. Deinde, non est naturaliter individuum, nisi sit res constituta in specie determinata; res autem materiales determinatas habent species per formas determinatas: ergo naturaliter loquendo, materia conseruari, vel fieri sine forma, repugnat. Et hoc ad minus docent Philosophus, & S. Tho. lib. 7. Metaph. lect. 2. litt. f. vbi dicunt: *Hac autem duo, scilicet, esse separabile, & esse hoc aliquid, non conseruant materiae: materia enim non potest per se existere sine forma.* Quod abunde, ut arbitror, confirmavi 2. p. Metaph. controver. 2. à nro. 7. 2. usque ad 8. 2. & videri potest M. Masius hic lect. 2. tota quæst. 18. & quæst. 19. concl. 1.

5. Ad authoritatem Scripturæ sacræ, communiter Patres, & Interpretes nominis terræ intelligunt totum compositum sublunare, vel si gillatim elementum insinuū, quod dicitur *inane, & vacuum*, propter carientiam ornatus, & decoris accidentalis: vel si intelligatur materia prima, sola prioritate intelligétiæ præcedit formam: videatur S. Thom. 1. p. quæst. 66. & in 2. distinct. 12. & alibi sèpè. Et S. Basilius homil. 2. Exameron, sic de illa expositione

loquitur, quam probat Catharinus: Sed veritatis deprauatores non suam mentem accommodantes Scriptura, sed ad suam voluntatem mentem scripturarum trahentes, ac pernvertentes, materiam hisce verbis innisi dicunt. *Quod multis impugnat, concludens: Deum una cum forma protinus ipsius materiam accomodata creasse, &c.* Manet ergo certum, & indubitatum repugnare ex natura rei materiam fieri, aut conseruari sine omni forma.

## §. II.

*Etiam repugnat de potentia absoluta.*

6. **D**ubium vero manet, utrum de potentia Dei absoluta possit materia existere sine forma?

Affirmant Scotus in 2. dist. 12. q. 2. Suarez disp. 15. Metaph. sec. 8. & 9. Toletus lib. 1. Physic. quæst. 11. ad 2. & alij.

7. Dicendum tamē est, nec de potentia absoluta materiam posse existere sine forma. Ita S. Thomas 1. part. quæst. 66. art. 1. & quæst. 4. de Potentia, art. 1. & Quodlib. 3. art. 1. vbi ait: *Dicere quod materia si in actu sine forma, est dicere contradictione esse simul: unde à Deo fieri non potest.* Idem docuit S. Bonaventura in 2. distinctione 12. quæst. 10. Beatus Albertus Magnus lib. de quatuor coœvis. Hugo Victorinus lib. 1. de Sacramentis p. 1. c. 4. & lib. 1. in Genes. cap. 5. sequitur communiter Thomistæ, & multi alij ex Theologis, & Philosophis relati à M. Matio hic sect. 2. q. 19.

## §. 2. Repugnantia de potentia absoluta. 83

8 Ratio S. Thomæ sic formatur. Id, quod includit cōtradictionem, à Deo fieri nequit, etiam de potentia absoluta: sed materiam existente in actu sine forma includit contradictionem: ergo id fieri nequit. Major patet, quia quod aliquid simul sit, & non sit, à Deo fieri nō potest: cōtradictio autem est inter ens, & non ens: ergo quod includit contradictionem à Deo fieri nequit. Minor verò probatur: non potest esse effectus formalis sine forma: sed existere est effectus formalis formæ: ergo non potest communicari materia exsistens sine forma. Maior patet, quia effectus formalis est ipsius formæ communicatio; & ita implicat, quod sit effectus formalis siue forma: sicut nō potest esse quātum sine quantitate, nec lucidum sine luce, nec album sine albedine. Minor verò probatur, quia vt testatur Caiet. cap. 5. de Ente, & essentia quest. 8. Forma est, qua dat esse rei: sed non dat esse, seu exsistens nisi in genere causæ formalis: ergo existeret effectus formalis formæ: ergo non potest comunicari sine forma.

9 Dices, formam dare esse specifcum, seu quidditatium, non verò dare esse exsistens.

Hoc iam reieciim<sup>2</sup> quest. 7. n. 39. & vltius rejecitur, quia exsistens in actu debet dari causa formalis in actu: sed non alia nisi forma; quia materia nequit esse causa formalis: ergo exsistens est effectus formalis formæ. ¶ Tertio, eo ipso, quod admittitur formam dare esse specifcum, consequenter fateendum, dare

esse exsistens: quia exsistens est actualitas essentia: vnde forma, quæ complet, & cōstituit essentiam, est principium exsistens.

10 Iterum dices, formam solum esse dispositionem ad exsistens, vt dicit Capreolus in 1. dist. 8. q. 1. ad 7. & ad 17. contra primam, & Banez 1. p. q. 3. ar. 4. dub. 4. Deus autem quemlibet effectum potest inducere non prævia dispositione: ac per consequens potest dare exsistens sine forma.

11 Sed cōtra primo, quia frequenter sententia aliorum Thomistarū est, quod forma est principium formale existendi: ergo ex hac parte minui non potest efficacia rationis S. Tho. ¶ Secundo, adhuc admissa illa sententia, suam vim retinere rationē, explicatur distinguendo duo genera dispositionū: quædam exiguntur solum ad preparandum subiectū, vt cōnaturalius recipiat formam: quædam requiruntur vt sim pliciter dent capacitatē ad formā: quæ hoc modo exiguntur, ita indil pensabiliter debent præcedere, vt si absint, induci nequeat forma: vnde implicat, quod substantia sine quā tirate extendatur, aut figuretur, & quod corpus non diaphanū intrinsecè illuminetur. Sed forma dat capacitatē vt materia recipiat exsistens, sicut diaphanum est aeri principium lucendi, quia facit eum proprium subiectum luminis, vt ait S. Thom. 2. cotrag. cap. 5. 4. cuius ratio est, quia non completa essentia, non est capacitas exsistens; nec actus vltimus substantialis aduenire potest sine actu primo essentiali. Ergo materia

communicari nequit existētia sine forma.

12 Tertio dici potest, quod existētia solum est effectus secundarius formæ: vnde nō videtur, quod intime, & esentialiter existētia à forma dependeat.

Admissio antecedenti, adhuc nō infringuntur vires rationis: quia effectus secundarius cōmunicari nō potest, non communicato primario; quod patet inductione, quia non potest figurari corpus nō quantum; nec extendi in ordine ad locum, quod non est extensum in se; nec communicari potest operatio, cui non est cōmunicata existētia: ergo nec communicari potest existētia, cui non est cōmunicata forma.

13 Secundo, in rei veritate primus effectus formæ, realiter, & physicè ab illa causatus, est existētia: vnde inquit S. Thomas 1.2. quæst. 111. in fine corpor. quod *cuiuslibet* forma est duplex effectus: *quorum prius est esse; secundus est operatio;* scilicet *causæ operatio est facere calidum, & exterior caliditatem:* cum hoc discriminé, quod primum effectum causat formaliter, & sic existētia est complementum effectus primarij formalis: operationem vero causat effectus. Cum ergo implicet effectum formalē esse sine forma, etiā implicabit contradictionem, materie cōmunicari existētia non prouenientem à forma.

s. III.

*Soluuntur argumenta:*

14 **O**bijcies primo: quicquid Deus facit media causa secunda, potest facere se solo: sed Deus media forma dat esse materię: ergo poterit dare esse materię sine forma. Probatur maior, causa prima eminenter continet omnes effectus causarum secundarum: ergo per seipsum potest facere, quicquid illis mediantibus facit.

Respondetur distinguendo maiorem: & cōcedo de effectibus causarum efficientium, quia efficere dicit perfectionem sine imperfectione: & Deus se solo potest efficere omnia, quæ causæ secundæ faciunt: vt illuminare, mouere, dare esse: nego vero de effectibus causæ formalis, quia forma dicit imperfectionem partis, quæ actui puro repugnat: vt Deus nequit esse anima, nec albedo; vnde nec per seipsum potest facere animatum, album, aut quantum, sine ipsis formis, aut alijs æquivalentibus: vnde nec existentiam poterit cōmunicare sine forma, quæ est eius causa formalis.

15 Instabis cum Recentioribus: ille est effectus formæ in genere causæ formalis, qui resultat ex illa per unionem; quia causa formalis causat suum effectum per unionem tanquam per causalitatem: sed quod resultat ex forma per unionem est totum cōpositum; non vero materia: ergo materia existētia non est formæ effectus in genere causæ formalis.

Respon-

Respondetur, S. Thomam expresse docere formam esse causam materiae quoad existentiam, seu quoad esse: vnde Opus. 3 r. ait, *formae est causam materie, in quantum materialia non habet esse in actu, nisi per formam.* Et lib. 5. Metaph. lect. 2. docet, *formam esse causam materie in quantum dare esse actu.* Quare ad formam argumenti, potest primo negari maior: quia lib. 2. q. 8. §. 3. dicetur, *quod causalitas formae non est unio superaddita; sed ipsa entitas formae materie communicata.* Secundo, omissa maior, neganda est minor: quia compositum constituitur per hoc quod forma dat esse, & materia recipit esse sustentando formam: vnde eo ipso, quod sunt ad inuicem causae, causant totum, & ambae partes communicant in eodem esse.

16 Secundo arguitur: magis dependet accidentis à substantia, quam materia à forma: sed Deus in Sacramento altaris conseruat accidentia sine subiecto: ergo, & potest materia sine forma conseruare.

Ad hoc argumentum negatur maior à D. Thom. 1. p. q. 66. art. 1. ad 3. quia *accidens cū sit forma, est actus quidam: materia autem, secundūdū quod est, est ens in potentia: unde magis repugnat esse in actu materia sine forma, quam accidens sine subiecto:* vt etiam respōdet Quodlib. 3. art. 1. quia plus dependet pura potentia ab actu, quā actus imperfectus ab actu perfecto.

17 Instabis; magis dep̄det posterius à priori, quam prius à posteriori: sed accidentis est posterius substantia;

tia; materia autem est prior forma: ergo magis dependet accidentis à subiecto, quam materia à forma.

Respōdetur omissa maiori, diffin guo minorem quoad secundā partē: materia est prior, in omni genere causæ, nego, in suo genere cause materialis, & potentialis, concedo: quia istæ causæ ad inuicem sunt causæ. Vel dicatur, quod forma non est prior materia ut existente; quia existere est effectus formæ: at vero forma est prior quam materia absolute: quod explicat Caetanus cap. 5. de Ente, & esenria quæst. 8. ad 1. sicut prior est superficies quam albedo, quamvis albedo sit prior superficie ut alba. De quo videatur S. Thomas Quodlib. 1. artic. 4. ad 1. cum ergo sermo sit de materia existente: quia si poneretur, materiam esse solā in rerum natura, absque dubio materia existeret, negari debet secunda pars minoris.

18 Præter quam quod, illa maior vniuersaliter est falsa, quia potest esse essentialis connexio inter realiter distincta, impediens realem cōseruationem unius sine alio. Videatur Caetanus ad 2. & reliquias, & Masius, qui decem diluit argumenta. Et recolantur, quæ di-

luntur 2. p. Metaph. cōtrou. 2. art. 7. & 8.  
(???)



## QVÆSTIO IX.

## De appetitu materiae primæ.

**A**ppetitus significat propensio nem, vel inclinationem in ali quid conueniens appetenti. Et est duplex; alius *naturalis*, sicut graue inclinatur in centrū; alius *animalis*, qui est actus cōsequēs cognitionem, vel sensitivam, vel intellectivā: & appetitus animalis vocatur appetitus *elicitus*; ille verò, qui est mere naturalis, dicitur appetitus *in natura*: qui quidē, quoad originē vocis, dicitur metaphoricè appetit⁹; tamē quoad rē significat⁹, absq; metaphorā, & absque vlla impropriate significat inclinations, seu propensiones naturales ab Authore naturæ inditas ad recipiēdū, vel cōsequendum id, quod sibi conuenit. De quo appetitu quinque dubia resoluim⁹ 1.p. Metaph. cōtrou. 1.art. 5. anum. 86. vsque 105. Ut autē huic loco opportuna tractētur. Dubitatur primo.

## §. I.

*Vtrum verè, & propriè materia appetat formam?*

**N**egant Auicena lib. i. Sufficiētiā cap. 2. & Cæsar Scaliger in lib. de Subtilitate exēcit. 61. n. 1. & 17. Argumenta Auicenæ sunt tria relata à D. Tho. i. Phys. lect. 15. litt. e. Primū, quia materiae nō cōpetit, neque appetitus animalis, vt per se manifestum est; neque appetitus naturalis, vt appetat formā; cū

non habeat aliquam formā, vel virutem inclinatē ipsam ad aliquid; sic enim graue naturaliter appetit locum infimum, inquantū sua grauitate inclinatur in locū talem.

Secundo obijcit ex hoc, quod si materia appetit formam, hoc est, quia caret omni forma; aut quia appetit multas formas habere simul; quod est impossibile: aut quia fastidit formam, quam habet; & querit habere aliā: & hoc etiam est vanū. Nullo igitur modo dicendū videatur, quod materia appetat formā.

Tertio obijcit Auicena cōtra Aristotelē, quia dicere, quod materia appetat formā, sicut femina masculū, est figurate loquētiū, scilicet, Poetarum, & non Phylosophorū.

3 Dices, argumenta ista solū probare materiam primā appetitu elicito non appetere formam; cū quo compatitur eam appetere appetitu innato.

Hanc solutionem insufficiētem esse constat, quia S. Tho. i. p. q. 87. ait, quod appetitus naturalis est inclinatio cōsequens formam naturalē. Sed materia prima ex se omni caret forma: ergo ex se omni caret appetitu innato.

4 Dicendum tamen est, materiam primā verè, & propriè appetere formam. Ita Phylos. i. Phys. text. 81. dicens: *Sed hoc est materia perinde appetens illud, atque si feminam marem, & turpe appetat pulchrum.* Idem sequuntur communiter Authores relati à M. Masio hic cap. 9. sect. 2. q. 10.

Et probatur ratione S. Tho. lect. 15. nihil est aliud appetitus naturalis, quam ordinatio aliquorum secundum

cundum propriam naturam in finē suum: sed materia ex natura sua ordinatur ad formam: nam forma est finis materiæ; vt ex vtraque parte vñita resultet totum: ergo materia appetit formam.

5 Per quæ cessant duo priora argumēta, quia illis respōdet S. Tho. quod nihil est aliud materiam appetere formam, quam eam ordinari ad formam, vt potētiam ad actum. Et quia sub quacumque forma sit, adhuc remanet in potentia ad aliā formiam (quia materia sublunaris, de qua loquimur, nullam recipit in amissibiliter) ideo inest ei semper appetitus formæ; non propter fastidium formæ, quam habet, nec propter hoc quod querat contraria esse simul: sed quia est in potentia ad alias formas, dum vnam habet in actu, vnde quamlibet disiunctim appetit, & simul appetit; quamuis nō appetat habere simul.

6 Ad tertium dupliciter respondeat S. Tho. Primo, quod Phylōphus hic non vtitur figurata locutione, sed exemplari: quia ab exemplo, seu à simili probat, & explicat materiæ appetitum: quod fuit necessariū, quia supra dictū est, quod materia prima scibilis est secundum proportionem, inquitum sic se habet ad formas substantiales, sicut materiæ sensibiles ad formas accidentales: & ideo ad manifestandum materiam primam, oportet uti exemplo sensibilium substantiarum. Sicut igitur vsus est exemplo aeris infigurati, & hominis non musici, ad materiam explicandam; ita, & nūc ad eius manifestationē, vtitur exē-

plo foeminæ virum appetentis, & turpis appetentis bonū: hoc enim accidit eis, inquantum habent aliquid de ratione materiæ: ac per consequens, a fortiori ipsi materiæ cōuenient appetitus formæ.

7 Secundo responderet S. Tho. quod Aristoteles hic loquitur contra Platonem, qui talibus metaphoriscis locutionibus vtebatur, assimilans materiam matri, & feminæ, & formam masculo; & ideo Aristoteles vtitur contra eum metaphoris ab eo assūptis.

8 Ad replicam dicitur, quod appetitus totius compositi, sequitur formam; & de isto ibi loquitur S. Tho. vti loquitur de appetitu actuali: non vero de inclinatione passiuā; quia hic expressè ait: *Non solum autem aliquid ens actu per virtutem actionis ordinatur in suum finem; sed etiam materia, secundum quod est in potentia,* &c.

## §. II.

*Quid sit appetitus materiæ?*

9 Secundo inquiritur, vtrum appetitus materiæ sit aliquid ab ipsa distinctum?

Affirmativa sententia tribui sollet B. Alberto Magno, eo quod tractatu 3. cap. 17. dixit, materiam appetere formam, esse dirigi à causa vniuersali prima in singulas formas: ex quo videtur inferri, quod appetitus iste nō est in materia; sed in dirigente, & mouente ipsam in formas.

10 Cæterum hęc doctrina B. Alberti est expressa S. Thomae hic le-

Etione 15. vbi supra dicētis : sciendum est enim, quod omne quod appetit aliquid; vel cognoscit ipsum, & se ordinat in illud; vel tendit in ipsum ex ordinatione, & directione alicuius cognoscentis, sicut sagitta tendit in determinatum signum ex directione, & ordinatione fagit tantis: nihil est igitur aliud appetitus naturalis, quam ordinatio aliquorum secundum propriam naturam in finem suum. Ergo eodem modo ac B. Albertus, exponit S. Thomas appetitum materiae. Et tamen ipse S. Thomas. 1. p. quæst. 59. art. 2. ait, quod appetitus, & inclinatio materiae non est aliquid ipsi superadditum: ergo oportet exponere qualiter haec duo simul verificantur.

11 Sciendum est igitur, quod appetitus innatus, sicut & elicitus, & possunt sumi quoad intrinseca solū; & possunt accipi quoad intrinseca, & extrinseca simul, qua est acceptio eorum adæquata: & ratio huius est, quia appetere originatur ex cognitione; vel propria appetentis, vel alterius actiue dirigentis, & ordinatis; & terminatur in id, quod appetitur. Ipsa igitur inclinatio est intrinseca; sed originatur a cognitione, & terminatur in finem appetitum: quia ut ait S. Tho. 1. 2. q. 13. art. 2. ad 3. *Virtus mouens appetit in motu mobilis.* Appetitus ergo materiae, quoad intrinsecam entitatem, quam importat, non differt ab ipsa potentialitate materiae: eo quod se ipsa materia est pars potentialis ordinata ad formam, & actum substantialem: at vero originatiu[m] causa dans hanc inclinationem est extrin-

seca, & forma, ad quam tendit, etiam est extrinseca: & ratione diversarum formarum, & priuationum, exercitum appetitus materiae variatur, ad variationem conditionum, vel agentis, vel formæ, quæ ab aliquibus connotata dicuntur.

12 Tertio dubitatur, utrum appetitus materiae, sit desiderij, an complacentiae?

Multi graues Doctores, sicut in appetitu elicto distinguunt appetitum desiderij respectu boni non habiti, & appetitum complacentie in bono, quod habetur; ita in appetitu innato similem distinctionem locum habere dicunt. Vnde Fladria 1. Metaphis. q. 2. artic. 1. ad 5. & PP. Carmel. hic disp. 3. q. 8. concl. 2. & alii dicunt, quod duplice genere appetitus, materia respicit formam, nepe, desiderij respectu formæ non appetit; & appetit fruitioris, seu complacentie respectu formæ, quam possidet, vel possedit. Quod probant, primo à simili appetitus eliciti. Secundo ex D. Th. 1. p. q. 19. art. 1. vbi hoc videtur insinuare.

13 Veruntamē M. Soto 1. Phys. q. 6. art. 2. dub. 2. expressebat, quod inepte distinguunt nonnulli, alium esse appetitum carentie in materia respectu formæ, quā non habet; & alium complacentie respectu formæ, quam habet: nā inipropriè, & abusu dicitur quis appetere, id quod habet: appetitus enim dicit desiderium, & motū ad formam, quā quis non habet, sed complacentia in re quā quis habet, potius est quietes, & fructus, quā appetitus. Et hoc docuit Phyllos. 1. Phys. tex. 84. ex quo dimis.

nauit illa celebris sententia, seu axio-  
ma: *Primum est causa appetitus.*

14 Inter utrumq; modum dicen-  
di iudico solum esse dissidium in mo-  
do loquendi: quod ut tollatur, di-  
stinguere oportet id à quo nomen  
imponitur, & id quod significat.  
Aduertit autem S. Tho. i. p. q. 19. art.  
1. ad 2. quod licet pars appetitiua  
ab appetendo nominetur; non tamē  
huc solum habet actum ut appetat,  
qua non habet; sed etiam ut amet  
quod habet, & delectetur in illo.  
¶ Sic igitur, appetitus strictè sumptus  
distinguitur à delectatione, &  
fractione: & ita, in rigore loquendo,  
materia non appetit formam, quā  
habet. Et iuxta hoc est vera senten-  
tia M. Sot. & expressa S. Th. i. Phys-  
ic. lect. 15. litt. e. vbi ex Phylos. sic  
ait: *Si materia appetit formam, non app-  
petit eam secundum quid est sub ipsa forma,*  
*quia iam non indiget esse per eam: appeti-  
tus autem omnis est propter indigentiam, quia a  
est non habet.* Hæc ibi. Ac per conse-  
quens, materia non appetit formam,  
quam habet; licet in ea quasi cōpla-  
ceat, & delectetur.

Loquendo vero de appetitu ge-  
neraliter, prout quilibet actus incli-  
nationis vocatur appetitus; non vi-  
deo cur sicut in actionis elicitis di-  
stinguuntur illi duo actus: ita, & in  
appetitu innato non valeant distin-  
gui. Et hoc solū intendunt Authors  
prioris modi dicendi; quia cō-  
placentiam non vocant appetitum  
strictè sumptum, sed solum largè;  
& communiter.

15 Dissentiunt alijs appetitū innatū  
per modū intentionis respectu for-  
mat, & per modū electionis respe-

ctu dispositionū. Addūt alij dupli-  
cem esse appetitum innatū; aliū spe-  
culatum, & inefficacē; & aliū pra-  
cticū, & efficacē. ¶ Cæterū dissin-  
tiones istæ, nec firmo nituntur ar-  
gumento authoritatis, aut rationis;  
nec efficaciori poterunt impugna-  
ri: quia in metaphoricis locutionib-  
us unusquisque potest cū magno,  
vel paruo fundamento eas introdu-  
cere, vel rei scere: & in præsentis nō  
multū videtur necessariae, quia intē-  
tio, & electio propria est appetitus  
eliciti; & efficacia, &c inefficacia  
causæ efficienti cōpetit: vnde cau-  
sæ materiali non est cur tribuatur,  
nisi ut subest efficienti.

### s. III.

*An sit æqualis ad omnes?*

16 **Q**uarto inquiritur, vtrū ma-  
teria prima æqualiter ap-  
petat omnes formas?

Respondeatur, quod quantū est ex  
se, æqualiter appetit omnes, & non  
magis perfectiores. Est cōmuniſ; &  
probatur ratione S. Th. citata lect.  
15. materiā appetere formā nihil aliud  
est, quā cā ordinari ad formā,  
ut potētia ad actū: sed materia sub  
lunaris, quātū est ex se, æqualiter or-  
dinatur ad omnes: ergo omnes æ-  
qualiter appetit. Probatur minor,  
quia singulæ formæ sunt actus inad-  
æquati materiae: quia nulla adest in  
amissibiliter: ergo omnes sunt acti  
adæquatus: ac per se quēs, cū una  
adest, reliaquit in materia potentia  
& capacitatē ad aliā: ergo mate-  
ria, quantū est ex se, æqualiter ordi-  
nat ad omnes; & ita nullam p̄re  
alia magis diligat.

Quod

17 Quod amplius explicatur ex differentia, quæ est inter materiam cælorum, ac materiam corruptibilem: quia enim istorum forma non est separabilis à materia, ista aliam non desiderat formam, quia aliud non expetit esse: at vero materia corruptibilem separari potest ab ista, vel ab illa forma; vnde cū naturaliter appetat conseruari; quod esse non potest sine forma; ideo appetit omnes disiunctim, vt per formarum successionem, in suo esse conseruetur. Qui discursus est Physiologi lib. 2. de Generat. text. 40. dicentis: nam cū in omnibus, quod praestabilius est, natura semper expitere dicitur: praestabilius autem sit esse, quam non esse, & reliquo modo Deus ipse uniuersum compleuit, continua facta generatione. Vbi S. Thom. lect. 10. lit. f. alt: alio modo compleuit Deus materia desideriū, perpetuando. scilicet, eius esse per continuam generationem. Ergo cum materia non appetat formam, nisi inquit appetit esse, quod ab illa recipit; cum hoc modo continuetur materia existentia, continua generatione formarum; ideo quantum est ex se æqualiter omnes appetit.

18 Obijcies: id appetitur magis naturaliter appetitu innato, quod magis appeteretur appetitu animali cognoscitivo, si appetens cognosceret: sed id quod est melius, & maius bonum, maiori appetitu rationali à cognoscente appetitur rationabiliter, vt perse notum est: ergo quò forma substantialis est perfectior, eò maiori appetitu à materia prima appetitur. Maior patet, quia inclinatio elicta rationalis

conformatur inclinationi innaturali.

Respondetur concedendo maiorem, & distinguendo minorē: quod est melius in esse medij ad finem, magis appetitur, cōcedo: quod est melius absolute, & in esse entis: nego minorem: quia cōtingit aliquid melius in esse entis, nō esse melius in ordine ad finem: sicut meliora sunt viuentia, quam non viuentia; & tamen avarus magis desiderat pecunias, quam formicas; & sic de alijs. Cum igitur omnes formæ sub lunares in ordine ad conseruandū, & dandum esse materiae, sint æquales, fit consequens, quod ipsa ex se omnes æqualiter appetat. Sed de hoc dubio late Auctores, quos citat, & sequitur M. Ortiz tractat. 3. confer. 2.

#### s. IIII.

*Vtrum extendatur ad formas amissas?*

19 **V**ltimo dubitatur, vtrū materia prima appetat formas quas amissit?

Afirmant Rubio tractatu de Materia q. 6. dub. 4. Hurtad. disput. 2. sec. 3. §. 35. quia ex parte materiae eadem capacitas est modo, ac erat antequam semel eam reciperet: ergo cum non adest, est illius priuatio in subiecto capaci: ergo ex parte sua materia eam appetit. ¶ Secundo, appetitus materiae nō differt ab ipsis capacitate; nec attendit suppositiones accidentales: sed impossibilitas, quod iterum redeat, solū est

#### §.4. Vtrū extendatur ad formas amissas? 91

est ex suppositione, quod agens, naturale nequit corruptum reproducere: ergo, quantum est ex parte materiae, appetit formas amissas.

Quod totum explicatur à paritate: quia non obstante, quod per vires naturae anima separata neque at reuniri, concedit S. Thom. i p. q. 76. art. 1. ad 6. quod anima separata à corpore habet aptitudinem, & inclinationem naturalem ad corporis unionem: ergo pariter ex parte materiae correspondet naturalis appetitus ad animam separatam, & ad quamlibet formam amissam.

20 Negatiuam tamen sententiam docet Ferrara lib. 2. contragentes cap. 60. rat. 13. & cōmuniter Thomistae, quos refert & sequitur Ortiz confer. 3. In eo esse communem Doctorum testatur Arriaga disp. 2. sec. 4. n. 44. & videtur esse S. Thomas 1. 2. q. 113. art. 10. & probatur, quia nullus appetitus naturalis est circa id quod naturaliter est impossibile: sed modo supponimus esse impossibile naturaliter, formam semel habitam reddire eadem numero: ergo non est in materia potentia, & desiderium formarum, quas semel amisit.

21 Secundo estratio S. Thomae lib. 2. contrag. cap. 60. & est 13. In omni genere tantum se extendit potentia passiva, quantum potentia activa illius generis: vnde non est aliqua potentia passiva in natura, cui non corresponeat aliqua potentia activa naturalis: quia potentia, quae patitur, respicit agens, à quo immutatur. Cum ergo non

sit agens naturale valēs reunire formam semel deperditam; non erit in materia appetitus naturalis forma amissae.

22 Hanc diuersitatem videtur ad concordiam reducere M. Ioan. à S. Thom. q. 3. art. 4. §. quoad secundū, & Lema lib. 1. q. 9. n. 7. dicentes, quod remianet in materia appetitus naturalis quo ad formas amissas, quantum ad proportionē inter ipsam materiam, & tales formas secundum se: non tamen quoad executionem, & respectu ad agens: quia nullum est agens naturale potens educere, vel hinc materię applicare formam semel amissam.

23 Adhuc tamen in isto sensu materiam primam naturaliter non appetere formas amissas, docent Ferrara dicto capite. 60. & Masius quæst. 8. & Ortiz ad 1. & 2. & alij: eo quod appetitus innatus non est sola capacitas ad recipiendū. (alioquin etiam formarū supernaturalium daretur in natura appetitus innatus: contra communē doctrinam Thomistarū. 1. p. q. 12. art. 1.) sed requirit exigentiam perfectionis cōnaturaliter acquisibilis: ergo cum ista non detur in materia respectu formae semel amissae, sequitur, absolute esse negādum matteriam appetere formam amissam. Et hoc est verius, & cōformius modo loquendi S. Thomae locis citatis n. 20. & 21.

24 In illo autem loco 1. p. q. 76. non intendit S. Thom. reunionem esse naturalem ex parte actiui, vel passivi principij; sed solum secundum quid; quia res producta est ens

naturale, ut declarat ipse S. Thom. in 4. dist. 43. q. 1. art. 1. q. 3. vbi, & ait: *passiuum autem principium naturalis generationis est potentia passiuam naturalis, quæ semper habet aliquam potentiam actiuan sibi respondentem in natura, ut dicunt 9. Metaph.* sicut ergo ex parte agentis resurrectio non est naturalis; ita nec ex parte materiæ datur naturalis appetitus ad formam semel amissam: loquendo de appetitu proximo.

25 Ex dictis infert M. Ortiz sol. ad 1. in fine, quod si aliquod agens conaretur introducere in materiam formam corruptam; ipsa materia per potentiam passiuam renitetur: secus dicendum esset, si Deus illam introduceret; tunc enim recipere per potentiam obedientiale, qua subditur ipsi Deo.

26 Hæc doctrina nec videtur vera: nec sequitur ex principali asserto. Primum probatur, quia potentia pure passiuam nullius actiuitatis (qualis est potentia materiæ) sicut nihil agit; ita non potest propriamente reniti, quia sine operatione non est renitentia. Deinde, quamvis in materia non concedatur appetitus formæ amissæ; est tamen potentia remota, scilicet capax actus substantialis: ergo ex suppositione agentis, nulla est violentia in unione.

27 Ex indeque explicatur secundum; quia licet in modo agendi sit supernaturalitas; ex parte tamen rei factæ est ens naturale; ut fuit Adæ, & erim' omnes post resurrectionem; ergo forma non educitur à Deo ex potentia obedientiali simpli citer; sed ex potentia naturali re-

mota: quæ est obedientialis solum in modo: & solum propter modum non connaturalem in materiæ, negamus in ista appetitu formæ amissæ. Argumenta autem relata num. 19. probant materiam refinere capacitatem remotam: quod non negamus.

## QVAESTIO X.

### *De unitate materiæ primæ.*

1 A Vt potest esse sermo de unitate transcendentali, aut de unitate speciali. Unitas transcendens est entis proprietas, quæ cum illo conuertitur; eo quod *unum est ens individualis*. Unitas specialis, alia est generica, alias specifica, & alia individualis, seu numerica; quarum descriptio facile assignari potest ex dictis lib. I. Logice explicando quid sint genus, species, & individualium.

### §. I.

### *De unitate transcendentis, & generica.*

2 D Ico primo, materia prima habet unitatem transcendente positiuam. Ita notarunt M. Masius hic cap. 9. sec. 2. q. 13. post tertiam conclus. PP. Carmelitani disput. 3. q. 3. nuni. 36. nec arbitror ab aliquo posse negari, qui admiserit dari materiam primam à priuatione distinctam, & à forma, & quæ sit verum ens reale substantiale partiale: quia omne ens, in quantum ens, est unum,

vt docet Phylosophus 4. Metaph. lect. 2. & nos ostendimus 1. p. Metaph. contr. 9. artic. 1. sed materia prima est verū ens reale, à forma, & ab accidentibus positivis distingutum: ergo materia prima est vna positiva, loquendo de unitate trascendentia analoga.

3 Dico secundo, materia prima, vt est communis ad materiam cælorum, & corporum inferiorum, est quasigenus, quod dividitur in plures species. Ita docet S. Thomas 1. p. quæst. 66. art. 2. & lib. 3. sent. dist. 12. ar. 2. & ratione probatur. Materia prima est pura potentia substantialis: sed potentiae diversificatur secundum diversitatem actuum, ad quos sunt: ergo ex diversitate formarum, in ratione actuandi materiali, ipsa diversificatur. Sed forme cælorum replent totam potentiam materialis materialis; quia ex natura sua sunt ingenerabiles, & incorruptibles: forme autem sublunares non replent totaliter materialis capacitatē; quia sunt inadæquatæ, & relinquunt priuationem alterius formæ; ergo materialis superiorum quasi specie distinguuntur à materia inferiorum. Vnde S. Thom. lib. 1. de Cœlo lect. 6. art: ex quo patet, quod materia cœlestis corporis est alia, & alterius rationis à materia inferiorum corporum; non quidem per aliquā compositionem, vt Phylosophus existimauit: sed per habitudinem ad diversas formas, quarum una est totalis, & alia partialis: sic enim potest diversificantur secundum diversitatem actuum, ad quos sunt. Hæc Sanctus Thomas.

4 Cuius sententiam esse ad mentem Phylosophi, pluribus eius relatis testimonij, ostendunt PP. Comimbr. lib. 1. de Cœlo cap. 2. q. 6. art. 3. quamuis ipsi utræque partem problematicè defendat, videlicet, materiali cœlesti specie distingui, vel non distingui à sublunari. Nobis sufficit sententiam S. Thomæ prius traditam à S. Dionisio 4. cap. de diuin. nomini. vt refert S. Thom. in 2. dist. 15. q. 1. art. 2. & à B. Alberto in 4. distinct. 6. art. 8. Et iam ferè esse communem in scholis, pluribus relatis Authoribus, ostendit Rubio lib. 1. de Cœlo cap. 2. q. 7. ubi est proprius locus de his latius tractandi. Videatur Soncinas lib. 12. Metaph. q. 9.

## §. II.

## De unitate specifica.

5 Dico tertio, materia prima sub lunaris ex se non habet unitatem specificam positivam; habet tamen unitatem negatiuam. Ita sumitur ex Phylosopho, & S. Th. lib. 5. Metaph. lec. 4. lit. a. dicentibus: per quod difert elementum à materia prima, quia nullā speciem habet. Et S. August. lib. 83. qq. in q. 54. dicit, quod omnis specie careat, ut retulimus q. 6. n. 24. utræque parte conclusionis docet S. Th. 1. p. q. 16. art. 7. ad 2. dicens: materia prima dicitur esse unā; non quia habet unā formā; sicut homo est unus ab unitate unius formae; sed per remotionem omnium formarum distinguendum.

6 Ratio primæ partis est: nam unitas specifica non est, ubi non est positivum principium constituens in specie:

specie vna: sed materia prima ex se non habet posituum principium, quo cōstituatur in specie positiuam: ergo ex se non habet specie positiuam. Probatur minor: species, logieē loquendo, cōstituitur per hoc quod differentia determinando generis potentialitatem, eam constituit: & physicè sumitur à forma, & actualitate: vt in i. lib. Logica q. 19. in fine, dictum est: sed materia prima physice, & logice est pura potentia, vt quæst. 6. monstratum est: ergo materia prima ex se non includit speciem positiuam.

7 Secunda pars sola indiget explicatione; quia sicut vniuersale dicitur esse vbiique, & semper; non quia existat ab æterno, vel sit in omni loco; sed quia abstrahit ab hic, & nunc: ita materia prima, quæ non habet vnitatem specificā actus, quæ est vnitas formæ positiuam; habet vnitatem negatiuam puræ potentiae: quia entitas eius trascendentalis, est remotio omnium actuum, & capacitas, & potentia susceptiva formarum.

8 Obijcies: totus homo distinguiatur specie ab ēquo: ergo partes hominis distinguntur specie à partibus equi. Sed materia prima est pars hominis; quia anima rationalis, & caro, seu corpus constitūnthonimem: ergo materia prima hominis distinguitur specie à materia equi.

Respondetur, quod homo, nec est anima solum, nec corpus solum; sed physicè compositum ex corpore, & anima: & totum hoc specie distinguitur ab alio toto composi-

tō; quamvis radix distinctionis specificæ sit forma, quæ compleat, & à qua radicaliter sumitur species; quia ista proxime non sumitur ab una parte solum, sed a toto; vnde sicut in compositione metaphysica, quæ distinguuntur species, conueniunt in genere: ita non opus est, quod specifica distinctio oriatur ex forma, & materia; sed potius ex diuersitate formarum species diuersæ constituuntur.

### §. III.

#### *De vnitate numerica materiae primæ.*

9 Dico quarto, materia prima omnium generabilium, & corruptibilium est vna numero negatiue. Ita S. Thomas opusc. 31. dicens: sciendum est, quod materia prima dicitur vna numero in omnibus. Idque esse de mente Phylosophi 8. Metaph. notat S. Thom. ibi lect. 4. litt. a. concludens: ex his igitur, quæ hic dicuntur accipitur, quod prima materia est vna omnium generabilium, & corruptibilium: sed propria materia sunt diuersæ diuersorum, videlicet materiae secundæ, quæ est formata, & disposita proprijs dispositionibus; sicut alia est materia phlegmatis, alia choleræ; alia amari, alia dulcis; sed de his non loquimur; sed de vnitate primæ materiae. Conclusio etiam est de mente Auerrois i. Physic. text. 63. & lib. 12. Metaph. text. 14. & non solum est communis Thomistarum, sed fere omnium Phylosophorum, vt ostendit M. Massius c. 9. sec. 2. q. 13.

10 Tres rationes conclusionis breuiter ita proponit M. Ferrara libr. 1. Physic. quæst. 12. Illa quæ sunt transmutabilia ad inuicem, debent habere idem subiectum, quod sit sub utroque termino transmutatio nis: vt patet ex Phylos. 1. Physic. text. 60. & sequentibus, & iā expliq uimus quæst. 3. sed omnia generabilia, & corruptibilia, sunt transmu tabilia ad inuicem; vel immediate, sicut cum ex aere generatur ignis; vel mediate, sicut cum ex equo ge neratur canis per multas transmu tationes, vt docet Phylos. ergo de bent habere unum numero sub ie cillum, quod est prima materia.

Secundo, omnis distinctio positiva est per aliquam formam; quia actus est, qui diuitinguit, & separat, vt dicitur 7. Metaph. sed materia prima non includit essentialiter actum, & formam: ergo nec inclu dit distinctionem ullam positivam.

11 Tertio, si essent plures materiæ numero distinctæ; aut distingue rentur per aliquid superadditum ipsis materijs; aut distinguerentur seipsis: nō per aliquid superadditū quia loquimur hic de materia secundum essentiam suam, vt consideratur sine omni actu. Nec etiam distinguitur seipsis; quia illa quæ distinguntur seipsis, distinguitur plusquam numero; cum in nullo conueniant: quod de materia sub lunarium non potest dici: ergo ma teria omnium sublunarium est una numero negatiæ.

12 Sed contra hanc conclusio nem videtur urgere argumentum, quod obiectiebanus contra tertiam,

sub hac forma propositū. Idem nu mero non potest esse in diuersis nu mero, loquendo de ente substanciali: quia individuum non potest vi terius substanciali differentia diuidi, nec formalis, nec materialis. Sed materia prima sublunarium est in diuersis numero, vt in pluribus hominibus, & alijs animalibus, & lapi dibus numero differentibus: ergo nō est una numero materia omniū sublunarium.

Respondet Ferrara solut. ad 1. dupliciter. Primo, quod aliud est loqui de materia secundum se consi derata; & aliud loqui de ipsa secundum quod est sub forma: secundum se enim considerata, est una propter priuationē principij distinctiū: secundum autem quod est sub diuersis formis, est plures, propter plura litatem formarum.

13 Secundo dicit, quod maior propositio habet veritatē ad hunc sensum, quod idem numero manens idem numero, nō est in diuersis. Et sic conceditur totum, scilicet, quod materia secundum quod existit in diuersis, non est una numero. Si autem intelligatur, quod idem numero secundum essentiam suam negatiæ, non possit esse aliquo modo in diuersis, in quibus multiplicatur; maior est falsū; idem enim unum quod erat unum numero, etiam positivæ, recipitur in diuersis va sis, dum dividitur in plura numero. Hæc ille. Et aduertendū, quod prima solutio videtur esse S. Thomæ q. 1. de Verit. art. 5. ad 14. vbi dicit, quod quando adueniunt forma, dislin guentes materiam, magis simpliciter dici-

*mus esse plures materias, quam unam: quia simpliciter, & positivae sunt plures; & negatiue, & secundum quid una. Idem habetur opuscul. 9. apud D. Thomam q. 103.*

14. Instabis: nam unitas numerica variari nequit, re eadem permanente: sed materia prima, quæ primo fuit producta, semper manet eadem: ergo cum varietur ad variationem formarum specie, & numero distinctaram, non potest esse una numero.

Respondetur concedendo maiorem de unitate positiva, negando vero de unitate negativa, quia ista inuariata, potest materia positiva diuidi per formas, & quantitatem. Quod bene explicat Soncinus lib. 12. Metaph. q. 8. cōc. 2. dicēs, quod illa dicuntur esse unum positiva, quæ habent in se aliquam formam dantem unitatem; sicut cum nutrimentum additur nutritio: & hoc modo impossibile est, quod omnium sublunarium sit una materia numero: quia diuersorum individuorum sunt diuersæ materiae numero. Illa vero dicuntur unum numero negativa, quæ habent negationem cuiuslibet principij distinctionis: & sic est materia prima una ex se. Quia tamē diximus q. 8. implicare materiam dari à parte rei sine forma; ideo ista unitas negativa materia non datur à parte rei sola sine pluralitate positiva pro ientiente à forma, & quantitate: quæ cōstituunt hoc individuum ab alio distinctum. Vtraque autem unitas connaturalis est materiæ, quamvis positiva sumatur ab actu, seu for-

ma; & negativa à propria intrinseca potentialitate.

## QVAESTIO XI.

*De forma substantiali an sit;  
et quid sit?*

1 **Q**uam priuatio sit quasi affectio materiæ; & ideo ad eius exactam notitiam videbatur hic de priuatione differendum; quia tamen forma est quasi correlativa materiæ, oportune tractatus de forma sequitur disputationem de materia, & postmodum commodius dicetur de priuatione, quia ista performā, qua priuat, cognoscitur.

## s. I.

*An dicitur formæ substantialis?*

2 **N**omine *forma* intelligimus actum, seu perfectionem materiæ, ut patet ex Philosopho lib. 2. de Anima in principio. Et describitur à D. Thom. libr. 3. contrag. c. 67. *forma* est secundum quā res habet esse, seu, quæ dat esse rei; & esse specificum quidditatum; & esse Physical existentiæ. Et quia esse specificum, & existentiæ est duplex; aliud substantiali: quod est priuū, & perse; aliud accidentale; quod est secundum, & in alio; ideo forma est duplex: alia *substantialis*, quæ est actus primus materiæ primæ; alia *accidentalis*, quæ dat esse accidentale toti composito, in quo subiectantur accidentia.

3 Multi Antiquorum non agnoue-

uerunt alias formas, nisi accidentales, vt refert S. Tho. lib. 7. Metaph. lect. 2. litt. d. quæ fuit sententia. Anaxagoræ, qui solum agnouit causam materialem, vt referunt Phylosoph. & S. Tho. lib. 1. Metaph. lect. 4. & lect. 7. lit. c. Specialiter in corporibus simplicibus elementorum non esse alias formas præter primas qualitates, scilicet, calorem, & frigus, humiditatem, & siccitatem, videtur docuisse Galen. lib. 1. de Elementis, Alexander Aphrodisæus, Phylophonus, & Olimpiodorus, apud Masium hic cap. 9. sect. 3. questione 1. vbi, & refert Bernardinum Thelez lib. 2. de rerum natura cap. 24. & 25. etiam in mixtis non agnouisse nisi formas accidentales tē peramenti, quantitatis, & qualitatis. Videlurque fauere Phylos. 2. de Generat. c. 2. vbi qualitates primas accidentales absolute vocat principia formalia elementorum ergo in ipsis non agnoscit alias formas substantiales.

4 Dicendum tamen est, dari formas substantiales. Ita Phylosoph. 2. Physic. c. 2. & 3. & lib. 5. Metaphys. cap. 2. & lib. 7. c. 3. & communiter Phylosophi, & Theologi.

Et probatur primo ratione Sancti Thomæ libro tertio Contrагentes capit. 97. In rebus dantur naturæ specificæ substantialiter distinctæ: ergo dantur formæ substantiales. Antecedens patet: nam equus & leo differunt inter se plusquam duo equi, vel duo leones; & lapides, & plantæ inter se, & ab animalibus absque dubio substantialiter distinguuntur: quod constat ex ac-

cidentibus adeò diuersis, & ex inclinationibus, & proprietatibus, quæ non possunt non diuinares ab silentijs. Substantialiter distinctis: nam à posteriori ex effectibus, & proprietatibus diuersis agnoscimus diuersitatem principiorū, seu naturarum. Prima vero consequētia probatur, quia forma est, quæ complet naturam, & constituit speciem: & quia distinctio formalis non potest non esse à forma; sed distinctio specifica substancialis est formalis: ergo dantur formæ substantiales, à quib⁹ desumatur.

5 Deinde probatur ratione, qua insimili ostendimus quæst. 5. s. 2. dari materiam primam, eo quod dari generatio, & corruptio substancialis: quæ ratio etiam probat dari forma in substancialem; quia varatio solius formæ accidentalis, solū fit generatione secundum quid, & accidentalis: ergo generatio simplificiter, & substancialis satis ostendit dari formas substantiales. Aliæ rationes usq; ad quinque videri possunt in M. Masio dicta quæst. 5.

6 Ad authoritatem Phylosophi respondeatur ex D. Thoma libro 2. de Generatione in principio lect. 2. quod per formale principium intelligit ipsas sensibiles qualitates, potentiam materiæ, vel materiam distinguentes, secundum quas illa corpora qualiasunt. I. quirit enim Phylosophus principium corporū sensibilium, in quantum sensibilia sunt, ut ipse dicit in littera. Vide quod est accidentale substancialiter absolute, est formale respectu ipsius reduplicatiæ, ut sensibilis est.

<sup>7</sup> Secundo responder S. Thomas his verbis: Si autem dicatur, quod velit inquirere Phylosophus principia formalia substantialia; tunc dicendum est, quod quia formæ substantiales sunt nobis ignotæ, quia insensibiles; ideo per istas qualitates, quæ sunt immediata principia transmutationis substantialis, dat intelligere immediata principia substantialia: & ideo dicit, quod entia oportet dicere quales, & quot sint istæ qualitates. Hæc ibi Sanctus Thomas.

§. II.  
Quid sit forma?

<sup>8</sup> Dico secundo: forma est actus primus, & substantialis materiæ. Ita sumitur ex Phylosopho 8. Metaph. cap. 6. & lib. 2. de Anima in principio, & ex D. Thoma ibi lectione 1. litt. b. dicente: *Forma est actus, quo materia prima fit actu.* Et ratione probatur: illud est actus ratio ne cuius potentia est in actu, & per quod assimilantur Deo, qui est purus actus: sed forma est huiusmodi: vnde Phylosophus primo Physico rum textu 81. inquit, *quod forma est quoddam diuinum, & opimum:* id est, vt ibi declarat Sanctus Thomas lectione 15. littera d. omnis forma est quædam participario similitudinis diuinæ cœle, quod est actus purus: vnumquodque enim intatum est in actu, in quantum habet formam. Optimum autem est, quia anima est perfectio potentiarum, & bonum eius: ergo forma est actus primus substantialis materiæ.

<sup>9</sup> Secundo: illud optimè explicat propriam rationem alicuius, quo declaratur eius distinctio ab omnibus alijs; sed per hoc quod forma dicitur *actus exponitur distinctio eius à materia, quæ est pura potentia, & ex illa, & forma fit unum perse, ut ex actu, & potentia: per hoc autem quod dicitur actus primus, & substantialis,* declaratur distinctio ab omni forma accidentalis, quæ dat esse secundum quid, & non primum, & substantialis: ergo conuenienter declaratur quid sit forma relata definitione recepta inter Antiquos, & Modernos.

<sup>10</sup> Obiicies primo: si forma es set actus, aut esset actus simplex, aut compositus? Si actus simplex, esset actus purus: quod creaturæ repugnat. Si actus compositus; sequitur, quod forma sit composita ex materia, & forma: & sic dabitur processus in infinitum.

Respondeatur, quod in creaturis est multiplex compositio, nempe, materiæ, & formæ; generis, & differentiarum; essentiarum, & existentiarum; subiecti, & accidentis; totius insuas partes integrales: de quibus agit Sanctus Thomas prima parte quæstione 3. & alibi sèpè. Forma omnis substantialis est simplex, id est, non composita ex materia, & forma, quia vt ait Sanctus Thomas prima parte quæst. 75. artic. 5. forma, in quantum forma, est actus: id autem, quod est in potentia tatum, quæ est materia, non potest esse pars actus: cum potentia repugnet actu, vt poterit contra actu diuisa. Non tamen est actus purus, quia vt ibi ait Sanctus

**S**anctus Thomas solutione ad quarum, est composita ex essentia, & existentia, seu ex forma, & esse participato; vel ex quo est, & quod est ipsum enim esse est quo aliquid est. Insuper est subiectum quo accidentium: & si fuerit forma imperfetta, habebit partes integrales, modo exposito libro secundo Logicae questione 13. de quo in libris de Anima, & Masius hic questione 2. & 3.

**¶ 1** Secundo obijcies: forma substantialis est perse: ergo non est in alio: ergo non est in materia. Patient consequentia, quia eidem non potest conuenire esse perse, & esse in alio: cuilibet autem substantia, etiam partiali, competit esse perse: ergo impossibile est, quod forma sit substantia, & quod sit in materia.

Huic argumento iam respondimus libro secundo Logicae questione nona, §. 2. vnde in forma coesse antecedenti, distinguo consequens: ergo non est in alio, vt in subiecto inhaesione strictè sumpto; concedo: vt in parte componente totam, quod est subiectum inherenter late sumptum, concedo priam consequentiam: & nego secundam; quia forma est in materia, vt in parte, quia utraque pars est de integritate totius; non tamen est in illa, vt ab ea accipiat esse, aut sustentetur vt ens illi inherens. Quam doctrinam, cum in Physica Recentiores admittant, non debuerunt in Logica, propter hoc argumentum (iam diu à Divo Thoma, & Thomistis, hoc mo-

do, sicut, & ab istis solutum) Sancti Thomæ sententiam de constitutio substanciali deserere.

## QVAESTIO XII.

*Vtrum formæ substanciales ex potentia materiae educantur?*

## §. I.

*Probatur formas educi.*

**D**ico primo: formæ materiales educuntur ex potentia materiae, cum totum compositum generatur. Ita Phylosophus hic libro primo textu 78. & libro 7. Metaphysicæ, & ibi Sanctus Thoma in questione 7. littera. a. & c. Et probatur: formæ, quæ introducuntur in generatione substanciali, non erat actu in materia prima; nec verè, & propriè de nouo creatur: ergo educuntur de potentia materiae. Consequētia patet a sufficienti enumeratione, quia non potest assignari aliud modus, quo de nouo siant huiusmodi formæ substanciales materiales. Antecedens, quoad primā partē probatur à Divo Thoma questione tercia de Potentia articulo octavo; id, quod est in actu substanciali, non sit de nouo substancialiter: eo quod, naturaliter loquendo, eiusdem non datur nisi in a substancialis productio; quia secundo producere, esset actum agere. Sed cum totum substancialiter generatur, formæ simpliciter

de novo introducantur: alioquin non differet generatio substantialis à generatione, & transmutatio ne accidentalis: cuius contrarium experientijs comprobatur; quibus ostenditur dari substantiales generationes, & corruptiones: ergo formæ substantiales non sunt in materia in actu ante generationem, sed solum in potentia.

2 Secundam partem ibi demon strat. Primo, quia nulla causa secunda potest naturali virtute creare: nam facere aliquid ex nihilo, requiri vit virtutem infinitam supratotum ens creatum; sed formæ eorum, quæ generantur, inducuntur à causis secundis: alioquin frustra essent illarum causalitates: ergo formæ istæ propriè, & in rigore non creantur. ¶ Secundo, si omnes formæ materiales à solo Deo crearentur, nulla esset, quoad hoc, differentia inter animam rationalem, & reli quas formas; sed hoc est absurdum: alioquin omnes essent immortales: ergo aliæ formæ non fiunt per creationem. ¶ Tertio, non excedit proximi generantis virtutem sibi simile generare; quia unumquodque agit in quantum est in actu: vnde cum sint eiusdem speciei, possunt ab invicem generari; sicut unus ignis aliud producit: ergo agenti proximo est tribuenda introductio formæ, & non soli agenti primo: ergo cum agens creatum non agat, nisi ex præsupposita materia; ex ista educit formam, cù totum generatur.

3 Obijcies primo: nihil educi potest ex illo, in quo non est;

sed formæ non sunt in materia: ergo non educuntur ex potentia ma teria. Probatur maior: materia est imperfectior forma; quia materia est prope nihil, & est pura potentia; quæ est imperfectior actu, seu forma; sed causa alium effectū continens, est nobilior, vel æque nobilis cum effectu: ergo materia non continet formas.

Respondetur distinguendo minorem; formæ non sunt in materia, actu, & simpliciter; concesso: non sunt in potentia, & secundum quid; nego minorem. Ad Probationem concedo maiorem, & distingo minorem; & nego illam de causa materiali, quia ita continet effectus incomplete, & in potentia; & id est imperfectior: con cedo verò de alijs causis, præcipue de efficientibus; de quibus ait Sanctus Dionysius 2. capit. de Diuinis nominibus. Id quod est in effectu, nobilis inuenitur in causa; vt declarat Sanctus Thomas quæstione septima de Veritate artic. 7. ad pri mum.

4 Secundo obijcies: duæ formæ specie distinctæ, non possunt simul esse in eodem; quia includunt oppositionem contradictoriæ, saltem ex cōsequenti: sed formæ, quæ recipiuntur in materia, sunt specie; imo & genere subalterno distinctæ: ergo non omnes formæ materiales, quæ generatione introducuntur, in materia continentur.

Respondetur, quod ea, quæ in actu simul esse non possunt, sunt in potentia; quia simul est in materia capacitas ad formas oppositas, non simul,

simul; sed successiue habendas: ut de dici solet, quod est potentia simul, sed non potentia similitatis; sicut locus haber potentiam ad diuersa corpora; licet non possit naturaliter duo corpora simul habere: Videatur, quæ diximus q. 9. n. 7.

## §. II.

Quæ conditiones exigantur ad educationem proprie sumptam?

**D**ico secundo, ad educationem exigitur, quod forma dependeat à materia, ut à vera causa, in qua est immersa; & quod fiat dependenter ab illa; & ex vi transmutationis illius. Est cōmuni sententia Thomistarum, quos retulimus 2. p. Metap. contr. 4. n. 45. & bene exponunt Caietanus 1. p. q. 90. art. 2. ad 2. & Masius hic sec. 3. q. 12.

Priorem partem expressit S. Th. 1. p. q. 90. art. 2. ad 2. dicens, actū extrahi de potentia materiae, nihil aliud est, quā aliquid fieri ait, quod prius erat in potentia. Probaturq; primo. Educatio est actio cōdistincta à creatione: sed creatio est ex nihilo, id est, ex nulla causa materiali, ut docet S. Thom. 1. p. q. 45. art. 1. ad 3. & q. 3. de Potentia art. 8. ad 4. ergo educatio est ex aliquo tanquam ex materia.

Secundo idem constat ex nominis proprietate; quia *educo* significat extradiuci, seu extrahi ad esse distinctū, quod antea erat in esse cōfuso, seu potentiali; quod enim omnino deforis aduenit, non dicitur hinc *educo*: ergo ut forma dicatur extra hi de potentia materiae, debet esse

contenta in eius potentialitate, ut in causa materiali.

6 Sumitur secunda pars ex D. Th. lib. 2. contrag. c. 86. ratione 3. & 1. p. q. 41. art. 3. ad 1. dicēte, quod enim producitur de materia, si per transmutationē illius, de quo producitur, in aliq̄ formam, & ratio est, quia forma non educitur de potentia materiae, nisi in ipso fieri depēdeat à materia, ut à vera causa illius: sed nō potest in ipso fieri materia esse vera causa formæ, nisi hæc inducatur ex vi transmutationis materiae: ergo ad educationē exigitur quod forma resultet in materia ex vi transmutationis illius. Maior patet; quia sicut in facto esse forma, quæ nō est immersa in materia, & potest operari independenter ab illa, nō dicitur esse in illa immersa; ita in fieri, nō dicitur fieri ex illa, nisi materia eā causet, & cōtineat materialiter in ipso fieri. Minor vero probatur, quia causalitas materiae est suscipere formā, ex vi pugnæ, quæ est inter formam, quæ inducit, & quæ abiicit; cū generatio unius est alterius corruptionis, & materia est subiectū manens sub utroq; termino. Educi ergo formā de potentia materię, est ipsā ex vi transmutationis resultare in ea, ab agēte naturali sibi correspōdente.

7 Obijcies: nam M. Sot. 1. Phys. q. 7. art. 2. §. at verò, docet formā esse in potentia materiae, nihil aliud esse, quam dependere in fieri, & esse à materia. Quod latè probat P. Rubio tract. de forma qu. 1. nū. 12. quia operationes alicuius rei indicant modum effendi eius; cum sint quasi primarij effectus à natura pro-

cedentes, tanquam à propria causa: sed res dependens à materia in esse, & in fieri, non possunt sine materia operari, & è contra: ergo eo ipso, quod forma dependeat à materia, in esse, fieri, & operari; erit forma immersa in materia, & ab illaeducta. Tūc yltra: cōtingere potest, quod forma in esse, & fieri, & operari dependens à materia, fiat si ne illius trāsmutatione; quia simul totum producitur, & materia non p̄cessit sub alia forma, ut opus sit illa spoliari, ut transmutetur ad alterius formæ acquisitionem: ergo ad eductionem non exigitur, quod forma fiat ex vi trāsmutationis materiae.

Respondeatur, M. Sot. expressè ibi docere hanc dependentiam deberē esse formæ à materia, in genere causæ receptiæ, & passiæ: quod est ponere, esse necessariam: illā trāsmutationē, quam alij Thomistæ ad eductionem requirunt: quia ibi subdit, quod cū eodē modo res se habeat ad produci, sicut ad esse, formæ, quæ educuntur, producuntur à materia dependenter.

8 Dicimus ergo, quod dependētia à materia in fieri, potest intelligi dupliciter; uno modo *quasi materialiter* ex parte for. næ, quæ fit; alio modo *quasi formaliter*, quia in ipso fieri exercetatur dependētia, & causitas materialis, nō solum quoad receptionē formæ in materia; sed quoad extractionē formæ ex materia, cui agens tribuit formam, t. illa eam educendo. Igitur ad eductionē strictè sumptuari, non sufficit dependētia formæ à materia, quasi

materialiter: alioquin nullum totū materiale posset Deus creare, sed semper teneretur facere educēdō: quod est falsum; quia Deus omne totum se solo vnicā actione potest creare: & creatio coniuiditur cōtra eductionē. Vnde restat, quod ad eductionem exigitur dependētia formæ à materia formaliter in ipso fieri. Hęc autem esse nequit, nī si prius tempore, vel natura ab agēte materia transmutetur; & vi trāsmutatis forma educatur.

## §. III.

*Vtrum formæ cœlorū fuerint eductæ de potentia materiae?*

9 Entētiam affirmatiuam indicat Scot. in 4. dist. 1. q. 1. §. ideo, & tenent Vazq. 1. p. disp. 174. c. 3. & 4. Molin. q. 45. ar. 1. & de opere sex dierū disp. 3. Rubio hic tractatude forma. q. 2. & alij Moderni: qui id probat, primo. Nam ex epist. 2. D. Petri cap. vlt. apertè constat cœlos mutandos, comburēdos esse in die iudicij; & materiam cœlorum prius extitisse sub forma aquæ: ergo nihil deest ut fuerint educti de potentia materiae.

Vazquez vero fundamenū est, quia forma materialis nequit creari, sed educi debet: sed formæ cœlorum sunt materiales: ergo debet ex materiae potentia educi. Probatur maior: creatio est productio ex nihilo, idest, ex nulla materia: forma materialis necessario dependet à materia: ergo educitur, & non creatur.

10 At vero Rubio duobus alijs moue-

mouetur argumentis. Sit primum (& ordine tertium.) Nā ad educationem solum exigitur formam depēdere in esse, & fieri à subiecto: sed formæ materiales, quæ operari nō possunt sine corpore, dependent in esse, & fieri ab illo: ergo educuntur de potentia materiae.

Alterum fundamentum est. Nam in productione cœli fuerant duas actiones partiales, altera creativa materiae ex nihilo; altera vero circa productionem completam formæ ex materia, & in materia: quia ad hoc sufficit, quod pro priori naturæ informitas præcedat formationem; sicut cū Angelis fuit collata gratia i. ipso instanti creationis; & cum generantur vermes ex speciebus Sacramentalibus; sed hoc sufficit ad veram, & rigurosam educationem: ergo formæ cœlorū furentur educantur de potentia materiae.

11. In eandem sententiam inclinat M. Ortiz tractatu 3. Physicæ confer. 4. prædictis solum additæ authortatem Opuscul. 42. apud D. Thomā cap. 15. vbi dicit: *Ese vero corpus in productione forma de potentia materia, non accidit propter ipsum motum localis; cum corpus cœlestis consecutum sit per educationem sue forme de potentia materia sua propria, nullo motu locali, vel alteratione præcedente: esse* (italiter ergo) *natura corporis sequitur educationem formæ de potentia materia. In qua authortate habetur expresse hæc sententia, & eius fundamēta; quia ad educationem per accidētē se habet, quod præcedat trāsmutatio materiae, vel non; sed solum exigitur, quod for-*

*ma sit corporalis depēdens in esse, & fieri, & operari à materia; quod absque dubio conuenit formis cœlorum in prima productione: ac per consequens nō est cur negetur fuisse educans de potentia materiae.*

12. Dico tamen tertio, formæ cœlorum nō fierunt educantur de potentia materię; sed in immediate à Deo creatiæ ad tantum cœli creationem. Ita sumitur ex D. Thom. i. p. quæst. 65. artic. 6. & lib. 2. contragent. capit. 40. & 43. & in Cōpendio Theologico cap. 59. & lib. 1. de Cœlo lectio 6. & alibi s̄pè: & in alijs locis relatis num. 6. Et tenent Thomistæ, quos citat, & sequitur Masius hic sectione 3. quæst. 12. in fine. Alios retulit illa controvers. 4. artic. 4. § 4. cum quibus quoad hoc concordant Patres Gōimbric. lib. 1. Physicor. cap. 9. quæst. 2. artic. 5. P. Suarez disp. 15. Metap. sect. 2. n. 17. & alii.

13. Probaturque primo. Id, quod sit creatione propriæ sumpta, non sit educatione propriæ, & rigurose sumpta; & ideo formæ animalium, & mixtorum, quæ nunc generantur, dicuntur educi, quia non propriæ creantur; sed formæ cœlorum in sacra Scriptura, & Patribus dicuntur propriæ creari: ergo non dicuntur propriæ educi.

Dicunt, sicut ibi *creare latè pro hoc quod est producere; non verò strictè in rigore Theologico.*

Sed contra primo: nam hæc expositio est contra PP. & Theologos, & Cathecismum Pij V. in quibus de creatione strictè sumpta est

sermo. ¶ Secundo, creatio rigurose sumpta est productio entis ex nihilo: sed secundi Machabeorum 7. dicitur, quod cœlum, & terra sunt facta est nihilo: ergo sunt propriè, & rigurose creata. ¶ Tertio, ex aliquo loco Scripturæ sacrae constat, contra Platonem, & alios Phylosophos, quod Deus valet producere ex nihilo; ad differentiam agentiū creatorum, qui non valent nisi ex præsupposita materia operari; sed non ex alio, nisi ex ipsis: ergo hic fit sermo de vera creatione.

14 Secundo probatur: nam eductio strictè sumpta est actio præsupponens materiam, & eam transmutans, & ex ea educens formam, ut probatum est num. 6. sed formæ cœlorum non fuerunt sic factæ; quia, connaturaliter loquendo, actio est factiva totius; quia compositū est, quod fit; & creari est subsistentium; quia fieri est via ad esse; & cui competit esse ut quod, ei conuenit fieri ut quod: ergo formæ cœlorum nō fuerunt educitæ de potentia materialiæ, sed ad totius creationem concretae.

#### s. IIII.

##### Soluuntur argumenta.

15 Ad primum respondetur illa mutationē, vel intelligi de cœlo aereo; vel intelligi de mutatione accidentali; non autem de mutatione substanciali. Ita Sanctus Augustinus libro 20. de Civitate Dei capit. 24. & Sanctus Hieronymus, Isaiae 51. & 65. & Sanctus

Gregor. lib. 17. Moral. cap. 5. quorum verba refert Pater Pereira libro 2. in Genesim quæstione prima.

16 Quoad alteram verò partem, quamvis cœlos factos ex aqua, indicant aliqui Patres, & doceant Augustinus Eugubinus in caput 1. Genes. Arias Montanus, & Oleaster; tamen oppositum cōmuniter docent ibi expositores. Et authoritas Divi Petri non vrget: quia de cœlo aereo intelligitur à D. Augustin. Ruperto, & Glosa. Vel intelligitur quoad plenitudinem, & ornatum ex aqua esse fabricata, ea quibus terra, & aer ornantur, ut declarant Caiet. ibi, & Bañez 1. p. q. 66. ar. 2. dub. 2. ad 1. Videatur S. Tho. in secundo distinctione 14. art. 2. ad 1.

17 Adde, quod iuxta vulgatam nostrā, pauca, vel nulla est difficultas; quia ut notat M. Ioan. à S. Thoma tractatu de Opere sex dierum quæst. 65. Apostolus in illo loco non dicit, quod cœli erant consistentes ex aqua; sed quod terra erat cōsistens de aqua, & per aquam; quia re vera tota circundabatur aquis. Sed hoc latius examinare Physicorum non est: sed arguentium instantia, hæc hic inserere nos coegerit.

18 Ad secundum nego maiorem. Ad probationem distinguo maiorem; est ex nihilo, per exclusionem materiae, ex parte termini à quo, concedo: ex parte termini ad quem, seu ut partē totius, quod creatur, nego maiorem: quia totū materiale potest à Deo creari; & elect

esset ex nihilo ut termino à quo; & tamen, id quod erat creatum, constabat ex forma, & materia ut partibus constituentibus. Est solutio S. Thomæ. i. part. quest. 45. art. 4. ad secundum.

19 Ad tertium negandā esse maiorem, constat ex dictis numeri 6. & 8. Pariter ad quartum neganda est maior, ut colligitur ex secunda ratione nostrae conclusionis; & ex dictis supra quest. 7. §. 3. & 5. quia si in composito substantiali est unica existentia, & actio creativa respicit formalius existēt iam, ut actum immediatum, seu terminū totius, frustra ponitur fieri totū duabus actionibus, cum connaturalius sit, fieri unica.

20 Ad ultimum respondetur, quod non est, cur auctoritate illius Opusculi præmamur, quando habemus tam multa indubitate testimonia S. Thomæ, & communem Discipulorum illius intelligentiam: cum constet ex editione Romana, non esse legitimam prolem Angeli ci Doctoris. Imò addit Caietanus in quest. de subiecto Philosophiae ad 3. multa ibi esse, quæ doctrinæ S. Thomæ non consonant.

21 Vel dicatur cum M. Ioann. à S. Thoma tractatu de Opere sex die rum, qui habetur in fine 1. p. q. 65. in fine, quod eductio dupliciter summi potest; uno modo formaliter, pro ipsa transmutatione materię de potentia ad actum, vel de una forma ad aliam: alio modo sumitur eductio terminis, & materialiter, pro re facta, quæ dependet à materia. Ibi ergo sumitur eductio hoc secū

do modo; non primo modo: quod constat, quia ibi dixerat: Columna non esse genitum, sed per simplicem emanationem tantum à Deo processisse: & etiam, quia post verba in argumento relata, subditur: Nec hoc adhuc est, quia educitur; sed quia sūt unum ex materia, & forma edita. Ergo sermo est de eductione laxè sumpta, pro productione rei compositæ ex materia, & forma: non vero loquitur de eductione strictè sumpta, pro illa, quæ est ex vi transmutationis materiae ad formam nouam, quam appellabamus supra, eductionem formalem, & dependentiam in fieri formaliter.

22 Sed instabis: nam tota hac doctrina admissa, videtur quod à priori sententia solis vocibus discrepemus: cum id quod nos vocamus eductionem laxè, illi vocent eductionem strictè: & conditionem illam, quam nos contendimus esse necessariam ad eductionem strictè sumptam, videlicet, quod fiat speciali actione transmutante materiam, & eam supponentem; alii negabunt, & facile suam sententiam sustinebunt.

Respondemus primo, quod si est questio de voce; nostra loquatio præualere debet; quia conformi or modo loquendi sacra Scriptura, & Patrum; & magis usitata in Scholis.

23 Secundo melius responderimus, quod aliud est totam questionem esse de voce; aliud vero, quod questio de re inter homines disputantes resolu non possit, nisi determinata consueta vocum significacione:

tione: hoc secundum nunc, & se-  
piissime alibi contingit; quia si pro-  
libito vocum propriæ, & consuetæ  
significationes mutantur, nihil fir-  
mum in humanis disputationibus  
stabilitur. Habemus hic de re, quod  
actio cœli productiva fuit vñica,  
quod materiam sub alia forma nō  
supposuit; quod fuit vere creatio:  
hincque consequēter infertur edu-  
ctionem nō fuisse: ad hancque, trâs-  
mutationem exigi, authoritate, &  
ratione est stabilitum. ¶ Argumē-  
ta contraria solam educationem la-  
te sumptam probare, ex eo cōstat:  
quia eductio proprie sumpta cōdi-  
uiditur creationi: & cum creatio-  
ne proprie sumpta, omnia illa cōpo-  
nuntur. Non ergo est de vocibus  
quæstio, sed de rebus determinan-  
dis, supposita vñcum proprietate.

24. Ex dictis deducitur, primo for-  
mas elementorum in prima mun-  
di productione fuisse cōcreatas, &  
non eductas: quia authoritates S.  
Thomæ de eisdem expresse loquū-  
tur, & etiam modus loquendi Sa-  
cræ Scripturæ. Et quia elementa se-  
cundum se tota sunt incorruptibili-  
lia; & ita in prima productione cō-  
naturaliter petebant fieri creatio-  
ne; secus vero cum secundum par-  
tem generantur, & corrumpuntur.  
Et sic facile occurri potest argumē-  
tis P. Suarez oppolitum opinantis  
sec. 3.

25. Secundo sequitur animam ra-  
tionalē (quā esse vñra hominis for-  
mam, fides docet) non educi de po-  
tentia materiae: quia non produci-  
tur per virtutem generantis, sed à  
Deo creatur, vt late S. Thom. q. 3.

de Potentia art. 9. & 1. p. q. 118. art.  
2. & lib. 2. cōtrag. c. 86. & est doctrī-  
na communis Patrum, videlicet, S.  
Leonis Papæ in Epistola ad Tari-  
bium Episcopum Asturic. S. Hiero-  
nymi Epist. ad Pamachium, & lib.  
2. Apologia aduersus Russinum, &  
S. Augustini Epistola ad Hierony-  
mum de origine animæ. ¶ Ratio-  
nemque assignat S. Tho. 1. p. q. 90.  
ar. 2. ad 2. quia anima rationalis nō  
habet esse suum dependens à mate-  
ria corporali; sed habet esse subsis-  
tens, & excedens capacitatē ma-  
teriæ corporalis: quia est intelle-  
ctualis, & habet operationem inde-  
pendentem à corpore: ergo nō edu-  
citur de potentia materiae. Patet cō-  
sequentia, quia non continetur in  
materia vt immersa in illa, vt in ve-  
ra causa sibi: vnde non dependet ab  
illa in esse, nec in operari; & corrup-  
to corpore manet; vt nectat S. Tho.  
q. 3. de Potentia art. 8. ad 7. vnde li-  
cet habeat materiam in qua recipi-  
tur; non tamen habet materiam ex  
qua educatur. Videtur hæc ratio S.  
Thomæ desumpta ex Philosopho  
lib. 2. de generat. Anim. c. 3. dicēte:  
restarigitur, vt mens sola extrinsecus acce-  
dat, eaque sola diuinata: nihil enim eius  
actione communicat actio corporalis.

26. Reliqua, quæ de aliarum for-  
marum accidentiū educatione hic  
solent disputari, require in Me-  
taph. quia nō sunt huius  
loci propria.



## QVAESTIO XIII.

*De Priuatione, ut est principium entis naturalis in fieri.*

**1** Expositis iam principijs, ex quibus constat ens naturale, restat nunc dicendum de priuatione, quam diximus quæst. 3. esse principium generationis, seu fieri rei: de qua multa inquirenda occurunt.

s. I.

*Primo inquiritur, utrum priuatio sit ens reale?*

**2** Vpponimus primo ex dictis lib. i. Logicae q. 8. §. 1. quod negatio est carentia formæ: & est duplex: alia, quæ dicitur simplex, & absoluta, & retinet nomen negationis: alia est negatio generis determinati: & hæc dicitur priuatio, quæ est carentia formæ in subiecto apto; & de ista inquit S. Thom. in i. q. 28. quæst. 1. art. 1. ad 2. quod omnis negatio, quæ est in aliquo subiecto determinato, potest dici priuatio: vnde 8. Metaph. text. 27. dicitur, quod priuatio est negatio in subiecto.

**3** Secundo notandum in ex Phylologo 3. Metaph. tex. 17. & ex D. Tho. q. 9. de Potentia art. 7. ad 11. & i. p. q. 33. art. 4. ad 2. quod priuatio tribus modis dicitur: uno modo proprio, quædico remouetur ab aliquo, quod natum est habere; sicut carcer visa est priuatio visus in ho-

mine. Alio modo *communius*, quando remouetur ab aliquo, quod ipsum quidem nō est natum habere; sed genus eius; sicut si non habere visum dicatur priuatio visus in talpa. Tertio modo *communissime*, quando remouetur ab aliquo id quod à quocumque alio natum est haberi; non tamen ab ipso, nec ab alio sui generis; sicut si nō habere visum dicatur priuatio visus in plāta. Et hoc modo unum priuatiū dicitur, ut ibi ait S. Thomas, & latius diximus i. p. Metaph. controv. 9. n. 34. Nūc loquimur de priuatione strictè sumpta, quia solum hoc modo est terminus a quo, & principium.

**4** Priuatio autem propriè sumpta est duplex; alia physica; alia moralis: physica est, cum est capacitas, & aptitudo formæ physicæ, & quæ pertinet ad perfectionem, vel integratatem rei physicam; ut quia oculi, & manus sunt de integritate corporis humani, itorum absentia, est physica priuatio. Priuatio moralis est absentia formæ debitæ iuxta regulas morum, vel debitæ in estimacione humana: & hoc modo peccata inducunt priuationem; & in honoratio, & virtutepratio sunt priuationes honoris, vel famæ, etiam si nihil intrinsecum tollant. Sermo ergo est de physica priuatione.

**5** De qua sunt quatuor opiniones, quas refert M. Soto lib. i. q. 8. & alias, de quib' late P. Rubio tract. 3: q. 1. His tamē omnibus, quia fere dilinguuntur in sola vocum diuersa acceptio: sufficiet doctrina 8. Thomæ, qui videtur difficultatem euacuare (si recte intelligatur) i. p. q. 43.

q.48.art.2.ad 2.vbi ait; sicut dicitur in 5. Metaph. ens dicitur duplicitate: uno modo secundum quo significat entitatem rei, prout dividitur per decem prædicamenta: & sic conuertitur cum re. Et hoc modo nulla priuatio estens. Vnde nec malū. Alio mododicitur ens, quod significat veritatem propositionis, quæ in compositione consistit, cuius nota est hoc verbum, est: & hoc estens, quo respōdetur ad quæstionem an est: & sic cœcitatē dicimus esse in oculo, vel quamcumque aliam priuationem. Et hoc modo etiam malū dicitur ens. Hucusque S. Thom. cuius doctrina communiter acceptatur; licet non eodem modo ab omnibus intelligatur.

6 M. Mastri his cap. 9. lec. 4. q. 3. ad 2. putat sensum S. Thom. & Antiquorum Thonistarum in prædicta distinctione tradenda, talē esse. Priuatio, aut sumitur secundum essentiam, aut secundum existentiam: si primo modo sumatur, datā à parte rei; quia ante operationem intellectus datur absentia formae, & hoc est essentialiter priuatio. Si vero secundum existentiam sumitur, non est à parte rei, sed beneficiario intellectus: quia cum sit ens omnium insinuum, debet existentiam omnium insinuam obtinere; hæc autem est esse cognitum, vel intelligibile.

7 Hac tamen expositio nec est vera, nec de mente S. Thomæ, & Thonistarum: quia essentia prout est à parte rei, est essentia actualiter existens, ut inductio patet; & quia existentia non ad aliud datur, nisi

vt essentiam ponat à parte rei: ergo si primo modo essentia priuatio nis est à parte rei, non est cur illo modo non dicatur existens. ¶ Secundo, essentia, & existentia proportionantur ut actus, & id cuius est actus: ergo si essentia est à parte rei, etiam existentia debet esse à parte rei; quia ad idem genus reducantur, sicut existentia substantiarum est substantialis, & existentia accidentis est de genere accidentis, & existentia entis rationis non est eius reale; ac percōse, quens nec essentiæ realis existentia proportionata est ens rationis.

Tertio, ens quod fundat veritatem propositionis non est solum ens existens, sed ipsæ veritates complexæ abstrahentes ab existentiæ hoc modo sunt entia: & hac via 1.lib. Logice q. 3. in fine saluauimus ens rationis esse simpliciter scibile, quia est simpliciter ens, ut fundat veritatem, quod vocat ens complexum: ergo illis vocibus non intendit S. Th. distinguere essentiæ priuationis ab existentia eius.

8 Quapropter M. Soncinas lib. 6. Metaph. q. 18. §. ad cognoscendum, & latius lib. 10. q. 15. §. quantum ad tertium, & M. Iauellus ibi q. 10. in 2. p. & alij dicunt, quod priuationes duplicitate accipiuntur: uno modo fundamentaliter, & potentialiter: & sic sunt in rebus extra animam. Alio modo formaliter, & proprie: & sic sunt entia rationis tantum, & non sunt actu in rebus, ut docet S. Thom. q. 1. de Malo art. 1. ad 19. & 20. & q. 21. de Verit. art. 1. & sumiture ex Phylosopho 4. Metaph. tex. 2. & quia negatio in re est non ens, ac

ac per consequens formaliter non est ens reale, sed absentia realis entis: unde formaliter solum est ens in ratione.

9 Huic tamen solutioni obstat primo: nam priuatio formaliter, & essentia liter sumpta est carentia formæ in subiecto apto: sed totū hoc formaliter datur in rebus: ergo priuatio formaliter sumpta datur in rebus ante operationē intellectus: sicut nullo intellectu considerante aer est tenebrosus, quia caret luce, & animal est mortuum, quia caret vita.

Secundo, extrema oppositionis realis debent esse, seclusa operatione intellectus, alioquin in re non erit oppositio formaliter: sed oppositio priuatiua est realis, vt patet ex Philosopho in Postprædic. ergo extrema illius sunt ante operationem intellectus formaliter. Cū ergo unum extremum sit priuatio formæ; hæc formaliter sumpta datur, seclusa operatione intellectus. Vnde Genes. 1. dicitur: *tenebra erant super faciem abyssi*. Et ibi subditur Deū diuinis lucem à tenebris: & in Daniele tenebrae inuitantur ad diuinam laudem: ibi: *benedic te lux, & tenebra Domino*. Quid non esset, si opus esset distinctione intellectus, vt priuatio esset formaliter.

10 Ad hæc, & alia diluenda Caetanus 1. p. q. 48. ar. 2. in fine, & cap. 1. de Ente, & essentia, & Soto q. 3. Vñiu. in 2. prob. 2. concl. & Ferrara lib. 3. contrag. capit. 2. ad 6. 5. pro declaratione, & Capreolus in 2. dist. 34. quæst. 2. ad 1. distinguunt duo esse formalia in priuatione; alte-

rum per modum remotionis, & non entis: & hoc formaliter est in rebus: alterum per modum entis: & hoc non est in rebus nisi fundamētaliter, & solū in intellectu est formaliter: de quo videatur S. Thomas 4. Metaph. lect. 1. litter. d. & 1. Physic. lect. 15. litter. b. & in 2. dist. 13. in exposit. textus. Et quæst. 3. de Verit. artic. 4. ad 3. & 1. 2. quæst. 8. art. 1. ad 3. ac per consequens potest propositio vera formari, etiam si in re priuatio non sit ens, quia eius esse formale, non eit quod ponat, sed quod removat.

11 Addit Ferrara in fine illius capitinis noui, & Rubio dicta quæst. 1. conclus. 3. quod loquendo de ente reali communissime, & minus proprie, priuatio entis realis est quidem ens reale, non vt ponens ens reale in re, sed vt removit entis realis; affirmatio enim, & negatio ad idem genus pertinent.

12 Iste tamen modus loquendi est satis impropus: quia remotione vitæ, non est vita; nec remotione entis realis potest dici ens reale: quare ipse Ferrara melius secundo respondet, quod cum dividitur ens latissime sumptum in ens reale, aut rationis, divisione non est sufficiens, quia deest negatio entis realis, aut negatio entis rationis: & priuatio formaliter non significat esse, sed potius non esse: unde Sanctus Augustinus de Genes. ad litteram capitite 4. ait: *Ita dictum est, tenebra erant super abyssum, ac si dictum esset, non erat lux super*

super abyssum, &c. Et infra: Deus ergo dixisti inter lucem, & tenbras, quia lumen fecit, cuius absentia tenebrae inscantur: de quo videatur 12. cōfes. cap. 3. quia tamen formale remotionis est fundatū ēt intellectus concipiāt priuationē per modū entis; respectu istius status, esse primum est fundamentalē: & hoc voluerunt significare authores relati n. 8. qui à nobis solis vocibus discrēpat.

## §. II.

*Vtrum priuatio distinguatur a materia prima?*

13 PLATO in Timaeo & Platonici,  
vt refert S. Tho. I. p. q. 5. art.  
2. ad 1. & ar. 3. ad 3. materia nō a priuatione non distinguebant; & ideo materiam vocabant noui ens.

14 M. SOTO hic lib. I. q. 8. censet priuationem ratione tantum distingui a materia: quod eit dicere, inquit, quod materia, & priuatio nō sunt duæ res: sed tamē materia alia ratione, & definitione est materia, & alia ratione, & definitione est priuatio, quod probat ex Phylō soph. I. Phys. text. 60.

15 Per oppositum priuationem realiter distinguī a materia docuerunt Simplicius cap. 9. Ferrara lib. I. q. 11. laetulus q. 10. & Soncinas lib. 10. Metaph. q. 17. quia materia est ens, & pars substatīc; priuatio est non ens: materia manet completa generationē: & priuatio abiicitur ad iōnente forma, quia non sunt simul habitus, & priuatio. Imo addit Malinus cap. 9. sec. 4. q. 1. cōcl.

3. quod inter priuationem, & materialē datur supremum genus distinctionis realis: nam vbi eit minor convenientia inter extrema, debet etio inter illa maior distinctionē: ac proinde distinctionē, quæ est interens, & non ens, interens reale, & rationis, eit omnium maxima: sed materia, & priuatio differunt vt ens, & non ens, vt substatīa, & ens rationis: ergo maxime differunt.

16 Supposita doctrina primi dubij, non potest in hoc secundo esse differentia nisi in modo loquendi: vbi aduertit Ferrara illa quæst. 11. quod dupliciter possunt aliqua distinguī realiter: uno modo, quia sunt duæ entitates reales, quarum una non est alia; sicut musica, & abedo distinguitur realiter: alio modo, quia realitas unius non est id quod significatur nomine alterius, siue illud sit ens reale, siue ens rationis: & hoc modo materia, & priuatio distinguuntur realiter, quia oculis non eit illa negatio, quæ voce exactatis significatur, vt est perse notum: & id non negat Soto, & solum contendit quod extremū distinctionis non est ens reale positiū, sed remotio entis in re, quod accipitur vt ens in ratione.

## §. III.

*Duo alia dubia solvuntur.*

17 TERTIO dubitatur, vtrum priuatio sit principiū entis naturalis?

Negat Petrus Gregorius lib. 11. Syntaxis c. 8. quia priuatio habet ratione-

### §.3. Duo alia dubia solbuntur.

111

tionē medijs. Similiter id negat Petrus Peramatus lib. de Elementis c. i. quia priuatio potius est occasio rei generandæ, quam principiū generationis.

18 Dicendum tamen est priuatiō nem esse principium per se generatiōnis. Ita Phylosophus, & S. Tho. Iocis citatis q. 3. §. 3. vbi abunde est confirmata, quia terminus à quo generationis est principium rei in fieri; priuatio autem formæ introducendæ, seu non esse illius in materia est terminus à quo generationis; ergo est eiū principium extrinsecum rei facte, & intrinsecum generatiōni: vnde nec proprie est mediū, nec sola occasio per accidens: sed perse exigitur ex parte termini a quo; si ne quo non contingit naturaliter generatio. Vnde S. Thom. q. 3. de Potent. art. i. ad 16. ait, quod priuatio dicitur esse principiū siendū: sed non essendi. Quid & dicit in 2. dist. 1. in expos. litteræ. Videatur M. Masius hic q. 3. & M. Ioan. a S. Thom. q. 5. art. 1.

19 Quarto inquiritur, vtrum priuatio coueniat vniuoce cū alijs in ratione principiū entis naturalijs?

Respondeatur dicianalogice, quia esse principium per modum partis eo. nponētis, vt sunt principia materia, & forma, & esse principiū isolatum per modum termini à quo, vt est principium priuatio, non est esse principium secundum rationē simpliciter eandem. Secundo, quia enti, & non enti non potest dari. aliquid commune vniuocum, vt late ad intentū prosequuntur PP. Car-

mel. disp. 5. quæst. vnica, vbi & aduentunt interuenire analogiā proportionalitatis, quia priuationi vere, & proprie competit ratio, & definitio principij generationis, seu entis naturalis in fieri. ¶ Addit Ferrara lib. 1. Physic. q. 10. §. sed circa, quod priuatio cum sit quædam materiæ dispositio vt est ad formā transmutabilis, reducitur ad genus causæ materialis, quia dispositio materiæ, ad genus causæ materialis reducitur.

### §. IIII.

Vtrum in materia sit tantum una priuatio, vel plures?

20 Cura hoc dubiū, non est vna sententia Auctorum, qui de illo tractant. Quidam affirmant in materia esse vnam tantum priuatiō nem: ita M. Soto q. 8. ad 2. confirm. alioquin si priuationes sunt tot numero in materia, quot formæ quibus caret, haberet infinitas priuatiōnes, maxime si mundus foret perpetuus; vnde identice, & realiter est vna, & respectiue, & per rationē sunt plures. Idem sequitur Cardinalis Tolet. q. 19. ad 3. ¶ Et potest adhac probari: nam S. Tho. lib. 1. Physic. lect. 15. docet, quod potentia materiæ subiecto est vna respectu multarum formarum; sed ratione sunt multæ potentiarum secundum habitudinem ad diuersas formas: ergo priuatio identice est vna, & plures secundum rationem: & sic Phylosophus text. 60. alterit, quod materia, & priuatio sunt idem numero.

A

21 Atvero P. Rubio tract. 3. q. 2. cœset distinctionem numericā priuationum desumendam ex subiectis, seu materia, & ita in vna est vna numero; quia distinctio numericā accidentiū sumitur à subiecto: vnde sicut vna relatio numero respicit plures terminos solo numero distinctos, vt ait S. Thomas locis relativis lib. 2. Logicæ q. 23. n. 33. Ita vna priuatione numero est in vna materia numero. Distinctio vero specifica priuationum ex diuersitate formarum specifica erit desumenda.

22 Denique multi alij tenent tot esse priuationes in materia, quot sunt formæ, quibus caret, siue sint specie, siue numero differentes. Ita Soncinas lib. 10. Metaph. quæst. 15. Ioan. à S. Thom. q. 5. art. 2. Pereira lib. 5. cap. 24. in fine, & Recetiores communiter. Et ratio est: nam priuatione formaliter est absentia formæ in subiecto capaci: sed tot sunt absentiae formarum, quot sunt formæ absentes: ergo iuxta numerum formarum absentium multiplicantur priuationes.

23 Deinde, quia posita vna forma in materia, abiicitur eius priuatione, quia non sunt simul forma, & eius priuatione: sed potest remanere priuatione alterius distinctæ: ergo datur priuatione vnius formæ in hoc subiecto sine priuatione alterius: ergo distinguuntur inter se. Idque videtur supponere S. Thom. 1. 2. q. 86. art. 1. ad 3. assertens, quod diuersa peccata diuersas maculas inducunt. quæ sunt priuationes: & oriri possunt ex peccatis numero disfun-

ctis: non ergo ex unitate subiecti sumitur unitas priuationū, sed ex formis absentibus.


24 Id, in quo conueniunt duas vltimæ sententiae, omnino verum videtur, & de mente S. Thomæ in 4. dicit. 16. q. 3. art. 2. q. 3. in cor. & q. 4. art. 1. quæstionacula 2. in cor. & 2. 2. q. 107. art. 2. ubi ait: Omnis defectus, seu priuatione speciem soritur secundum habitum oppositum: differunt enim vacitas, & surditas secundum differentiationem usus, & auditus. Ac proinde etiam distinctione specifica priuationum ex formis oppositis desumitur. Vnde recte dicitur tot esse priuationes in materia, quot sunt formæ specie distinctæ, quibus caret.

25 Aduertendum autem ex dictis hoc libro quæst. 4. n. 5. quod licet priuationes remotæ multiplicentur modo prædicto; tamen priuatione proxima in qualibet materia non est nisi vna, vt probat ratio M. Soto, quia priuatione proxima est carrentia in subiecto proxime apto ad habendam formam: hæc autem proxima habilitas non est nisi ratione dispositionum, quasi necessitatis materiam, vt huic formæ, quæ modo abiicitur, succedat illa ad quam subiectum est dispositum, vt exemplis loco citato explicatum est.

26 Loquendo autem de distinctione numericæ, placet ex dictis tria distinguere in priuatione, nomen, subiectum, & causam eius; non esse formæ, & ens rationis, quod formatur ab intellectu, cum in exercitio cogitat non esse formæ, ac si esset ens. Igitur clarum videtur, quod iux-

Iuxta numerum formarum sunt rea  
liter plures absentiae, & quod inte-  
llectus cogitare valet plura nume-  
ro entia rationis cum fundamento  
in re, vt probant argumenta propo-  
sita n. 22. & 23. & in hoc sensu abs-  
que dubio iuxta numerum forma-  
rum absentium, plurificatur numero  
priuationes. Quia tamē subiectum,  
seu causa est quasi aliquid exactum  
essentialiter, vt priuatio distingua-  
tur à simplici negatione; ideo cum  
subiectū seu ratio fundandi est vna  
dicitur esse priuatio numero vna  
materialiter: & forte hoc solum vol-  
lunt M. Soto, & alij dum dicunt esse  
vnam ex parte materiae, & plures  
respectivae, & hoc probat exemplum  
de potentia materiae, & de rela-  
tione.

27 Est tamen disparitas, quod ibi  
id quod est entitatis, se habet for-  
maliter, quia potentia, & relatio  
significant directe, & formaliter ali-  
quam speciem entis realis: at vero  
priuatio significant non esse formae  
directe; & de materiali, vel in obli-  
quo, aut extrinsece, subiectum; &  
ideo ex subiecti unitate numerica,  
solum est priuatio vna secundum  
quid, & materialiter: quia vt ait  
Ferrara lib. 1. Physic. q. 10. notab.  
3. priuatio intrinsece est non ens, sed  
extrinsece ex parte subiecti, & fun-  
damenti est ens; & ita ex hac parte  
habet unitatem ex unitate mate-  
riae. Per quæ possumus argumenta  
diluimus forte valent senten-  
tiæ ad concordiam  
reduci.



## QVAESTIO XIII.

*De unione substantiali inter ma-  
teriam, & formam.*

## s. I.

*Status questionis.*

IV Nihil dupliciter accipitur, &  
utroque modo propriè: vno  
modo pro actione cōiungente plu-  
ra in aliquo uno, vel vt sint vnum,  
vel unita; & dicitur vnius actiue,  
quia est verbū significans actionem  
uniendi exercitam. Alio modo v-  
nio accipitur passiuè, prout est no-  
men significans passiuam *coniunctio-*  
*nem aliquorū in aliquo uno*, vt ait S. Tho-  
mas 3. p. q. 2. art. 9. & de ista nunc di-  
rectè inquirimus.

2 Secundo aduertendum, quod  
sicut diximus lib. 2. Logic. q. 23. ad  
3. quod aliqua dupliciter dici pos-  
sunt similia; vno modo fundamentaliter  
ratione cōuenientiæ, & assi-  
milationis in qualitate; alio modo  
formaliter ratione relationis cōse-  
quutæ: & pariter duæ quantitates se  
ipsis sūt æquales, vel inæquales fun-  
dametaliter: formaliter vero deno-  
minatur æquales, vel inæquales à  
relatione prædicametalii: ita loquē-  
dū de unione passiuā, quod accipi-  
tur dupliciter. Vno modo formaliter  
pro relatione æquiparatiæ, qua  
cōsequitur ad actuam unionē, &  
cōjunctionem: & sic accipitur à D.  
Tho. 3. p. q. 2. art. 7. & 8. & in 3. dist.  
2. & 5. & in Cōpend. Theolog. cap.  
154. infine. Et à S. Bonau. in 3. dist.  
1. q. 1. ad 1. & 2. & dist. 3. q. 2. in fin.

& ab AEgydio Colūna h̄ 3. dist. 2.  
p. 2. q. 2. art. 3. & à Scot. in 3. dist. 1.  
q. 1. §. Sed circa, & Ochan in 1. dist.  
30. q. 1. ad 2. & q. 4. post 3. conclusi.

& fere cōmuniter ab omnibus Antiquis Doctoribus Phylosophis, & Theologis. Secundo accipitur fundamentaliter pro fundamento proximo ad quod consequitur prædicamentalis relatio.

3 Quia igitur de necessitate relationum, & distinctione earū à ratione fundādi satis dixim⁹ lib. 2. Log. q. 20. & 23. & iam Authores cōmuniter vniōnis nomine intelligunt, id quod Antiqui vniōnis fundamētū vocabāt; ideò omīslā relatione, quia idē est iudicium de illa, ac de alijs prædicamentib⁹; de vniōne fundamentaliter erit nostra quæstio: quia sic iam ab Authoribus disputationatur. Et si placet, vocetur vniōnō formaliter, quia quod est fundamētale respectu relationis, est formale respectu partium, quæ adunantur; & ne de vocibus cōtendamus, quia vſus confert, & aufert vocibus proprietatem: quia sic loquuntur moderni, sic nos loquamur cum illis.

4 Suppono præterea, quæ de varijs generibus distinctionum scripsi. lib. I. Logic. q. 13. §. 1. & loquimur præcipue de distinctione modali. Et ita sensus quæstionis est, vtrū materia, & forma indigeat aliquo modo substantiali, quo in actu secūdo nectantur intrinsecè? Sicut ab vniōne, seu actione agentis, seu vniōnis dicuntur extrinsecè, & in genere causæ efficiētis vniōni. Et quia opiniones, qua potuimus diligentia retulimus 2. p. Met. cōtr. 5. ar. 1. eis omīssis.

## §. II.

*Probabile est dari modum substantialem vniōnis.*

5 Dico primo, probabile est materia, & formā vniōni ratione modi substantialis ab eis realiter modaliter distincti. Probatur primo, pariformiter discurrendū est de vniōne materiæ, & formæ, ac de vniōne humanitatis ad Verbū, iuxta illud S. Athanasij: *Sicut anima rationalis, & caro unus est homo; ita De⁹, & homo unus est Christus.* sed in humilitate ponitur modus vniōnis substantialis supernaturalis, quo actu vniōnatur Verbo, vt videtur suppone re S. Th. 3. p. q. 2. ar. 12. ad 3. allērēs, quod conuenit toti Trinitati esse actuum principiū gratiæ vniōnis. & non loquitur immediate de relatione, quia ad relationem non terminatur perse actio, vt ait ad intentū S. Th. in 3. dist. 2. q. 2. ar. 2. q. 3. nec loquitur de actione, sed de eius effectu: ergo pariter materia, & forma modo substantiali vniuntur. *Quod videtur indicare S. Th. 1. p. q. 29. ar. 1. ad 5. dicens, quod anima separata reinet naturā unibilitatis.* Quod, & docet q. 76. art. 1. ad 6. ac proinde actu vniōni est aliquid separabile à forma.

6 Clarius fauet in 4. sententiarū dist. 11. q. 3. art. 4. q. 3. vbi docet cōtradictionē implicare, quod anima Christi eslet corpori suo vniata in Sacramento, cum per mortē eslet separata extra Sacramentū; quia esse vnitam sicut formā pertinet ad dispositionem inieriorē; unde inerabilitate se quereatur duo cōtradicitoria esse simul. Ex quo sic arguitur: forma vniata differt

## § 2. Probabile est dari modum vniōnis.

115

Sert à forma separata per aliquid intrinsecum ipsam substantialiter alter afficiens ita ut contradictionē implicit habere vniōnem, & care-re vniōne substantiali; etiam si vnu conueniat secundum esse naturale, & aliud secundum esse Sacramen-tale, vt docet S. Thomas: sed hoc totum es̄t aperte falsum, si vno supra entitatem formæ, & materiæ s̄elas adderet conditiones extrinsecas; quia extrinseca variari possunt absque contradictione, si quædani conueniant secundum esse naturale, & extrinseca secundum esse sa-cramentale: vnde concedit ibi S. Thom. quod Deus bene poterat facere, quod anima Christi à corpore separata iaceente in sepulchro, es̄t in loco ubi erat cor pus Christi sub Sacramento: ergo vno substantialis est aliquid nouunimo dale substantialie variās interiorem statum formæ, & materiæ.

7 Tertio probatur: vbi est noua actio substancialis factiua, debet esse nouus terminus substancialis de no-uo productus: sed actio generatiua hominiis est noua actio factiua sub-stancialis: ergo debet habere nouū terminum. Sed non materiam; quia hæc supponitur à Deo creata, & est ingenerabilis: non formā, quia ani-ma rationalis à solo Deo creatur; & est de fide, quod non traducitur vir-tute seminis: ergo generatio homi-nis producit modum substancialiem vniōnis, & sic vniōne materiæ cum forma, fit, & generatur homo ab homine.

8 Dices maiore esse falsam: quia multæ actiones non habet aliquid operatum, vel productum, vt ex-

Phylosop. 1. Eth. & 9. Metaph. no-tat S. Thom. quæst. 2. de Potentia art. 2.

Sed contra: nam in maiori nō lo-quimur de qualibet actione; sed de practica factiua, vel vnitia: qualis est generatio substancialis: ergo, ad huc admittit doctrina solutionis, nō euacuatur vis nostræ rationis. Pa-tet consequentia, quia solutio di-uerit ad actiones speculatiuas, & ratio procedebat de practicis vnitiiuis, & factiuis.

9 Iterum dices, maiorem esse ve-ram de termino totali; non tamen esse veram de termino formalí, aut partiali: quia sine vlla productione partium solet consurgere nouus effectus totalis, vt ex Phylosopho, & S. Thom. lib. 7. Metaph. lect. 8. litter. f. conitat; & manifesta expe-riencia in operibus artium, quia aliter disponendo partes præexisten-tes solet consurgere effectus; qui dī-catur nouus simpliciter.

Hac solutione videtur argumen-tum vitæ resumere; quia in illo nō intēditur, quod producatur aliqua partium; sed quod producatur illarum substancialis vno, qua ipse par tes alium statum, seu substancialiem dispositionem habeant: sed in arti-ficialibus non est nouus effectus, nī si partes de nouo intrinsece aliter disponantur, & aptentur: ergo nec in naturalibus potest esse nouus effectus substancialis sine productio-ne noui modi substancialis, quo par tes, quæ ab isto non causabantur, dicantur de nouo causari, si non quoad entitatē, saltē, quoad vniō-nē: vel nihil substancialie erit nouū.

10 Explicatur vis rationis prædictæ ex D. Tho. q. 3. de Potentia art. 9. ad sextum, & ad 19. dicente, quod licet generans hominem non sit causa ipsius formæ, quia à solo Deo creatur anima rationalis; tamē est causa unio nisi talis forma ad materiæ: quod omnes tenentur admittere, quia non est aliud modus, quo verificetur, quod homo generat hominem substantialiter; cum non faciat nec materiam, nec formam: ergo in homine est substantialis unio ab homine facta, & sunt materia, & forma à Deo productæ: ergo unio substantialis realiter modaliter differt à materia, & forma.

## §. III.

*Aliaratio communis ponderatur ad idem.*

11 **V**ltimo probatur: unio substantialis est aliquid realiter separabile à materia, & forma: ergo unio substantialis realiter distinguitur, saltē modaliter, à materia, & forma. Consequentia est euīdēs, quia, quæ realiter separantur, nō possunt non realiter distingui; quia plus est realiter separari, quā realiter distinguiri. Antecedens vero euīdēs videtur in morte hominis, in qua manet materia, & perseverat anima rationalis, quæ est hominis forma, quæ est immortalis: & tamē destruitur unio per mortem, quia mors est separatio animæ à corpore: ergo unio substantialis est aliquid realiter distinctum à materia, & forma.

12 Dices probare argumentum; quod unio materiæ, & formæ exigit aliquid aliud quā ipsa rū entitatē; non tamen hoc debere esse aliquid ipsis intrinsecum; sed sufficere aliquid extrinsecum: quo posito, actus, & potentia seip̄is vniuntur.

Sed cōtra: realiter intrinsecæ materia, & forma post mortē hominis non sunt vnitæ; & antea erant vnitæ intrinsecæ: ergo per aliquid intrinsecum superadditū. Patet consequentia: quia transitus de carētia huius prædicati intrinseci, quod est esse vnitum, ad nō esse vnitū, per unione intrinsecam fit.

Secundo: per reunionem, quæ fiet in resurrectione, vel acquirēthæ partes aliquid substantiale intrinsecum, quod per mortem nō habent? Vel nihil accipient de novo? Si hoc secundū: ergo sicut modo partes non sunt homo, ita nec posse a constituent hominem. Si vero primum dicatur, habetur intentum, quod unio est modus substantialis distinctus ab extremis.

13 Respondebis secundo, unionem differre ab unoquoque extremitate sigillatim; non tamen ab utroque simul.

Minus tamen valet hæc solutio, quam præcedēs: quia simultas, vel est coexistētia in eodem tempore; vel indistinctiæ in eodem loco: sed neutra sufficit: & alia non datur: ergo simultas extermorum sine modo unione non sufficit. Minor quo ad primam partem probatione nō eget, quia nunc existit anima Diuī Petri, & existit in rerum natura eius materia: & tamen non datur substantia.

Substantialis vniō; quæ erit in resurrectione vitiā; ergo coexistētia partium non sufficit ad substantiam vniōnem. Quoad secundā vero probatur, quia similitas localis est aliquid accidentale, & conueniens media quantitate: nunc autē loqui. nur de vniōne substantiali, quæ est terminus actionis substantialis; & quæ perseverare possit quantum sublata. Deinde, cū diuinitus dico corpora sunt in eodem loco, materiæ, & formæ penetrantur quoad locum; & inter se nō vniuntur substantialiter: non ergo sufficit indistinctia localis materiæ, & formæ ad vniōnem substancialē. Quod autem alia similitas nō reperiatur, patet: quia hucusque à nullo est explicata.

14 Occurrit, facile hāc similitatē explicari, dicendo cōsistere in hoc, quod forma sit actus materiæ, seu eam informet, quia vt ait S. Th. q. 3. de Ver. art. 3. & q. 27. art. 3. ad 25. Primus actus forma est materia informatio. & quia forma per seipsum informat, per seipsum vnitur: & vniō cōsistit in hoc, quod forma sit in materia, & quod materia eam sustentet.

Sed nechac via videtur euadi argumenti difficultas, quia informatio actualis potest à materia, & à forma separari, & similiter tolli potest à materia actuale exercitiū substantiendi formam: ergo actus informati est aliquid distinctum à forma, & actu materializare erit aliquid distinctū à materia: ergo etiā si vniō consistat in actuali informatione formæ, erit aliquid substancialē ab ipsa forma, & materia distin-

ctum. Antecedēs patet, quia anima separata non est in materia, nec ēa informat: nec materia actu suscitat eam: ergo ab utraque tollitur exercitium informandi, & materializandi.

15 Adhuc quarto respōdebis, negar in non posse, ad vniōnem actualē exigi aliquid aliud præter extrema: hoc tamen erit ex parte efficientis, actio vnitii, & ex parte extremitorum, ipsorum applicatio, & his conditionibus stantibus, implicat materiam, & formam non vniā: & ita solū sequitur, quod de cōnotato, vel permodum conditionis, aut applicationis, vniō distinguatur ab extremis; non tamē qualis ratio formalis vniendi.

Contra arguitur primo: quia effectus formalis intrinsecus in actu debet habere formā, aut quasi formam, & causam intrinsecā in actu; vt patet: sed materiam, & formam actu vniā, est effectus formalis nouius in actu: ergo debet habere causam formalem intrinsecam in actu. Sed vnitii vt vnitum est, non est alia forma nisi vniō: ergo vnitii substantialiter forma est vniō substancialis intrinseca.

16 Secundo: actio vnitua, & applicativa, vel relinquit partes vt erant antea; vel immutat vt vniat. Si primum: eas non vnit substancialiter, quia antea vnitæ non erant, & relinquit vt erat. Si secundum: vel immutat accidentaliter; vel substancialiter: primum non sufficit ad vniōnem substancialē, quia vniō substancialis non fit medio accidente: immutatio substancialis est forma.

liter medio modo substantiali: ergo necessarius est modus substantialis, ut materia, & forma vniatur in actu secundo.

17 Ultima solutio est, quod actio ne vniuia, & passione, quæ ex illa infertur, materia patitur, inquitum trahitur ad idem esse formæ: & ista illi dat esse: vnde fundamentum relationis vniuersitatis, si loquamur in fieri, est actio vniuia; si loquamur in facto esse, est passio, vel immutatio passiuæ extremerū; quæ sic immutata, seipsis vniuntur.

Multa posint obijci contrahac solutioneni. Primo, quia videtur incidere in sententiam Recentiorum quorundam dicetum, quod vnius non distinguitur realiter à passione: ac per consequens receditur à principali sententia, quia passio absque dubio realiter differt à materia, & forma, sicut accidens differt à substâlia. Probatur sequela: nam vnius fundamentalis, de qua modo loquimur, est fundamentum relationis vniuersitatis in facto esse: ergo si relatio fundatur in passione, sequitur, quod vnius fundamentalis non differt à passione.

18 Secundo: passio transit cum mutatione: fundamentum relationis permanentis, qualis est vnius, debet durare quandiu totum durat: ergo passio, vel mutatio passiuæ non est fundamentum vniuersitatis.

Vltimo, semper vrget argumentum, quia passio est aliquid accidentiale; vnius vero actualis substantialis est nouum quid intrinsecum substantiale: non ergo negari potest modus vniuersitatis substantialis.

## 5. IIII.

*Vera sententia, quod modus substantialis non datur.*

19 **N**ihilominus dico secundo, probabilius est (& mihi verum, & de mente S. Tho.) materiam, & formam seipsis immediatè vniuersi absque ullo modo substantiali. Ita sumitur ex Phylosoph. & S. Tho. 8. Metaph. lect. 5. litt. i. in fine: & ex ipso S. Tho. lib. 2. contrag. vbi capite septuagesimo primo, ait: *Forma vniuersi materie absque omni medio: per se enim competit forma, quod sit actus corporis, & non per aliquid aliud: vnde nec est aliquid, unum faciens ex materia, & forma, nisi agens, quod potentiam reducit ad actum, ut probat Aristot. in 8. Metaph. nā materia, & forma habent se ut potentia, & actus.* Vbi Phylosoph. & S. Tho. non solum conclusionem decent, sed & eam ex professo probant.

Respondent, quod solum excludunt aliquam rem, quæ mediet inter materiam, & formam, quæ sit pars substâlia, aut accidens aliquid; non tamen volunt excludere modum mediante solum ut *quo*, & ut ratio vniendi.

20 Huic solutioni obstat, primo argumentum, negatiuum quidem, sed iuxta subiectâ materiam efficax: nā Phylos. & S. Tho. ex professo disputationes qualiter partes tam distates vniuantur; satis arbitrantur respondisse dicendo, quod se habet ut potentia, & actus; & nullibi mentione fecerunt modis substantialis: ergo illum non iudicarunt necessarium, vel insufficienter motæ quæst. respôderunt.

Obstat.

Obstat secūdo, quod id quod mediat ut quo aliquod medium est; sed vniuersalissime ait S.Tho. quod vniuntur absque omni medio: ergo etiā absq; medio ut quo: vnde in 3.dist. 2.q.2.art.2.q.1. & 3. vniuersalissime ait, quod inter materiam, & formam nihil cedit medium: ergo nec modus mediat; quia modus aliquid est. De quo videatur S.Tho. 1.p.q.76.art.7. & 8. & 1.2.q.110.art.1. ad 2.

Obstat tertio: nam vniiri permiodū, est vniiri aliquo quasi ligamēto, & vinculo; sed docet S.Tho. q.vni ca de Anima art.9. Formam secundū seipsum vniiri materia prima, & non per aliud aliquod ligamentum: ergo vniūntur sine modo vniōnis, sed seip̄sis.

21 Præterea probatur: nā magis distant natura humana, & persona diuina; quam distent materia, & forma; quia hic nō ēst distātia infinita, sicut ibi: sed natura humana imme diatē vniūntur personæ diuinæ absq; modo vniōnis, sola interueniente actione Dei vnitius, & passiuā depē dentia naturæ assumptæ ad assumē tē, qua natura humana trahitur ad subsistentiā diuinam, & fundat relationē vniōnis, vt patet ex D.Th.3. p.q.2.artic.7. & seqq. Vnde in 3.ad Anib.dist.5.art.3. ait: *Vnio tripliciter potest accipi: uno modo prout unio id est quod vnitio: & sic idem est, quod diuina essentia (quia Dei actio est Dei substā tia.) Actio modo ut unio est passio: & sic est quedam naturæ assumptionis dependentia ad assumētēm. Tertio modo, & propriè vnio est relatio cōsequens huiusmodi actio nem: & sic est quedam comparatio, vel habitus lo unitorum.* Ergo pariter fundamētū relationis vniōnis inter

materiam, & formā non ēst modus substātialis, sed actio vnitius, & passiuā immutatio, & dependentia. Et hoc modo vniōnem Verbi incarna ti explicuit S.Bonav.in 3.dist.1. q.1. & dist.3.q.2.in fine, & alij Antiqui Theologī, & Caiet.3.p.q.2. sc.7. & 8. & ibi Thomistæ, & alij Theologī, quōs nouissimē refert, & sequitur M. Fr. Gregorius Cipullus dub.2.n.3.dicēs, ex p̄fessam S.Thomā: ergo pariter, vnio inter materiam, & formā explicari potest sine modo vniōnis, vt etiam explicuerunt P. Valentia ibi, & PP. Conimb.1.Phy sic.c.9.q.11.art.2. *s. si quis verò, quicquid Recentiores reluctentur.*

22 A priori vnicum tantū mediū est ad probandum, quod no detur modus substātialis; ex illa propositione perse nota, quod entia, & modi non sunt multiplicanda sine necessitate: eoquod frustra fit per plura, quod potest fieri per pauciora: & quia si vrgens motiuū ponendi modum interiectū non affer tur, eadem facilitate qua alij affir māt, nos negare possumus. Sed nūl la est necessitas modis substātialis, quo nectantur in actu secundo ma teria, & forma substātialis: ergo fru stra ponitur. Probatur minor ratio ne S.Tho. Materia, & forma se ha bēnt ut potentia, & actus: sed potē tia passiuā per seip̄sam suscipit, & forma, & actus per seip̄sam actuat: ergo seip̄sis vniuntur. Patet conse quentia: nam eoip̄so quod forma actuet, & materia actuetur, sunt v nitæ, & constituant totum.

23 Respondebis, non esse de esse tia formæ actuare, & informare in

actu secundo, nec de essentia materiæ recipere in actu secundo: cū videamus dari vtrunque partem in rerū natura sine actuali receptione, & informatione: ac per consequēs exigetur modus vniōnis, vt cōplementum actualitatis formæ, & materia potentialitatis.

Sed contra: nā materia in ratione potentiae est quo potentialior intelligi nequit: eoquod est pura potentia: & forma in ratione actus nequit intelligi actualior, vt in actu secundo existit: & est actus materiæ, inquātū ambae partes cōmunicant in eodem esse: ergo frustra ponitur modus vt complementum materiæ, & formæ.

24 Secundo, aut hoc cōplemētū est in linea essentiæ, aut in linea existentiæ. Sed in neutral linea exigitur modus vniōnis, vt cōplemētū materia, & formæ: ergo ad hoc nō exigitur. Minor quoad primā partem probatur: nam essentia physica hominis cōpleta est physicè per hoc, quod cōsitet ex anima, & corpore: iuxta illud Athanasij: *Sicut anima rationalis, & caro unus est homo; ita Deus, & homo unus est Christus.* Et quodlibet totum physicū essentialiter est cōpletū, per hoc quod cōsitet ex materia, & forma. In linea autem actualitatis, & existendi, existentia est actualitas vltima: ergo alia actualitas, & complemētum nō exigitur.

25 Tertio, subsistentia vnitur im mediata propria natura absq; modo substantiali interueniente: alioquin non solum inter materiam, & formam; sed etiam inter naturam, & personam propriam; inter essen-

tiam, & existentiam, erit necessari⁹ modus substantialis vniōnis: quæ est incredibilis, & minimè necessaria mōdorum multiplicatio. Ergo pariter materia, & forma seip̄sis im mediata vniuntur. Probatur cōsequētia: nā idē ibi non est necessaria modus, quia terminus per seip̄sum terminat, & actualitas vltima per seip̄sam facit rem esse extra causas: sed pariter forma per seip̄sa informat, & actuat: ergo per seip̄sam vniuit.

26 Alia via explicatur, & vrgetur vis rationis prædictæ: nā eo ipso quod materia, & forma subdantur actioni agentis vniuentis, à quo profluit passiva trāsimutatio, & dependentia media passione, quā actio infert, etiam secluso omni alio substantiali modo, intelliguntur materia, & forma vnitæ in actu secundo; ergo superfluit modus ille interiectus, quo neclantur materia, & forma. Probatur antecedens: materia & forma seip̄sis exercent officium partii, quia sunt partes intrinsecæ: posita actione agētis, & passiva trāmutatione nihil illis deest, vt in actu secundo causalitates propriæ sint in actu: ergo seip̄sis, his conditionibus stantibus, vniuntur.

27 Cōfirmatur: nam partes integrales materia, & formæ corporalis intra lineam substatiæ faciūt cōpositionem, & vniōne sine additione indivisiibilium, aut mōdorū; sed inquantum sunt in potentia ad vñā existentiam totius, in qua cōmunicant, vt diximus lib. 2. Logi. q. 13. n. 11. & n. 37. ergo multo melius materia, & forma, quæ se habent ut actus,

## §. 5. Soluuntur argumenta.

121

**a**ctus, & potentia, seipsis vniuntur: quia etiam comunicat in existētia, & subsistētia vna totius, quæ ex cōiunctione materiæ, & formæ resul-tat: quia ista est actus naturæ cōplete; & ita vt *quoniam* illæ partes vniūntur seipsis: sed vt *in quo* vniuntur in vna existētia substantiali, quia, quæ tra-hūtut ad vnum esse totius, faciunt vnu perse, iuxta S. Th. 3. p. q. 2. art. 6. ad 2.

§. V.

### *Argumenta soluuntur.*

**28** **I**n hac parte hæc est potissima probatio, argumentorū solu-tio; quia modū istum adstruentibꝫ incumbit eius indigentiam proba-re: & negantes alia non egent pro-batione, quam ostendere eius indi-gentiā non cōuinci, & ita sine cau-sa introduci. ¶ Ad primū negatur minor propter adducta n. 21. Inō addo, mihi certius esse in mysterio Incarnationis non interuenire mo-dū substancialē: adhuc si admittatur inter materiam, & formam, vt no-tat M. Nazar. 3. p. q. 2. art. 8. cōtr. 3. quia Verbum gerit manus termini, & personalitatis, quæ nō vnitur me-dio alio modo superaddito: & ter-minare nō est causare. Et denique, quia sicut ex parte Dei ponitur v-nio sine modo Deo addito; ita pari-ter ex parte humanitatis: quamuis ista realiter dependeat ab actione vniante, & à passione illata, & in illa sit realis relatio, quæ in Deo est sola relatio rationis; quia Deus est act<sup>2</sup> purus, & immutabilis: Deus au-tem causat gratiam vniōnis, quia

causat terminum totalem, cū Ver-bum caro factum est, vt latius Theolo-gi.

**29** Ad Authoritates S. Thomæ fatemur, actu vniiri accidere ani-mæ, quia esse sub actione vniuita, & immutari, vt suum esse communi-cet materiæ, non semper sibi cō-uenit: ex quo sequitur vniōne exi-gere extrema, & alias causas, & cō-diciones extrinsecas; non tamen quod intrinsecè fiat modo substan-tiali superaddito.

**30** Ad secundum respondetur certissimum esse, id quod docet S. Thomas, quod anima separata, & anima corpori vniita habet aliūm interiorem statum, seu dispositio-nem; ad hoc tamen non requiritur superadditio modi; sed actio noua agentis, ex qua per passionem ipsa mutatur, & trahitur, vt esse suum. communi-cet materiæ: quod sine modo superaddito potest intelli-gi: nam de essentia animæ est, quod in præsentia materiæ, & sub actio-ne vniuita, & taliter immutata per seipsum informer, & actuet mate-riam, & constituat totum. Vnde videmus, quod anima humana pue-ri quotidiē extenditur ad informā-das nouas partes materiæ; quamvis nil actualitatis, & formæ ani-mæ superaddatur; sed sola apposi-tio materiæ, & actio vniensis de-nouo.

**31** Ad tertium respōdetur, ambas solutiones ibi relatas esse simu-leras. Si tamen argumentum propo-natur de sola actione practica, dici-mus sep̄ fieri terminum totalem, quin fiant partes, nec fiat modus

sub-

substantialis, sed sola variatione accidentalí extremitatum: & in nostro casu, licet transmutari accidat materia, & forma; tamen de essentia earum est, quod in isto statu materia per seipsum recipiat, & forma per seipsum actuet, & vniatur.

Et per hęc patet ad primā replicam ultimae solutionis: quainuis sit disparitas, quod formæ, quæ inducuntur ab arte, sunt accidentia; & formæ, quæ inducuntur à natura, sunt quandoque substantiales.

32 Ad secundam replicam dicimus, ibi omitti verba sequentia S. Thom. in quibus solutio ipsa indicatur: integra ergo solutio S. Tho. est illis verbis: sufficit, quod generans sit causa vnionis talis formæ ad materiam, per hoc quod disponit materiam ad formam; nec oportet quod sit causa ipsius formæ. Non ergo agnoscit S. Thomas entitatē modalem vnionis animæ humanae a generante causatam effectiue; sed solum dicitur causare vniōnem, in quantum præparat, & disponit ultimo materiam ad hoc vt Deus infundat formam: quod expresse docet S. Thom. i. p. q. 118. art. 2. ad 4. vbi videndus Caietanus subtiliter hoc exponens, quod generatio debet habere terminum formalem quoad inesse attractum à generante; licet quoad suum esse terminet creationem, & non generationem.

33 Ad ultimum dicitur, quod ferre in omnibus illis solutionibus tāgitur aliquid requisitum ad vniōnem; quamvis non omnia, de quibus in illis sit mentio, & que perse, & intrinsece requirantur. Dicimus ergo, quod ad vniōnem exiguntur

extrema essentialiter, ut partes essentiæ totius, iuxta S. Thomam in 1. dist. 29. art. 1. Requirūtur causa efficiens, & finalis, quia causæ ad inuicem sunt causæ, & nullus effectus eit nisi à quatuor causis. Insuper exigitur in distantia partium, quia sub uno esse adunari non posunt, si partes sunt separatae. Denique exigitur passiva transmutatione, quia nisi alterentur, & moueantur, remanebunt ut erat ante vniōnem. His omnibus concurrentibus, materia, & forma seip- sis vniuntur, & communicant in eo dē esse, & hinc cōsurgit relatio, & denominatio vniōrum. Nec mirū esse debet, quod omnia hæc adynionem concurrant: quia adhuc admisso modo vniōnis, disolutur compositum separatione extremitatum, vel indistantia, vel effectu causæ conseruantis; & semel separatis extremitis, uno nouo non est sine causa agente, & passione, & alteratione extremitatum. Sed discrimen inter nostram, & oppositam sententiam est, quod nos in materia, & forma agnoscimus sufficiens complementum, ut positis ipsis cōcausis, & conditionibus extrinsecis, & intrinsecis, seipsis nestantur: alij vero recurrent ad modum, & nexum superadditentem complementum actualitatis: quod neutquam appetit necessarium.

Ad replicas contra primam solutionem dicitur, requiri aliquid intrinsecum per modum conditionis, ut partes suum officium exerceant; non per modum rationis formalis actus, & potētiae: nam ista se ipmis vniuntur.

34 Ad replicas contra secundam, dictum ibi est, quod hæc simultas non est sola coexistentia, nec sola indistinctio (quamvis ambae istæ conditiones indispensabiliter exigantur) sed est informatio ex parte forma, & ex parte materiae potentia- litas, & suscepit actus: & hæc duo quoad essentialia non differunt à materia, & forma, nec ab eis potest auferri. Quod ergo tollitur, vel est aliud extrellum, vel alia concausa, vel alia conditio intrinseca, vel extrinseca: & compositio, & unitio, ad cuius consistentiam tot ingrediuntur, potest disoluiri illorum absentia, vel corruptione. Et sic quarta solutio bene satisfacit replicis ibi antea obiectis.

35 Ad primam replicam contra quartam, respondeatur concedendo primam consequentiam. Ad id quod subsumitur dicitur, quod unitio fundamētalis intrinseca causa, non est alia nisi materia, & forma, actus, & potentia; conditiones vero sunt indistinctio extre- morum, actio, & passio, & his positi- tis, per se unitur, & communicat in eodem esse materia, & forma: unitio vero formalis causa formulis est relatio equiparantia.

36 Ad secundam replicam dicitur, quod actione unitua, & passiu- na transmutatione partes intrinsece mutantur medio accidentali in fieri, sed per seiphas manet unitæ, quia per se coaptantur substancialiter: & non est nouum quod aliquo accidente posito, entitates substanciales aliter substancialiter se ha- beant, quia substantia agit, & pati-

tur medijs accidentibus. Vide si- cut ipsi ponunt, quod unitio est quid modale, & unit non modaliter, sed substancialiter, quia unitur in substancialitate; ita nos dicimus, quod par- tes substanciales variatæ medijs ac- cidentibus, unitur substancialiter, quia trahuntur ad idem esse. Et iuxta hoc acceptamus ultimam so- lutionem.

37 Prima replica contra ultimam solutionem facile soluitur aduerte- do, quod illa opinio aspergit, ipsam passionem accidentalem esse modum unitiois; nos vero solum dici- mus, quod forma, & materia seip- sis unitur; licet dependenter ab unitio ut à conditione, vel ut ab aliquo prærequisito, ut consurgat relatio unitiois: quæ constat diuer- sa esse. Vel si in hoc sensu illi lo- quantur, à nostra sententia non re- cedunt.

38 Ad secundam dicimus, quod quando effectus dependet non so- lumen fieri, sed in conseruari à cau- sa, semper manet passiva depen- dentia; & sic contingit in mysterio Incarnationis: Nam humanitas nō solum quoad uniti, sed quoad conser- uari dependet ab actione Dei; & ideo semper perseverat passiva dependentia, in qua fundatur rela- tio unitiois. Quando vero effectus dependet à causa agente, vel unitate solum fieri, tunc est passio, cu- adest actio; sed relatio, vel funda- tur in re, quæ patitur, vel in deter- minatione, quam relinquit; sicut fi- gura sigilli perseverat, quamvis cau- sa imprimens sit destructa. Iam etiā explicuimus qualiter medijs acci- den-

dentibus partes substanciales possunt habere nouum statum substancialis.

39 Quod si nostra argumenta, in fauorem primæ conclusionis volueris soluere, consule quæ scripsimus 2.p. Metaph. controu. 5. art. 3.

§. 5. quæ nunc non prosequimur, ne nouitij confundatur; & quia secundam conclusionem veram reputamus; quare difficultates ex priori sententia consurgentes, videlicet de unitate, & subiecto modi unionis, illius sententiæ authores disputent.

40 Solum aduerte aliquos existimare, quod unio solum est conditio ad totum constituendum. Quæ sententia tribuitur Scoto in 3. diit. 2. q. 2. quæ cū alijs nouissime citat, & sequitur Ioannes Poncius Scotista disp. 35. q. 2. eo quod unio est respectus extrinsecus adueniens; qui non potest esse de essentia substantiæ. ¶ Alij tamen frequenter hoc reiciunt: nam totum est unitum, & hoc concretum essentialiter includit unionem, sicut album albedinem. ¶ Distinctione tamen opus est iuxta dicta §. 1. de unione fundamentali, & formalis: & de ista fatedum; non esse de essentia rerum, quæ vniuntur, nisi accipiantur reduplicatiæ ut unita: securus vero loquendo de unione, quæ ab antiquis vocatur fundametalis, & de qua processit præcipue hæc quæstio.



## QVAESTIO XV.

*De composito substanciali, utrum  
dissanguatur à suis parti-  
bus unitis?*

1 HAE sola quæstio videtur desiderari ad perfectam principiorum notitiam. Supponimus autem ex dictis lib. 2. Dialecticæ c. 4. n. 7. varias acceptiones totius: nunc enim directe solum disputamus de toto per se substanciali phisico, quod constat ex materia, & forma unitis: quamuis ex dicendis de toto essentiali, facile pateat quid dicendum de toto integrali: & paucis mutatis, poterit applicari toto accidentalis; nam quoad præsens, pauca, vel nulla est differentia. Doctorum etiam sententias retulimus 2. p. Metaph. controu. 6. ar. 2. §. 1. quibus omissis.

### s. I.

#### Conclusio tenenda.

2 Dicendum est, omne totum, siue essentiale, siue integrale non distingui realiter à suis partibus; sed sola ratione. Hæc secunda pars manifesta est, quia multa attribuuntur toto, quæ de partibus non dicuntur: quod sine distinctione rationis ratiocinata nequit vérificari. ¶ In priori vero parte non negamus totum à suis partibus differre sicut includens ab inclusio: nam totum distinguitur realiter à qualibet parte, quia aliam includit: & si una significe-

# §. I. Totum non differt à partibus.

125

fitetur in recto, & aliæ in obliquo, etiam ab eis differt: nam totum dicit partes simul sumptas, & vnitas. Quod ergo ab eis realiter sic non differat, constat ex Phylosopho 4. Physic. text. 23. vbi numerans modos, quibus aliquid in aliquo dicitur esse, iuxta antiquam translatiōnem, sic ait: *Alio vero sicut totum in partibus; non enim præter partes est totū.* Vbi S. Thom. lect. 4. in principio, dicit: *Ad eius manifestationem subiungit, quod totum non est præter partes; & sic oportet ut intelligatur esse in partibus.* Idem docet S. Thomas lib. 4. Contrag. cap. 81. ad 2. & 1. 2. q. 13. art. 1. ad secundum, & prima parte quæstiōne 11. articulo 1. ad secūdū, & alibi sāpē.

3 Ratione què probatur primo: intellectis partibus simul sumptis, & vnitis substantialiter, etiam si nō adsit aliqua alia entitas, vel mod⁹, intelligitur constitui totum substātiale: ergo superflue, & sine fundamento ad constitutionem totius ponitur aliqua alia entitas. Probatur antecedens, eo ipso quod intelligentur partes vnitæ, iam non est entitas simplex; quia unio partium non compatitur cum simplicitate; nec est entitas partialis solum, quia hæc ingreditur compositum, & nō est quod resultat: ergo intelligitur substātiale compositum.

4 Secundo: totum per nullam entitatem differt à partibus vnitis: sed non potest dari realis distinctio nisi per aliquam realem entitatem: ergo totum non differt realiter à partibus. Probatur maior: quia illa entitas, vel est totū, vel est pars,

vel unio: si totum; ergo dātur duo tota, vnum quoddiffert, & aliud à quo differt: siquidem hec constat ex partibus. Si partes, vel unio; destruitur quæstio: quia procedit de distinctione à partibus, & vniōne simul. Alias rationes usque ad sex proponit Masius hic cap. 2. quæst. 2. præter alias, quas format M. Soto hic tota q. 3. & nos prosequuti sumus loco citato; quibus nihil occurrat addendum.

## §. II.

### Soluuntur argumenta.

5 **O**bijcies primo authoritatem Sancti Thomæ capite tertio, de Ente, & essentia, littera f. vbi assignat discriumen inter compositionem metaphysicam generis, & differentiæ, & compositionē physicam materiæ, & formæ; quod ex ista resultat tercia res; & ex illa soluuntur tertius conceptus: ergo sicut in compositione metaphysica est distinctio rationis penes novos conceptus formales; ita in cōpositione physica resultat totum realiter differens à suis partibus ex mente Sancti Thomæ; ut patet ex eius verbis, quæ talia sunt: *Ex corpore, & anima dicitur esse homo, sicut ex diabolo rebus quedam tercia res constituta, qua neutrā illarum est, homo enim nec est anima, nec corpus, sed si homo aliquo modo ex animali, & rationali dicatur esse, non erit sic utres tercia ex diabolo rebus; sed sicut intellectus tertius ex diabolo intellectus. Hæc ibi.*

Respon-

6 Respondeatur, quod ut ibi notat Caet. partes cōpositionis physicae differant realiter inter se; eo quod realiter differunt, & separantur, nō vt totū à parte, sed vt pars a cōparte: partes autem cōpositio-  
nis metaphysicæ implicitè significāt totū: vnde lib. I. Log. q. 19. §. 4. di-  
ximus, partes istas esse partes secun-  
dū quid, & specificatiue posse præ-  
dicari de toto, & partes definitio-  
nis perse prædicātur de definito. Sē-  
sus ergo D. Tho. est, quod totū phy-  
sicū realiter nō prædicatur de par-  
tibus; quia ab eis realiter differt, vt  
includens ab in cluso: at verò in cō-  
positione metaphysica, vel logica,  
est cōpositio per coceptus; & ideo  
nisi distinctio importetur in actu si-  
gnato, non impedit veritatē prædi-  
cationū. Ex quo neutiquā colligi-  
tur, quod totum realiter differat à  
partibus simul sumptis, & vnitis;  
quia expressè ait S. Tho. illo c. 81.  
lib. 4. cōtrag. quod *humanitas non est*  
*quædā forma cōsurgens ex cōiunctiōne for-*  
*me ad materiā, quasi realiter sūt alia ab*  
*viroque, &c.* Aliæ etiā authoritates,  
vel loquuntur de partibus nō simul  
sumptis, vel vniōne seclusa; veltā-  
tum intendunt explicare distinctio-  
nem rationis.

7 Obijcies secundo: omnis causa  
realiter distinguitur à suo effectu,  
quia nihil est causa sui; sed partes  
realiter causant totum, & consti-  
tuunt, & componunt: ergo realiter  
ab eo distinguuntur.

Omissis alijs solutionibus, solet  
respōderi distinguendo maiore, &  
cōcedendo de causis efficiētibus,  
& extrinsecis; & negādo de causis

intrinsecis, nempē, materia, & for-  
ma, quia istæ causant cōmunicādo  
seipſas. Ita Masius ad 4. Ioann. a S.  
Tho. q. 6. art. 2. ad 1. & de ea mētio  
nē fecerunt Scot. & Capre. ea im-  
pugnando in 3. dist. 2. art. 3. in fine.  
Et latè Ioan. Pōcius disp. 35.

8 Vlteriusquè nouissimè reicit  
M. Ortiz tract. 4. cōfer. 2. §. 2. quia  
causa intrinseca verè, & realiter  
causat; nā realiter cōponit totū, &  
illi realiter communicatur: sed id,  
quod realiter causat aliquid, debet  
ab illo realiter distingui, & cōpo-  
nēs realiter differt à cōposito: ergo  
causæ intrinsecæ realiter distinguū-  
tur à toto. Probatur consequētia,  
quia istæ partes realiter intrinsecè  
includuntur, & componunt, & cō-  
municantur toti; ergo realiter cau-  
sāt, & distinguūtūr à toto causato.

Addimus nos, illā maiore vniuer-  
saliter tradi à D. Tho. I. p. q. 33. art.  
1. ad 1. & q. 7. de Pot. art. 8. quia ni-  
hil est causa sui: & nihil realiter à se  
dependet.

9 Alia via respondet M. Sōcinas  
lib. 7. Metaph. q. 42. ad 4. & alij fre-  
quēter, negādo minorē: quod sic  
explicat Mafī ad 4. nā partes sumi  
possunt, vel vt vniūtūr ad constitu-  
tionē totius; vel vt sunt vnitē inter  
se: primo modo cōstituūt totū; se-  
cūdo verò nō cōstituūt, sed sunt ip-  
summet totū: & ita nec vt sic reali-  
ter causant, nec realiter differunt à  
toto.

10 Multi tamen non aduertunt  
hāc doctrinā, nō videri cōsonā Phy-  
losopho, & S. Thomæ 2. Phys. tex-  
tu 31. vbi dicitur, quod *partes sunt*  
*causatotius*: quod & affirmat S. Th.

1. p. q. 3. artic. 7. rat. 2. & 5. & lib. 3.  
sent. dist. 2. q. 2. artic. 1. q. 3. ad 5. di-  
cens: *Quānis partes sint priores toto, &*  
*causent totum. &c.* Rursus, quodlibet  
ens in actu realiter debet causari à  
quatuor causis, à quibus realiter de-  
pendet: ergo totius non solum de-  
bet assignari causæ extrinsecæ, sed  
etiam causæ intrinsecæ, nempe, ma-  
teria, & forma.

11 Tertiam aliam solutionē indi-  
cat M. Ioan. à S. Tho. vbi supra, &  
clarissim. q. 11. art. 1. in fin. docens to-  
tum cōpositum causari ab utraque  
parte, scilicet, materia, & forma v-  
nitatis; nō tamē proprie, & immedia-  
tè, sed dicitur totū resultare, & cō-  
sequi ex vi prioris causalitatis, qua  
materia communicatur formæ, &  
forma materiæ.

12 Instat tamen M. Ortiz vbi su-  
pra, primo: nam materia nō solum  
exercet suam causalitatē respectu  
formæ, & forma respectu materiæ;  
sed etiā utraque verè exercet suā cau-  
salitatē respectu totius, cū utraque cō-  
ponat utraque totū: ergo respectu to-  
tius debet assignari realis distin-  
ctio. ¶ Secundo, quia totū resultat  
ex partib⁹ per causationē realem,  
nō tāquam immediatè causatū, sed  
mediatè, ex priori causatione reali-  
tate partium inter se: ergo potiori iu-  
re distinguetur realiter à partibus  
causantibus. Probatur consequen-  
tia, quia si influxus realis immedia-  
tus argueret distinctionem realē,  
multo magis influxus realis media-  
tus: cum effectus mediatus remo-  
tior sit à causa, quam immediatus.

13 Respōdetur, quod quāvis re-  
late solutiones defensi biles sint, &

forte à nostra solū distinguātur in  
modo loquendi; tamen clarissimus nos  
respōdemus, concedēdo maiorem  
(quamvis illa distinctio admittat la-  
titudinē, quia causa efficiēs omni-  
no differt ab effectu: causæ verò in-  
trinsicæ differunt, vt pars à parte, &  
à toto, vt includens ab inclusō) &  
distinguo minorē; realiter causant  
totū in genere causæ materialis in-  
tegrantis, & cōponētis; concedo.  
In genere efficientis, vel in genere  
materiæ, ex qua educatur totū, ne-  
go. Licet autē efficiēs realiter dif-  
ferat ab effectu, & materia ex qua  
educitur forma, realiter differat ab  
illa; tamē materia cōpositionis, ex  
qua aliquid cōponitur, & integra-  
tur, differt à toto, vt includens ab  
inclusō, & vt inadæquatum ab ad-  
æquato; noui tamen alia maiori di-  
stinctione. Et in hoc sensu approba-  
mus ultimam solutionem.

14 Ad primam replicam dicim⁹,  
quod diuerso modo partes se cau-  
sant ad inuicem, ac causent totum:  
nam utrait S. Tho. 5. Metaph. lec. 2.  
lit. c. *Forma est causa materia inquantitate ei esse actū; materia verò forme, in-*  
*quantitate sufficiat ipsam: & ita ad inui-*  
*cē realiter differunt.* At verò respec-  
tu totius exercēt ambæ causalita-  
tē minus rigurosam, quia solū sunt  
causæ materialiter integrantes, &  
totū cōponētis: nō est autē neces-  
sarium, quod inadæquatè ingredi-  
tia compositionem à toto compo-  
sito realiter distinguantur.

15 Per quæ patet ad secundā re-  
plicam: negatur enim cōsequētia.  
Ad probationē dicitur fore effica-  
cem, si eodem rigore, quo materia  
causat

causat formam, ambæ partes simul sumptæ, & vnitæ cauſarent totū: quod non ita eſſe conſtat ex dictis, quia forma educitur ex potētia ma- teriæ, & iſta habet eſſe ab illa, quæ eam ſuſtēt: quæ omnia exigunt realem diſtincſionē ad inuicem. At verò ambæ ſimil respectu totiſ ſo- lumi dicuntur eius cauſa, inquantū materialiter ex eis integratur; quæ eſt cauſalitas minus riguroſa, & nō exigens realem diſtincſionē à cauſato.

16 Adhuc inſtabis: nam S. Thom. 1. p. q. 3. art. 7. rat. 4. ait, quod *omnes partes ſunt ſicut in potentia respectu totiſ*. Et rationem assignat q. 7. art. 3. ad 3. nam partes ſe habent in ratione materia, & ſubdit, quod *totum ſe ha- bet in ratione formæ*. ergo partes diſtin- guuntur realiter à toto. Probatur conſequētia, primo: nam id, quod realiter eſt in potentia ad aliud, rea- liter diſtinguitur ab illo: & ideo priori loco probat S. Tho. hoc nō habere locum in Deo, qui eſt actus purus: ergo ſi partes ſunt realiter in potentia ad totum, ab illo realiter diſtinguitur. Secundo, nam admis- ſimus formā realiter diſtinguitur à ma- teriæ: ergo ſi partes ſe habent in ratio- ne materiæ, realiter diſtinguitur à to- to; quod habet rationem formæ. Quod & docet S. Tho. lib. 2. Phys. lect. 5. lit. d. & lib. 5. Metaph. lect. 2.

Respondetur, quod non aſſerit S. Thom. quod partes ſunt riguroſa materia, & totum riguroſa forma, ſed quod ſe habent ad inſtar mate- riæ, quia non eſt materia eductio- nis, ſed materia ex qua integratur. Quod explicat S. Thom. 1. p. q. 65.

art. 2. docens, quod ex omnibus crea- turis conſtituitur totum uniuersum, ſicut totum ex partibus: manifeſtum eſt au- tē, quod vniuersum non eſt aliquid realiter diſtinctum à collectione creaturarum: ergo nec totum eſt aliquid diſtinctum à partibꝫ vnitis: vnde ibi ſubdit S. Thomas: *Partes enim ſunt quaſi materia totius*; vnde nō fine limitatione concedit illas eſſe materiam, & totum eſſe formā; ſed quaſi materiam.

17 Ad primam cōſequētia pro- bationem dicitur, quod vna pars realiter ſolet eſſe in potentia ad aliam; & ambæ in potentia ad exi- ſtentiam totius, quæ conſequitur ad vniōnem ſubſtantialem: iſſis au- tem poſitīs, nō eſt alia vltior po- tentialitas ad totū, niſi ratione ſin- gularum partium, vel ratione ra- tiocinata.

Ad ſecundam probationem iam diſtum eſt, analogicè accipi mate- riam, ſecundū quod dicitur de par- tibus integrantibꝫ essentialiter, vel quantitatū, & de materia ex qua educitur forma: & ideo non infer- tur eandem diſtincſionem exigere partes à toto, ac habet forma a ma- teria, ex qua educitur. Ethac de hac quæſtione, & libro primo.



# LIBER SECUNDVS PHYSI- CORVM ARISTOTELIS.

**N**ON desunt, qui existimantur, huic libro deesse præfationem, quā Philosophus proposuit lib. 2. Metaph. & ideo immediatè post illum hic erat constituendus, quia ibi cap. vlt. inquit Philosophus. Ideo primum perscrutandum quid est natura. Huius doctrinæ author est Alexander Aphrodiseus lib. 2. Metaph. Iacobus Sadoletus, & alij apud Massium hic.

2 Sed leui fundamento deseritur commune placitum Expositorū, qui omnes sentiunt nihil huic libro deesse, & propriissimè ad scientiam naturalem pertinere, ut ex contextu doctrinæ constat. Illis autem verbis ex 2. Metaphys. solet responderi, quod ibi accipitur natura pro essentia cuiuscumque rei: non vero ut est principium motus, & quietis: nam illo priori sensu est de consideratione Metaphysici, quāvis in posteriori sit de consideratione Physici.

3 Vera quidem doctrina, & expressa S. Thom. lib. 5. Metaph. lec. 5. in principio: ubi ait: naturæ consideratio, licet non videatur ad Primum Philosophum, sed magis ad Naturalem pertinere; ideo tamen hic hoc nomine natura distinguitur, quia natura secundum sui quandam acceptiōnē, de omni substātia dicitur, &c. tamē illi lib. 2. cōtextui

minimè quadrans; quia facile expōnitur à D. Tho. ibi lect. 5. quod intentū Philosophi ibi est ostendere, quod ille modus certissimus procedendi, qualis reperitur in Mathematicis, nō debet in omnibus scientijs queri: Et quia in scientia naturali non conuenit esse certissimus rationis modus; ideo in scientia naturali ac cognoscendum modus conuenienter illiscientiæ, primo perscrutandum est, quid sit natura: sic enim manifestum erit, de quibus sit scientia naturalis. Ex quo potius infertur, quod iste liber, in quo agitur de natura, sit præcipiūs scientiæ naturalis.

4 Intentū Philosophi. vt explanat S. Thom. lect. 1. & alij frequēter, est trahare de principijs huius doctrinæ, quia in 1. lib. determinauerat de principijs rerū naturaliū; hic determinat de principijs scientiæ naturalis, scilicet, de natura, & causis. Duiditur in totidē capita, ac primus liber.

## Summa capituli primi.

**D**eo principaliter præstat Philosophus in hoc capite: primo ostendit, quid sit natura: secundo explicat ea, quibus conuenit ratione naturæ. Ad inuestigandam naturæ definitionem statuit unam divisionem, & tres definitiones. Ditionis est, quod inter omnia entia, quædam esse dicimus à natura; quæda-

I vero

verò ab alijs causis, vt ab arte, vel à casu. Licet' esse à natura quælibet animalia, & partes ipsorum; & etiā pláticas, & corpora simplicia, vt elemēta: ab arte verò dicuntur esse, sicut lectus, & indumentū, & similia. Inter quæ hæc intercedit differentia: nam quæ sunt à natura vidētur in se habere principium alicui⁹ motus, & quietis, vel secundum locum; vel secundum augmentum, & decrementum; vel secundum alterationē: quæ verò sunt ab arte nullius mutationis principium habent in seipsis; nisi per accidens, in quantum accedit eis esse ferrea, vel lapidea: cultellus enim habet in se principium motus deorsum, non in quantum est cultellus, sed in quantum est ferreus.

6 Ex dictis concludit naturæ definitionē: *Natura est principium alicuius, & causa moti, & quietis in quo est primum perse, & non secundū accidens.* Secunda definitio, quæ est rerū naturalium, talis est: *Habent in naturā sunt illa, quæ habent in seipsis principium sui motus.* Tertio definit ea, quæ dicuntur secundū naturam, & dicit, quod secundum naturā esse dicuntur, tam subiecta, quorū ē se est à natura; quam etiam accidentia, quæ in eis insunt causata ab huiusmodi principio; sicut ferri fūrsū est causatum à natura.

7 In secunda parte in primis ostendit, quod naturā dicitur de materia, quæ subiectur vnicuique rei naturali habenti in se principium motus, vel cuiuscumque mutationis. Deinde ostendit, quod natura dicitur de forma, quia secundum formam sumitur ratio definitiā rei,

Compositum autē non est ipsa natura; sed est aliquid à natura, quia natura habet rationē principij: cōpositum autem habet rationē principiati: vnde forma est magis natura, quam materia, quia vnumquod quæ magis dicitur secundum quod est actu, quam secundum quod est in potentia.

### Summa capitis secundi.

8 IN hoc capite intendit Phylosophus ostendere, de quibus considerat Scientia Naturalis; & duo facit: primo explicat, in quo differat Mathematicus à Philosopho naturali; quod fuit necessarium expōre, quia cum tractent de eisdem fere reb⁹, posset aliquis existimare esse eandem scientiam. Secundo ostendit ad quæ se extendat cōsideratio Scientiæ Naturalis.

9 Circa primū docet, quod Mathematicus, & Naturalis determinant de eisdem, scilicet, punctis, lineis, & superficiebus, & būiusmodi; sed non eodem modo: quia Mathematicus non determinat de eis in quantum sunt termini corporis naturalis, per quem modum de eis considerat Scientia Naturalis: vnde Mathematica dicitur abstrahere à materia sensibili, & naturali, quia abstrahit à motu, & à materia: & ideo etiam definiuntur sine motu, & materia: sed in intellectu, & definitione specierum naturalium includitur materia sensibilis, sed non materia individualis.

10 In secunda parte ostendit Philosophus, quod ad naturalem pertinet

ritinet considerare formam, & materiam: quia debet considerare de natura, & natura est tam forma, quam materia. Deinde, quia ars imitatur naturam: eiusdem autem artis est cognoscere materiam, & formam, ut inductione patet: ergo eiusdem scientiae Naturalis est cognoscere tam materiam, quam formam. Rursum, quia eiusdem scientiae est considerare finem, & ea quae sunt ad finem: forma autem est finis materiae; & ideo utraque est de consideratione huius scientiae, quia correlatione dicuntur.

11 Concludit, quod Naturalis non considerat de forma inquantum est forma, sed in quantum est in materia. Unde usque ad animam rationalem se extendit consideratio Naturalis, quae est de formis: de formis autem totaliter separatis a materia pertinet ad Physiologum primum, seu Metaphiticum determinare.

### Summa capit is tertij.

12 A isto capite incipit secunda pars principalis huius libri, in qua tractatur de causis naturali mutationum. Et hic determinat species, & modos causarum. De speciebus ait, quod uno modo dicitur causa, ex quo sit aliquid cum insit; sicut etes dicitur causa statuæ. Secundo modo dicitur causa species, & exemplum, in quantum est ratio quidditativa rei, per quod scimus de unoquoque quid est. Alio modo dicitur causa, a quo est principium motus, vel quietis. Denique cau-

sa dicitur finis; cuius causa aliquid fit.

13 Ex quo tria infert. Primum, quod contingit unius, & eiusdem esse multas causas per se, & non per accidens: & inde est, quod alicuius unius rei assignantur plures definitiones secundum diuersas causas: sed perfecta definitio omnes causas complectitur. Secundum est, quod quedam sibi inuicem sunt causæ secundum diuersam speciem causæ. Tertium est, quod idem est causa contrariorum quandoque, sicut per suam presentiam gubernator est causa salutis nauis: per absentiam autem suam causâ est submersionis eius.

14 Modos autem causarum distinguunt secundum quatuor divisiones. Prima divisione, vel combinatio modorum est, quod in eadem specie causa dicitur una causa prior altera, seu universalior; & alia causa propria, & posterior. Secunda divisione, praeter causas per se, accipi possunt causæ per accidens. In causis autem per accidens, quedam sunt propinquiores causis per se, & quedam magis remotæ. Tertia divisione est, quedam dicuntur causæ in potentia, sicut potentes operari; quedam vero sicut operantes in actu. Quarta divisione est, quia quandoque complexe accipiuntur causæ per se, cum causis per accidens; quandoque fine complexione. Cum autem quilibet horum dividatur per potentiam, & actum, fiunt omnes modi duodecim.

## Summa capitinis quarti.

**15** **H**ic determinat Phylosophus de quibusdam modis immaterialibus causarum, scilicet, de fortuna, & casu: computantur enim inter causas, cum multa dicatur fieri, vel esse etiam propter fortunam, & casum. Et in hoc capite ponit tres opiniones Antiquorum. Quidā negauerunt fortunam, & casum esse, duabus rationibus: prima, quia omnia ista, quae dicuntur fieri à casu, vel fortuna inueniuntur habere aliquā causam determinatam aliā à fortuna. Secūda, q̄ia si fortuna aliquid esset, inconueniens videretur quare nullus Antiquorum Sapientum, qui determinauit de causis generationis, & corruptionis, aliquid determinauit de fortuna. Hæc opinio sequenti capite improbabitur.

**16** Dixerunt alij, casum esse causam cœli, & omnium partium mundi, & dicebant, quod reuolutio mundi, & motus stellarum distinguēs, & statuēs totū universum inferius secundum hunc ordinē, sit à casu. Et hæc videtur esse opinio Democriti dicens, quod ex cōcursu atomorum per se mobilium, cœlū, & totus mundus casualiter constitutus est.

Quod improbat Phylos. duabus rationibus, quia animalia, & plantæ non sunt à fortuna: nā non ex quo cunque semine aliquid generatur; sed ex determinato semine fit homo, & ex determinato semine oliua. Et cum ista inferiora non sint à fortuna, dignum est admiratione, quod cœlū, & ea quae sunt diuinio-

ra inter sensibilia manifesta nobis, fiant à casu.

**17** Ultimo quibusdam videtur, quod fortuna sit causa; sed immaterialis intellectui humano, ac si sit quoddam diuinū, & supra homines. Prætermittrit tamē inquisitionem huius opinionis; tum, quia excedit metas scientiæ naturalis: tum, quia infra manifestat, quod fortuna nō est causa per se, sed per accidēs: unde ex his dicendis quomodo se habeat de his opinionib⁹ erit manifestum.

## Summa capitinis quinti.


**18** **I**n hoc capite ostendit Phylosoph⁹ quid sit fortuna: secūdo ex definitione fortunæ assignat rationem eorum, quae de fortuna dicuntur. Circa primum, ad definitiōnem inuestigādam ponit quādam diuisiones causæ, & rerū, quae causantur: nam fortuna causa quādā est. Prima diuisio est; quādam sunt semper, vt ortus Solis: quādam sunt frequenter, vt quod homino nascatur oculatus; quādam sunt vt in paucioribus; sicut quod homo nascatur cum sex digitis, vel sine oculis: & omnes dicunt huiusmodi fieri à fortuna. Secunda diuisio, quādam sunt propter finē; quādam verò non. Tertia diuisio, eorum quae sunt propter similitudinem, quādam sunt secundum voluntatem; & quādam non. Idē autem tres diuisiones includunt se in unicum, quia ea, quae sunt à proposito, vel natura, sunt propter similitudinem; & ea, quae, sunt propter finem, sunt semper, aut frequenter.

Ex

19 Ex parte autem causæ diuiditur in causam perse, & peraccidens: causa autem perse est finita, & determinata: causa autē peraccidens est infinita, & indeterminata, eo quod infinita vni possunt accidere.

Ex his concludit definitio[n]e fortunæ: nā fortuna est causa peraccidens, in his quæ sunt secundum propositū, properter finem, in minori parte.

20 Circa secundum, dicit ex dictis verificarī, quæ de fortuna dicta sunt ab antiquis Phylosophis, & ab hominibus vulgariter de ea dicuntur. Primo, quia eius, quod est à fortuna, sunt infinitæ causæ: & quia infinitum, secundum quod est infinitum, est ignotū; inde est, quod fortuna inmanifesta est homini. Secundo, cum fortuna sit causa peraccidens, à fortuna est aliquid peraccidens: quod non est simpliciter ens: ac proinde quodammodo est verū dicere, quod fortuna nihil sit. Reste etiam dicitur fortunam esse sine ratione, quia ratiocinari nō possumus nisi de ijs, quæ sunt semper, vel frequenter: fortuna autem est extravtrunque; & ideo dicitur cæca. Dicitur etiā fortuna bona, quādo aliquid bonum contingit; & mala, quando malum. Eu[er]tunū vero dicitur, quando sequitur aliquod magnum bonum. Infortunū autem, quando sequitur aliquod magnum malum. Et ista sunt incerta, quia fortuna est eorum, quæ non sunt semper, neque frequenter.



## Summa capituli sexti.

21 O Stendit hic differentiam inter fortunam, & casum: nā casus est in plus, quam fortuna, quia omne quod est à fortuna, est à casu; sed non conuertitur: quia fortuna, & id, quod est à fortuna, inuenitur in illis, quibus bene contingere aliquid dicitur: bene autem dicitur contingere illi aliquid, cuius est agere: eius autem est proprie agere, quod habet dominum sui actus; & ideo fortuna est circa practica. Cuius signum est, quod vulgariter foeciles benefortunati vocantur; quia fortuna videtur idem foelicitat[i], vel esse propinqua, quia coadiubat ad ipsam. Vnde fortuna nō est nisi in agentibus liberis, & ex proposito: casus autem reperitur etiā in rebus inanimatis. Sed maximè differunt casus, & fortuna in illis, quæ sunt à natura, ut cum nascitur sextus digitus, est casus, & non fortuna. Vnde est alia differētia, quod eorum, quæ sunt à casu, causa est intrinseca, sicut eorum, quæ sunt à natura: eorum vero, quæ sunt à fortuna; causa est extrinseca, sicut, & eorum, quæ sunt à proposito.

22 In ultima parte ostēdit ad quod genus causæ casus, & fortuna reducatur: nam reducitur ad genus causæ mouētis, seu efficientis, quia sūt causa eorū, quæ sunt à natura, vel ab intelligentia: vnde cū natura, & intelligentia sint causæ efficiētes, & fortuna, & casus ad idē genus reducūtur. Hinc improbat opinionē De mōriti relatā c.4. quia casus, & fortuna sunt causæ peraccidens eorū;

quorum intellectus, & natura sunt causæ per se: causa autem per acci-  
dens non est prior ea, quæ est per se: vnde sequitur, quod causæ, & fortu-  
na sunt posteriores, quā intellectus,  
& natura. Hoc autem videtur inconueniens, quod aliqua alia cau-  
sa sit prior, quam ea, quæ est causa cœli: vnde inconueniens est, quod  
causæ sit causa cœli.

*Summa capitinis septimi.*

23 **D**icitur Vofacit Philosophus in hoc capite; primo confirmat, quæ dixerat de numero causarum: secundo ostendit, quod haec sciētia ex omnibus causis demonstrat. Quod igitur causæ non sint plures quatuor, manifestat sic: hoc quod dico propter quid, quærerit de causa; sed ad propter quid nō respōdetur nisi aliqua dictarum causarum: nō igitur sunt plures causæ, quam quæ dictæ sunt. Probatur minor: nā propter, aliquando inquirit causam formalem, seu definitionem: vt si quæratur, propter quid iste angulus est rectus? Respondetur, quia constituitur ex linea faciente duos angulos æquales ex utraque parte. Quandoque reducitur propter quid in primum mouens, seu in causam efficiēt: vt propter quid aliqui pugnauerant? Quia furati sūt: hoc enim est quod incitauit ad pugnam. Quandoque autem reducitur in causam finalē: vt si quæratur, cuius causa aliqui pugnant? Respondetur, vt dominentur. Quandoque autem reducitur in causam materialem: vt si quæratur, quare istud corpus est corruptū

bile? Respondeatur, quia compositum est ex contrarijs. Sic ergo patet has esse causas, & tot.

24 Ex his in secunda parte ostendit, quod Naturalis ex omnibz causis demonstrat: quia considerat ea, quæ mouentur, & generabilia, & corruptibilia: quicquid ergo oportet considerare circa generationē, oportet considerari à Naturali. Sed circa generationem oportet considerare formā, & materiam, & invenientem: & multoties causa formalis, & finalis generationis sunt una secundum numerum: & natura agit propter finem: ergo Naturalis per omnes causas demonstrat.

25 Verbigratis, per materiam, & mouentem demonstrat, dicēdo: si aliquod generatum est ex contrarijs, necesse est illud corrūpi, & si Sol appropinquat ad Polum Septentrionalem, necesse est dies fieri longiores, & frigus diminui, & calorem augeri apud eos, qui habitat in parte Septentrionali. Si autē demonstretur per definitionem, seu quod quid est, erit per causam formalē; vt si de homine aliquid probetur, quia habet animam, aut quia est rationalis. Per causam autem finalē demonstrat probādo, quod dentes anteriores sunt acuti, quia melius est sic esse ad diuidendum cibum: & bene natura facit, quod melius est; non simpliciter, sed secundum quod competit

Substantiæ unius-  
cuiusque.



## Summa capituli octauii.

**26** **Q** Via in præcedētibus supponeretur, quod natura agat propter finem; ideo id in præsenti stabilire conatur, tria faciens. Primo referens opinionem contraria. Secundo propriam quinque rationibus confirmans. Tertio tria argumenta contraria diluens. Dixerunt ergo quidam naturā non agere propter finem determinatum: quia licet ex aliqua operatione proueniat aliqua utilitas; illa tamen non est finis illi naturalis operationis; sed sic prouenit à casu: sicut pluvia prouenit ex necessitate materiae propter radios solares, & aquæ gravitatem; & cum hoc sit, accidit ut frumentū augeatur; & similiter dici potest de alijs.

**27** Conclusio Phylosophi est: natura agit propter finem: probatur; omnia, quæ sunt naturaliter, aut sunt sicut semper, aut sicut frequenter: sed ea, quæ sunt semper, vel frequenter, non sunt casualiter, sed propter finē: ergo quæ sunt à natura, sunt propter finē. Quatuor aliae rationes satis perspicuae sunt in textu.

**28** Contra conclusionem obijciebant Antiqui; primo, quia videm aliquando aliter accidere, sicut accidit in monstribus, quæ sunt peccata naturæ. Respōdetur, quod absque dubio ars agit propter finem; & tamē contingit aliquando aliter accidere. Secundo dicit, quod in naturalibus rebus monstrabuntur quasi naturæ peccata, propter aliquid agentis, in quantum deficit recta operatio naturæ; vnde hoc ipsum, quod

in naturalibus contingit esse peccatum, est signum, quod natura propter aliquid agat. Præter quā, quod non essent determinata principia, & determinatus ordo procedendi in generatione animalium, nisi esset determinatus finis.

**29** Secundo obijciebant: nam ea, quæ naturaliter accidunt, videntur ex prioribus principijs procedere; quæ sunt agens, & materia; non vero ex intentione finis. ¶ Respondet, quod hoc est destruere naturam, & ea, quæ sunt secundū naturam, quia hæc mouentur ab aliquo principio intrinseco quo usque perueniant ad aliquem finem; vnde ex agente, & materia potius deducitur necessitas finis.

**30** Tertio arguebant, quia natura non deliberat: ergo non agit propter finem. ¶ Respondet, quod etiam ars non deliberat, quia habet certa principia, & determinatum modum procedendi: & tamē agit propter finem. Vnde patet, quod natura nihil est aliud quam ratio cuiusdam artis, scilicet diuinæ, indita rebus, qua ipsæ res mouentur ad finē determinatum.

## Summa capituli noni.

**31** **D**isputat in hoc capite Phylosophus, vtrum in rebus naturalibus sit necessariū sim pliciter, aut solum ex suppositione? Quidā opinantur, quod gene ratio rerū naturalium proueniat ex necessitate ab soluta materia; vt si dicatur, quod homo habet pedes inferius, & manus superius propter gravitatem, aut levitatem humorum.

32 Phylosophus verò determinat veritatem dicens, quod licet necessitas sit in materia; tamen ratio necessitatis est ex fine: non enim dicimus, quod necessarium sit esse talē finem, quia materia talis est; sed potius è contra, quia finis, & forma talis futura est, necessè est materia talis esse.

33 Denum assimilat necessitatē, quæ est in generatione rerum naturalium, necessitati, quæ est in scientijs demonstratiuis: & primò, quātum ad ordinem necessitatis, quia in ijs, quæ fiunt propter finem, eundem ordinem tenet finis, quem tenet principium in demonstratiuis; quia etiā finis est principium, non quidē actionis, sed ratiocinationis. Secundo assimilantur quātū ad id, quod est necessitatis principiū: quia sicut definitio, quæ colligit in se principiū demonstrationis, & conclusione, est tota demonstratio; ita definitio colligens finem, & formam, & materiam, comprehendit totum processum generationis naturalis.

### QV AESTIO I.

*Quid sit natura?*

q. I.

*Acceptiones naturae.*

**N**aturæ varias significationes distinguunt Authores, quos recensethic Masius cap. 1. & prosequitur Rubio q. 1. Nostro instituto sufficit doctrina S. Tho. qui 3. p. q. 2. art. 1. ita ait: nomē Naturæ à nascendo est dictum: unde primo est

impositum hoc nomen ad significandam generationem viuentium, quæ natuitas, vel pullulatio dicitur, ut dicatur natura, quasi nascitura. Deinde trāslatum est nomē naturæ ad significandum principiū huius generationis: & quia principiū generationis in rebus viuentibus est intrinsecum, vltierius deriuatū est nomē naturæ ad significandum quodlibet principiū intrinsecum motus, secundum quod Phylos. dicit in 2. Physi. quod natura est principiū motus, &c. Hoc autē principiū, vel forma est, vel materia: unde quandoque natura dicitur forma, quandoque verò materia. Et quia finis generationis rei naturalis, est in eo, quod generatur speciei essentia, quā significat definitio, inde est, quod huius modi essentia speciei vocatur etiā natura. Et hoc modo Boetius naturalm definit in lib. de Duabus naturaliis, dicens: Natura est vñquamq; rem informans specifica differētia, quę scilicet, complet definitionem speciei. De quibus naturæ acceptiōibus agit S. Tho. 1. p. q. 29. artic. 1. ad 4. & alibi s̄pē. ¶ Nunc non loquimur de natura sumpta pro essentiā, nec de ea accepta pro natuitate, sed ut usurpatur pro principio intrinseco motus: nam Deus est natura, nō creatrix, sed creatrix, ut inquit S. Augustin. lib. 15. de Trinit. c. 1. & hoc modo natura accipitur à Seneca lib. 4. de Beneficijs cap. 7. & ab Hugone Vistorino lib. 1. Didasc. cap. 11. Sed apud Physicos natura potius est effectus Dei, quam sit ipse natura.

2. Præterea aduertendum, quod Phylosophus, & S. Thom. hic lect.

1. lit. e. notat ridiculū esse, quod alii quis tentet demonstrare, quod natura sit: naturam enim esse est perse notum, in quantum naturalia sunt manifesta sese, videmus enim multa esse à natura, quæ habent principium sui motus in se: quare supposita terminorū notitia, & experientia sensuum, tam perse notum est naturam esse, ac est perse notum niue esse albam, vel aliqua moueri ab in trinseco. Quare solum restat explicanda definitio naturæ, & disputari poterit quibus conueniat? Nam *an* est natura tentare demonstrare ridiculum est, inquit. Phylol. de quo Iauellus quæst. 4. & multi relati à Masio in fine annot. cap. 1. & Soto in expositione text. 6.

§. II.  
Naturæ definitio.

3. **T**alis ergo Naturæ definitio traditur a Philosopho hic textu 3. Est igitur natura principium alius, & causa mundi, & quæscendi, in quo est, primum perse, & non secundum accidens. In qua definitione ponitur *ly*, principium quasi genus, & non aliquid absolutum: eo quod natura significat relativum transcendentale, vel secundum dici, & sic importat habitudinem principij; cuius rationem assignat S. Tho. lect. 1. litt. b. quia nasci dicuntur ea, quæ generantur coiuncta generanti, vt patet in platis, & in animalibus; ideo principium generationis, vel motus natura nominatur. Vnde deridendi sunt, qui volentes definitionē Aristotelis corrigere, naturam per ali-

quod absolutū definire conati sūt, dicentes, quod natura est vis initia reb⁹, vel aliquid huiusmodi. Quod dictum accipe contra Phyloponū, qui sic definiebat naturā: est vis quædam per corpora diffusa, ipsorum gubernatrix, & rectrix. Et refertur, quod Pythagoras existimauit naturā esse quādā substantiā à Deo procedentē, quæ in hac inferiora diui debatur. Quod aperte est falsū; nā licet omnia, & singula entia natura lia sint à prima causa; nō datur una natura causata, quæ in omnibus in fit.

4. Sed obijcies particulam hanc videri superfluam: nam principiū, vel est idem cum causa; vel quid cōmuni⁹ illa? Si primum; est nugatio, & inutilis repetitio dicere in definitione principiū, & causa. Si secundum; etiam superfluit illa particula principiū, quia definitio debet, si fieri potest, solū genere proximo, & differentia constare: vnde sicut non bene definiret homo, dicendo, est animal, & vivens rationale; ita non rectè definitur natura afferendo, quod est principium, & causa.

5. Valde discrepant Authores in hoc puncto. Multi dicūt his duab⁹ vocibus usū fuisse. Aris. solū ad maiore explicationē: vel quia loquitur de principio, vt convertitur cū causa communissimè sumpta, iuxta. Phylosoph. 4. Metaph. text. 3. & sic exponit Pereira lib. 7. de Natura c. 4. Vel quia licet principiū sit cōmuni⁹, fuit opus exponere, quod tā materia, quam forma utrumque est principiū, & causa, quia non solum

solū sunt priora toto, sed vtraque est causa in suo genere; quia ista addit concursum, & dependētiam effectus, & ita in plus est quam principium. Ita exponit M. Soto text. 3. & q. 1. concl. 1. & M. Masius q. 2. ad 1.

6 Alij dicunt principium dici naturam, ut conueniat cum priuatione; appellari vero causam ut à priuatione distinguitur. Ita B. Albertus Magnus quem sequuntur PP. Carmel. disp. 7. n. 1. & alijs, de quo q. 2. §. 3.

7 At vero S. Thomas, quem sequuntur Ferrara q. 1. notab. 3. Tolutus q. 1. ad 2. &c alijs, respondet melius, quod dicitur *principium*, & *causa* ad designandum, quod non omnium motuum natura est eodem modo principium, sed diuersimode: in aliquibus enim est principiū passuum motus; in alijs vero principiū actuum; ut elementa habēt principiū passuum sive generationis: viuentia autem habent principiū actuum sui augmenti: unde *causa* denotat principium actuum, & *principium* accipitur pro passu.

8 Addit bene M. Ferrara, quod principium, & causa ad diuersa referuntur: nam dicitur principium in ordine ad rem naturalē, eo quod natura est principium alicuius; siue conformius ad textum græcū *principium quoddam*, quasi diceretur de numero eorum, ex quibus constituantur naturalia: dicitur autē causa in ordine ad motum, & quietē: non solum enim constituit rem naturalē, sed etiam est causa mo-

tus, & quietis naturalis. Radix enim motus est natura, qua constituitur ens naturale; & ita ly *principium* denotat radicē, & ly *causa* dicit vim, seu virtutem causatiuam motus.

### 9. III.

*Exponuntur illa particulæ, mouendi, & quiescendi.*

9 Vbsequentem particulam sic declarat S. Thomas lect. 1. litt. b. dicens: dicit autem, *mouendi*, & *quiescendi*, quia ea, quæ naturaliter mouentur ad locum, similiter, vel magis naturaliter in loco quiescunt: propter hoc enim ignis naturaliter mouet sursum, quia naturaliter ibi est; & propter quod vnumquod que, & illud magis. Non tamen intelligendum est, quod in quolibet, quod mouetur naturaliter, natura sit etiam principium quiescendi, quia corpus cælestis naturaliter quidem mouetur, sed non naturaliter quiescit. Sed hoc pro tanto dicitur, quia non solum motus, sed etiam quietis principiū est. Ex ista doctrina S. Thomas facile est soluere non nulla argumenta, quæ contra hanc particulam solent proponi.

10 Primo arguitur: quies est priuatio motus; priuatio autem est nō ens, iuxta dicta lib. 1. ergo quietis non est causa natura. Probatur cōsequentia, quia non ens causam nō habet.

Respondetur enim, quod quies accipitur dupliciter: uno modo pro sola carentia motus: alio modo pro permanentia, & conserua-

tione in loco naturali: priorimodo non habet causam perse; sc̄us vero posteriori modo, quia sic est positiva perfectio, & motus solum est in aliquibus naturalis, quia est acquisitionis loci naturalis, in quo quiescunt. Vnde S. Thom. i. p. q. 18. art. 1. ad 2. ait, quod corporibus graui bus, & leuibus non competit moueri, nisi secundum quod sunt extra dispositionem suę naturę, vt pote cum sunt extra locum proprium: cum enim sunt in loco proprio, & naturali quiescunt: & quietis in isto sensu natura est principium.

11 Secundo obijc̄ies: nam illa propositio S. Thomae, quæ naturaliter mouentur, naturaliter quiescunt in loco, &c. Manifeste instatur in Cœlo, quod naturaliter mouetur; & tamen naturaliter non quiescit.

Dices, aliud esse moueri in loco; aliud vero moueri ad locum acquirendum: S. Thomas non loquitur de his quæ mouentur in loco; sed exp̄esse loquitur de his quæ mouētur ad locum. Cælum autem naturaliter mouetur in loco; sed non ad locum nouum totalem acquirendum, quia in motu circulari totum mobile non reedit à loco, in quo erat.

12 Sed instabis: nani Sol naturaliter mouetur ab occidente in orientem, non solum in loco, sed etiam ad nouum locum acquirendum: & tamen non quiescit naturaliter: ergo adhuc intellecta illa propositio ne S. Thomae vt iacet de his, quæ naturaliter mouentur ad locū; falsum est quod naturaliter in loco quiescant.

Respondet bene Ferrara quæst. 1. quod propositio S. Thomæ intelligenda est, de eo quod mouetur primo, & per se ad locum; non autem de eo quod mouetur ad motum alterius. Sol autem non mouetur ab occidente ad orientem primo, & per se; sed mouetur ad motum deferentis, vt de motu stellarū docet Phylosophus lib. 2. de Cœlo text. 50. de quo omnino videndus S. Tho. ibi lect. 13.

13 Tertio arguitur: nulla causa naturalis se habet ad opposita, quia hoc est proprium cauſæ liberæ, vt dicit Phylos. 9. Metaph. c. 9. Vnde ignis non potest per se esse causa frigoris, & caloris: sed quies contrariatur motui: ergo natura, quæ est principium motus, non est principium quietis.

Respondetur, quod quies violēta, motui naturali contrariatur; & ista nō est à natura; sed à causa violentiam inferente, quæ est causa extinseca. At vero natura solum est causa quietis in loco naturali, quæ dicitur quies naturalis; & hanc causat natura; immo solet solum causare motum propter quietem in cētro, quam magis appetit, & conseruare nītitur, quam motum. Si aliam legere vis solutionem, cōsule Masiū q. 2. ad 2. & aliam in Ferrara ad 2. Videatur etiam S. Tho. q. 26. de Ve rit. art. 3. ad 7.

14 Ultimo obijc̄ies: nam cæli est ens naturale; & tamen esto naturaliter moueat, tamen naturaliter non quiescit. Similiter tota terra naturaliter est immobilis: & absq; dubio habet naturam. Denique grā uia,

via, & leuiā non mouentur ab intrinseco; sed ab extrinseco generāte: ergo falsum est, quod natura sit simul causa motus, & quietis eius in quo est, &c.

Propter priorem partem argumenti Themistius, & quidam alij censem, cælum non fuisse comprehendens in materiae definitione.

Quia tamen id aduersatur Phylosopho 1. de Cœlo text. 5. & rationi, quia omne ens naturale constat natura: & cælum esse ens naturale, & motum eius esse naturalē postea dicetur.

15 Ideo Porphyrius, Burleus, & alij, quos sequitur Fôseca lib. 5. Metaph. cap. 4. q. 1. sec. 4. dicunt particulam, &, accipi disiunctive, vt sit sensus, quod natura sit causa mouēdi, vel quiescendi.

Quia tamen expositio nec seruat vocum proprietatem; nec contextui consonat: quia ideo natura eit principium motus, vt optatā quietem adipiscatur.

16 Idcirco S. Thomas (receptus, non solum à Thomistis, sed à Goleto, & alijs quos citat, & sequitur Rubio) particulam intelligit copulatiue; ita tamen vt sensum faciat copulatum, quia non in singulis est causa motus, & quietis; sed in quibusdam causat motum; in alijs quietem; in alijs vtrumque. Quod explanat Masius solut. ad 4. exemplo definitionis animæ traditæ à Phylosoph. 2. de Anima cap. 2. quā sic omnes intelligunt. Quod alijs terminis dici solet, definitionem in telligendam in communī, sed in particulari applicandam per distri-

butionem acommodam, vt in simili diximus lib. 1. q. 3. nū. 18. Et per hoc patet ad omnes probationes, quia nulla natura assignari potest, quæ non sit principium motus, aut quietis, aut vtriusque. Vel clarius, nullus est motus, aut quies naturalis, nisi à natura.

17 Demū aduerte circa hanc particulam, quod nomine *motus* non intelligitur motus spiritualis operationum intellectus, & voluntatis; nec solus motus localis: sed generaliter omnis motus physicus corporeus, siue sit localis, siue alterationis, siue alterius speciei; de quibus libro. 3. q. 1. & lib. 5. & sic exponitur Phylosophus communiter ab Interpretibus.

18 Sed instant aliqui, quia Phylosophus tantum ponit vocem *motus* nulla addita restrictione: ergo sine fundamento à nobis restringitur ad solum motum corporalem.

Facile respondeatur, verba Phylosophi accipienda esse in proprietate, iuxta subiectam materiā; apud Physicos autem solus motus corporalis est proprie motus, vt supponit S. Thom. 1. p. q. 18. art. 1. dicēs: *Sine accipiatur motus proprie, sicut motus dicitur actus imperfecti, id est, existētis in potentia: siue motus accipiatur communiter, prout motus dicitur actus perfecti, prout intelligere, & sentire dicitur moveri, vt dicitur in 3. de Anima: de quo iterum libr. 3. acproinde, eo ipso quod Phylos. de motu loquatur, intelligendus de motu corporali. Imo principalius de motu locali, vt notat Pereira lib. 7. cap. 4. & Masius q. 4. concl. 4. quia est prior, & per-*

## §.4. Declaratur definitio naturæ.

141

perfectior alijs, vt docet Phyl. lib.  
4.c.1.& lib.8. cap.7.

### 6. IIII.

*Reliquæ particulæ declarantur.*

19 **T**eius in quo est, dicit S. Th. ponit ad differentiam artificialium, in quibus non est motus nisi per accidēs: quia natura est causa motus interni: ars vero causat motū in alio extrinseco; & similiter motus violētus est à causa extrinseca.

Obijcies primo: calefactio ignis est actio naturalis, vt patet, quia nō est actio artificialis, nec violenta: & tamen ille motus non est internus, sed externus: ergo de ratione naturæ non est esse principiū motus interni.

Respondeat Ferrara, quod per hoc quod natura sit principiū motus interni, non excludit, quod possit esse principiū motus externali: sed hoc accidentale est naturæ: primū vero essentiale; & ideo definitur per illud, & non per istud: quia ut late probat Masius q.4. concil. 3. natura primario est principiū motus interni, & secundario principiū motus exterii. De quo iterū q.3.n.9.

20 Vel vt dicunt PP. Carmel. disp. 7.q.1.n.8. & M. Ioan. à S. Thom. q. 9.art. 1. illa operatio ignis dicitur naturalis, id est, secundum inclinationem naturæ, & ad naturam propagandam; non tamen nataram primum constituens, sed constitutam supponens. ¶ Videlicatur cū alijs, excludi per illam particulam primū, iuxta dicenda n.24.

21 Secundo obijcies: ars saltādi,

& similes distinguuntur à natura; eo quod artificialia distinguuntur à naturalibus. Et tamen perse loquēdo istæ artes sunt causa motus eius in quo sūt: ergo definitio naturæ conuenit alijs distinctis à natura definita.

Respondetur, quod in motu saltandi, & cantandi sunt duo, nempe substantia, & modus artificiosus: primum est à natura; secundum ab arte. Vnde definitio intellecta in sensu formalis non contineat alijs à definito: quia motus in quantum motus principiū est natura; eiusdem vero quod artificiosam dispositiōnem, vel modum principiū est ars. De quo iterum quæst. 4.n.5.

22 Reliquas particulas his verbis declarat S. Th. addit autem, *primū*, quia natura, etsi sit principiū motus cōpositorū; non tamen primo. Vnde quod animal mouetur deorsum, nō est ex natura animalis inquantū est animal; sed ex natura dominantis elemēti. Quare autē dicat, *per se*, & nō secundū *accidens*, exponit consequēter, cū dicit: dico autē nō secundū accidēs: cōtingit enim aliquando, quod aliquis medicus est sibi ipsi causa sanitatis; & sic principiū suæ sanationis est in eo; sed per accidēs: quia accidit eundē esse medicum, & sanari, &c.

23 Addit Ferrara, quod ly *primū*, ad verbialiter sumitur, vt ex textu græco apparet: & est idē quod primo, siue secundū quod ipsum: & sensus est, quod natura est causa intrinseca mouēdi, & quietēdi, nō per aliquā alia causam iatriasēcam ei, quod mouetur, cui per prius conueniat causare talē motum, & quietē. Subdit

24 Subdit M. Soto particulā istā ponī ad excludendum formas accidentales, ut grauitatem, & leuitatem elementorum, & calorem naturalem animalium; quae non sunt naturae, licet sint principium instrumentalē motus; sed sola forma substantialis. Probabilis quidem expositionis; sed mihi magis probatur precedingens; tum quia iuxta hanc, ly prium sumitur nominaliter: quod nō consonat contextui Phyllo sophi, & S. Thomæ, qui adverbialiter accipiunt, ut vidimus: tum quia, quod natura sit principium primū, & radicale, satis expositum erat per illā particulam eius in quo est: quare nisi quis non reputet inconveniens, hanc solum ponī ad maiorem illius expositionem; non poterit omnino huic explicationi acquiescere.

25 Per ultimam particulam dicūt aliqui Recētiores constare, naturā debere esse partem essentialē compositi substantialis, non accidentalis. Hanc explicationē nulla ratione, aut autoritate probant. Et ideo nobis non probatur, quia voluntarie assentitur: & id iam ex praecedentibus particulis satis constabat. Præterquam quod, cum Philosophus ipse declarauerit, ut eū exposuit S. Thom. non opus era ē inquirere declarationem: nam ly p̄ se, determinat verbum in quo est: ut in exemplo medici sanantis se ipsum apparet, accidit enim, & est per accidens eundem esse medicū, & sanari; sanatur enim in quantum est infirmus. Sed principium motus naturalis est in corpore naturali, quod mouetur, in quantum moue-

tur; in quantum enim ignis habet leuitatem, fertur sursum. Et sic differt naturalia ab artificialibus, quia ista non habent in seipsis suæ factio- nis principium; sed quædam sunt ab extrinseco, ut dominus, & causa quæ manu incidentur; quædam autem sunt a principio intrinseco, sed per accidens, ut dictum est.

## §. V.

*An definitio sit essentialis?*

26 Mag. Ferrara q. 1. §. pro declarātione, ita ait: considerandū secundum B. Albertum, quod hæc non est vera definitio naturæ; sed est quædam assignatio, & descrip- tio, quæ est maioris manifestatio- nis, quam sit nomen: natura enim dicitur de materia, & de forma secundum prius, & posterius, ut patet in isto secundo libro text. 12. id autem, quod propriè definitur, nō dicitur de alijs secundum prius, & posterius. Hac ibi, ex quibus patet, quod B. Albertus, & M. Ferrara, eo præcisè negant rigurosam definitionem quidditatuum hanc esse, quia sola species constans genere, & differentia potest rigurosā defini- tione definiri: & quia natura est quid analogum; ideo stricta defini- tione non definitur, ut etiam fatentur PP. Carmel. disput. 7. q. 2. in principio.

27 Sed quia multi alij censent na- turam vnuoce prædicari: & saltē eo modo quo analogā possunt, quidditatue definiri; in dubiū ver- ti potest, an præassignata naturæ defi-

definitio sit essentialis? Ideo in hoc sensu oportet hoc dubium determinare.

28 Respondetur definitionē esse essentialē, ut late probant Masius q. 3. PP. Carmel. q. 2. dicentes esse communem, & Rubio in fin. q. 1. quia esse radicem motus est alii quid intimum, & essentiale naturæ: & quod explicetur per habitudinem, non est inconveniens, quia est relativa secundum dici, ut ait S. Tho. lect. 1. litt. b. licet autem substantiatione partis essentiæ, materia, & forma non explicit ordinem ad motum, sed solum ad esse totius; tamen sub formalitate naturæ, id debent explicare: & sic facile argumenta dilui possunt, quæ sigillatim relati autores diluunt.

## QUAESTIO II.

*Quibus conueniat ratio naturæ?*

## §. I.

*De Materia, & forma.*

1 Dico primo, materia prima est vere, & proprie natura. Est communis Doctorū aduersus Valles in hoc capite, & controverbi. & probatur primoratione S. Thomæ hic lect. 2. litt. a. in fine: *nā materia intrat constitutionem substantia cuiuslibet rei naturalis* sed ens naturale cōponitur intrinsece ex naturis, tamquam ex partibus constituentibus ens secundum naturam: ergo materia vere, & proprie est natura.

2 Secundo probatur auctorita-

te, & ratione Philosophi hic text. 10. in fine dicentis: *vno igitur modo natura sic dicitur, prima cuique subiecto materies eorum, quæ motus in se mutationisq; principiū habent.* Ex quo sic arguitur; *natura est primū principiū motus, & quietis;* sed materia est huiusmodi, quia constitutiū rei, quæ motum causat, est radicale motus principium: ergo non est cur materia non sit natura: videantur Philosophus, & S. Thoni. lib. 5. Metaph. lect. 5. litt. a. postmedium.

3 Argumenta Vallesij, & aliorū referunt, & diluunt M. Masius tota q. 5. & PP. Carmel. disp. 7. q. 3. vñ solum referam verbis cuiusdam Recentioris dicentis: hic non possum non obiurgare Thomistas, qui cum alibi afferant nulla accidentia recipi in materia prima: sed subiectari incomposito omnia illa, quæ corporeæ sunt; hic afferunt materiam esse naturam. Contra quos sic argumentor: materia nō est effectuum motus, ut fatentur omnes: neque est principium passuum, ut Thomistæ afferunt: ergo non est causa motus eius in quo est: ergo nec materia est natura.

4 Facile respondetur, potius obiurgationem iustè posse cadere in eos, qui impugnāt, quos legere dignantur, quam in Discipulos Doctoris Angelici, qui cōmunem, & tritam viam peripateticam sequuntur. Quod si fasiliunt in nostris Authoribus solutionem videre; vel saltem negligentes non sunt in suis Authoribus euoluēdis: & argumentum passim solutum reperient: nā

§. II.

Vtrum natura prædicetur vni  
voce de materia, &  
forma?

P. Rubio q. 1. ad 1. ait; definitio naturæ de principio primo ac radicali intelligitur; quod habet materia prima non solum respectu generationis, sed aliorum etiam motuum: quorum licet proximum, & ad æquatum receptuum sit compositum: id tamen habet radicaliter à materia, quæ cum sit propria potentia ac substantialis; prima quoque radix est cuiuslibet potentiæ passiuæ, quam ad recipiendos motus, ac cetera accidentia corporealibet cōpositum. Hæc ille. Quod prius docuit S. Thom. in 4. dñst. 12. q. 1. art. 1. q. 3. & 1. p. q. 29. art. 2. ad 5. & 3. p. q. 77. art. 2. vt latius retulimus 2. p. Metaph. Controu. 3. n. 34. nō ergo distinguere inter principiū proximum, & remotum; & inter subiectum quod & quo, fuit ratio deceptionis Recentiorū: nam licet subiectum proximum accidentium sit totum compositum; subiectū, quo, & radicale accidentium corporalium est materia prima; & hoc sufficit ad rationem naturæ, vt ex definitione iam exposita constat.

5 Dico secundo, forma est propriissimè natura. Ita Phylosophus hic tex. 11. & 12. & S. Th. lect. 2. litt. b. & authores communiter; licet aliqui dissentiant de aliquibus formis in particulari; de quibus postea. Ratio est facilis: nam formæ substantiali propriissimè conuenit naturæ definitio, vt patet singulas partituras percurrento: ergo vere, & proprie est natura.

6 Prædicari solum analogice rationem naturæ de materia, & forma, videntur docuisse Simplicius, Auerrois, Zimara, & Pereira, quos refert, & sequitur Masius hic cap. 2. q. 9. & PP. Carmel. in disp. 7. q. 3. Insuper Vazquez 1. 2. disput. 25. cap. 3. in fin. Cabero hic tractata 2. disp. 1. dub. 4. quamvis no vna via defendatur: nam illi duo ultimi contendunt materiam esse impropræ, & metaphorice naturā, quia sic eam videtur vocare Phylosophus 5. Metaph. cap. 4. eo quod est susceptiva formæ, quæ solū est proprie natura: & ideo solam agnoscunt analogiam metaphoricam. Reliqui vero authores admittunt esse materiam vere, & proprie naturā; sed tamen solam secundum quid, & inæqualiter participat rationem naturæ; & ideo est analogia proportionalitatis. Et in hoc sensu idem docent PP. Coni:nb. hic q. 1. art. 2. & alij Authores relati, præter duos iam recensitos.

7 Probat Masius, quia Phylosophus, & S. Tho. n. hic lect. 2. litt. b. in fine dicunt, quod forma est magis natura, quam materia: vbi autē est vniuersatio prædicantur æquilater, & secundū rationem eandē. Idem docet Phylosophus 5. Metaph. c. 4. & lib. 1. de partibus anim. cap. 1. ¶ Secundo: nam in ratione prin-

## §. 2. Vtrum natura prædicetur vniuoce?

145

principij non vniuocantur, quia poterū prius dicitur de actiua, quam de passiuia, vt docet Phylos. lib. 9. Metaph. cap. 1. ergo pariter, nec in ratione naturæ possunt vniuocari.

8 At vero PP. Carmelitani duas alias rationes prosequuntur. n. 57. & 58. quia materia non potest esse species etiam partialis, neque habere aliquem actum metaphysicum, si secundū se consideretur, iuxta dicta li. 1. q. 6. ergo non potest fundare convenientiam vniuocā in ratione naturæ. ¶ Deinde: nam materia non habet, quod sit principium, & causa motus, nisi ratione formæ, & inquitum est actuata per illam, & dependenter ab ea: ergo ratio naturæ non descendit vniuoce ad vtramque.

9 Dico tertio, ratio naturæ vniuoce prædicatur de materia, & forma. Ita M. Soto lib. 2. quæst. 1. post secundam conclusionem, M. Lerma q. 2. concl. 4. M. Ortiz cap. 2. cōclaf. 2. M. Ioan. à S. Tho. q. 9. art. 2. Card. Tolet. q. 1. ad 5. & alii frequenter. Probant primo, quia ratio principij vniuoce prædicatur de principio actiū, & passiū: ergo & vniuoce dicitur de materia, & forma. Antecedens probatur, quia de finitio principij, & ratio eius abstracta vtrique conuenit secundum rationem eandem simpliciter. Deinde, rario partis intrinsecæ non apparet cur non sit vniuocā ad materiā, & formam, & similiter ratio causa intrinsecæ componentis: ergo, & ratio naturæ. Consequentia probatur: nam id quod natura supra rationem principij, & cause intrinsecæ addit, pertinet ad rationem dif-

ferentialem, & non ad inæqualitatem in ratione communi: ac per consequens non est inæqualitas sufficiens ad analogiam logicam.

10 Tertio, non obstante, quod causæ ad inuicem sint causæ, & forma in exercitio causandi depēdeat à materia, vt à comparte, & cōcasa, fatentur ipsi formam esse simpli citer naturam, quia ratio naturæ non consistit in actuali exercitio, sed in ratione principij: ergo quamvis materia dependeat in suo exercitio à forma, & essētialiter sit pars incompleta ab altera dependens, non ideo in ratione naturæ non erit simpliciter talis.

11 Ad authoritatem Philosophi ex 5. Metaphis. dicitur, potius ex illo nostram haberi doctrinam, quia vt diximus quæst. 1. §. 1. natura est equinocum, vel analogum ad variacius significata: & ibi tertio, & quarto loco recenset naturam in acceptione prout hic definitur; deinde subdit Philosophus, iuxta S. Tho. ibi lect. 5. lit. b. quod ex hoc secundū quādā metaphorā, & nominis extensionem omnis substantia dicitur natura, &c. proponit etiam ibi acceptiō naturæ pro termino generationis: de quibus acceptiōibus modo non loquimur. Loquendo ergo ad intētū præsēs, & accipiendo naturā pro principio mot⁹, natura dicitur vniuoce de materia, & forma.

12 Aliæ autoritates probat hic intercedere inæqualitatem physicam; quam non sufficere ad analogiam logicā, de qua modo disputamus, constat ex dictis lib. 2. Log. q. 3. & potest à simili declarari de in-

K equali

æ qualitate, quæ est inter numeros,  
& inter species quantitatis cōtinuae:  
quam non sufficere ad verā analogiā diximus lib. 2. Log. q. 18. n. 14.

13 Ad secundam rationem negatur antecedens. Imò quicquid dice retur de principijs accidentalibus; tamē loquēdo de principijs substancialibus, tā principiū materiale, quā formale, tā passiuū, quā actiuū vniuersitatem in ratione principij, & in ratione partis intrinsecę; vnde retoquetur argumētū pro cōclusio ne.

14 Ad tertiu negatur cōsequen-  
tia: & ex illo antecedenti cā nō deduci cōstat ex dictis lib. 1. q. 6. §. 3.  
quia etiā in entibus incompletis, &  
potentialibus aſignamus cōueniē  
tiam in genere, & distinctionē spe-  
cificam; quāvis semper in ordine  
ad actū, seu formā. ¶ Ad ultimum  
patet ex dictis n. 10. quia dependē-  
tia in exercitio, & inæqualitas in ra-  
tione differentiali sufficit ad inæqua-  
litatem physicam; quæ compatitur  
cum vnuocatione logica propriè  
sumpta, de qua in nostra conclusio  
ne loquimur.

### s. III.

#### Vtrum priuationis sit natura?

15 Priuationem esse quodanimo  
do naturam, videntur tenere  
B. Albertus Magnus, Conim. & To-  
letus hic super textu 15. & latè Ru-  
bio quæst. 1. à nu. 40. vsque ad 44.  
Probant primo, ex Philosopho tex-  
tu 15. dicente: Sed forma, & natura  
dupliciter dicitur: erent in priuationis species

quod immodo est. Nec valet dicere lo-  
qui de forma accidentalí imperfe-  
cta, quam propter imperfectionē,  
priuationem appellat. Nam toto  
hoc capite de sola forma substantia-  
li locutus fuerat Aristoteles: ergo  
cum distinguit formam veram, &  
similitudinariam, quam dicit priua-  
tionem; de priuatione substantiali  
est sermo. Rursus, forma acciden-  
talis etiam perfecta non est natura:  
ergo non loquitur hic Phylosoph⁹  
de forma accidentalī.

Ratioque id suadet: nam priua-  
tio est principium perse generatio-  
nis, vt patuit lib. 1. sed in definitio-  
ne naturæ ly motus, comprehendit  
etiam generationem substantialē,  
vt dictum est quæst. 1. huius libri nu-  
mer. 17. ergo priuationis est natura.

16 Oppositam sententiam tene-  
re Auerroim, & fere omnes Docto-  
res refert, & sequitur M. Soto cap.  
3. in fine. Et hæc sit nostra quarta cō-  
clusio: quæ probatur primo, quia  
priuationis est non ens, & ideo nō po-  
test vocari natura. Secundo, quia  
natura est principium, & causa: ista  
autem particula non potest priua-  
tioni conuenire. Tertio, suffraga-  
tur communis modus concipiendi:  
quia naturæ nomine apud Physicos  
intelligitur pars intrinseca rei natu-  
ralis, & quæ est radix motus: quod  
priuationi non conuenit.

17 Authoritas Phylosophi parū  
vrget: quia ibi nomine priuationis  
intelligitur forma imperfecta, quæ  
virtualiter includit priuationē suę  
cōtrarię. Ita declarat Sanctus Tho-  
mas lect. 1. in fine. Quia autem oc-  
casione hanc distinctionem hic in-  
gerat

gerat Phylosphorus; non omnés eo  
dem modo declarant: quicquid sit  
de hoc; non est nouum, quod Phylosphorus  
occasione alicuius propositionis obiter prolatæ, quasi per di-  
gressionem agat de his, quæ alibi in  
loco proprio disputatur: & sic hic  
se remittit ad librum 5. Phys. lec. 3.  
& lib. 2. de Generat. lec. 4. vt hic  
notat Sanctus Thomas. Et sic ces-  
sat prima replica. Secundæ vero  
dicitur, quod forma imperfecta ra-  
tione suæ imperfectionis denomi-  
natur à priuatione, quam virtuali-  
ter includit.

18 Ratio etiam solum probat,  
quod vna, vel altera particula de-  
finitionis naturæ aptetur priuationi:  
quod non negamus; sed solum,  
quod verè, & propriè sit natura.  
*Quod si* Authores prioris senten-  
tiæ solum velint, esse priuationem  
dicendam naturam metaphorice,  
vel impropriè; à nobis solis voci-  
bus differunt; nec facile poterunt  
impugnari: quia locutiones meta-  
phorice, & similitudinariæ, adeò  
latè patent, quod paruo, vel nullo  
fundamento poterunt adstrui, &  
non facile valebunt reiœci, vel im-  
pugnari. Et Authores antiqui so-  
luti *quodammodo*, & *impropriè* conce-  
serunt priuationem appellandam  
naturam; quod parum referret,  
dum firmum est, quod priuatio  
non est natura propriè, si-  
cū est materia, &  
forma.



## §. IIII.

*Vtrum totum compositum sit  
natura?*

19 **M**Ulti distinguunt duplex to-  
sum: aliud quod est suppo-  
situm subsistens: aliud quod est for-  
ma totalis: vt in nobis, suppositum  
est homo; forma totalis, est huma-  
nitas. Quæ distinctio traditur à D.  
Tho. 3. p. q. 2. art. 1. ad 2. & alibi sa-  
pè. Patentur ergo suppositum non  
esse naturam, sed esse ens naturale:  
iuxta illud Phylosphori text. 12.  
iuxta translationem Argyropoli:  
*Id autem, quod ex his, est compositum, na-*  
*tura quidem non est; sed est, & constat na-*  
*tura, ut hinc.* Loquendo autem de  
forma totali, censem propriè, & in  
rigore esse naturam; quia est princi-  
pium quo radicale motus: de isto au-  
tem est sermo in definitione natu-  
ræ: alioquin non conueniet mate-  
riæ, & formæ, quæ solum sunt prin-  
cipia vt quo, non vt quod. Ita Rubio  
hic quæst. 3. num. 68. & 69. & M.  
Ioan. à S. Thoma quæst. 9. art. 2. Or-  
tiz cap. 2. concl. 3. Lerma quæst. 2.  
concl. 2. Fuente q. 1. art. 8. & alij.

20 Probat M. Ioan. à S. Thom. ex  
Phylospho 5. Metaph. tex. 5. dice-  
te: *Quod est natura ipsa forma ut substâ-*  
*tia:* quod S. Thomas ibi lec. 5. intel-  
ligit de forma totali: nam ait: quod  
non solum forma partis dicitur na-  
tura, sed species ipsa, quæ est forma  
toti; vt si dicamus, quod hominis  
natura non solum est anima, sed hu-  
manitas, & substantia, quam signi-  
ficat definitio. Ita D. Tho. cū auté

Phylosophus ibi agat de natura, eo modo quo illam definiuit in hoc se cùdo libro Physicorum : siquidem ex illo loco oppositi Authores suā cōfirmant sentētiā; efficitur planū, quod D.Thom. etiam loquitur de natura prout hic est definita ab Aristotele, quādo illam tribuit formæ totali.

21 Dico tamen quinto, forma totalis est natura sumpta pro quidditate; non tamen eo modo quo hic definitur natura à Phylosopho. Ita obiter docent M.Soto c.1.tex.12. & ibi Toletus, & text.s. & exprefſio PP.Carmel.disp.7.q.6. Hurtado, Arriaga, Auerfa q.9. lect.6. & alij. Videturque exprefſa Phylosophi illo tex.12. adiuncta expositio ne S.Thom. qui lect.1. lit.b. in fine, ait : posset autem aliquis credere, quod quia materia dicitur natura, & etiam forma, quod compositum possit dici natura, quia substantia dicitur de forma, & materia, & de cōposito. Sed hoc excludit dicens, quod compositum ex materia, & forma, vt homo, non est ipsa natura; sed est aliquid à natura; quia natura habet rationem principij; cōpositum autem habet rationē pri ciplati. Vbi Phylosophus, & Sanctus Thomas non faciunt menti onem suppositi, & personæ: sed de ipso cōposito, & substantia tota li, quam verè fatentur esse substanciam, negat esse naturam, prout hic definitur.

22 Ratio D.Thomæ est duplex; prima, natura distinguitur ab ente naturali tanquā pars à toto, & principium à principiato; sed cōpositū

ex forma, & materia, vt p̄ræuenit suppositum, est ens naturale, nō par tiale, sed totale: ergo non est natura, vt hic definitur.

Secunda, natura est pars, & ele mentum primum rei constitutū, & radix prima: sed forma totalis reducitur ad priores partes: ergo il li non conuenit definitio naturæ superius expofita.

23 Quod me amplius mouet, vt in hanc inclinem sentētiā, est: quia cum quæſtio hæc maximè pendeat ex acceptione vocis vſitata apud Antiquos, p̄cipuè Phylosophū, & S.Thomam Phylosophiæ Princi pes, comperio adhuc in locis in cōtrarium adductis hanc docuifle sen tentiam. Nam lib.5. Metaph. lect.5.littera.a.in fine, ait Sanctus Thomas: Illud ergo, quod compositum est ex materia, & forma, dicitur esse natura, id est, secundum naturam, ut animalia, & partes eorum, sicut caro, & os, & huiusmodi. Hæc ibi. Concedunt ergo formæ totali rationem naturæ meta physicè, secundum quod non di ſtinguitur ens naturale, & secun dum naturam, quæ est natura, pro eſtentia, & quidditate definibili, accepta; non verò admittunt esse naturam prout hic accipi tur.

24 Clariss littera b. post verba, quæ alij pro ſe citant, ſubdit S.Thomas: Secundum hoc enim Boctius dicit, quod natura est unumquodque informans specifica differentia. Vbi apertè acci pit formam totalem, & de illa dicit esse naturam pro eſtentia, quæ erat quinta acceptio ibi recenſita; non tamen esse naturam hic definitam: quia

# §. 1. Sententiæ Doctorum.

149

quia est tertia acceptio, de qua ibi  
multo ante mentionem fecerat; &  
soli materiae, & formæ conuenire  
dixerat. Et sic cœlant argumenta  
contraria: quæ potius sunt pro no-  
bis, quia forma totalis non est prin-  
cipium quo primum. Nec ibi illis au-  
thoritatibus accipitur natura physi-  
ce, vt nunc.

## QVAESTIO III.

Verum natura debet esse princi-  
pium actuum, an vero passi-  
uum motus?

### §. I.

#### Sententiæ Doctorum.

1 A Liqui arbitrantur necessario  
requiri ad rationem naturæ,  
quod sit principium passuum mo-  
tus. Ita Simplicius hic cap. 1. & in  
prooemio lib. de Anima, & ideo ne-  
gat animam esse naturā. Quoad pri-  
mum idem tenet Scotus in 2. dist.  
18. q. 1. §. cōtra, versu præterea, & ver-  
su ad aliu de diffinitione; vbi id pro-  
bat ex Phylosopho 2. Physic. text.  
3. vbivult, quod accidit infirmo,  
qui mouetur ad sanitatem, quod  
sit medicus, vel quod habeat illam  
artem, quæ est principium actuum  
intrinsecum: ergo natura est princi-  
pium motus naturalis ratione prin-  
cipij passuum, & non quia est prin-  
cipium actuum. ¶ Secundo: nam  
per eandem formā, per quam res est  
hæc, per eandem est receptua  
passi onis consequentis naturaliter  
natūram eiusdem rei, vt patet de-

risibilitate: & ideo natura vt est  
principium passuum motus dici-  
tur de forma: ergo motus solum di-  
citur naturalis, quia potentia pas-  
siva rei est ad tales formam incli-  
nata. Idem sequuntur Faber, & Fuē-  
te, quos citat, & sequitur Ioan. Pō-  
cius disp. 36. q. 2.

2 Per oppositum alij censem sol-  
lum principiū actuum motus re-  
quiri, & sufficere ad rationem natu-  
ræ. Ita Auicena lib. 1. cap. 5. & pari-  
ter illi, qui cum Valles arbitrantur  
materiam non esse naturam. Et  
qui cum Vazquez 1. 2. disp. 25. c.  
3. existimant materiam solum me-  
taphorice dici naturam: alioquin  
omnis motus erit naturalis, quia  
nulli deest principium passuum re-  
ceptuum: cum ergo dentur motus  
artificiales, & violenti distincti cō-  
tra naturales, ad istos requiretur  
principium actuum, & non sufficit  
passuum principium motus ad ra-  
tionem naturæ.

3 Ab his vt longè distaret Masius  
hic c. 1. q. 6. cōc. 3. ait, quod vt mo-  
tus sit naturalis omnia quatuor ge-  
nera causarū debet cōcurrere, quia  
eiusdē effectus quatuor sunt causæ:  
ac proinde omnes debent esse natu-  
rales, vt sit naturalis. Deinde, Phy-  
losophus indistincte vtitur illa vo-  
ce principium, & causa, quæ vniuocè  
dicuntur de quatuor generibus cau-  
sarum: ergo non est cur illas voces  
principiū, & causa motus, cum restri-  
ctione accipiamus.

Denique, nam motus naturalis  
emanat à cōnaturali efficiente. &  
est in materia vt in subiecto ab ip-  
so exacto; & tantum cōpetit iuxta

naturam formæ, & ad adipiscendū finem à natura intentum: ergo in definitione naturæ perly p *incipium* & *causa*, omnia quatuor genera sūt intelligenda.

## S. II.

*Natura aliquando est principiū actiū.*

**4** Ico tamen primo, ad rationē naturæ, & vt motus sit naturalis, sufficit aliquando, quod sit à principio actiū, nec est semper ne cessarium, quod sit à principio passiū. Ita S.Thom. hic lect. 1. litt.a. dicens: *In rebus naturalibus eo modo est principiū motus, quo eis motus cōuenit: quibus ergo cōuenit mouere, est in eis principiū actiū motus, &c. & in 4. dist. 43. artic. 1. quæst. 3.* ¶ Rationeque probatur: viuentia sunt entia naturalia, & constant natura in quantum viuentia sunt: sed vt sic mouent se ab intrinseco principio actiū: ergo ratio principij actiui sufficit aliquando ad rationem naturæ. Major patet, quia in diuisione, qual Phyllosophus orditum secundum istum librum, distinguens naturalia à non naturalibus, inter naturalia numerat animalia, & plantas, & simplicia corpora. Et etiam, quia viuentia naturaliter generantur, & generat: quæ sunt opera naturæ. Minor verò est Phyllosophi 2. de Anima tex. 13. & patet inductione, nam plātæ augentur; animalia sentiunt; homines intelligunt. Et vniuersaliter, vt ait M. Soro quæst. 1. posl. 3. concl. differentia inter viuentia, & non

viuentia hęc est, quod perfectio, & status viuentium consistit in moueri à se, quia quandiu mouentur, viuent; & cessante motu, ceslat vita: status verò, & perfectio non viuentium consistit in quiete; & ideo nō mouentur nisi quando sunt extra locum, & perfectionem naturalē: ergo formæ viuentium proprium est esse principiū actiū intrinsecum motuum, per quos viuens se mouet nutritione, augmentatio ne, aut localiter. Et similiter viuentis est proprium generare per se mē à se deciū, cui imprimit virtutē actiū: ergo ratio naturæ saluatur in principio actiū.

**5** Præterea; forma non solum est natura, sed & magis natura, quam materia, vt ait Phylosophus, & probat, quia vnumquodque tunc magis dicitur, cum est actu, quam cum potentia: ex quo deducit S.Thom. lect. 2. litt. b. in fine, quod forma secundum quam aliquid est naturale in actu, est magis natura, quam materia, secundum quam aliquid est naturale in potentia: sed forma in quantum talis est principiū actiū; quia pati cōuenit ratione materiae, quæ est potentia, & ager ratione formæ, quæ est actus: ergo abs que dubio ratio principij actiui cōstituit motum naturalem.

**6** Deinde, in diuersis naturis sunt diuersi motus naturales: sed huius diuersitatis origo est diuersitas formarum, quæ sunt radices agendi: ergo irfluxus actiū est naturæ proprius. Rursus, forma substantialis est à qua potissimum res denominatur naturalis, sicut à forma artis dicitur

## §. 2. Natura est principium actuum. 151

dicitur artificialis, & est terminus motus, qui dicitur nascitura: ergo ipsa vt forma est natura. Cum ergo vt sic sit principium actuum motus; ab isto dicetur naturalis.

7 Ultimo probatur conclusio, & retorquetur primum argumentum: nam in hoc, quod est esse principium actuum conuenient natura, & ars: sed eit discriben, nam artificialia fiunt ab agente extrinseco, & si aliquando contingat, quod in eodem coniungantur, hoc est per accidentem, vt patet in exemplo Phylosophi; quia accidit eundem esse me dicum, & sanari; sanatur enim in quantum est infirmus; unde excludantur per ultimas particulas definitionis: ergo in prioribus posunt conuenire: ac per consequens in influxu actuo: quamvis differant in multis alijs, vt infra dicetur. Et per haec patet ad primum.

8 Ad secundū, non negamus quā doque coniungi rationem principij passiuū cū principio actiuo: unde S. Thom. i. p. quæst. 77. art. 6. ad 2. non solum concedit subiectū esse causam quodammodo actiuam proprie passionis; sed etiam esse causam susceptiuam illius. Imò iuxta M. Soto quæst. i. corol. i. post i. conclus. forma non dicitur natura, quia sit principium actionis in aliud, sed quia est causa actionis, vel motus manētis in ipsa: sicut forma ignis non est natura, quia alium generet; sed quia est principium motus interni: & forma animalis, quia est principium quo animal nutritur, & augetur. Ac proinde, est simul principium actuum, & passiuū

motus: sed non ideo ratio principij actui non se habet perse, & formaliter ad naturam, sed potius formalius, vt ostensum est.

9 Adde, quod vt diximus quæst. 1. n. 19. & latè probat Masius quæst. 4. concl. 2. etiam natura, saltem secundario, est principium actuum motus, qui recipitur in alio; vt patet in influxu cœlorum, & in mutua actione elementorum, & in facultatibus concessis à natura herbis, & quibusdam lapidibus alia immutandi: & denique, quia generatio est finis, & perfectio naturalis: iuxta illud Phylosophi 2. de Anima text. 34. naturalissimum opus viventis est generare sibi simile. Quod saltem conuenit his naturis secundum rationes earum specificas, vt contendit Rubio quæst. 3. dub. ultimo. Ac proinde, generatio est actio naturalis: & tamen non recipitur in generante, sed in alio: ergo principium actuum, & non passiuū motus sufficit ad naturam.

## §. III.

### Principium passiuū sufficit ad naturam.

10 Dico secundo, esse principium passiuū motus sufficit ad rationem naturæ, quando in materia est potentia naturalis ad actum, seu formam. Ita docet Phylosophus lib. 8. Physicorum textu 32. in fine; ubi Sanctus Thomas lectione 8. littera h. ita cōcludit: ex quo patet contra intentionem Phylosophi

esse, quod in materia sit principiū actuum (quod quidam dicunt esse necessarium, ad hoc quod motus sit naturalis) sufficit enim ad hoc passiuū principium, quod est potentia naturalis ad actum. Hæc Sæcūlus Thomas, qui idem docet in libro lectione 1. littera. a. in fine, & 3. part. quæst. 32. art. 4. ait: transmutatione dicitur naturalis propter principium intrinsecum, non solum actuum, sed etiam passiuū. Expressè enim dicit Philosophus in 8. Physicorum, quod in grauibus, & levibus est principiū passiuū motus naturalis, & nō actuum. Sed quia de istis 8. lib. est disputādum. Ideo.

11 Secundo probat Sanctus Thomas hic, quia motus localis corporum coelestium est naturalis, licet sit à motore separato; in quantum in ipso corpore coeli est potentia naturalis ad talē motum: ergo sufficit ad motum naturalem principiū passiuū motus.

12 Sed contra assūptum huius rationis arguit Auicena lib. 9. Metaphis. cap. 2. quia omnis motus naturalis est propter aliquam quietē naturalē, vt patet in motibus aliorum corporum: sed cœlum non quiescit naturaliter: ergo nec naturaliter mouetur. Item sequitur, quod duo motus contrarij naturaliter conueniant eidem corpori: quod est absurdum. Et quod si moueretur cœlum ab occidente in orientis motu Planetarum, ille esset motus contra naturam: & tamen nullum principiū resisteret, nec vim pateretur: ergo motus, qui modo est, non est naturalis.

## §. IIII.

*Digressio de potentia neutra,  
an detur?*

13 Propter hoc Scotus cum Auctore cena negat motum cœli esse naturalem: & quia non est violentus, quia nullum violentum est perpetuum; dicit esse in potentia neutra ad illum. Ita docet in Prologo 1. sentent. quæst. 1. & in 2. distinct. 2. quæst. 6. in fine; sicut superficies est in potentia neutra, quia est indiferens ad albedinem, & nigredinem. Quam potentiam neutram admittunt Conimbric. lib. 1. Physicorum. quæst. 12. art. 4. in fine, Suarez disput. 43. Metaph. sect. 4. num. 13. qui duobus exemplis id declarat: nam ignis est in potentia neutra, vt in suo naturali loco, vel circulariter moueat, vel quiescat: quia forma ignis ad neutrum horum inclinationem habet, vel repugnat. Et similiter aer est in potentia ad lumen, ratione eadem.

14 Rejeciunt tamen, potentiam neutram naturalem, Caietanus tomo 3. Opusc. tractatu 3. quæst. 1. Sotio hic quæst. 1. ad 2. Nazarius 1. parte quæst. 1. art. 1. contro. 2. concl. 1. Rubio hic libro 1. tractatu de forma quæst. 1. num. 10. & alij. Caietanus quidem arguit: quia omnis potentia receptiva alicuius actus, aut respicit illum perse primo, aut perse secundum, quia vt dicitur nono Metaphis. textu 13. potentia definitur per actum: aut contrarium his: duos primos actus respicit naturali

raliter: contrarium eis respicit violenter: aliquid disparatum respicere nequit; quia potentia vnius generis non est ad actus alterius generis, vt patet 12. Metaphysicæ: ergo non datur potentia neutra.

15 Magister Soto arguit: quia non datur potentia actiua neutra; quia si agens non poterit producere, nulla erit potentia: et si indigeat alterius auxilio, erit obedientialis, vel artificialis; de quibus modo non agimus: ergo nec datur potentia neutra ad patiendum. Proba consequentiam ex Phylosopho nono Metaphysic. text. 2. & 10. dicente, quod frustra esset in natura aliqua potentia actiua, cui non responderet aliqua passiua: de quo Sanctus Thomas quæst. 1. de Potentia art. 2. ad 1. & alibi sèpè.

16 Deinde, aut nomine potentiae neutrius intelligitur potentia determinata ad genus, & indifferens ad species; aut mera negatio; aut aliquid positivum? Primum, est vocabulis abuti: alioquin etiam potentia materiae ad formam poterit dici neutra, quia de se nullâ in particulari determinat: & mixtum erit in potentia neutra ad hunc, vel illum colorem. Negatio autem potentiae non est potentia. Positiua autem potentia, quæ per actum definitur, non apparet quid sit, si non est positiua capacitas, vel inclinatio, aut resistentia, completa, vel incompleta: ergo neutra potentia est nulla potētia. Quare ita tenēdū est.

17 Nec exempla oppositum concidunt. Ad primū enim bene respondet Caiet. 9. quoad quartum, quod

aliud est loqui de superficie absolute, & mathematicè; aliud de illa physicè, vt inuenitur in rerum natura. Priori modo, non solum abstracta hit ab albedine, & nigredine, sed ab omni materia sensibili. Posteriori modo est in potentia naturali ad colorē, licet indifferens sit ad hunc vel illum: quod non sufficit ad potentiam neutram: alioquin agens, & alia huiusmodi escent in potentia neutra, quia non specificātur nisi à ratione communī.

18 Ad exemplum secundum, & similia respondetur ex D. Thoma 2.2. quæst. 2. artic. 3. quod ad perfectionem naturæ inferioris duo currunt: unum quidem, quod est secundum proprium motum; aliud autem quod est secundum in motum superioris naturæ: sicut aqua secundum motum propriū mouetur ad centrum; secundum autem motum Lunæ mouetur circa centrum secundum fluxū, & refluxum. Similiter etiam orbes Planetarum mouēntur proprijs motibus ab occidente in orientē; motu autem primi orbis ab oriente in occidentē. Igitur motus sursum conuenit igni secundū naturā particularē propriā; motus verò circularis secundū influxū causæ superioris, etiam naturalē; licet respectu cause intrinsecæ, sit quoddam modos supra naturam; vt docet S. Tho. lib. 1. de Cœlo lec. 4. quia talis motus inest ei ex impressione superioris corporis: de quo infra q. 5. n. 6. & 7. motus verò deorsum erit ei violētus: nisi sit ad supplendum vacuum: quia tunc erit etiam naturalis, quia magis inclinatur ad bonum totius, quam ad pro-

proprium. Aeris vero, in quantum corpus diaphanum, non est cur non conueniat potentia, & capacitas naturalis ut illuminetur: & ita nullum assertur exemplum potentiae naturalis neutrae.

## §. V.

*Soluuntur argumenta.*

**19** *Ed ut ad id unde sumus digredire reuertamur; quod cælum naturaliter moueatur, probat efficaciter M. Soto pluribus argumentis: quia habet naturam, & figuram naturaliter aptam motui circulari: & quia inconueniens est, quod motus, qui est naturalis regula omnium motuum naturalium, non sit naturalis.*

**20** Respondet ergo S. Thom. i. p. q. 70. art. 3. ad 4. quod motus corporis cælestis est naturalis, non propter principium actuum; sed propter principium passuum: quia scilicet habet in sua natura aptitudinem, ut tali motu ab intellectu moueat. De quo latius S. Thom. lib. 3. contrag. cap. 23. & q. 5. de Potentia art. 5. & lib. 1. de Cælo lect. 3. & 4. ubi latius interpretes.

**21** Ad argumentum Auicenæ S. Th. negat maiorem, quia non mouetur circulariter ad ali quid acquirendum, sed ut influat in hæc inferiora, ut primum alterans, & generationes causans, ut docet S. Thom. in 4. dist. 48. q. 2. art. 2. ad 4. & motus, qui de facto conueniant cælo, non sunt contrarii, sed partes unius motus naturalis, & uniformis. Si autem celi-

saret intelligentia mouere, illa quies diceretur naturalis negativa, ut late M. loan. à S. Tho. q. 9. art. 2.

**22** Ad ultimam probationem respondet bene M. Soto naturam cæli esse moueri ut modo mouetur: nec omnes Angeli simul possint mouere ipsum e conuerso, nisi virtute supernaturali Dei de potentia absoluta: nam Angeli non possunt ordinem naturæ inuertere. Et hinc patet, quod motus qui modo est, est naturalis ratione principij paisiui.

**23** Ad argumentum propositum n. 2. negatur sequela: quia receptio formæ in subiecto, stante inclinazione ad contrariam, sufficit ut motus sit violentus, quia non est naturæ aptitudo, sed potius resistentia; de quo iterum infra q. 5.

## §. VI.

*Qualiter ad motum naturale quatuor causæ requirantur?*

**24** *I*co tertio, ad naturam solū exiguntur per se primo causæ intrinsecæ; ad motum vero secundum naturam, seu qui est à natura primario, vel secundario, concurrunt omnes quatuor causæ, materialiter in ratione effectus, non vero formaliter in ratione naturæ. Per hanc conclusionem iudicium facimus de sententia relata n. 1. & prior pars est de mente S. Thomæ hic lect. 1. & 2. & in principio lect. 5. quia omnes particulæ definitionis naturæ manifeste loquuntur de causa intrinseca constitutente ens naturale

## §. 6. Quatuor causæ requirātur ad motū.

155

condistincto contra ens secundum naturam. Deinde, efficiens, & finis est aliquid commune agentiper artem condistincto à natura: ergo iuxta substantiam materiā nomine causæ, illa quæ est intrinseca, & pars essentiæ intelligitur.

25 Secunda pars colligitur ex D. Thoma dicente lib. 3. contragent. c. 107. quicquid est in rebus oportet, quod causa, vel causatum sit: alioquin ad alia ordinem non habetur: quod est dicere, in isto uniuerso omnne ens, vel est dependens ab alio; vel alia dependēt ab ipso; vel simul ipsum ab alio dependet, & alia ab ipso: primum est proprium effectus; secundum competit causæ; tertius conuenit effectui unius, & causæ alterius. Cum igitur, ut postea dicetur, cuiuslibet effectus physici quatuor sicut causæ; absque dubio motus naturalis, & secundum naturam hoc titulo generali quatuor exiget causas.

26 Specialiter motus externus in aliud, qui secundario est à natura, perse exigit causam efficientem, & hæc nequit operari nisi propter finem: sed tamen denominatio naturalitatis à causis intrinsecis desumitur, ut dictum est, & videtur colligi ex Phylosopho, & D. Thom.lib. 5. Metaph. lect. 5.

27 Per quæ patet ad argumenta proposita n. 3. nam in sensu prædicto probant secundam partem conclusionis, & priori non opponuntur: quia adhuc si finis sit moralis, vel liber, vel supernaturalis, dum motus procedat à materia, vel forma naturali simpliciter dicitur na-

turalis, internus quidem primario, & externus secundario: quamvis etiā naturæ conueniat agere propter finem, vt probat Phylosophus toto cap. 8.

## §. VII.

### Anima est natura.

28 **D**ico quarto, anima rationalis est propriæ natura. Quod aliae animalia sint natura, plane docet Phylosoph. lib. 1. de Partibus Animalium cap. 1. & in præsenti, & S. Tho. hic text. 2. lect. 1. litt. a. & lib. 8. Physic. tex. 27. vbi S. Tho. lect. 7. litt. b. ait: *Motus animalis, quo mouet se ipsum si comparetur ad totum animal, est naturalis, quia est ab anima, qua est natura, & forma animalis.* Deinde cū Phylosophus 1. de Anima textu. 2. ait, quod anima est tanquam principium animalium, notat S. Tho. lect. 1. lit. b. quod ly (tanquam) non ponitur similiudinariae, sed expressius; quia ipsa anima est fons, & principium in rebus animalibus, vt ante præmisserat. Ratio neque patet: nam ipsis vere competit tota definitio naturæ, vt late prosequitur hic Ferrara quæst. 1. di luens quinque argumenta Simplicij oppositum afferentis.

29 Quod vero etiam ut rationalis sit natura, colligitur ex Phylosopho hic textu 26. & ex D. Tho. ibi lect. 4. in fine, & ex alijs locis relatibus lib. 1. q. 1. n. 40. & est iam communis sententia: quæ probatur primo ex dictis: nam forma entis naturalis est vere, & proprie natura: sed anima rationalis est vera hominis for

forma ut definitur in Concilio Lateranensi sub Leone I.O. & in Concilio Vienensi sub Clemente S. & probat S. Tho. I.p.q.76.art. 1. quia per eam constituitur homo in sua specie, & illa est radix operationum hominis in quantum est homo: ergo est vere, & proprie natura.

¶ Deinde: nam in homine dantur multæ naturales operationes: sed illarum principium est anima rationalis: ergo illi competit definitio naturæ. Antecedens patet: nam homo naturaliter admiratur, ridet, loquitur, & alia huiusmodi operatur: quarum operationum principium radicale ut quo non potest non esse anima.

30 Obijcies primo: natura est principium motus physici: sed anima ut rationalis non est principium motus physici: ergo ut si non est natura. Probatur minor: ut sic est principium intellectionis, & voluntatis; quæ non sunt actus imperfecti, & ita nec intelliguntur nomine motus propriæ sumpti, iuxta dicta q. 1.n.18.

Ad hoc argumentum respondet Masius q. 8. ad 6. dupliciter. Primo, quod anima pro hoc statu etiam est causa motus localis eum imperans, & mouens potentias ad eum exercendum: quod sufficit, ut de illa verificetur naturæ definitio in omni rigore.

31 Secundo responderet, quod cum nostrum intelligere sit per conuerisionem ad phantastamata corporalia, quæ ad ordinem physicum expectant, iam anima est causa motus physici, quia ministerialiter, & dif-

positiue dependet à corpore.

32 Sed initabis: nam esse principium motus solum quoad modum, non sufficit ad naturam: alioquin nulla esset differentia inter motum naturalem, & artificiosum: contra ea, quæ diximus quæst. 1. n. 21. ergo per hoc quod anima nostra pro hoc statu sit principium modi motus corporei, non sequitur ipsam esse naturam.

Bene respondet PP. Carmelitani disp. 7. q. 5. n. 41. & 42. quod licet substantia actus præcisæ ut spiritualis est, non oriatur ab anima ut natura; eadem tamen ut affecta isto modo proprio hominis pro isto statu, oritur ab anima ut natura; quia dependet à corpore ministerialiter: nam oportet intelligentem phantasmata speculari. At vero ars præcisa sicut in influxu circa modum, & non extenditur ad substantiam actus sub illo modo, quia cum substantia actus sit naturalis, supponitur ab arte, & non est formaliter in linea propriæ actiuitatis artis.

33 Obijcies secundo: nam anima rationalis non producitur per motum naturalem, sed à Deo immediate creature: est spiritualis excedens materiæ capacitatem; finisque eius est supernaturalis beatitudo: ergo anima ut rationalis non est natura.

Propter hoc argumentum Pereira lib. 7. c. 12. & Masius q. 8. concl. 3. concedunt animam rationalem esse quidem naturam secundum rē, & substantiam; non tamen esse naturam secundum omnem modum, & rationem.

Quam-

34 Quamvis autem quoad hoc, forte diffensio sit de modo loquendi; nolius alij, cōcello antecedēti, negant consequentiam: quia cū anima sit forma corporis, illique vniatur, naturali agente inducēt naturales dispositiones, est vere natura, nō solum quoad substatiā, sed etiā quoad modū, sublatis imperfectiōnibus formarum corporalium, & de illis verificatur, quod ait S. Th. q. de Anima art. 1. ad 17. quod materia participat esse animę rationalis, sed non omni modo quo est in anima.

35 Ultimo arguitur: natura est determinata ad unum; & per hoc differt à facultate rationali, quę se habet ad opposita: sed anima nostra nō est determinata ad unum, quia est rationalis: ergo vt sic nō est natura.

Respondetur, quod licet ab expositib⁹ hic varie hoc argumētū disoluatur, tamē à D. Th. duplicitē ei satisfit. Primo notando, quod natura accipitur tripliciter vel priacipio intrinseco constitutente ens naturale; vel pro essentia cuiuscūq; rei; vel pro vt dicit specialem modū causę necessarię: & illud axioma verificatur de natura in ista ultima acceptione: & sic fatemur modū causae voluntarie, & libere cōdistingai à modo causandi natura. Cum quo tamē compatitur, quod in eadē met causa supponatur ratio natura, & essentia, & quod in aliquibus operationibus operetur necessario, & naturaliter. Ita S. Th. 1. p. q. 82. ar. 1. & in proprijs terminis 1. 2. q. 10. art. 1. in cor. & ad 1.

36 Secundo responderet S. Th. ibi-

ad tertium, quod semper natura cōrespondet vnu proportionatum natura: natūræ enim in genere respōdet aliquid vnum in genere; & natura in specie accepta cōrespondet vnu in specie: natura autem individuatæ cōrespondet aliquid vnum individuale. Et in hoc sensu maior est concedenda, & minor est neganda: quia anima, cum sit immaterialis, & spiritualis, cōrespondet aliquid vnu sibi proportionatum, scilicet, ens, verum, & bonum cōmune, sub quo multa particularia cōtinētur, ad quorum nullū ex se determinatur: & hoc propter eminentiā rerum spiritualium supra corporales, quia vnum individuum ordinis superioris æquivalet inferioribus, vt ibi notat Caietanus, valde cōmēdans, & exaltans hanc S. Th. solutionem: de qua latius alibi oportunius.

### QVÆSTIO III.

*Qualiter naturalia distinguuntur  
ab artificialibus?*

1 **Q** Via Phylosophus, vt natura definiret, explicuit discrimen inter naturalia, & artificialia; ideo ad completam intelligentiā definitionis natura, cum communi expositorum, non potuit nisi hāc omittere questionem. Pro cuius decisione tria dubia examināda sunt; quorum primum, & secundū sunt difficultates physicae; tertium vero est omnino metaphysicū, vt notat M. Soto quæst. 2. sed propter cōnexiōnem doctrinæ huic loco opportunum.

5. I.

**Dubium primum.**

**2** P **R**inum dubium est de disjunctione physica naturaliū ab artificialibus?

Respondeatur, potissimam differētiā inter naturam, & artem, consistere in eo quod natura est principium intrinsecum; ars vero principium extrinsecū. Ita Phylosophus in praesenti & lib. 6. Ethic. cap. 4. & lib. 6. Metaph. cap. 1. & lib. 12. cap. 3. text. 13. inquit: *ars igitur principiū est in alio; natura autem principium in ipso.* vbi S. Tho. lect. 3. lit. c. ait: *dissent autem ars à natura, quia ars est principiū agere in alio; natura autem est principiū actionis, & motus in eo in quo est.* Cuius alia non potest assignari ratio, nisi quia omnes naturæ nomine intelligunt principia intrinseca; & principium rei, quæ fit ab arte, est ipsa ars, quæ non est in artefacto, sed in artifice: ergo ex communi conceptione, natura est principium intrinsecum motus, ut in eius definitio ne exposuitus; ars vero principiū extrinsecum.

**3** Conclusionem hanc docet, & explicat S. Thom. lib. 2. Physicor. lect. 14. in fine dicens: in nullo enim alio natura ab arte videtur differre, nisi quia natura est principiū intrinsecum, & ars est principiū extrinsecum. Si enim ars factua nauis, est in intrinseca ligno, facta fuisse nauis à natura, sicut modo fit ab arte. Et hoc maxime manifestū est in arte, quæ est in eo quod moue-

tur, licet per accidens: sicut de medico, qui medicatur seipsum; huic arti enim maxime assimilatur natura. Vnde patet quod natura nihil est aliud, quam ratio cuiusdam artis, scilicet diuinæ, indita rebus, qua ipsæ res mouētur ad finem determinatum: sicut si artifex factor nauis posset lignis tribuere, quod ex ipsis moueretur ad nauis formam inducendam. Hæc ibi.

**4** Ex quo patet, quod sic se habent artificialia respectu intellectus artificis, sicut naturalia respectu intellectus diuini, qui per suas ideas, & artes operatur omnia. Et sicut artefacta assimilantur formæ præceptæ; ita naturalia assimilatæ formæ per quam agès operatur. Quod si volueris septem similitudines agnoscere inter naturam, & artem, legge P. Rubio hic cap. 1. q. 4. vbi & alias septem explanat differentias inter naturam, & artem: omnes tamen vel reducuntur, vel proueniunt ex differentia iam assignata ex Phylosopho; quam tribus modis explanat Masius cap. 2. docens artē imitari naturam, in figura exteriori; in modo agendi; & in effectu producto.

**5** Contra conclusionem est argumentum: nam sunt plurima entia artificialia, quorū formæ sunt principia intrinseca motus: ergo illa differentia inter entia naturalia, & artificialia non est recte constituta. Probatur antecedēs inductione, in forma nauis, in formis rotarū plaustrī, & similibus: & vniuersaliter ex perimur corpora figuræ sphæricæ velocius moueri, quam figuræ qua-

quadratæ, vel planæ, & in motu horologij, & similibus, si instrumenta non sunt disposita secundum artē, cessat motus, qui tamen perseverat artis dispositione perseverante.

Respondet bene M. Soto ad 1. & M. Iauellus q. 2. & alij, quos refert, & sequitur M. Masius q. 1. concl. 3. quod formæ artificiales non sunt causæ motus quoad substantiā, sed solum velocitatis, & modi motus. Globus enim velocius descendit, quam quadratus lapis, quia figura circularis est apta ad motum. Unde quod nauis supernatet, habet a natura ligii: si enim esset plumbæa, non nataret. Quod vero ita velociter moueatur a ventis, forma artificialis est causa: & idem dicendū est de rotis plaustri.

6 De motibus autem horologiorum illud addēdū, quod ex arte sic disponuntur instrumenta, & tā certo imprimitur eis impulsus, ac si à ratione intrinsecā moueretur; quod optime declarat S. Ph. 1. 2. q. 13. ar. 2. ad 3. dicens: quod sicut dicitur in 3. Physic. motus est actus mobilis à mouente; & ideo virtus mouentis appetit in motu mobilis: & propter hoc in omnibus, quæ mouentur à ratione, appetit ordo rationis mouentis; licet ipsa, quæ à ratione mouentur, rationem non habeant: sic enim sagitta tendit ad sigillum ex motione sagittantis, ac si ipsa rationem haberet dirigentem: & idem appetit in motib⁹ horologiorum, & omnium ingeniorum humana- rum, qui arte fiunt. Hæc ibi: ex quibus appetit istorum motuum cau-

sam esse extrinsecam artem; quam uis impulsus, in quibusdam plus, in alijs min⁹ duret, iuxta artis, vel mouentis dispositionem.

## §. II.

*Opiniones de distinctione formæ artis à subiecto.*

7 **M**Aius dubium est, utrum forma artificialis distinguatur à subiecto naturali, in quo est?

Sunt in hoc puncto tres opinio- nes. Prima negat formam artificali- lem distinguiri a subiecto. Ita Nominales apud M. Soto, quos sequitur P. Pereira lib. 7. c. 3. & P. Arriaga dis- put. 6. sect. 2. dicēs, esse euidentem, & oppositam sententiam omnino improbabilem. Subditque, formā artificialem picturæ non esse quid distinctum ab omnibus coloribus, & eorum ubicationibus: quia nulla alia forma superintelecta intelligitur pictura.

8 Per oppositum alij censem præ ter quantitatē produci ab artifice formam artificiale, quæ est qua- litas realiter à quantitate distincta. Ita Paulus Venetus lib. 7. Metaph. cap. 10. & Antiqui cōmuniter, qui reales vocabātur: quos sequens P. Rubio quart. 4 in fine, docet for- mas per artes corporibus naturali- bus impressas, res esse ab eis distin- ctas. Quod probat tribus argumen- tis. Primo, quia causa, & effect⁹ per se mutuo sibi correspōdent, ita ut causæ per se diuersi ordinis effectus producant re diuersos: sed natura, & ars sūt causæ diuersi ordinis, quia

ars est habitus naturæ superadditū, & ab ea genere disinctus: ergo necessè est fateri, re distingui formam artis à natura, seu naturali forma.

9 Secundum argumentum est de imaginibus depictis, & exaratis, & de litteris efformatis: nā illæ à planō corpore in quo exarantur, res diuerse sunt, quemadmodum litteræ, seu elementa scripturæ, à papyro, & attramento; cum tamen notum sit ab arte tamquam ab agente principali fieri.

Denum: nam repræsentatio est relatio realis per quā depicta imago refertur ad prototypum: ergo habet reale fundamentum: hoc nō est lignum, aut æs, in cuius superficie eadem imago depicta est: ergo est res altera, quā produxit pictor. Quia tamen illæ artificiales formæ sunt imperfectissimæ, minimæque entitatis; ideo facile induci possut, & eadem facilitate deleri.

10 Inter hæc extrema medium tene curauit M. Sotolib. 2.q. 2.art. 1. in fine, docens formam artificalem non distingui realiter à quantitate, tanquam rē aliā; sed solum formaliter. Hanc secundam partem probat, quia forma, & figura est qualitas, quæ est passio quantitatis; ac proinde formaliter ab ea differens.

Quod autem non distinguatur tā quā res àrē à quātitate, probat primo: quia pluralitas entium introducitur non debet sine ratione cogēte: quæ hic non extat: inò oppositum videtur intellectus concipere: alias quoties quis digitum, aut iu-

directum porrigit, aut in arcu mē trahit, nouū accidens produceret, quia figura est diuersa.

11 Secūdo, quia si forma, & figura eslet accidens distinctū à ligno, & eius quātitate, possit ab illis tolli à Deo: sed tunc haberet eādem effigiem quam modo habet: nā haberet eosdem terminos, & extrema quātitatis: ergo supervacancū est ponere figuram esse aliud accidens præter quātitatem.

Tertio arguit, de figura domus, aut vestis, de quibus inquirit, an sit diuisibilis, vel indiuisibilis? Indiuisibilis censer non potest: siquidem domus ex rebus diuisibilibus constat: & quia si eslet indiuisibilis, eslet in qualibet parte domus, sicuti anima in corpore: & tunc quælibet pars eslet domus. Si vero est diuisibilis, tunc necessè est dicere, quod sit tota in omnibus partibus collectiue: & sic non erit vnum accidens numero, quia hoc nequit esse in pluribus substantijs non facientibus vnum ens, quales sunt partes domus. ¶ Simile argumentum fit: quia forma domus non fit in instanti, quia non est forma substantialis. Fit ergo successiue: ergo forma totius non est aliud quam aggregatū ex formis partium, videlicet superficies ultimæ partium, ex quibus resultat forma domus.

### s. III.

#### *Resolutio secundi dubij.*

12 Pro resolutione notandum, in prædictis sententijs, & fundamen-

mentis earum, duas misceri difficultates valde diuersas. Altera est de distinctione figuræ à quantitate, & à substantia. Altera de distinctione formæ, quæ inducitur per artem, ab ipsis formis, & figuris naturalibus? Constat enim, quod adhuc si nō da retur ars in rerum natura, nec effectus illitis, corpora haberēt formas & figuræ accidentales; & posset tunc inquiri distinctio illarū à quantitate, & à substantia; & ideo ista est alia quæstio ab ea, quæ inquirit, utrum forma accidentalis, quæ inducitur per artem, sit realiter distincta ab ea, quæ induceretur per naturā? Vel ab ipsam et formam, quæ est acci- dens quodam entitatiæ naturale?

13 Secundo notandum, quod vt ait S. Tho. 2.2.q.96.art.2.ad 2.corporum artificialium formæ procedunt ex conceptione artificis, & nihil aliud sunt quam cōpositio,ordo, & figura, vt dicitur in 1.Physic. text.46.idemque habet Opusc.34. circa finem, & manifestum erit ex dicendis dubio tertio.

14 Dico ergo primo, formæ artificialium realiter distinguuntur à substantia, & à quantitate artefactorum. Probatur primo: omne acci- dens prædicamentale realiter differt à substantia, vt diximus lib.2.Log. q.7.n.5.& q.23.n.11.& 21. Sed for- mæ artificialium, inquantum huiusmodi, sunt accidentia: ergo realiter differunt à substantia. Minor patet primo, quia forma substantialis est natura, & ars nequit cōfundi cū natura: ergo forma artis est accidentes naturæ superadditum. Secundo ea- dem minor est Phylosophi hic tex-

tu 7.& 13.& 28.& lib.8. Metaphys. text.9.lect.3.apud D.Thomam lit- tera b. ait, quod formæ artificiales accidentia sunt. Tertio, qui facit ens artificiale, facit aliquid nouū, vt patet, quia facit vestem, calceū, aut dominū: & tamen totū quod est ens substantiale, ante erat: ergo facit de novo formam accidentalem artificialem.

15 Secundo probatur specialiter secunda pars, & tota conclusio: nā quæ realiter separantur, realiter di- stinguuntur: sed formæ artificiales realiter separari possunt, nedum à substantia, sed etiam à quantitate: quia eiusdem quantitatis diuersæ sunt figuræ, & per diuersam cōposi- tionem, & situationem diuersa artefacta consurgunt: ergo realiter differt forma artificialis à substantia, & quantitate.

16 Vrgeturq; vis huius rationis: nam omnes aliq; qualitates prædicamentales realiter differunt a substâ- tia, & quantitate, vt inductiū pa- ter; & ex propria ratione vtriusq; prædicamenti constat: cum ergo forma, & figura, quæ inducuntur per artē, sint qualitates, realiter differt forma artis a substantia, & quantitate. Idemque esse dicendum de re latione cōsurgente inter cā, quæ ad unantur, ordinantur, vel disponun- tur, patet ex dictis li.2. Log. q.23. Hanc etiā conclusionē damus argu- mentis propositis nam.8.& 9.

17 Dico secundo, figuræ, vel for- mæ artefactorum, vel illorum or- do, & compositio realiter non dif- fert ab ipsa figura, ordine, vel situ, qui fieret à natura. Itaque hæc acci- dentia

dentia si producerentur sine arte, diceretur entia secundum naturā, vel naturalia, & dicuntur artificia-  
lia inquantum sunt ab arte, & ex  
cuius directione, & instrumentali ef-  
ficiencia. Hanc probat primum ar-  
gumentum M. Soto, & videtur te-  
nere M. F. Ioan. à S. Thoma, quæst.  
9. artic. 3. circa finem; & colligitur  
ex dictis lib. 2. Log. quæst. 26. §. 7.

Et probatur primo ratione com-  
muni iam taetā, quia sine vrgenti  
necessitate entia non sunt multipli-  
canda: nulla autem vrget necessi-  
tas vt vltra substantiam, & accidē-  
tia illi naturalia, introducatur no-  
num genus formæ, quod natura nō  
nouit.

18 Secundo, probatur, & argu-  
menta soluuntur, quia effectus fa-  
ctus à natura, & ab arte, solum dif-  
ferunt penes diuersitatem instru-  
mēti; vel penes diuersum modum  
eficiendi: sed nec à diuersitate in-  
strumentorum, nec ex diuerso mo-  
do causæ efficiētis differūt effecti:  
quia totū hoc extrinsecè se habet,  
& assimilatio effectus est cū forma  
principialis agentis: ergo formæ ar-  
tificialiū entitatiuè nō differant à  
figura, situ, & ordine, qui posset à  
naturali causa introduci. Quamvis  
figura sit forma quasi intrinseca, &  
vbicatio, vel sit extrinseca, vel cor-  
respōdentiā habeat ad extrinseca,  
ad quorū variationē potest varia-  
ri: nā vbicatio nō est pars intrinse-  
ca imaginis: alioquin qui statuā mo-  
uet, eā variaret extrinsece: quod ad  
sensū apparet esse falsū. Et per hæc  
excluditur secunda pars prioris sen-  
tentiae: & solutū est primum argu-

mentum secundæ, quia est diuersi-  
tas instrumēti, vel modi agendi; nō  
tamen diuersitas specifica substāta  
lis agentium.

19 Ad secundum respondetur,  
quod formatur statua diuidendo  
partes superfluas, & necessarias co-  
aptando: & hoc fit producēdo su-  
perficies, & figuram nouam quanti-  
tati tribuendo. Pictura autem, & ef-  
formatio litterarū fit per superad-  
ditos colores in tali situ, & disposi-  
tione, & hoc addit supra papyrū nō  
solum accidentia, sed substātiā at-  
trāmēti sub tali dispōsitione: quod  
totū licet realiter differat à tabula,  
vel papyro; non tanien realiter dif-  
fert à figura, ordine, & compoſi-  
tione colorum; & hanc diximus n. 13.  
estē formam artificialē: & in ista fun-  
datur relatio imaginis. Per quæ pa-  
tet ad tertium.

20 Duo priōra argumenta M. So-  
to probant secundā cōclusionē: &  
inquantū opponi possunt cōtra pri-  
mā, solui possunt ex dictis lib. 2. Lo-  
gic. q. 23. agendo de distinctione re-  
lationis à fundamento: quæ hic vr-  
gentius militant, nā difficilius per-  
cipitur distinctio relationis à funda-  
mēto, quam distinctio figuræ à qua-  
titate.

21 Ad tertium respōdetur, quod  
vt dicit S. Th. 5. Metap. lect. 7. & 8.  
*Aliquid esse unū perse multis modis con-  
tingit.* Ens artificiale est vnum vni-  
te ordinis, quia sortitur speciem ab  
ipsa compositione, vt docet S. Th.  
li. 7. Metaph. lec. 17. lit. f. vt in simi-  
li diximus lib. 2. Log. q. 16. nu. 29.  
vnde in domo, veste, exercitu, & si-  
milibus, vt sint vnu artificiale sim-  
pliciter

### §. 3. De distinctione artificialium, &c.

pliciter tale, non est querenda vna forma, vel individualitatis, vel continuitatis; sed vna unitate ordinis, & perfectionis, quia habet omnia requisita ad suum finem: sicut S. Thom. 3. p. q. 73. artic. 2. ponit ex rebus diversis fieri unum sacramentum unitate artificialis ordinis. Vnde illae figuræ partium sic cōpositæ, & ordinatae faciunt unum ens artificiale, cuius forma est ordo, & compoſitio figuræ quantitatis.

22 Demum aduerte, quod Paulus Venetus, quæ citat, & lequitur Toleatus 2. Phys. q. 6. notab. 3: arbitratur artificialia, non esse sicut reliqua nomina accidentalia, quæ dicunt corpus ut subiectum, non ut partē sū; at verò artificialia significant ipsam materiam ut partem: vnde sicut caro, & anima faciunt hominem ut duas partes, ita aurum, & figura constituunt statuam in genere artificiali: & ita supponit pro aggregato ex auro, & figura.

23 Modum autē istum loquendi non esse Phylosophis recipiēdum, notat M. Soto q. 2. ante solut. ad 2: quia forma artificialis aduenit enti in actu: ergo ex subiecto, & tali forma non sit unum ens per se; sed per aggregationem: ergo supponunt pro subiecto connotando formas, ut de aliis accidentibus in cōcreto abunde explicuimus lib. 1. Log. q. 18. §. 1. & 2. & q. 15. §. 2. Vnde S. Thom. in 2. dist. 40. q. 1. artic. 1. ait, quod forme artificiales accidentales formæ sunt: vnde cultellus, & clavis etiā differunt specie secundū quod ad genus articiale pertinent: sed quā tum ad substantiam eadē sunt spe-

cie; quia substantia ut triusque est ex materia naturali, & non ex forma artificiali, vt in 2. de Anima Comment. dicit. Idem docet S. Thom. in 4. dist. 3. q. 1. artic. 1. q. 1. ad 2. & Quodlib. 11. artic. 6. ad 3. Nec video quo fundamento diuersimode sit loquendum de artificialibus, ac de concretis accidentib; siquidem ipsi admittunt formas artificialium esse accidentia: ac proinde, ipsa significant, licet pro subiecto supponant, vt alia cōcreta accidentia.

### §. IIII.

*Vtrum ars valeat efficere opera naturæ?*

24 **H**oc est tertium, & ultimum dubium huius questionis, de quo latè alij: nobis sufficit doctrinā S. Thom. qui sèpè respondet, quod ars, aut operatur virtute principiorum naturalium; aut virtute propria. Priori modo non inconuenit, quod applicando actiua passiuis, inducat formam substantiam, quæ quidem est ab arte applicante, & à natura operante: at verò ars virtute propria solū valet inducere formas accidentales.

25 Vtrumque docet S. Th. 3. p. q. 66. artic. 4. dicens: ars deficit ab operatione naturæ: quia natura dat formā substancialē; quod ars facere non potest; sed omnes formæ artificiales sūt accidentales. Nisi forse apponendo propriū agens ad propriam materiam; sicut igne cōbustibili: per quē modū à quibusdā quedam animalia per putrefactionem generan-

tur. Et 2.2.q.77.art.2. ait, quod nihil prohibet artē vti aliquibus naturalibus causis ad producēdos venros, & naturales effectus: sicut August. dicit in 3.de Trin. de his, quæ arte Daemonum fiunt. Et 3.p.q.75. art.6.ad 1.apponit exemplum dicens, quod arte produci possunt ranæ, & serpentes: talem enim formā non producit ars virtute propria, sed virtute naturalium principiorum. Et hoc modo producit formā substantialē panis virtute ignis decoquentis materiam ex farina, & aqua confectam. Videatur Opusc. 34.in fine, & q.3.de Potent. art.8. ad 13.& q.6.art.1.ad 18.& in 2.dist. 7.q.3.ar.1.ad 5.& in 4.dist. 11. q.1.art.1.q.3.ad 3. In quibus verò casibus ars valeat inuenire propria actiua, & passiua induciua formarum substantialium; in quibus verò non; non est huius loci determinare.

## QVAESTIO V.

*Quælibet distinguuntur motus naturalis, & violentus?*

<sup>1</sup> Ex dictis q.1.n.19. & q.3.n.9. E constat, quod licet perse prima natura solū sit principiū motus interni, tamē secundario, seu perse secūdo, etiā natura est principium motus externi, seu trāscendentis in aliud. <sup>¶</sup> Cōstat etiā ex tōta quæst. 3. quod natura non solum dicitur de principio actiū, sed etiā de principio passiū: vnde similis distiūctio assignari debet in motu naturali, siue sit à natura primario, siue secundario; & ideo de utrisque loquēs S.

Tho. 1.2.q.6.ar.5.ad 2. ait: dicitur aliquid naturale dupliciter: uno modo, quia est à natura, sicut a principio actiū: sicut calefacere est naturale igni. Alio modo secūdū principiū passiū, quia scilicet est innata inclinatio ad recipiendū actionē à principio extrinseco: sicut motus coeli dicitur esse naturalis propter aptitudinem naturalē cœlestis corporis ad talē motū, licet mouēs sit voluntariū. Quia igitur violētū naturali opponitur, ad melius intelligendam naturā, & rationē motus naturalis, nonnulla de violento discussiū, proportionalia his, quæ de naturali motu dicta sunt.

## §. I.

*Exponitur definitio violenti.*

<sup>2</sup> Incipiendo à definitione, violentum definitur à Phylosopho 3. Ethic. cap.1.dicente: *Id autem est violentum, cuius principiū est foris, in quod nihil is qui agit, aut patitur, confert.* Vbi S. Thomas lectione prima littera d.notat, quod violentum opponitur naturali, & voluntario, & cum utrumque sit à principio intrinseco; ideo conueniens est, quod violentum sit à principio extrinseco. Non tamen omne cuius principiū est extra, est violentum; sed solum quod ita est a principio extrinseco, quod appetitus interior non concurrit in idem. Et hoc est, quod dicit Phylosophus, quod oportet tale violentum esse, in quo nihil conferat, scilicet, per propriū appetitum.

Vnde

3 Vnde ad violentum non sufficit, quod passuum se habeat negatiue; sed exigitur, quod possitius illi contrarietur, vel per naturā, vel per interiore appetitum: unde S. Tho. 1.2.q.6.art. 4. ad 2. ait, quod non semper est motus violētus quando passuum immutatur à suo actuo; sed quando hoc fit contra interiore inclinationem passiu: alioquin omnes alterationes, & generationes simplicium corporum esent innaturales, & violentiae: sunt autem naturales propter naturalem aptitudinem interiorē materiæ: vel subiecti ad talem dispositionem: quia sola negatio non est alia repugnantia, quā absentia formæ, quæ tollitur eius præsentia: unde non est repugnantia, nec violentia sine possitua contrarietate.

4 Præterea aduertendum, quod violentia, vel est in agendo, vel in patiendo. Quam diuisionē ex definitione, & exemplis Phylosophi colligi, notat S. Thom. illa lect. 1. dicens: homo etiam dicitur operas inquantum facit aliquid per violentiam: & dicitur patiens inquantum violentiam patitur. Et ponit exemplum, puta, si spiritus, idest, ventus per suam violentiam impellat rem aliquam ad aliquem locum; vel si homines dominium, & potestatem habentes, expullerunt aliquem contra suam voluntatem. Vnde bene aduertit M. Soto hic q. 2. ar. 1. 6. ex quo sequitur quod passum conferre vim, stat dupliciter: vel per inclinationem principij naturalis; vel per voluntaria electionem: unde quando quis scienter vapulat à prælato,

qui cū possit resistere, non resistit, non est vapulatio violenta, sed libera. Quod traditum inuenio à D. Thom. 1.2.q.6.art.5.ad 2. dicente, quod voluntarium potest aliquid dici dupliciter. Vno modo secundum actionem, puta cū aliquis vult aliquid agere. Alio modo secundū passionem, scilicet, cū aliquis vult pati ab alio. Vnde cum actio inferatur ab aliquo exteriori, manente in eo, qui patitur, voluntate patiënti, non est simpliciter violentū: quia licet ille, qui patitur, non conferat agendo; confert tamen volēdo pati: vnde non potest dici involuntarium: ac per consequens nec erit violentum simpliciter.

## §. II.

*Quando motus sit naturalis?*

5 R<sup>s</sup> Vrsus notandum, quod solet reuenire, quod respectu alicuius motus concurrunt duo principia, quorum vnum inclinat ad illū; aliud vero inclinat ad contrarium; & tunc est dubium qualiter debeat ille motus appellari? ¶ Respondeatur quod si vna inclinatio sit principalior, & prædominans, absolute dicetur motus naturalis; & secundum quid violentus. Ita sumitur ex D. Thom. 1.2.vbi supra: nam ad 3. ait, quod sicut Phylosophus dicit in 8. Physic. text. 27. motus animalis quo interdum mouetur animal contra naturalem inclinationem corporis; & si non sit naturalis corpori; est tamen quodammodo naturalis animali, cui na-

turale est, quod secundum appetitum moueatur: & ideo hoc nō est violentum simpliciter, sed secundum quid. Et similiter est dicendū cum aliquis inflectit membra cōtra naturalem dispositionē; hoc enim est violentum secundum quid, scilicet, quātū ad mēbrum particulare; non tamē simpliciter quantū ad ipsum hominem: quia mēbra naturāliter inclinantur, vt moueantur ab appetitu. Eadem de cauſā docet M. Soto vbi supra, quod cū graue aſcēdit ne detur vacuū, simpliciter loquēdo est motus naturalis; quia est à natura vniuersali: quāuis sit violentia secundum quid respectu naturae particularis.

6 Rationem radicalem tangit S. Tho. q. 6. de Potentia art. 1. ad 17. dicens, quod in re qualibet naturali est naturalis ordo, & habitudo ad causas omnes superiores. Et inde est, quod illa, qnq̄ sunt à corporib⁹ inferiorib⁹ ex impressione cœlestium corporum, non sunt violēta; licet videantur esse contraria naturalibus motibus inferiorum corporū: vt patet in fluxu, & refluxu maris, qui sequitur motum Lunæ. De eisdem loquens ipſe S. Thomas q. 4. de Potentia artic. 1. ad 20. ait: quod autem in elementis ex impressione cœlestium corporum accedit, non est cōtra naturam, vt dicit Com. 3. de cœlo cōm. 20. vt patet in fluxu, & refluxu maris, qui licet non sit naturalis motus aquæ in quantum gravis est, eo quod nō est ad centrum; est tamē naturalis motus eius in quantum est à corpore cœlesti mota, sicut eius instrumentū.

Inclinatio ergo ad obedientū causæ superiori facit, quod motus causæ inferioris, etiam contra propriā peculiarem inclinationem, sit motus naturalis.

7 Verum est, quod ipſe S. Thom. lib. 1. de Cœlo lect. 4. docet, quod circulatio ignis, vel aeris, quæ prouenit ex motu firmamenti, non est ei naturalis, quia non causatur ex principio intrinſeco: Neque est per violentiam, sine contra naturā; sed est quādammodo supra naturā; quia talis motus in est eis ex impressione superioris corporis, &c. Ex quo loco multi deducunt dari motū mediū inter naturalem, & violentū, nempe motum præternaturalē.

Cæterum omnia cōsonant, quia cōparatim ad naturā inferiorē, isti motus sunt præternaturales; sicut motus, qui fiunt ab agēte supernaturali secundū potentia, quā vocat obedientiale, sunt, & dicuntur supernaturales. Tamen absolutè motus, qui sequuntur inclinationē, vel impressionē superioris causæ, naturales dicuntur: quia inclinatio naturæ superioris supereminet, & præualet: & secundū quid dicitur violentus: & sic motus præternaturalis ad vnu ex prædictis ab aliquibus reducitur, iuxta illud 4. Phys. text. 67. omnis motus, aut sit natura, aut vi. Quādo verò neutra inclinatio noscitur præeminere, dicetur motus mixtus ex naturali, & violento.

8 Demum sciendū est, quod violentia aliquando est, quoad substantiam motus, quia est ad locū, vel finē nō naturalē; aliquando verò est solum quoad modū; quia mouetur velocius;

### §. 3. Vtrū creaturā possit pati violētiā à Deo? 167

locus, quā naturalia principia exigant. Nō est autem motus simpliciter violentus, nisi sit violentia quoad substantiam, & ad terminum nō naturalem. Vtrumque reperio in D. Tho. Primum 2.2.q.175. art. 1. vbi loquens de raptu violento, ait: que quidem diuersitas attenditur duplicitate. Vno quidem modo quātum ad finē inclinationis, puta si lapis, qui naturaliter inclinatur ad hoc, quod feratur deorsum, projiciatur sursum. Alio modo quantū ad modū tendendi, puta si lapis velocius projiciatur deorsum, quā sit motus eius naturalis. Secundū verò tradit S. Tho. q.13. de Verit. art. 1. ad 5. Et utriusque ratio est facilis ex definitione violenti, ad quod exigitur, quod nihil conferat vim patiens: quando ergo finis est contra inclinationē, patiens resistit; & ideo simpliciter vim patitur. Quando verò de se in finem tendit, & ex impellēte acelleratur, simpliciter inclinatur in motum; & secundum quid, & quoad modum vim patitur.

### §. III.

#### Vtrum creatura possit à Deo violentiam pati?

**D**eo supersūt dubia hic breui ter examinanda. Alterū an resistentia passi requisita ad violentiam debeat esse actiua; an verò sufficiat passiua? Et utrum non solum causæ secundæ, sed etiam causa prima valeat creaturæ violentiam inferre?

Ab isto incipiendo, absolutè af-

firmant creaturam posse à Deo violentiam pati, Vazquez 1.2. disp. 25 cap. 4. ibi Lorca disp. 4. membr. 2. & alij Recentiores. Pro qua referuntur S. Bonaventura in 2. distin. 25. in 2. p. quæst. 5. In merito tamen, quia ibi loquitur de violentia secundum quid, & respectuè ad potentiam particularē: quam non negant Authores ultimæ sententiæ: loquendo autem de violentia simpliciter comparatiuè ad potentiam obediētiam, potius nobiscum tenet ad penultimum.

**I**oij dicunt, quod si Deus operetur ut uniuersalis motor, motus non erit violentus; secus verò si vellit operari ut motor particularis. Ita Medina 1.2. q.6. art. 4. post 4. conclus. Ioan. à S. Thoma hic quæst. 9. art. 4. difficult. 1. Et ut probabilem docuerat Bañez 1. p. q. 82. art. 1. dub. 3. concl. 2. Vel ut alij distinguunt, voluntas ut natura est non potest à Deo violentiam pati; bene tamen voluntas ut libera est. Ita Curiel 1.2. q.6. ar. 4. dub. 1. §. Sed mihi. Et ibi Cornicjo disp. 2. dub. 2. concl. 2.

**I**dicendum tamen est, nullum motum à Deo factum in creatura, vel cum creatura esse simpliciter violentum; sed omnē esse naturale, vel præternaturalē, aut supernatura ī: quāuis possit esse violentus secundum quid, vel in genere moris; vel respectuè ad inclinationem peculiarem. Ita Caïet. 1. p. q. 82. artic. 1. Ferrara lib. 3. Cötrag. cap. 100. Cöradus 1.2. quæst. 6. art. 4. vbi idē tenent Authores, quos citat, & sequuntur M. Baptista disp. 85. per totam.

Soto in præsenti quæst. 2. artic. 1. §. rursus. Percira lib. 7. c. 8. PP. Carm. 1. 2. tract. 10. disp. 5. dub. 2. & in ea inclinat Bañez vbi supra cōcl. 3.

12 Sumitur ex D. Aug. lib. 26. cōtra Faustini cap. 3. cuius verba adducit S. Tho. 1. p. q. 105. art. 6. ad 1. qui idem docet quæst. 103. ar. 8. ad 3. & 2. 2. q. 104. ar. 4. ad 2. ait: Deus nihil operatur contra naturam, quia hoc est natura uniuscuiusque rei, quod Deus in ea operatur, &c. Et 3. p. quæst. 44. art. 2. ad primum, dicit: *Sicut inferioribus corporibus naturale est moueri a cœlestibus corporibus (quæ sunt superiora secundum naturæ ordinem) ita etiam naturale est cuilibet creature, ut transmutetur a Deo secundum eius voluntatem: unde August. dicit, &c.* Idem docet S. Thomas multis alijs locis relatis in tabula aurea, verbo *Natura*, num. 45.

13 Ratione solet probari primo: vbi nō est resistentia simpliciter ex parte passi, nō est violentia simpliciter, ut patet ex definitione violēti: sed simpliciter loquendo, nulla creatura valet resistere Deo; iuxta illud Sapientiæ 11. vers. 12. *Virtuti brachij tui quis resistet?* Et quia virtus Dei in infinitum excedit resistentiā creaturæ: & ita est resistentia secundum quid, & non vincens virtutē, & dominium Dei omnipotentis: ergo simpliciter, & in rigore loquendo, creatura nō violentatur a Deo.

14 Secundo probatur ex dictis: nam motus elementorum a virtute cœlesti, & motus grauis sursum ne detur vacuum est simpliciter naturalis, quia causæ inferiores magis inclinantur ad motum causæ supremæ, quam ad proprios motus: sed

magis inclinatur creatura ad obediendum Deo, quam ad aliam quilibet causam: ergo nullus motus a Deo in creatura factus est simpliciter illi violentus. Hæc est ratio S. Thomæ vbi supra, & q. 6. de Potēt. art. 1. ad 17. vbi post verbarelatan. 6. ait: *Et multo minus est violentū, quod a Deo sit in istis inferioribus.*

15 Tertio, omnium rationū vis explicatur ratione S. Th. 1. p. q. 60. art. 5. vnumquodque in rebus naturalibus, quod secundum naturā hoc ipsum quod est, alterius est, principalius, & magis inclinatur in id cuius est, quam in seipsum: & hac de causa manus absque deliberatione exponitur iactui ad cōseruationem totius corporis. Sed omnis creatura naturaliter secundū id quod est, Dei est: ergo magis inclinatur in Deū, quā in seipsā: ergo omnis motus in ea a Deo causatus est secundum inclinationē prædominantē: ergo null⁹ est violentus simpliciter.

Dices rationem hanc procedere de voluntate ut natura; non de illa ut libera est: vnde peccatores finē ponunt in creatura, & Deū odio habent, & eius cōtrariantur volūtati.

16 Facile hoc excluditur: primo, quia facta quacūq; reduplicatione, omne creatū, quod ens est, Dei est: quia sine ipso factum est nihil: ergo magis inclinatur in Deum, quā in se ipsum. ¶ Secūdo, S. Th. etiā de voluntate libera loquitur, & de illa militat eius ratio: inquit enim: & quia ratio immitatur naturā, huiusmodi immitationē inuenim⁹ in virtutibus politicis: est enim virtuosī ciuis, ut se exponat mortis periculo

pro totius reipublicæ conseruatione: ergo pars libera magis inclinatur ad bonum vniuersale, quamad proprium. **T**ertio, obiectio probat, quod voluntas libera moraliter potest à Deo auerti, & illi resistere: iuxta illud Actuū cap. 7. *Vos Spiritui Sancto resistitis.* Cum quo com patitur, quod non sit violentia physis, de qua loquimur: quia motus ille vt ens, est à Deo, & in Deo est; & ipse est proprius finis omniū entium.

**I**terū respōdebis, rationes has probare, quod si Deus velit operari vt causā prima, vel ita vt nihil sibi resistat; nulla erit in creatura violentia. Potest tamen Deus velle operari ad modum causæ secundæ intendendo violentiā inferre creaturæ; vt torquēdo dannatos contra eorū voluntatē, vel projiciendo lapidem sursum conseruando resistētiā grauitatis: in hoc enim nulla est repugnatio: ergo tortura erit violentia damnato, & ascensus erit violentus lapidi.

Respōdetur, quod in ipsis, & similibus casibus erit violentia secundū quid, & attēta peculiariter natura voluntatis, vel creaturæ; nō tamē erit violentia simpliciter: sicut dicebamus ex D. Th. n. 5. de illo, qui inflectit mēbra cōtra naturālē dispositiōnē, quod est violētia secundum quid, id est, cōparatiōne ad mēbrum particulare absolute; non tamē est violētia simpliciter quantum ad ipsū hominē; propter inclinationē mēbrorum, vt mouētur ab appetitu. Cū ergo creatura, eo ipso quod talis, habeat pro fine Deo, in quē inclinatur, non potest ab ipso aliquid in

ea fieri violētū secundū inclinationē vniuersale; etiā si sit violetum secundū inclinationem particularē.

**18** Præter quā quod dici posset, quod licet ex parte facti, vel ex parte modi, qui se tenet ex parte creaturæ, nō repugnet Deum operari, quod operatur, vel operaretur causa secunda; quia ipse omnia eminēter præhabet. Verū tamē ex parte modi, qui se tenet ex parte Dei, repugnat quod Deus nō operetur vt Deo, & vt causa prima: vnde licet respondeat ad inclinationes peculiares creaturarū possit intendere violētiā: nō tamē potest intendere violentiam simpliciter; quia nec potest à se abdicare, quod Deus sit: & quod eius omnipotētia vincat omnē resistētiā: & quod ex parte creaturæ sit illa vniuersalis supereminens inclinatio, tollēs violentiam simpliciter.

**19** Denū respōdebis cū Vazq. dicēdo, creaturā habere potētiā obedientialē; nō tamē propensionē, & in clinationē ad bonū vniuersi, nec ad bonū diuinū: quia nō sunt in natura duae inclinationes oppositæ: & quia adhuc cū aqua ascēdit sursū nō desinit grauitare: quod nō faceret si haberet inclinationē vt sursū ascēdat.

Hāc euasionē latē impugnat M. Baptista à n. 230. vsq; 240. quia inclinationes naturales ex naturalib; motibus cognoscim⁹: sed vidēm⁹ naturales motus absq; deliberatione ad bonū vniuersi cōtra bonum propriū, vt sup. dicebam⁹ ex D. Th. ergo datur in eis inclinatio naturalis. Secundo, quia mot⁹ isti sunt naturales, & propter bonū nature: ergo in natura sunt principia, & inclinationes

tiones ad illos. Tertio, quia alias author naturæ minus sufficienter rerum conseruationi prouidisset; si hanc inclinationem non dedisset.

20 Et urgetur: nam Deus animali non tantum dedit virtutē nutritiūam, & augmentatiūam ad conseruationem individui: sed etiam prouidit de virtute generatiua, & semine ad conseruationem speciei: ergo etiam prouidit de inclinatio-ne ad bonum vniuersi. Et modo non facimus vim in eo quod hæc sit potentia superaddita, & quod sit actiua: sed siue sit passiva, siue sit idētice inclinatio ipsa naturalis, siue potentia obedientialis, vt vide tur docere S. Tho. q. 1. de Potentia art. 3. ad 1. est inclinatio maior ad bonum diuinum; quam ad bonum proprium. Vnde nec aqua cū ascēdit grauitat, quia magis inclinatur ad bonum vniuersi, quam ad proprium. Nec vlla est oppositio determinari ad vnum, inquātū bonū propriū; & ad aliud, si expediāt bono vniuersi.

21 Obijcies: Si Deus imprimat im pulsū lapidi, medio quo lapis de orsum ascendat; vel introducat calorem in aqua, medio quo illius natu-riam frigiditatem remoueat, violentiam infert his creaturis medio calore, & impulsu, eodem modo ac illā imprimeret, & inferret quod libet aliud agens naturale, quod similes qualitates produceret. Ergo etiam à Deo potest creatura pati violentiam. Antecedens probatur: nā calor ex se est violentus aquæ, & impulsus lapidi, non vero ratio-ne actionis, media qua producuntur, vel ratione agentis, à quo dimanant: nam violentia, & oppositio est propter contrarietatem formarum, & oppositionem natuam caloris, & frigoris, quæ eadem est à quocumque causetur; quia effectus violentat formaliter, & agens solum effectiue: ergo Deus potest violentiā inferre creaturæ.

Respondeatur primo cum M. Bap-tista n. 273. quod motus causatus a Deo non solum est simpliciter naturalis, sed ex omni capite naturalis: quia licet contrarietur inclinatio propriæ peculiari: tamen inclinatio in bonum Dei est tam potens, vt absorueat inclinationē peculiarem. Et argumentum procedit ac si in creatura solum esset inclinatio ad bonum proprium.

22 Secundo facilius respondetur cum communi, concedendo ibi interuenire violentiam contra inclinationem propriam; sed nō sufficit vt sit violentia simpliciter, vt iam explicuimus n. 17. quia inclinatio obedientiæ Deo, est maior quā inclinatio propria: & ideo S. Bonaventura in 2. dist. 25. illa q. 5. circa finem ait: quia enim ibi est obedientiæ perfectio, & liberum arbitrium respectu Dei ad omne quod Deus voluerit sic habet moueri, sicut pyla ad omnē partem; ideo quicquid de ipso, vel circa ipsum faciat, non compellit, nec violentat. Nec etiā alia creaturæ violentiam inducit quantum ad illam potentiam obedientiæ. Quātū autē ad potētiā spe cialiis naturæ, bene aliquādo infert violentiam, &c. Hæc ibi. Itaque voluntas quantum ad actus elicitos, nec

#### §.4. Vtrum detur violentia contra, &c. 171

nec secundum quid potest violentari: nec creatura quantum ad potentiam obedientiale. Quatum vero ad actus imperatos, & quantum ad alias speciales creaturarum inclinationes, possunt à Deo illisstantibus impelli ad contrarium, & erit violentia secundū quid, ut explicatum est: & hæc violentia est formaliter in contrarietate, & oppositione formarum, vel inclinationum. Vnde nos non argumētamur præcise ex agente; sed ex inclinatione, quæ est in creatura, ratione cuiusformia, quæ est violentia secundū dumi inclinationem propriam, est naturalis, attenta communī inclinatione, vel subiectione creaturæ ad Deum.

#### §. IIII.

#### Vtrū detur violentia contra principium passuum?

23 Circa aliud dubiū, prima sententia docet non dari violentum nisi contra principium actiuū, vel formale; ex hoc autem præcisus, quod sit contra principium passuum, non esse violentum. Ita Vazquez 1.2. disp. 25. cap. 3. Granados ibi tract. 2. disp. 5. & alij. Probat primo ex Phylosopho 2. Ethic. cap. 9. dicente, violentum esse contra impetum intrinsecum passi: vbi autē actiuitas non est, nec impetus esse potest. ¶ Secundo, quia ex opposito sequeretur tenebras esse violentias aeri; siquidem sunt contra potentiam passiū recipiendi lucem. Et forma substantialis est et violentia.

materiæ; siquidem est contra positionem naturalem, quam habet ad aliam. Item nullus motus erit tota liter violentus; siquidem omnis erit naturalis ex parte materiæ primæ. Quæ omnia esse absurdā satis patet.

Tertio arguunt alij: violentū est à principio extrinseco: sed forma recepta, & ipsa receptio oritur ab ipsa entitate intrinseca principij passiū: ergo non est illi violentia: nihil enim quod passiū oritur ab intrinseco rei, illi violentum esse potest.

24 Oppositam sententiam esse omnium communem, & veram dicit Montesinos 1.2. disp. 10. q. 1. n. 1.6. quem ibi sequitur Ioann. à S. Tho. disp. 4. art. 1. not. 2. &c in præsenti q. 9. ar. 4. diffic. 2. Item Cornejo, & Baptista 1. 2. disp. 76. dub. 1. fragmento 2. ibi Martinez in comment. art. 4. ante 1. dub. Serra ibidem, Suarez ibi disp. 2. sec. 1. Salas, & alij. ¶ Colligunt eam ex Phylosopho, qui in definitiōne violenti loquitur de eo, qui agit, aut patitur. Et S. Thom. 1. 2. q. 6. art. 4. ad 2. docet alterationes esse naturales proprie natu: alem apud unum materia, vel subiecti ad talēm dispositionem.

25 Rursus, locis-relatis q. 9. §. 3. docet, principium passuum sufficere ad naturam; & quod motus celesti est naturalis. Præterea, cū violentū naturali opponatur, sufficit oppositio ad principium passiū, ut motus violentus, & non naturalis. Probatur consequētia: quia inclinatio, quæ sufficit constituere motū naturalem per conformitatem, constituit

tuet motum violentum per repugniam: eo quod contrariorū contrariae sunt causæ.

Tertio, exemplum affertur, si oculus non recipiat speciem visibilem, ipso, & medio debite dispositis; quia est violentia cōtra inclinationem passiuam oculi. ¶ Quartio, si materia esset sine forma, hoc esset illi violentum, aut præter naturam, quia naturaliter repugnat (imo & de potentia aboluta, ut diximus lib. 1. q. 8.) & tamen esset violentia solum contra principiū passiuum, quia materia nullius est actuitatis: ergo oppositio cum principio passiuo sufficit ad motum violentum. Et ideo si materiae sublunari conferretur forma cœli, ad quam non est in potentia, esset violentia contra principiū passiuum.

26 Horum argumentorum vim subtiliter speculantes PP. Carmel. 1. 2. tract. 10. disp. 4. dub. 1. n. 7. dicunt, illis satis efficaciter probari ad efficientiam violenti, metaphysice loquendo, & quantum petitur ex vi definitionis, sufficere resistentia passiuam; de facto tamen vix reprietur violentum, cui subiectū non resistat per inclinationem aliquo modo actiuanī: quia non est violētia nisi contra formam debitam subiecto: regulariter autem subiectum respectu formæ debitæ concurrit aliquo modo actiue, saltē per emanationem: nam motus grauiam, & leuium oriuntur à generante in rigore, sed actiue etiam emanant à proprijs formis per simplicem resultantiā. Casus autem quarti argumenti videntur metaphysici, &

naturaliter impossibilis. Vnde regulariter loquendo violentia non contingit nisi subiectum resistat per inclinationem actiuanā.

27 Hoc satis docte, & probabili-  
ter est notatum. Sustinendo tamen  
communem sententiam in omni ri-  
gore, dicimus, quod violentia ma-  
teriæ primæ; ideo est physice im-  
possibilis, quia cum capacitas eius  
sit ita ampla, nō est violentia, si hęc  
vel illa tollitur, si alia succedat,  
cum omnium sit capax: totam au-  
tem materiæ capacitatem, vel ali-  
quam eius portionem, remoueri à  
statu sibi connaturali, videtur exce-  
dere vim naturalium agentiū, quia  
materia specialiter est a Deo, cum  
sit primum subiectum ingenerabi-  
le, & incorruptibile: & agētia crea-  
ta agunt ex suppositione mate-  
riæ.

28 Cæteruni in materia secunda,  
seu toto cōposito, iam attullimus  
exemplum naturaliter possibile de  
violentia principiū passiuū, vt si ocu-  
lus non impeditus priuetar specie-  
bus: quia non esset minor violētia,  
quā si habens illas, aperteque oculis  
non videret: sed in priori casu  
est violentia contra principiū pure  
passiuum: ergo etiam contra prin-  
cipiū passiuum dari potest practi-  
ce, & physice violentia.

29 Ad primum dicimus, etiam  
principiū passiuum suo modo re-  
sistere, conari, & appetere, vt dixi-  
mus lib. 1. q. 9. §. 1. Vnde etiam vio-  
lentia est contra imperium passiuū  
materiæ, vel subiecti; quia sicut in-  
fluxus cum sonet causalitatem effi-  
cientis, iam accipitur pro aliquo cō-

#### §.4. Vtrum detur violentia contra, &c. 173

muni omni causa: ita, & de *impetu*,  
& de similibus vocibus est dicēdū.

30 Ad secundū negamus illa incōuenientia sequi. Non primū, quia diaphanum naturaliter est capax lucis, & absentiae eius: & ideo neutri extremo resistit, cum utriusque sit capax. Similiter omnes formæ sublunares sunt actus inadæquati materiæ; vnde si abeunte una succe dit alia, nulla est violentia.

31 Ad ultimum inconveniens illius secundi argumenti M. Cornejo 1.2.q.6. disp. 2. dub. 1. i. i fine, concedit omnes motus violentos, etiam locales, esse naturales ex parte materiae: atque adeo nullum esse motum omni ex parte violentum, quia saltem est naturalis ratione materiae. Quamuis illi, qui sunt contra inclinationem formæ substancialis, aut contra inclinationem elicita voluntatis, merito dicantur violenti simpliciter, quia sunt contra naturalem inclinationē subiecti.

32 Hoc tamen rejicit M. Baptista illa disp. 76. dub. 1. fragmento 3. quia motus lapidis sursum ex omni capite est violentus, quia est contra formam grauius; & materia prima, quæ est sub forma lapidis, non est ut sic propensa ad ascensum, nec materia inclinatur ad motum, nec ad alia accidentia, nisi media forma substancialis: nec ad corruptionē nisi ratione formæ. Vnde negatur illa sequela.

33 Ad tertium argumentū respondetur, primo, illo probari posse, nec violentiam esse posse contra principium formale, quia etiam est intrin-

secum sicut materiale: sicut ergo ipsi tenentur respondere; ita & nos facile dicimus quod violentia non est solum quia recipit, sed quia remouet principium passuum à statu sibi debito, & connaturali: quod fit, vel recipiendo formam cuius naturaliter non est capax; vel si tollatur, quæ sibi debetur; vel si post ultima dispositione ad aliquam formam, ipsa non introduceretur: quia lapis recipit motum sursum; & tamē violentiam patitur: nam videt S. Tho. relatus n. 3. non semper est motus violentus quando passuum immutatur ab actuio; sed quando hoc fit contra interiorem inclinationem passuum, &c. Non ergo ex sola receptione est motus violentus, vel naturalis, sed ex conformitate, vel difformitate, pro, vel contra sibi debita.

34 Ex dictis in hoc dubio colligitur, illius sensum ignorasti. Recentiores quosdam, qui contra sententiam Vazquez sic arguit: motus lapidis sursum fit à principio extrinseco cum resistentia, & contra impetum materiae lapidis: quæ est stricte natura: ergo talis motus est ipsi materiae stricte violentus. Antecedens probatur, quia non solum forma lapidis, sed etiam eius materia inclinatur ad motū deorsum: ergo motus sursum fit cum resistentia materiae lapidis.

35 Cæterum ratio hæc terminos questionis non attingit, quia non dubitatur, quod possit dari motus violentus toti composito, & per consequens violentus eius partibus. Sed dubium procedit, utrum dari

dari possit violentia pure contra principium passionis, sine resistencia principij actui: & in casu argumenti forma, & grauitas lapidis actus resistunt motui: ergo argumentum illud non est ad rem, de qua hucusque egimus. Recursum ergo ad ea, quae adducta sunt pro nostra, & communi sententia.

## QVAESTIO VI.

*Quid sit causa?*

<sup>1</sup> **Q**uamdisputatio de causis propriissima sit Metaphysica, quae considerat partes, & principia entis, & ea quae abstrahunt à materia; tamen etiam Phylosophus Naturalis de illis tractat, non in tota sua latitudine, sed ut conducunt ad principia rerum naturalium, & motuum naturam cognoscendam, ut notat S. Thom. lib. 2. Physic. lec. 5. in principio; idcirco non ita prolixus de causis hic agemus, ac in 2. p. Metaphysicæ; quamquam curabimus non deficere in doctrina necessaria tradenda, non solum alibi scripta in compendium redigendo; sed nouas ocurrentes difficultates diluendo.

## §. I.

*Definitur causa.*

<sup>2</sup> **N**on defuerunt ex antiquis, qui negauerint dari causas: nam de Pyrro, Timone, Numenio, & alijs id refert Laertius lib. 9. Verum quia haec positio inter paradoxas,

& à communi omnium intelligentia ab horrentes merito recenseri debet, ut notat Masius hic cap. 3. sec. 1. q. 1. ideo in illa confutanda non expedit immorari: nam ad sensum patet solem illuminare, ignem calefacere, unum animal aliud generare, terram fructificare, & sic de alijs: hoc autem causæ nomine intelligimus: dicitur ergo causæ: unde, & Lucæ 21. dicitur: *arbores cum producunt iam ex se fructus;* & frequenter alibi idem traditur, vel supponitur. Supposita ergo causarum existentia, carum essentia est explicanda.

<sup>3</sup> Post autem causam in communione definiri perspicuum est: tum quia dicit aliquam rationem una oratione explicabilem: tum quia principium, quod est communis quæ causa, definitur s. Metaph. & denique aliqua prædicata communiora definitiuntur, vel describuntur; ut patet in descriptione transcendentium, & in definitione prædicamentorum. Quia tamen à Phylosphoro non inuenitur expreſſe definita; & inter Recettiores fere tot multiplicantur definitiones, quot sunt authores definientes; & saxe diximus, quod definitiones non sunt prohibito componenda, vel emendanda, sed ex communi exponenda, & declaranda; quia sunt principia, & communes conceptiones; ideo nobis sufficiet antiquas definitiones declarare, ac defendere.

<sup>4</sup> S. Thom. lib. 2. Physic. lect. 10. in fine sic definit: *Causa est ad quam sequitur esse alterius.* Et q. 10. de Potentia

## §. 2. Argumenta contrā definitionem:

175

tia art. 1. ad 8. dicimus enim causam ad quam sequitur aliud. Et Opus. 31. circa medium assentit: causa solum dicitur de illo principio, ex quo consequitur esse posterioris: unde dicitur, quod causa est id ex cuius esse cōsequitur aliud. Vbi supponit definitionem hāc tunc fuisse inter Doctores communem. Quod etiam coniūcio ex eo quod S. Bona uentura lib. 1. sentent. dist. 20. art. 2. q. 2. ita afferit: dicitur causa ad cuius esse sequitur aliud; & quia aliud in natura; ideo posterior in natura. Desumitur ex Proculo lib. de causis, & accep-tatur à Thomistis, Toleto q. 7. & alijs in præsenti.

### S. II.

#### Argumenta contra definitionem.

**D**isplicet tamen hāc definitio Vallesio controv. 13. ad Tyrone, Fonsecæ lib. 1. Metaph. c. 7. q. 1. sec. 3. Suarez disp. 12. Metaphysicæ sect. 2. num. 2. & alijs: ex quibus argui potest contra eam: quia hāc definitio conuenit alijs à definito: ergo non est bona. Probatur antecedens: nā ad auroram sequitur dies: & tamen non est eius causa. Et similiter ad priuationē sequitur generatio, & formæ introductio: quorum non est causa priuatio: ergo hāc potius est descrip-tio principij, quā definitio cause.

Secundo: bene sequitur: dies est, ergo sol lucet: & tamen dies non est causa lucis, sed effectus: ergo nō bene definitur causa dicēdo, quod est id ad quod sequitur esse alte-rius.

**R**espondebis cum M. Soto q. 3. ad 2. quod indefinitio ly sequitur non debet intelligi de sequela logica; sed de sequela physica, quæ dicit intrinsecam consequentiam, & dependentiam illius quod se-quitur ab alio, ex quo sequitur.

Sed contra primo, quia non so-lum logicè, sed physice, ex die se-quitur nox, & ex vita mors, & post priuationem forma: & tamen istæ non sunt causæ: ergo, adhuc verbū illud intelligendo de sequela physica, definitio conuenit alijs à defini-to. Deinde definitio sic exposita erit valde obscura: quia illud verbū est valde generale, & istum modū depēdētiæ non declarat. Tertio ex effectu in actu physice deducitur causa in actu: & ex uno relatiuo aliud: & tamen nō sunt causæ: ergo.

**Q**uod si ad Theologos paululū diuertatur, etiam instari potest definitio: nam ad esse Patris æterni se-quitur esse Filij, & tamen nō est eius causa, quia non est ab ipso factus: ergo alia est assignanda definitio cau-sæ, quæ non conueniat omni pri-uicio.

Dices, quod quamvis Filius sit alijs à Patre; non tamen est aliud; & ideo ei non conuenit definitio cau-sæ. ¶ Hāc evasio non videtur eu-a cuare difficultatem. Primo, quia in Deo sūt tria supposita, seu tres per-sonæ: unde Filius est aliud supposi-tum à supposito Patris: ergo non tā-tū est alijs, sed aliud. Prater quam quod, hāc diuersitas tota videtur grammaticalis, & de modo loquen-di: unde quoad rem ipsam non erit inconueniens afferere, quod Patri

ater.

æterno conuenit definitio causæ. Deinde, cum accidentia causantur à substantia, verè sunt eius effectus; & tamen non sunt naturæ substanciales ab ea essentialiter substantia-liter differentes: ergo hæc distinctio non est de communi ratione causæ: ergo, si ex alio capite non excluditur, poterit Pater æternus dici causa Filii.

8 Vltimo arguitur: nam Verbum diuinum dat humanitati Christi esse personam: & ita ad illud sequitur esse hominem: & tamen non est causa illius: nam actus purus nō potest esse causa intrinseca per modū partis componentis: causalitas autem extrinseca ad extra est cōmuni-  
nis omnibus diuinis personis: alia ergo quærenda est causæ definitio, per quam Verbum diuinum exclu-  
datur à ratione causæ dū terminat.

### §. III.

#### *Exponitur definitio, & soluuntur argumenta.*

9 VT hæc argumenta soluta, & definitio maneat exposita, no-  
tandum primo, quod principium  
vt dicit S. Thom. i. p. q. 33. art. 1.  
nihil aliud significat, quam id à quo  
aliquid procedit: omne enim à  
quo aliquid procedit quocumque  
modo, dicitur esse principium: vt  
Pater est principium Filij, & fons est  
principiu filii, & sic de alijs. Princi-  
pia autem alia sunt intrinseca; alia  
extrinseca: principia intrinseca sūt  
ex quibus res componitur: alia au-  
tem extrinseca, ex quibus res pro-

cedit: vt id vnde incipit motus, di-  
citur eius principium. Rursus alia  
sunt principia rei in fieri, quæ sunt  
ex quibus res procedit cum sit, alia  
sunt principia in facto esse, vt pa-  
tuit lib. 1. & hæc dicuntur rei ele-  
menta; sicut litteræ sunt elementa  
locutionis: nam elementum est ex quo  
res componitur primo, & est in eo, vt di-  
citur lib. 5. Metaph. lect. 4. text. 4.

10 Secundo notandum, quod prin-  
cipium, & causa duplamente accipi  
possunt: uno modo communissime,  
& minus proprie, & vulgariter:  
& sic principium, & causa dicuntur  
ad conuertentiam; & omne id vnde  
aliquid est, dicitur eius principium,  
& causa. Et sic lib. 4. Metaph.  
lect. 2. in principio, cum Phyloso-  
pho ait S. Thom. quādam enim sunt,  
qua consequuntur se ad inuicem, sicut pri-  
ncipium, atque causa. Et Opusc. 31. alt:  
principium, & causa dicuntur conuer-  
tibiliter, ut dicitur 5. Metaphysic. Et  
postea ait: omnis causa potest dici prin-  
cipium, & omne principium causæ  
nimirum vulgariter, & communi-  
ter loquendo. Alio modo princi-  
pium, & causa accipiuntur in rigo-  
re, & proprietate metaphysica, &  
physica; & sic non dicuntur ad con-  
uertentia: nā vt ex Auetroi notat S.  
Tho. lib. 1. sentent. dist. 29. q. 1. art.  
1. ad 2. principium est in plusquam  
causa, & causa in plusquam elemē-  
tum, sicut dicit Coment. in 5. Meta-  
phys. vnde omnis causa est princi-  
pium; sed non conuertitur: quia pū  
ctum est principium, & non est cau-  
sa: & aurora est die principium, &  
non est eius causa. Et sic S. Tho. lib.  
1. Physic. lect. 1. ait: aliquid potest  
esse

### §. 3. Exponitur definitio:

177

**esse principium**, quod non est causa; sicut id unde incipit motus (per modum termini à quo) non tamē est causa: & punctus est principium linea, non tamen causa.

11 Tertio notandum, quod causarigurose sumpta supra rationem principij addit ex parte sui influxū ad esse causati; & ex parte istius explicat dependentiam à causa: & ex his sequitur distinctio essentialis causæ, & effectus, & quod illa sit prior, & iste posterior. Omnia ista docuit S. Thom. quod causa supra principium addat influxum docet lib. 5. Metaph. lect. 1. dicens: hoc nomen principium ordinem quēdam importat; hoc verò nomen causa importat influxū quēdam ad esse causati. Eo autem ipso, quod causa influat esse in causatum, hoc dependet à causa à qua accipit esse, vel fieri, prout notat S. Tho. lib. 1. Physic. lect. 1. & 1. p. q. 33. art. 1. ad 1. quia tamen idem non dependet à seipso; nec aliquid est sibi causa essendi; ideo causa exigit diuersitatem substantiæ ab effectu, vt ait ibi S. Thomas, & quæst. 10. de Potentia artic. 1. ad 8. & istæ conditiones inferunt aliquod genus prioritatis in causa respectu effectus, vt infra exponeatur; quod non est de ratione principij, quia principium, & id quod est à principio possunt esse simul natura, vt patet in diuinis.

12 Cum igitur quoad rem ipsam habeamus quid omnes intelligent nomine causæ propriæ sumptæ; videndum est, quod totum hoc in antiqua definitione ex Proculo sumpta, & à D. Thoma acceptata,

explicatur: & est ac si diceretur: Causa est principiū influens esse in aliud; vel ut ait S. Thom. 1. Physicorum lect. 1. Causa dicuntur ex quibus res dependet secundum esse suum, vel fieri: nam in antiqua definitione hoc explicatur vocibus communibus, sed equi ualentibus: quia principium est unde aliquid est, vt sumitur ex Phylopho, & Sancto Thoma quinto Metaphil. lect. 1. unde idem fuit proponere in definitione id ad quod sequitur, ac dicere principium. Rursus, dare esse realiter distinctum, non contingit sine influxu ex parte causæ, & dependentia ex parte effectus, nec iuxta subiectam materiam verba definitionis de alia sequela possunt interpretari: quare definitio rectè exposita, quidditatè causæ rectè declarat.

13 Distinctio autem in substantia, vel deduci potest ex eo quod ubi est distinctio esse dati, & dantis, est distinctio essentialis, vel quia *ly* aliud diuersitatem in essentia declarat. Quod insinuat in capite *Damnamus*, de Summa Trinitate, vbi definitur, quod licet aliud sit Pater, aliud Filius, aliud Spiritus Sanctus; non tamen aliud; sed id quod est Pater, est Filius, & Spiritus Sanctus idem omnino, ut secundum Orthodoxam, & Catholicam fidem consubstantiales esse credantur. Conuenienter ergo Catholici vocibus praedictis utimur ad declarandum, quod Pater non est causa Filii, quia non est aliud ab ipso. Quorum vocabulorum proprietatem explicat Sanctus Thomas prima parte quæstione 31. artic. 2. ad quartum: quia neutrum genus est informe;

M

IV<sup>a</sup> Ascœ

masculinum autem est formatum, & distinctum: & ideo conuenienter per neutrum genus significatur esse atia communis; per masculinum autem, & femininum aliquod suppositum determinatum.

14 Ad duo priora argumenta restabili respondeatur: quia, ut etiam notat Toletus, sequitur non dicit sequela logicam antecedentis, & consequentis, sed processum, & emanationem realem, ut sit id causa, quod influit, & a quo aliud emanat: unde non dicit solum ordinem physicam; sed influxum, & emanationem, & dependentiam.

Ad primam replicam dicuntur, quod illa sequela est solius ordinis, & incompossibilitatis terminorum: non vero sequela physici influxus, & dependentiae effectus a causa accipientis esse: de qua sequela verba definitionis absq; vlla obscuritate, aut equivocatione intelligi ex subiecta materia, ex antecedentibus, & consequentibus, & ex communi exposito rū accipiendū est. Et nullā verbum possit poni in definitione, quod ex positione non indigeret: nā i. fluere a quibusdam cestetur parū latinum sumpū actiū: & in rigore soli competit causæ efficiēti, ut aduertit S. Tho. lib. de Causis propos. 4. in medio: quāvis iam ex vsu sit extēsum ad omnia causam, quia omnes suo modo dant esse. Vnde si omnes definitiones expositione indigēt, melius est antiquas declarare, quā immutare: & sic patet ad secundam replicam. ¶ Ad tertiam iam dictū est, quod illa procedūt de cōsecutio ne logica, & verba definitionis in-

telliguntur de sequela influxū physici.

15 Ad argumentum Theologum respondeat S. Tho. i. p. q. 33. ar. 1. ad 1. quod Graci vtuntur in diuinis indifferenter nomine causæ, sicut, & nomine principij. Sed tamen accipiunt causam impropriè, ut notat ipse S. Tho. in 1. dist. 29. q. 1. art. 1. ad 2. Et ideo melius Latini Doctores non vtuntur nomine causæ, sed solum nomine principij: quia principium communius est quā causa; & ista importat diuersitatē substantiæ, & dependentiæ, & subiectiōnē, que non est in diuinis. De quo videatur S. Thom. Opusc. 1.

16 Solutio relata sumitur ex Cöcilijs, & Patribus, & traditur à D. Th. i. p. q. 31. ar. 2. ad 4. vbi, & videtur soluere primā replicā dū dicit: unde etiā in rebus humanis si queratur, quis est iste? Respondeatur, Sor tes, quod nomine est suppositi. Si autē queratur, quid est ille? Respondeatur, quod animal rationale mortale. Et ideo, quia in diuinis distinctio est secundū personas, non autē secundū essentiam; dicimus, quod Pater est alius à Filio, sed non aliud. De distinctione ergo in essentia est sermo in definitione causæ, cū hæc negatur esse in diuinis: & ex vocū differentia sumitur distinctio Hæreticorum a Catholicis, quia dicere, quod aliud est Filius, Arrianum est; alterare verò, quod est alius, est Catholicum, vna sola littera mutata. Et sic patet ad secundam replicam.

17 Ad tertiam respondeatur ex D. Th. in 1. dist. 4. q. 1. ar. 3. ad 1. quod idē, & diuersum sufficienter diuidunt

ens creatū; propter hoc, quod ubi-  
cumque in creaturis est diuersitas  
suppositorū, est diuersitas essentie;  
sed in Deo in diuersis sappositis est  
vna essētia, &c. Dicitur ergo, quod  
in creaturis alietas essētia, siue sub-  
stantia, siue accidētis, siue natura,  
siue suppositi sufficit, vt possit esse  
causa, & effectus. Quia tamē in di-  
uinis est vna essentia, & vnu esse; di-  
uersitas suppositorum sufficit ad ra-  
tionem principij; non autem ad ra-  
tionem cause, quae distinctionē, de-  
pendit, & similes imperfectio-  
nes exigit. Nec mirum, quod hæc  
omnia ex Phylosophorū definitio-  
nibus explicitè non colligantur,  
quia mysteria ista sunt supra natura-  
le lumen.

18 Ad ultimū respondeatur, quod  
sicut docet Caietanus 3.p.q.3. art.  
2. in fine, terminus assumptionis vt  
sic nullam causalitatem ad naturā  
assumptā habet: alioquin tota Trini-  
tas esset terminus assumptionis;  
quia indutiva est causalitas Trini-  
tatis ad extra, vt habetur in Conci-  
lio Tolet. 11. in Confess. fidei, & ex  
communi Patrum doctrina. Vnde  
non obstante, quod causalitas huius  
mysterii est communis toti Trinitati,  
vt habetur in cap. firmiter, de summa  
Trinitate, est de fide, quod solū  
Verbum caro factum est. Termina-  
re ergo non est causare propriè, &  
in rigore loquēdo. Sed de his theo-  
logi latīns. Est igitur sequela ter-  
mini, non physicę causa-  
litas.



## QVAESTIO VII.

Quotuplex sit causa?

§. I.

naturā enera causarum.

<sup>1</sup> DE numero causarū variè sen-  
serūt antiqui Phylōsophi. De  
mocritus enim relatus à Cicerone  
lib. 1. quæst. Acad. solam materiā  
causam agnouit, reliquis à causarū  
numero reiectis. Stoici vero so-  
lam admittunt causam efficiētem:  
quod approbāt Seneca lib. 8. epist.  
66. ita ait: quoniam si omnia, sine  
quibus effectus fieri non potest, po-  
nenda sunt in causarū numero, plu-  
res essent numerandæ; nimirum, tē-  
pus, locus, motus, sine quibus nul-  
lus fit effectus. In vna ergo causa ef-  
ficiēti sistendum est; reliqua vero  
sunt veluti adiumenta huius can-  
sæ, aut cōditiones necessariæ. Hæc  
ibi.

Per oppositum Plato in Timao  
sex genera causarum constituit, vi-  
delicet, ultra quatuor recēendas,  
constituens causas exemplares ex-  
trinsecas, nempe, ideas, ex quarum  
participatione omnia siebāt, & cau-  
sam instrumentalem. Alias opinio-  
nes de causarū numero refert Laer-  
tius in vita Zenonis, & alijs.

2 Dicendum tamen est, quatuor  
esse genera causarū, videlicet, ma-  
teriam, formam, efficiētē, & finē.  
Ita Phylosophus hic textu 68. & 5.  
Metaph. text. 2. & omnes Peripate-  
tici. Rationem sufficientiæ sic pro-

ponit S. Thom. hic lect. 10. in fine; causa est ad quam sequitur esse alterius, iuxta dicta quæst. 6. esse autem eius, quod habet causam, potest considerari dupliciter. Vno modo absolute: & sic causa essendi est forma, per quam aliquid est in actu. Alio modo secundum quod de potentia entis fit actu ens. Et quia omne, quod est in potentia, reducitur ad actum per id, quod est actu ens; ex hoc necesse est esse alias duas causas, scilicet materiam, & agètē, quod reducit materiam de potentia in actum. Actio autem agentis ad aliquod determinatum tendit, sicut ab aliquo determinato principio procedit: nam omne agens agit, quod est sibi conueniens; id autem ad quod tendit actio agentis dicitur causa finalis. Sic igitur necesse est esse causas quatuor.

3. Secundo arguit Simplicius textu 68. & cum eo Masius capite. 3. sectione prima, quæstione tertia, cuiuslibet effectus tantum posunt esse duas causæ internæ; una potentialis ex qua, & alia actualis, qua fiat: ergo iam dantur duas causæ, quæ sunt materia, & forma. Insuper exiguntur duas causæ externæ, quia nihil potest esse causa efficiens sui; & sic hæc causa semper debet esse extrinseca. Cum autem efficiens non agat temere, sed incertum terminum rendat; ab isto mouetur ad agendum: unde iam est causa finalis. Dantur ergo tantum quatuor genera causarum.

4. Ad argumentum Stoicorum respondetur, quod conditions,

& circumstantiae extrinsecæ sunt conditions sine quibus non, vel causa per accidens, & non influentes in effectum: unde inter causas non numeratur. Licet autem quod ad impositionem, & rigurosam significationem vocis influere sit solitus efficientis: tamen quoad usum satis proprium omne dans esse, siue intrinsecè, siue extrinsecè, à quo aliud dependet modo exposito, causa rationem habet propriè, & in rigore. Instrumentum autem est causa efficiens; & idea causa formalis extrinseca. Argumēta alia diluunt Masius vbi supra, Rubio tractatu primo, & alijs.

## §. II. .

*Vtrum diuisio sit vniuoca!*

5. Negant esse vniuocam, & affirmant esse analogam Pereira, & Fonseca, & alij, quos refert, & sequitur Masius quæst. 3. conclusione secunda, qui sic eam probat primo: enti reali, & rationis nihil potest dari commune vniuocum: sed ratio causæ in fine est ens rationis; eo quod solum cauitat ut habet esse apprehensum in anima: in alijs vero tribus generibus est ens reale; siquidem causant iuxta esse, quod habent à parte rei: ergo ratio causæ non potest ei esse vniuoca.

Secundo: causa est à qua perse paret effectus: sed effectus non deparet vniuocè, nec eadem ratione ab his quatuor generibus: ergo ratio causæ non erit eis vniuoca. Probatur minor: nam effectus dependet:

det à fine, & ab efficiente dependē  
tia quādā in extrinseca; à formā ve-  
ro, & a materia dependentia intrin-  
seca: præterea à materia dependet  
vt à p̄a potētia: à formā vero tā  
quā ab actu: quæ profecto dependē-  
tia non sunt eiusdē rationis: ergo  
nec ratio causæ est eis vniuoca: si-  
cū nec ratio principij dicitur vni-  
uoca de priuatione; nec ratio natu-  
ræ de materia, & forma.

6 Diuisiōnem tamen esse vniuocā,  
& generis in species, aperte col-  
ligitur ex D.Thom. lib.5. Metap.  
lect.3.litt.b.in principio, vbi vocat  
diuisiōnem per differentias essentiales  
species coſtituentes. Quare sic te ient  
fere communiter Thomistæ, vt re-  
tulimus 2.p. Metaph. contr. 1.n.58.  
Et probatur primo à paritate: nam  
q.2.§.2.diximus rationem naturæ  
vniuoca prædicari de materia, &  
forma: ergo, & ratio causæ. ¶ Secū-  
do, si diuisio esſet analoga, nō esſet  
adequata in quatuor membra; quia  
dispositiones causæ exemplares, &  
multæ conditiones sine quibus nō,  
saltem analogicè poterunt nouum  
genus causæ coniitituere, quia pro-  
portionem habent cum veris, &  
rigurosis causis.

Tertio: definitio causæ omnibus  
conuenit secundum rationem ean-  
dem; & inequalitas est in rationi-  
bus particularibus. Denique, depen-  
dentia in exercitio, solum sufficit  
coniitituere analogiam physicam,  
nō vero analogiam logicā, de qua  
modo disputamus: ergo ratio cō-  
muniſ causæ de eis dicitur vniuoca.

7 Ad primum respondetur con-  
cedendo maiorem, & negando mi-

norem. Ad probationem infra dice-  
tur, quod apprehensio non est ens  
rationis, sed ens reale, & non est ip-  
sa ratio quæ finalizat, sed conditio  
respectu obiecti: & bene potest cau-  
sa realis dependere vt à conditione  
ab apprehensione.

8 Ad secundum etiā negatur mi-  
nor. Ad primam probationē dici-  
tur, quod effectus etiā à causa ex-  
trinseca intrinseca dependet: nā ha-  
bitudo ad terminū extrinsecū, est  
intrinseca: & sic creaturæ intrinse-  
ce dependent à Deo. Præterquam  
quod non probatur, quod à depen-  
tia, & causalitate intrinseca, & ex-  
trinseca non possit abstrahi vna ra-  
tio vniuoca generis supremi. Et sic  
patet ad secundam probationē, quia  
potentia, & actus conueniunt vni-  
uocē in ratione naturæ, & in ratio-  
ne partis constituentis totum: & sic  
vniuocātur in ratione causæ intrin-  
sece; & illa differentia sufficit con-  
ſtituere diuersitatē essentialem; nō  
vero pertingit ad impediendā con-  
uenientiā genericā. Alia autē ratio  
est de priuatione, quæ est non ens.

9 Plures subdiviſiones causarum  
vsque ad duodecim recensent fre-  
quenter Authores, quos citat, & se-  
quitur Masius q.4. Sed quia potissi-  
me fermè omnes sunt subdiviſiones  
causæ efficientis, & illa causa est in  
qua ratio causæ perspicacior est, vt  
notat M.Soto q.3. ideo agendo de  
causa efficiente, necessarias eius di-  
viſiones non omittemus. ¶ De cō-  
paratione causarū ad effectus, & in-  
ter ſe, opportunius diſcretur ſingu-  
lis generibus causarum ſigillatum  
expositis.

## QVAESTIO VIII.

*De causis materiali, & formali.*

§. I.

*Nonnulla præmittuntur.*

**3** Q Via essentia, & existentia materiali, & formæ, inquantum sunt principia entis naturalis, & partes compositi, satis expositæ sunt libro primo; & pauca restant dicenda de eis sub formalitate causæ; ideo de eis simul una quæstione tractamus; & quia ut dicit S. Thomas Opusc. 31. materia, & forma dicuntur relatiæ ad inuicem, ut dicitur in 2. Physic. & pariformiter de vtræque causa intrinseca est discurrendum.

2. In qualibet autem causa considerare oportet, id quo in actu primo intelligitur potens causare, & id quo in actu secundo exercet minus causæ, quæ dicitur eius causalitas; insuper conditiones, quæ exiguntur ad actu causandum; & denique considerari debent causarū effectus. Quia tamen conditiones ad causandum in solis causis extrinsecis speciali habent difficultatem; ideo de illis non est hic ex professo disputandum.

3. Rursus, materia, & forma seip-  
sis habent vim in actu primo ad cau-  
sandum: eo quod vt ait S. Tho. 1. 2.  
q. 10. art. 1. ad 2. forma per seipsā  
informat materiam, vel subiectū:  
quod latè præsequitur i. p. q. 76. ar-  
tic. 7. & 8. quia pura potētia, & actus

substantialis nullo superaddito pro-  
portionantur, ut materia recipiat,  
& forma det actualitatem: ac per-  
consequens definitiones eodem ma-  
teriæ, & formæ inquantum sunt par-  
tes compositi naturalis, deseruiunt  
eisdem inquantum sunt causæ in a-  
ctu primo.

4. Notandum tamen, quod solet distingui triplex materia, nēpe, ma-  
teria in qua, & ex qua, & circa quam  
qua sic distinguit S. Th. 8. Metaph. lec. 4. lit. b. & Opusc. 31. quia mate-  
ria prima est ex qua aliquid sit, eo-  
quod ex illa, & forma substantiali,  
ut partibꝫ intrinsecis, componitur  
totum: materia vero in qua, est sub-  
iectū, in quo recipitur forma: & sic  
accidentia, cum sint formæ, nō ha-  
bent materiam intrinsecam, ex qua  
componantur, habent tamen sub-  
iectum in quo recipientur, & in illo  
sustentantur. Materia vero circa  
quam est obiectum circa quod ver-  
satur virtus, vel ars, aut facultas ali-  
qua, ut docet S. Th. 1. 2. q. 55. art. 4.  
& q. 18. art. 2. ad 2. & hæc est genui-  
na istarum vocū acceptio: iicet po-  
stea non nulli transtulerint, vel appli-  
cauerint ad explicanda diuersa mu-  
nera eiusdem materiæ.

5. Deinde M. Soto q. 3. §. Ad gene-  
ra, docet, quod in materia in qua, seu  
subiectum formæ, est triplex, vide-  
licet, materia prima nudè conside-  
rata, quæ est subiectum formæ sub-  
stantialis: & materia considerata  
sub accidentibus, quia semel recep-  
ta forma sub uno gradu, dimanat  
accidētia, quibꝫ disponitur ad ulteri-  
ores gradꝫ: & in animalibꝫ materia  
organizata dicitur corpus physicu-

Tertio

Tertio est materia accidentium, siue naturalium, siue artificialium, siue corporalium. Licet autem quidam hic disputerent de subiecto accidentium; intempeste tamen, quia pendet ex dicendis in libris de Generatione, & interim habes integrā Controu. 3. 2. p. Metaph.

6 Materia *ex qua* secundum Auerroim hic comm. 31. est triplex; videlicet, compositionis tantum; alterationis tantum; compositionis, & alterationis simul: quod ex eius pli manifestum: materia compositionis tantum, ut litteræ sunt materia syllabæ, & lapides, & ligna materia domus; siquidem etiam si non alterentur, sola variatione situs totum componunt. Materia alterationis tantum, est cibus, ex quo corrupto nutritur animal, & vinū, ex quo fit acetum. Alterationis, & compositionis simul, ut cum fit arte Medicinæ potio ex ingredientibus alteratis, & manentibus secundum substantiam. Sed de mixtione in libris de Generatione, Deo dāte, dicetur.

De forma autem hæc diuisio est hic notanda, quod alia est forma, quæ est pars, de qua libro 1. egimus: alia est forma totius, de qua inquit S. Thom. in 4. distinet. 44. quæst. 1. artic. 1. quæst. 2. ad 2. quod forma totius non est forma partis tantum; nec forma aliqua alia præter formam partis: sed est totum resultans ex compositione formæ, & materiæ comprehendens in se utrumque; & hæc forma totius essentia, vel quidditas dicitur. De qua videatur Sanctus Thomas in 3. distinet. 2.

quæst. 1. art. 3. & lib. 4. Contraq. capit. 80. ad 2. & Quodlib. 2. artic. 4. corp. & Q. iodib. 9. art. 2. ad 4. & lib. 7. Metaph. lect. 9. Hic sol um re linquitur dicendum de causalitate, & effectibus istarum causarum. Et quia intelligentia causalitatis p̄det ex intelligentia effectuum, ab ipsis cogimur inchoare.

## §. II.

## De effectibus materiae, &amp; formæ.

7 IN primis materia est causa formæ. Ita docet S. Thomas lib. 5. Metaphis. lect. 2. & lib. 2. Phylorum lect. 5. & Opusc. 31. ait: *Materia est causa forma, in quantum forma non est nisi in materia.* Probatur primo, forma materialis dependet à subiecto ut à causa sustentante suum esse: sed materia prima est primum subiectum; ergo est vera causa formæ. ¶ Secundo, ratio causæ materialis est ratio potentiarum, & subiecti: sed actus formalis est quo actuatur hæc potentia, & qui recipitur in hoc subiecto: ergo forma causatur à materia. Denique, formæ, quæ de potentia materiæ educuntur, ab illa in genere causæ materiæ causantur: sed omnes formæ materialis (de quibus modò loquimur) de potentia materiæ educuntur: ergo hæc est vera illarum causæ.

8 Obijcies, materia est imperficiissima, & propè nihil: forma vero est actus, atque perfectio: & ideo de illa inquit Phylosophus 1. Phys.

tex. 81. quod est quoddam diuinū, optimum, & appetibile: sed causa debet esse salte & quæ nobilis, ac effectus, quæ continet: ergo materia non est causa formæ.

Respondetur concedendo maiorem, quoad utrunque partem; & distinguo minorem; & concedo eā de causâ efficiente, formalí, & finali; & nego si loquatur (ut loqui debet, ut sit ad rem) de causa materiali: nam ut ait S. Thom. quæst. 7. de Veritate art. 7. ad 1. *Materia est imperfectior eo causis est causa;* quia causat ut subiectum, & ut pura potentia, & materializando, quod potius exigit imperfectionem.

9 Deinde, materia est causa totius. Ita Phylosophus 2. Physicorum textu 31. dicens: *partes sunt causæ totius.* Et Sanctus Thomas 1. part. quæst. 3. artic. 7. & in 3. distinct. 2. quæst. 2. artic. 1. quæst. 3. corp. & ad 5. & Opusc. 31. Et probatur: nam totum habet causas intrinsecas, in quas materialiter diuiditur: ergo materia est partialis causa totius. Secundo, materia est primum subiectum, ex quo fit aliquid cum inest: ergo causat rem factam, quam componit: cum ergo componat totum, illud causabit. Argumentum quod hic posset obici, iam est solutum lib. 1. quæst. 15. ad 2.

10 Tertio asserimus, materiam esse causam generationis. Sumitur ex Phylosopho, & D. Thoma 1. de Generatione lectione 10. in fine, dicente, quod prima materia est subiectum maxime proprium suscep-tibile generationis, & corruptio-nis. Facileque probatur, *causa ma-*

*terialis causat, ut subiectum: sed generatio, ut substancialis mutatio, habet materiam, ut subiectum, quod supponit sub utroque termino: ergo materia est causa materialis generationis.* Probatur minor, quia in hoc differt generatio à creatione, quia illa est ex nihilo, per quod denegatur causa materialis, ut docet Sanctus Thomas 1. part. quæst. 45. artic. 1. ad secundum. At vero generatio est mutatio in subiecto. Quid sit autem generatio? Et in quo immedietè inhæreat? In libris de Generatione dicetur.

11 Ultimo dicimus, quod forma est vera causa materiae, & compositi. Est S. Thomæ quinto Metaphysicæ lectione 2. & Opusc. 31. & de illa iterum redibit sermo q. 24. cum explicuerimus, quod in causis intrinsecis potissimum verificatur, quod *causa ad innicem sunt causa.* Et constat ex illo dicto S. Thomæ cōprobato in libro primo, quod forma dat esse materialiæ, & compositi; & ita utriusque est causa.

### s. III.

#### De causalitate materiae, & forme primum dubium.

12 *V*o dubia solent hic confundi, quæ oportet distinguere & resoluere. Alterum de istarum causalitate entitatiæ, & physicæ sumpta, an sit aliquid extremis superadditum? Secundum de eadem quasi metaphysicæ, & præcisius; in quo consistat causalitas formæ? Et

### §.3. De causalitate materiae, & formæ.

185

inquit exerceatur causalitas materiae? Quorum dubiorum sensus patet in iuriis ex dictis de essentia materiae prius, & de essentiiali ratione substantiae hic libro 1. quæst. 6. §.5. & lib. 2. Log. q. 9.

13. Circa primum fere omnes, qui negant modum substantialem unionis, consequenter fatentur causalitatem materiae, & formæ ab ipsis intrinsecè non differre; sed solù superaddere extrinsecas coadiutiones, parifor niter loquendo de causalitate materiae & formæ. ¶ Sed M. Ioann. a Sancto Thoma quæst. 11. artic. 1. & 2. cum ipsis conuenit quoad formam; dissidet tamē quo ad materia in, assérens illius causalitatem esse concursum passionum, à quo forma dependet, siue in essendo, siue in informando: & hæc est ipsa passio illata ab agente prout in materia, & ex materia.

Probat ex Phylologo tertio Physicorum textu 19. & ibi Divo Thoma, dicente, quod actio est actus acti, & passio actus passiū: ergo passio constituit passum in actu secundo. Deinde Sanctus Thomas primo Cōtragent. cap. 16. dicit, quod materia non sit causa in actu, nisi secundum quod alteratur, & mouetur: actualis ergo causalitas materiae, est immutatio eius recipiens formam. Quod & docet octauo Metaphysicæ lectione ultima.

14. Ratione probat, quam sic formare possumus: materia dicitur causa in actu primo inquantum est potentia receptiva formæ; sed hæc exerceatur in actu secundo ipsa potentialitate, ut passiuè se habente:

nam hæc est causalitas potentiarum in actu secundo: ergo passio orta ab agente, prout in materia paciente, & recipiente, est materia causalitas. Probatur minor: potentia formaliter opponitur actualitatib; sed hæc actuando, vel agendo causat in actu secundo: ergo potentia causalitatem causare debet passiuè se habendo.

Secundo probat, quia passio habet omnia requisita, ut sit materia causalitas: nam primo habet materiam pro principio passiuo; quia innascitur ex potentia subiecti. Secundo, habet formam pro termino; nam facit hanc de nouo esse in materia. Tertio, mediante mutatione materiae passiuæ, & reducta de potentia ad actum, pendet forma à materia. Denique non conuenit alteri, quam materia causalitatem per passionem; quia agentis propria datur causalitas, quæ est actio; formæ causalitas, quæ est actuatio: neutri ergo propria est passio, sicut materia: hæc ergo est illius causalitas.

15. Dicendum tamen est, causalitatem formæ, & materiae intrinsecè ab ipsis entitate non differre; sed solum penes extrinsecas conditiones: unde causalitas formæ est ipsa, ut dans esse materia; & causalitas materiae est ipsa ut subiectum illius. Ita Cajetanus, & alij, quos retulimus secundaparte Metaphysicæ controversia septima, numero 22. & vniuersaliter, qui negat modum substantialem unionis medium inter materiam, & formam.

Ind

15 In modo ex ipsis, qui illum mordicus tueruntur, sunt qui assentantur unionem non esse causalitatem formæ, & materiæ. Ita Cabero tract. 2. disput. 3. dub. 2. qui probat primo, quia unio est proprius effectus eductus: ac per consequens non erit causalitas. Secundo, quia causa constitutiva non alio modo quam per se ipsam dicitur effectui coniuncta: non ergo ad causalitatem opus est unione super addita. Tertio: nam unio hypothistica gerit munus unionis, & non gerit munus causalitatis. Addunt alii, quia in communiori illorum sententia, unio est una: & tamen distincta est causalitas materiæ, à causalitate formæ, quia ista est actus, & illa potentia: ergo unio distincta à materia, & forma non potest poni illarum causalitas.

16 Sed quicquid sit de consequentiâ illius doctrinæ (quia eadem facilitate, qua ipsa saluat transitum de actu primo ad actu secundum causandi sine causalitate superaddita, nos sustinuit transiitum de unibili ad actu unitum, per solas extrinsecas conditiones, ut patuit lib. 1.) iuxta ea quæ hucusque diximus, probatur conclusio, ex parte formæ: nam haec causat ut actus: sed seipsa est actus: ergo seipsa causat, & unitur. Vel aliter: causat ut forma informans: sed seipsa informat, & communicatur: ergo seipsa causat.

Ostenditur etiam ex parte materiæ: nam haec causat ut subiectum, & ut potentia receptiva, & sustentativa: sed seipsa recipit, & est in potentia ad formam, & illius capax

nullo alio mediante: ergo seipsa causat.

17 Similiter quoad utramque probatur, ex differentia, quæ est inter causas extrinsecas, & intrinsecas: nam illæ causant, vel per effluxum, vel alliciendo extrinsecè: & ita non mirum, quod indigeant aliquo super addito pro causalitate: causa vero intrinsecæ causant per modum partis essentiae totius, cui sunt intrinsecæ: ergo ut actu causent, non indigent unione superaddita.

Dices, quod licet iste causæ sint intrinsecæ respectu totius, siquidem sunt partes essentiæ eius; non tamen una est intrinseca alteri: unde licet ad causalitatem respectu compositi non oporteat illis aliquid superaddere; oportebit tamen aliquid superaddere, ut una alteram causet.

18 Sed contra primo, quia physique loquendo, implicat, quod compositum causent, nisi se adiuicent causando: ergo si ad causandum compositum nullo superaddito indigent: nec etiam indigebunt superaddito modo, & entitate ut se causent. Secundo, licet magis includatur in composite, quam ad inuicem: tamen se ipsis coniunguntur ad integratum totum, quia causant per constitutionem, & non per effluxum: ergo habent sufficientem intrinsecitatem quoad intentum præsens.

19 Iterum dices, licet de essentiæ causæ intrinsecæ sit, quod persegit in actu primo valens causare; non tamen est de eius essentia actu causare; videmus enim materiam, & formam separatas actu non causare: ergo

### §. 3. De causalitate materiæ, & formæ.

187

ergo ut reducantur ad actum secundum  
duum indigent causalitate super-  
addita.

Hoc argumento conuinci non  
possunt, qui nobiscum negat indi-  
gentiam modi unionis substantia-  
lis: nam in illa sententia instatur, &  
retoqueretur. Dicitur ergo illo pro-  
bari, quod sine conditionibus in-  
trinsecis, & extrinsecis non reduci-  
tur, id quod erat in actu primo, ad  
actum secundum; non tamen pro-  
batur, quod posita actione agentis,  
& passione illata ut conditionib⁹ re-  
quisitis, statim forma seipsa no⁹ det-  
elle, & materia per seipsum recipiat  
formam, & ambae partes vniantur  
in eodem esse totius. Et licet actu  
vniri, & causare accidat prædica-  
biliter; prædicamentaliter tamen  
ratio formalis istarum causarum est  
ipsa substantia partium.

20 Demum occurripotest ex M.  
Ioanne à S. Thom. differentia consti-  
tuente inter materialē, & formam:  
nam potentialitas materiæ est in-  
differens; unde debet determinari  
per aliquid superadditū, quo actua-  
liter immutetur ad recipiendum.  
In forma autem totum est oppo-  
sto modo; causat enim per actuali-  
tatem, quæ secundum se est deter-  
minata ad actuandum; & ideo se-  
ipsa immediate actuat, & causat.

Sed quia disparitas, & qua ad in-  
tentum deseruiat, non facile percipi-  
tur; ideo contra arguitur primo,  
quia non minus accidit prædicabi-  
liter formæ actu vniri, quam acci-  
dar materiæ; & eodem modo illis  
accidit actu causare: unde videmus  
animam D. Petri modo non causa-

re, sicut cum informabat, sed hoc  
non obstat ad hoc, vt equaliter ne-  
get modum substancialē unionis  
ex parte vtriusque: ergo pariter di-  
cendū de causalitate.

21 Secundo, forma per actionem  
extrinsece connotata in redacitur  
ad actum secundum, quia seipsa est  
actus: ergo pariter materia, conno-  
tando passionem ut conditionem,  
seipsa reducetur ad actum secundū  
patiendi. Tertio, passio cuni sit ac-  
cidens, ponitur gerere munus cau-  
salitatis causæ intrinsecæ, & quoad  
hoc assignatur discriminus inter ma-  
teriam, & formam: ergo eadem via  
posset suffici, quod materia indi-  
get modo unionis ut tollatur poten-  
tialitas vniuersitatis, quamvis id no⁹  
indigeat forma.

22 Ad authoritatem Phylosophi  
adductam n. 13, concedo illam ut  
sonat: ex quo non video quid deduc-  
atur ad intentum, quia passio co-  
stituit in actu secundo passionem acci-  
dentaliter; & tamen potentia materia  
seipsa est subiectum patiens,  
& sustentans. substantialiter per se  
ipsam.

Authoritas S. Th. param urget,  
quia verissimum est, quod materia  
quæ est sub una forma, no⁹ potest aliā  
recipere, nisi prævia alteratione: ex  
quo solum infertur alteracionem.  
estle dispositionem præiuā, qua dis-  
ponatur ad introductionem unius,  
& expulsionem alterius formæ, ut  
ibi declarat Ferrara, non vero dedu-  
citur hanc esse causalitatem.

23 Ad priorem rationem conce-  
do maiorem, & distinguo minorem;  
& concedo eam, si ex parte poten-  
tiali-

tialitatis substantialis explicitur ratio formalis causandi materiae; & ex parte passionis accidentalis explicitur causalitatis conditio: nego vero si utraque intret ut ratio formalis: quia nullum accidens mediat inter materiam, & formam, & causalitas materiae deberet mediare ut quo inter ipsam, & formam.

Ad ultimum nego antecedens. Ad priorem probationem dicitur, quod passio accidentalis non educitur immediate, nec subiectatur in sola, aut nuda materia prima, sed in toto composito, quia prius est esse simpliciter, quam esse secundum quid. Ad secundam dicitur, quod etiam actionis habet formam pro termino; & tamen non dicitur, quod sit eius causalitas: sufficit ergo, quod actionis sit conditio formæ, & passio corresponeat ut conditio materiae: & hoc solum probat alia tres probationes.

#### s. IIII.

#### *Secundum dubium de eadem causalitate.*

24 **A**d alteram difficultatem metaphysicam, quidam explicant præcise per rationem: subiecti formæ, vel visionis. Ita M. Soto hic q. 5. Soncinasq. Metaph. q. 5. concl. 2. Iauellus, Fons. Astudillo, & Veneracruz apud Massimi.

25 Alij ponunt cōsistere in receptione formæ, & constitutione cōpositi, & in eo quod limitat formam. Ita videtur colligi ex D. Th.

i. p. q. 7. art. 1. & Cajetano, & alijs ibi. Capreolo in 4. dist. 43. Pereira, & alijs quos refert, & sequitur. Maisius hic cap. 3. sec. 2. q. 1. concl. 4. PP. Carinel. disp. 9. q. 2. quāuis non explicent se loqui de conceptu præcisō, & metaphysico causalitatis harum causarum, sed potius videntur rem physice declarasle.

26 Qua propter licet realiter loquendo, materiae, & formæ, quatenus in actu secundo causant, competit sustinere formam, & constituere compositum, & quod materiae potentialitas per formam limitetur: quod docet S. Thom. & authores antiqui, qui pro secunda sententia referuntur: tamen magis placet prioris sententiæ authores, quia sufficientissime conceptum metaphysicum causalitatis materiae explicuerunt, dicēdo consistere in ratione subiecti potentialis, & materializantis, quia ex isto omnes alii conceptus derivantur.

27 Pariter dicendum, causalitatē formæ cōsistere in eo quod actuet, & informet, & quasi inhæreat materiae cuius est actus, ut sumitur ex D. Thom. q. 3. de Verit. art. 3. & 1. p. q. 105. art. 1. ubi ait: *formam nihil est aliud, quam actus materiae.* Quod explicuit in 2. dist. 26. art. 2. ad 3. dicens: *forma substantialis, est actus materiae in esse substantiali.* Et inde cōsequenter illi conuenit, quod materia determinet ad speciem, & constituantur, & quod materiae, & toti determinent existentiam. Ratio est: nam forma essentialiter est actus primus substantialis materiae, una cum ea constitutus totum: ergo id quo formaliter

ter intelligitur in actu secundo hęc ratio actus, est causalitas formæ. Constat autem, quod formæ actuādo materiam constituit speciem; & si ade tollitur, & determinatur potentialitas materiæ; & deinde post speciem constitutam, est capacitas existentiæ, quæ est vltimæ actualitatis: ergo recte modo prædicto explicatur formæ causalitas. Præter quam quod, cum materia cœli non sit in potentia ad aliam formam, nō opus est, quod forma ei adueniēs, eius potentialitatē determinet, eo modo quo sublunares varijs determinātur formis: & ideo hæc nō est conceptus cōmuni omni formæ.

28. Ex dictis sequitur, non recte explicuisse M. Soncinatem causalitatem formæ, cum dixit lib. 5. Metaph. q. 5. causalitatem formæ considerere in hoc, quod est constituere suppositum. Quod intelligendo de supposito proprie sumpto, non potest esse verum. Quod patet primo, ex doctrina recepta S. Tho. 1. part. quæst. 2. art. 1. ad 2. docente, quod ex anima, & corpore constituitur in uno quoque nostrum duplex unitas; naturæ, & personæ: naturæ quidem secundum quod anima unitur corpori formaliter perficiens ipsum, ut ex duobus fiat una natura, sicut ex actu, & potentia, vel materia, & forma, &c. Unitas vero personæ constituitur in quantum aliquis est unus subsistens in carne, & anima: & hoc est suppositū quod operatur ut quod. Quo supposito, sic arguitur: constitutio naturæ est, seu intelligitur prior constitutione suppositi: sed pro tunc

iam intelligitur causalitas formæ in materiam, quia ipsam perficit formaliter, & ex actu, & potentia fit una natura; quod sine causalitate formæ fieri nequit: ergo constitutio suppositi nō est primo, & per se causalitas formæ.

29. Quod confirmatur: nam anima Christi Domini exercet causalitatem creatam in propriā materiā, cum facit corpus humanum, & ex utraque cōstituitur humanitas: & tamen non constituit suppositū humanū creatum; quia in Christo nō est persona alia præter Verbi personam, vt fides docet: neque sūt duo supposita; quod etiam esse certū secundū fidē probat S. Tho. 3. p. q. 2. art. 3. ergo non potest esse uniuscūlter verū, quod constituere suppositum sit causalitas formæ.

Secundo confirmatur in formis偶然的ibus, quæ verè sunt formæ: & tamen nō cōstituant suppositū: ergo non est de ratione causalitatis formæ constitutio suppositi.

30. Secundo ex dictis facile, iudicium fieri potest de alijs sententijs, quas circa hoc refert Masius hic c. 3. sec. 2. q. 2. in quibus non expedit innorari.

s. V.

*Vtrū receptio formæ distinguatur ab eius vnione, & causalitate?*

31. M<sup>u</sup>quetur hoc dubium occasione quorundā Recētiorū distinguientium formæ receptionē ab eius vnione, & informatione, seu causalitate: & afferentī; quod potest diuinitus forma esse insubie-

ctore;

recepta, quin illis sit unita, & quin totum causet. Hoc refert, & impugnat Cabero tract. 2. disp. 3. dub. 3. dicens, id implicare contradictionem. Quid & affirmat M. Ioan. à S. Tho. q. 11. ar. 1. s. ceterum. Respōdēstamen argumentis, in solutio-  
ne ad secundum concedit, quod quando forma non educitur è ma-  
teria, vnitur illi sine receptione;  
quia creatur illa forma independē-  
ter à materia, & vt independens  
vnitur: & sic probat argumentum,  
quod non omnis vno est recep-  
tio; non tamen quod receptio po-  
test inueniri sine vnione.

32 In hoc dubio, sicut alibi non semel notaui, cauendū est ne vnuſ. quisque pro libito immutet, vel de nouo imponat vocum significatio-  
nes, vt videt expedire ad suas ima-  
ginationes, vel opinationes stabi-  
liendas, & contrarias reiſciendas;  
quia licet impugnari non possit, cū-  
vocum æquiuocatione argumen-  
torum vni posſit euadere: ta-  
nen eadē facilitate, qua ipſe dixerit vo-  
ces id significare, alij id negabunt,  
& tota disceptatio erit de voci-  
bus: quod Phylosophis maximè est  
cauendum.

33 Apud Phylosophos ergo ſuſci-  
perē ponit proprium ſubiecti, vel  
materiæ ab alio perfectionē, & for-  
man habentis: vnde S. Tho. 1. p. q.  
50. art. 2. ad 2. ait: materia recipit  
formā vt ſecundū ipsam conſtitua-  
tur in eſſe alicui⁹ ſpeciei, vel aeris,  
vel ignis, vel cuiuscunq; alterius: ſic  
autem intellectus non recipit for-  
mam, &c. Et ſic recipere, & pati  
analogice dicitur de materia pri-

ma, & intellectu, vt itērum docet  
S. Tho. 5. cap. de Ente, & clementia,  
& lib. 2. contrag. cap. 16. ad 8. Gene-  
raliter tamen loquendo, bene ad-  
uertit S. Thom. in 2. dist. 19. q. 1. ar.  
3. quod communiter loquendo di-  
citur pati quicquid recipit aliquid  
quocumque modo; & ſic cum om-  
ne recipiens careat eo quod reci-  
pit, & ſit in potētia ad illud, & ē co-  
trario, omne quod eſt in potentia  
ad aliquid, ſit receptuum alicuius;  
à tali paſſibilitate nihil abſolutur;  
niſi illud quod eſt auctus purus, ſci-  
licet Deus: omnis enim creature  
paſſibilis dici potest, ſecundū quod  
alicuius perfectionis receptibilis  
eſt. Hæc S. Tho. & ſatis opportune  
ad intentum.

Diſtinguenda eſt ergo duplex  
ſignificatio receptionis, vel ſuſcep-  
tionis, vel paſſionis (hæc pro codē  
physice ſumimus; licet quoad grā-  
maticalem vocum rigorem, non  
pauca ſit inter hæc diuersitas; ſed  
qua ad rem nil facit) alia proprii-  
ta, & riguroſa; alia lata, & nimis  
propria: illa ſolum conuenit mate-  
riæ, vel ſubiecto, quod eſt in poten-  
tia ad formam; & ideo primo dici-  
tur de materia priua; & ſecundo  
de ſubiecto carente forma accidē-  
tali: ſecunda eſt communis omni  
creature, quæ aliquid recipit quo-  
cumque modo. De priori acceptio-  
ne mentionem facit S. Thom. eius  
ſubdiuisionem inſinuans q. 9. de Ve-  
ritate art. 1. ad 12. dicens, quod nul-  
la res quantūcumque materialis  
recipit aliquid ſecundum id quod  
eſt formale in iſpa, ſed ſolum ſecundū  
id quod eſt materiale in ea: fi-  
cut

### §. 5. Utrum receptio distinguatur, &c.

191

ut anima nostra non recipit illuminationem ratione intellectus agentis, sed ratione possibilis: vel ut etiam res corporales non recipiunt aliquam impressionem ex parte formae; sed ex parte materiae. Quia doctrinam S. Thomae non tanta in pro praesenti dubio, sed pro alijs multis diligenter notabis. Quo supposito de illius vocis usu, ad rem deueniendo.

34 Respondetur ad dubium, quod loquendo, ut nunc loquimur, de receptione stricte sumpta, non differt ab informatione, & visione formae prout passiuæ se tenent ex parte materiae: nec potest innueniri receptio passiuæ formæ in materia siue unio ae, & causalitate; nec unio siue receptione aliqua formæ. Probatur ex dictis, quia materiam esse in potentia ad formam, est carere illa, & ea indigere, ut det esse substantiale speciem: sed idem est dare illi hoc esse, ac materiam recipere, & illam informare, & uniri; quia totum hoc sit ipsa exhibitione formæ, & constitutione naturæ: quia hoc est proprium causæ intrinsecæ; ergo implicat contradictionem materiam recipere formam, & hanc illam non informare, & ei uniri.

35 Specialiter, quod unio formæ, quæ non educitur ex potentia materiae, sit eius susceptio, docere videtur S. Thom. i. p. q. 118. art. 2. ad 4. dicens, quod homo generat sibi simile, in quantum per virtutem seminis eius disponitur materia ad susceptionem talis formæ. Et ratione probatur: cū anima rationalis informat materiam, & ei uniri, tollitur potentialitas.

quā habebat materia ad hanc unio nem, & informationem: ergo recipit formam, & eam suscipit. Probatur consequentia, quia receptio est ablatio potentialitatis.

Secundo, per aduentum animæ rationalis constituitur in specie hominis: ergo recipit formam hominis. Probatur consequentia ex doctrina S. Tho. relata n. 33. nam ideo recipit formam aeris, quia constituitur in specie aeris: ergo si constituitur in specie hominis, recipit, & suscipit formam hominis.

36 Tertio probatur, & argumentum contrarium soluitur: quia non solum forma immersa in materia potentialitate, sed etiæ ea, quæ deforis aduenit, suscipitur in materia; quia si hec patitur in eius acceptione, non potest non recipere, quod non habebat. Præterquam quod, ut bene notat M. Soto i. Physic. q. 7. ante solut. ad argumenta, differentia inter animam, & alias formas est, quod haec creaturæ, & prius natura, intelligitur habere esse antequam uniantur; formæ verò aliae uniuersæ nullum esse prorsus habent, nisi in materia, ex qua educuntur: sed hoc optime verificatur etiam si materia animalis recipiat, & suscipiat: ergo etiam formæ, quæ non educuntur, recipiuntur in materia, cum ei uniantur, vel eam informant.

37 Obijctes: potest Deus facere quod materia, & forma sint in eodem loco, & quod non sint unitæ: ergo poterit facere, quod forma recipiat in materia, & quod illi non uniantur.

Respondetur antecedens esse ve-

rum,

rem & assertum à D. Thom. in 4. diff. 11. q. 3. art. 4. quæstiūcula 3. ex quo non infertur legitimè cōsequētia: nam receptio formæ in materia, non est quod sit in illa ut in loco; quia locus est quid extrinsecū locatō: sed est quod intrinsecē patitur, & tollatur eius intrinseca potentialitas, & constituatur species, quæ per aduentum formæ sit: implicat autem hoc fieri, quin forma informet, & vniatur: ac percōsequēs dicere formam esse receptā in materia, & huic non esse unitam, vel eam non informare, est dicere duo contradictoria esse simul vera: unde non mirum, quod à Deo fieri non possit.

### QVAESTIO IX.

*Quid, & quotuplex sit causa efficiens?*

**P**Ost causas intrinsecas, inter extrinsecas primo agimus de causa efficiēte, quia notior quoad nos, & quia in executione ab illa incipit transmutatio. Omissis autem Recētiorum definitionibus, oportet definitionem Phylosophi adducere, & declarare: quia recte exposita quid ditatem efficientis causæ recte declarat.

s. I.

*Definitio causæ efficientis.*

**I**gitur lib. 5. Metaph. cap. 2. ait, quod causa efficiens est, unde principium permutationis primum, aut quietis. Vbi S. Thom. lect. 2. dicit:

tertio modo dicitur causa unde pri-  
mum est principium permutationis, & quietis: & hæc est causa mouens, vel efficiens. Dicit autem mo-  
tus, aut etiam quietis, quia motus  
naturalis, & quies naturalis in ean-  
dem causam reducuntur; & simili-  
ter quies violenta, & motus vio-  
lētus; ex eadem enim causa ex qua  
mouetur aliquid ad locū, quiescit  
in loco. Hæc ibi. Capite autem pri-  
mo antecedenti, & S. Thom. lect.  
1. distinxerant duplex principium;  
aliud *inexistens*, id est intrinsecum;  
aliud *non inexistens*, id est, extrinsecum. Et inter huius acceptiones,  
vnam constituant his verbis: alio  
modo dicitur principium, unde *in-  
cipit rei generatio*, quod tamen est extra  
rem. Eadem in substantia docet Phy-  
losophus, & S. Thom. lib. 2. Phys.  
lect. 5. lit. d. & lib. 1. de Gener. lect.  
20. infine.

**T**ria tamen contra hanc defini-  
tionem opponuntur. Primo con-  
tra illam particulam *primum*, quia nulla causa creata est primū princi-  
pium, quia quælibet est ab alio pri-  
mo principio, videlicet, à causa pri-  
ma, quæ est Deus: sed hic potissimum  
definiuntur causæ efficientes crea-  
tæ, de quibus tractat Phylosophus:  
ergo definitio non est conueniens.

**Q**uod si dicatur causas creatas  
esse primas in suo ordine; quamuis  
non sint primæ simpliciter. Tunc  
insurgit alia difficultas, quia sequi-  
tur per hoc non differre causam effi-  
cientem ab alijs quatuor generibus  
causarum; nam quælibet in suo or-  
dine est prima: siquidem in genere  
subiecti materia prima est primum  
sibi-

# §. i. Definitio causæ efficientis.

193

subiectum simpliciter: & in genere actus, forma est actus primus substantialis.

Dices, sensū illi<sup>9</sup> particulæ esse, quod causa efficiens est prima comparatiuè ad alias causas. Cōtra hoc est primo, quod motus, & effectus, non prius pendet ab una causa, quā ab alijs, sed ab omnibus simul oriatur. Secundo, si inter causas extrinsecas aliqua est prior, potius id cōuenit efficienti, quam fini: nāt docet S. Tho. Opusc. 31. Finis est causa causarum, quia est causa causalitatis in omnibus causis. Et ibi specialiter docet, quod finis est causa causalitatis efficientis; quia facit efficacem esse efficiens. In nullo ergo sensu verificatur illa particula, *primum*.

4 Contra illam particulam *minus* est argumentum, quia Deus est prima causa efficiens cum creat: & tamen creatio, quæ est ex nihilo, nō est motus: ergo definitio non conuenit onini contento sub definito.

Denique videtur definitio obscura non exprimens genus, nec différētiā: & ideo alia aptior videtur desiderari, quæ seruet leges, & normam desiniendi.

5 Ab ista vltima difficultate incipiendo, responderetur, quod vt aliqua definitio sit exacta sufficit, quod tagat omnia per quæ rei essentia declaretur; licet verba non ordinentur sub forma definitionis, vt in simili ait S. Tho. 2.2.q.4.ar.1. *Sicut etiam,* inquit, apud Philosophos pratermissa syllogistica forma, syllogismorum principia tanguntur.

6 Quod ergo in definitione prædicta tangatur omnia necessaria ad

notificandum causam efficientem, constat: nam genus illius remotum est principium, vel causa; proximū verò est, quod hoc principiū sit extrinsecum: & utrumque subintelli gebatur ex proximè dictis in capite antecedenti: & in ipsa definitione declaratur, quia ly unde declarat principiū extrinsecū ex quo: coniat autē, quod ly & denotare solet causam extrinsecā efficientem, vt cum dicitur 1. ad Corinth. 11. *Omnis autem ex Deo:* & ad Rom. 11. *Ex ipso,* & per ipsū, vt ibi declarat S. Th. lect. 5. & sic differt à natura, quæ est principium motus interni: & similiter distinguitur à materia, & forma. A fine verò distinguitur, nō solū quia res nō dicuntur esse ex fine, sed propter finem: sed etiā, quia ordine executionis, seu secundum esse, nō à fine, sed ab efficiente primo incipit motus, vt latè ad intentum declarat M. Soto quæst. 3. PP. Carmel. disp. 10. quæst. 1. n. 2. Rubio tractatu de efficiente n. 3. & paf sim alij. Vnde sensus definitionis est, causa efficiens est principiū extrinsecum, ex quo in executione incipiū motus, vel quies.

7 Ad primum argumentum respondetur, quod vt docet S. Tho. 1.2.q.6.artic.1.ad 1. contingit aliquod principium motus esse primū in genere; quod tamē nō est primū simpliciter: sicut in genere alterabilem primū alterās est corpus celeste; quod tamē nō est primū mouēs simpliciter, sed mouetur motu locali à superiori mouente. Sic ergo causa efficiēs creata est prima a qua in executione vt à principio extrin-

N secō in-

incipit motus: & hoc modo est prima inter causas quatuor: & sibi propriissimè tribuitur productio, & influxus; quia ut ait S. Thomas lect. 1. de causis *influere, & producere ex-primit causalitatem efficientis.* Ac per consequens, licet in intentione à fine incipiat omnis causalitas, in executione primum mouens, efficiens, & applicans alias causas, efficientis est.

8 Ad secundam difficultatē dicitur, quod Philosophus solū definiebat causas creatas; vel quia creationem distinctè non agnouit; vel quia de ea nō erat ille locus disputāti. ¶ Aut aliter dici potest, quod generali vocabulo etiā creatio vocatur mutatione; quia significatur per modū mutationis, ut ait S. Tho. 1. p. q. 45. art. 2. ad 2.

## §. II.

## Divisiones efficientis.

9 Circa secundum, oportet causas efficientis diuisiones praecipuas breuiter assignare. Primo dividitur in causam *per se*, & causam *per accidens*; quæ traditur a Philos. 2. Physic. text. 50. docente, quod si sunt entia, alia sunt *per se*, alia *per accidens*; ita causarum, aliæ sunt *per se*, aliæ *per accidens*: ut causa *per se* domus est ars ædificatoria; causa vero *per accidens* est, quod ædificator sit albus, aut musicus. ¶ Definitur à nonnullis causa *per se*, quod sit illa, cuius influxus persere requiritur ad effectum, quæ producit: causa vero *per accidens* est quæ impertinenter se habet ad effectum; illi tamē tribuitur

propter cōiunctionem aliquam cū causa.

Ceterū, quia in priori definitio-ne definitum intrat definitionem; & in posterioris definitionis declara-tionē non cōprehenditur fortu-na, & aliæ causæ peraccidēs ex par-te effectus, quæ multis modis con-tingunt, ut declarat S. Tho. 2. Physic. lect. 8. lib. 5. Metaph. lect. 3. cir-ca finem.

10 Ideò melius S. Thomas. 1. 2. quæstione 85. artic. 5. ait: quod ali-quid est causa alterius dupliciter: uno modo *per se*: alio modo *per accidens*: *per se* quidem est causa al-terius, quod secundum virtutē suę naturæ, vel formæ producit effec-tum: vnde sequitur, quod effectus sit *per se* intentus à causa. Peracci-dens autem est cum virtute sua nō producit: & huius exemplum apponit in causa remouēte prohibēs: nam dicitur 8. Phys. text. 32. quod diuellens columnam peraccidens mouet lapidem columnæ super pos-sum. Igitur cum virtus influens est forma propriæ dans esse effectui, est causa *per se*: si vero accidentaliter cōiungatur causæ, vel effectui, erit causa *per accidens*. De quo vi-deatur Masius hic sect. 1. q. 4.

11 Vtraque causa, siue *per se*, siue *per accidens* diuiditur in *proximam*, & *remotam*, accidētali-ter penes cōiunctionem, vel distātiam; approximationem, vel elongatio-nem à causato. Dicitur etiā *media-ta*, & *immediata* dupliciter, vel im-mediatione suppositorum agētiū; vel immediatione virtutis: primū est esse *immediatum* ut *quod*; secun-dum

**dū ut quo.** Immediata seipsa influit solum, mediata alio interueniente, vel virtute, vel supposito.

**12** Tertio diuiditur causa efficiēs in *physicam*, & *moralēm*. Quam diuisionem insinuant *Phylosoph.* & *S. Tho.* 2. *Phys. lect. 5.* litt. b. & lib. 5. *Metaph. lect. 2.* vbi inter causas efficientes numerant causam cōsiliātem: quam constat non influere rea liter, & physicē, sed solum metapho rīcē. Vnde nomine *causæ moralis* intelligitur illa, cui in prudentiā cōst i matione tribuitur affectus; licet in re veritate physicē nō efficerit. Vnde in rigore physico, & metaphysi co est causa per accidens; quamvis imputatiūcē, vel interpretatiūcē, vel indirectē, cōsumatione humana vo cetur causa, quæ *phylica causa* non est.

**13** Rursus, diuiditur causa efficiēs in *principalēm* & *instrumentalēm*: quam diuisionem his verbis expli cat *S. Thom.* q. 4. de *Malo* art. 1. ad 15. dicendum, quod duplex est cau sa: una *principalis*, quæ agit per pro priam formam: & hæc est nobilior quam effectus, in quantum est cau sa. Alia est causa *instrumentalis*, quæ nō agit per formam propriam; sed in quantum est mota ab alio: & hæc non oportet nobiliorem esse effe ctu: sicut serra non est nobilior quā domus. *Quia* tamen causa *instrumentalis* speciali indiget discussio ne, de ea erit peculiaris quæstio, v bi diuisiones *instrumenti* tradētur.

**14** Omisla pro nunc causa *instrumentali*, quia vt dicit *S. Thomas* in 4. dist. 1. q. 1. art. 4. q. 1. ad 4. *causa in strumentalis non dicitur æquiuoca*; causa

efficiens *principalis* diuiditur in *vni uocam*, & *æquiuocam*: inter quas hæc est differentia assignata à *D. Thom.* 1. p. q. 4. art. 2. & q. 6. art. 2. quod si militudo effectus in causa *vniuoca* inuenitur uniformiter, idest, secun dum rationem cādem genere, vel specie: in causa autem *æquiuoca* inuenitur excellētius, sicut calor ex cellentiori modo est in Sole, quam in igne; eodem autem modo in v no igne, ac in alio. ¶ Ex ista conse quitur alia differentia latē explica ta à *D. Tho.* 1. p. q. 104. art. 1. quod effectus *causæ vniuocæ* dependet ab ea solum infieri; at vero effectus *causæ æquiuocæ* (*præcipue primæ causæ*) dependet ab ea in fieri, & cō seruari: sicut aqua calefacta retinet calorem cessante actione ignis: nō autē remanet aer illuminatus, nec ad momentum, cessante actione *Solis*: quia scilicet materia aquæ sus ceptiva est caloris ignis secundum eandem rationem, qua est in igne. Aer autē nullo modo natus est recipere lumen secundum eandē rationem secundum quam est in Sole, vt scilicet recipiat formam *Solis*, quæ est principium luminis. Vnde nec creatura ad momentum potest conseruari sine actuali Dei cōseruantis influxu.

**15** Causa *æquiuoca*, alia est *pri ma simpliciter*, qui est solus Deus; alia *prima in genere determinatio*, vt in genere alterabilium est corpus cœ leste, vt iam diximus nu. 7. ¶ Hinc prouenit alia diuisio, quod quædā causæ sunt *vniuersales*, quæ ad plures species, vel genera effectuū se extendunt, vt Deus, cœlum, & simi

les: aliæ particulares, quæ ad vnu effectum secundum speciem determinantur, vt ignis, equus, leo, & huiusmodi. Et causa vniuersalis subdiuidi solet, quia alia est vniuersalis in causando, & alia vniuersalis in prædicando: notat tamen Sanctus Thomas hic lectione 6. quod hoc dubi ibi inuicem correspōndent; quia cause eminentiori, maioris latitudinis obiectum correspondet.

16. Quamuis non sit facile omnes omnino efficientis cause diuisiones referre; non possumus non duas alias scitu necessarias propōnere. Aliæ sunt peraccidens subordinata, quarum multitudo non exigitur perse ad effectum: aliæ sunt perse subordinata, quarum vna ab alia perse dependet, & qualibet sublata nō erit effectus. Distinctio est S. Thomas i. p. quæst. 7. art. 4. vbi diuisio[n]ē manifestat in operatione fabri, ad quam perse requiritur, quod sit ars in anima, & manus mouens, & martellus: & qualibet horum deficiente, non erit effectus. Sed multitudo martellorum, quæ accidit ex hoc, quod ynum frangitur, & accipitur aliud, est multitudo peraccidens, accidit enim, quod multis martellis operetur; & nihil differt vtrum uno, vel duobus, vel pluribus operetur. De quo videatur S. Tho, i. p. q. 46. art. 2. ad 7. & q. 2. de Verit. art. 10. & Quodlib. 9. art. 1. Sed vniuersalius idem tradit lectio[n]e prima de Causis in fine, ita scribēs: inuenimus causas ordinari dupliciter. Vno modo perse. Alio modo peraccidens. Perse quidem intentio primæ cause respicit usq;

ad ultimū effectum per omnes causas medias: sicut enim ars fabri mouet manū, manus martellum, qui ferrum percussum excedit, ad quod fertur intentio artis. Peraccidens autem quando intentio non procedit nisi ad proximum effectū; quod autem ab illo effectu efficiatur iterum aliud, est præter intentionem primi efficientis: sicut cum aliquis accedit candelam, præter intentionem eius est, quod iterum accensa candela accedit aliam, & illa aliam. Quod autem præter intentionem est, dicimus esse peraccidens. Hæc ibi.

17. Aliæ sunt causa totales, & aliæ partiales: totalis est causa sufficiens, & adæquata: partialis est inadæquata, vel propria, quæ d[icitur] nō tota virtute operatur, vel quia est virtutis insufficiëns: vnde S. Tho. in 3. dist. 18. quæst. 1. art. 1. ad 5. ait hoc contingere, quādo unus agēs non est sufficiens ad complendum effectū, sed multi simul: sicut multi simul trahunt nauem, quam nullus perse trahere posset: & tuac omnes illi sunt quasi unus agens, non simpliciter, sed unitate aggregatiōnis; & similiter actio eorum nō est una simpliciter, sed quasi una congregata ex multis. Hæc S. Thom.

Alias efficientis cause diuisiones explicant M. Soto quæst. 3. & M. Masius sect. 1. q. 4. & Authores ab ipso relati.



## QVAESTIO X.

*Virum substantia creata per se ipsum immediate efficiat?*

I Ntēdimus in hac quæstione exponere, id quo in actu primo causa secunda creata constituitur in actu primo valens efficere; quia de illius causalitate, quia in actu secundo causat, postea propriam subiectiemus quæstionem.

s. I.

*Status questionis.*

**S**Vpponimus autem causis secundis creatis vere, & proprie cōpetere causalitatem effectuum propriarum actionum, & effectū illarum: quod experientia quotidiana est compertum, dum videmus ignē calefacere, & alium ignem generare; & animalia ex generatione animalium produci, & sic de alijs. Manifesta etiam ratio id persuadet: quia, vt arguit S. Thom. i.p.q.105. art. 5. *Virtutes operatiae, qua in rebus inueniuntur, sicut in rebus auribute si p. reasibiliter operantur.* Quod alij rationibus confirmat S. Thom. lib. 3.contrag. capit. 69. & quæst. 3. de Potentia art. 7. In modo cum S. Thom. retulisset sententiam dicentiū creaturas nihil efficere, sed Deum se solo ad creaturarum præsentiam omnia facere, inquit in 2. dist. 1. q. 1. ar. 4. *Sed haec positione stulta est, quia ordinem tollit universi; & propriam operationem ab rebus; & destruit iudicium sensus.* Hęc ibi.

**3** Secundo est notandum, quod actio est ab aliquo efficiente dupliciter; vel vt à principio quo; & sic est à natura; vel vt à principio quod: & sic est à supposito, vel persona; iuxta illud axioma: *actiones sunt suppositorum: unde S. Thom. 3. p. quæst. 20. art. 1. ad 2. ait: agere non attribuitur naturæ sicut agenti; sed persona: actus enim suppositorum sunt, & singularium, secundum Phyllophilum: attribuitur tamen actio naturæ, sicut ei secundum quam persona, vel hypothesis agit.* De quo videatur S. Tho. 3. p. quæst. 19. art. 1. ad 3. & 1. part. quæst. 40. artic. 1. ad 3. & q. 3. de Potentia art. 8. in fine. Nos hunc non loquimur de principio quod, cum hoc sit suppositum: nam sicut illi cōpetit esse vt quod, ita, & operari vt quod. Sed quæstio est de principio quo, an sit immedia te ipsa forma substantialis; an vero media forma accidentalis constituta valens efficere?

**4** Tertio est notandum, quod cū, vt docet S. Th. i.p. quæst. 25. art. 1. ad 3. *potentia in rebus creatis, non solum sit principium actionis, sed etiam effectus;* duo in quæstionem vocari possunt: alterum est in genere inquirere, an substantia immedia te per se ipsam valeat esse immediatum principium quod alicuius operationis? Aliud in particulari determinare, an per se ipsam valeat elicere actionem, qua fiat substantia; vel qua fiat propria passio; vel qua producatur accidens commune? Nam ad hęc tria genera onus effectus producibilis valent reduci. Quāuis autē difficultates istae sint connexæ, o-

portet eas distinguere; & propter rei claritatem; & quia speciales habent difficultates productiva virtus effectus, qui est substantia, & propriæ passiones; quæ cessarent, si actione terminaretur ad producendum accidens commune.

5 Omnes sententiae reduci possunt ad quatuor, duas extremas, & duas medias. Extremarum prima assentit substantiam, nec immediate, nec mediata esse efficere; sed tota vim agendi principaliter competere a cidentibus. Ita Pereira lib. 8. cap. 13. & 14.

6 Per oppositū alij omnem vim effectuam immediatam tribuunt soli substantiae; & accidenti solam conferunt causalitatem dispositiūam. Ita Scotus in 4. distinct. 12. quæst. 3. & in 2. distinct. 17. & in 1. dist. 37. Durandus in 1. dist. 2. quæst. 2. Ocham in 2. quæst. 23. Hurtadus disp. 9. sect. 5. num. 63. & alij Recētiones, quos citat, & sequitur Ioannes Poncijus disp. 38. q. 2.

7 Inter hæc extrema, prior sententia media contendit substantiam creatam esse quidem immediatè operatiūam; sed non solam, sed etiam cum immedio partiali cursu accidentium. Ita Suarez disputation. 18. Metaphis. sect. 2. num. 21. Conimbr. 2. Physicor. cap. 7. quæst. 18. art. 2. conclus. 2. Rubio tractatu 4. de causa efficiēte quæst. 5. num. 67. & alij.

8 Ultima sententia tenet substantiam non esse immediate operatiūam; bene tamē mediata, & remota. Ita Sanctus Thomas, & vniuersitas eius Schola, ut retulimus 2. part.

Metaph. controu. 9. num. 14. vbi citauimus Toletum, Fonsecā, Vazquez, & Albertinum in 2. princ. q. 2. dub. 2. probantem esse coniunctiūm Scholasticorum. Aliorum catalogus videri potest in M. Masio hic cap. 3. sect. 3. quæst. 4. usque ad 7. & M. Ortiz tractat. 5. pertotum. Auersa quæst. 37. sectione 5. pro qua exponenda.

## s. II.

*Substantia est actua radica  
liter.*

9 **D**ico primo, solis accidentibus non conuenit tota efficiēti virtus principalis: vnde forma substantialis saltim radicaliter est operatiua. Ita sumitur ex Philosopho 2. Physic. text. 17. & 2. de Animate xtu 24. & docet S. Thomas 1. pert. quæst. 77. art. 1. ad 4. & eam probat lib. 3. Contra g. cap. 69. ratione 9. ita dicens: si agere sequitur ad esse in actu, inconueniens est, quod agens perfectior actione destituatur: perfectior autē actus est forma substantialis, quam forma accidentalis. Si igitur formæ accidentales, quæ sunt in rebus corporalibus, habent propria actiones, multo magis forma substantialis habet aliquā propriam actionem. Nō est autem eiusmodi actio disponere materialia: quia hoc fit per alterationem, ad quam sufficiunt formæ accidentales. Igitur forma generatis est principium actionis, vt forma substantialis introducatur in generatum. Hęc ibi.

10 Ac si argueret: ad nobilitatem formae accidentalis pertinet, quod sibi simile possit generare: sed inconueniens est, quod negetur formae nobiliari perfectio, quae tribuitur ignobiliori: ergo etiam excellentiori modo conuenit substantiae posse efficere, quam tribuatur accidenti: ergo ad minus remotè, & radicaliter ei negari nequit efficiencia.

Vel aliter: operari sequitur ad esse: ergo eo modo, quo forma dat esse, proportionaliter debet dare esse operationis principium: sed forma substantialis dat esse primum, & substantiale: ergo est primum radicale principium operandi.

11 Præterea arguitur: natura est principium primum motus, & quietis: sed forma propriissimè est natura: ergo est principium primū operationis. Consequentia est legitima: & ambæ præmissæ ex dictis sunt manifestæ: & rursus diximus, naturam esse principium actuum, quæst. 3. §. 2. Posset specialiter argui de anima, quæ est principium intelligendi, sentiendi, & vegetandi: & ideo definitur per has operationes, quarum est radix, ut patet in secundo de Anima: nec posunt non prouenire ab illa, quia operationes vitales non posunt non radicaliter esse à vita substantiali. Sed de his alibi.

12 Demum est argumentum, quod solet obiecti contra sequentes conclusiones, & hanc solam euidenter demonstrat: quia forma per quam causa efficiens principalis agit, debet esse & quæ nobilis, vel nobilior

effectu: nam causare nequit, quod non præhabet, velemointer, vel virtualiter, vel formaliter: sed sè pè videmus medijs causis efficientibus creatis introduci substantiam: ergo ibi forma prima, & principaliis actiua radicaliter ipsa forma substantialis. Et sic realiter forma, & efficiens coincidunt iuxta Phythosophum. Euasiones, quæ his rationibus adhiberi possent, præcludantur à M. Masio quæst. 4. conclus. 1. & quæst. 6. concl. 2. & PP. Carmelit. disput. 10. quæst. 3. Sed quia, vel nullo impugnante corruunt; idèo omittendæ sunt.

## S. III.

*Quod substantia non est immediate operativa probatur.*

13 Dico secundo: nulla substantia creata est principium immediatum alicui operationis; sed solum media potentia accidentalis actiua realiter à substantia distincta. Ita expressè Sanctus Thomas in 1. dist. 3. quæst. 4. artic. 2. ait: *Deus solus est, qui non agit per potentiam mediæ differentiam à sua substantia: in omnibus autem alijs operatio est accidens;* & ideo oportet, quod proximum principium operationis sit accidens. *Sicut videmus in corporibus, quod forma substantialis ignis nullam operationem habet, nisi mediante bus qualitatibus officiis, & passiis;* quæ sunt quasi virtutes, & potentia ipsius. Similiter dico, quod ab anima, cum sit substantia, nulla operatio egreditur, nisi mediante potentia. Hæc ibi. Et latè idem

prosequitur i. p. q. 77. ar. 1. & q. 59. art. 2. &c quæst. 54. art. 3. ait, quod nec in Angelo, nec in aliqua creatura virtus, vel potentia operativa est idem quod sua essentia. Docet idem quæst. de Anima artic. 12. & de Spiritualibus creaturis artic. 11. & Quodlib. 10. quæst. 3. ar. 1. & in 2. dist. 17. quæst. 1. art. 2. ad 6. & dist. 26. art. 4. in fine. Et in 4. dist. 1. q. 1. artic. 4. q. 5. & 1. 2. quæst. 110. art. 4. Nec authoritates istæ nulla indiget punctione; sed sola sincera lectione: quia me latet in quo sensu verificari possit, quod ait S. Thom. quod forma substantialis ignis nullam operationem habet, nisi medianibus qualitatibus actibus, &c. si immediate valet substantia per se operari, vt alii Authors conteadunt? Quia istæ propositiones contradictoriæ opponuntur: *substantia aliquam operationem habet immediate*, vt ipsi dicunt: *substantiam nullam operationem habet immediate*, vt ait S. Thomas: c. diametro ergo tres priores sententiæ opponuntur D. Thom. Nec apparent cur universaliter in omni creatura vellet S. Thomas, quod potentia activa realiter differat ab essentia; si ista per se ipsam immediate valet efficere?

14. Ratione probatur primo: si substantia esset immediate per se operativa aliquarum operationum, esset immediate operativa omnium: nam eadem omnium est ratio. Sed videmus substantiam non omnia immediate per se operari: alioquin frustra illi essent collata à natura accidentia activa; vt corporibus est collata gravitas, & levitas ad mo-

tum; calor, & frigus ad alterationem; & ad incrementum, & nutritiō nem est calor naturalis, qui est sicut instrumentum animæ nutritiū, vt dicitur in 2. de Anima text. 41. & in omnibus valentibus generare sibi simile, experimur habere qualitates activas, & ad cœlestia corpora ascendendo, illis natura contulit lucem, vt media illa deriuarent alias qualitates activas, & passivas: & animalia contulit intellectum, & voluntatem: & species, & habitus operatiuos, quotidie acquirimus: ergo à sufficiente enumeratione constat, quod substantia creatæ non competit immediate agere; sed solum medijs accidentibus. Consequentiā patet: quia nil naturale est frustra: cum Deus sit author naturæ: & bene aduertit S. Thom. lib. 3. contrag. cap. 69. ration. 2. quod contrarationem sapientiae est, ut si aliquid frustra in operibus sapientis.

15. Secundo probatur ratione S. Thomæ 1. part: quæst. 59. art. 2. dissentientis: *natura, vel essentia alicuius rei intre ipsam rem comprehenditur: quicquid ergo se extendit ad illud quod est extra rem, non est rei essentia*. Quod est dicere, substantia, in quantum substantia, solum habet esse per se, & in se; & quod inclinetur ad aliquid extrase, vel ab alio extra se specificetur, non conuenit per se, sed ratione accidentis superadditi, quod inclinat eam ad aliud, & facit ab illo specificari: quod constat inductione: nā ad hoc substantia datur accidentia omnia, quæ experimur: & ratione, quia substantia est per se; & ideo extrinsecū nō respicit, nisi me dia.

### §. 3. Quod substantia non est immediate, &c. 201

diate, & inclinatio ad intrinsecū es-  
se, est rīa i trinseca; inclinatio vero,  
vel specificatio ab extrinseco est  
accidentiū propria. Sed omnis vir-  
tus a tria, & effectua est ad aliquid  
extrinsecum, vel quia facit opera-  
tio rem transiuntē in exteriōre ma-  
teriam. Vēl quia operatio i mā-  
neas est circa obiectum quod ad sé  
trahit per intellectum; vel in quod  
tēdit per voluntatē: ergo vniuersali-  
ter est verū, quod nulla substantia  
creata est immediate operativa.

Responseri potest non esse incō-  
ueniens, quod substantia tanquam  
ab specificatiō extrinseco specifi-  
cetur ab actuali operatione; quam-  
uis admissi nō possit ab illo specifi-  
cari intrinsece: nā accidens nō po-  
test esse differentia intrinseca, &  
essentialis substantiæ.

16. Hac tamen euasio vim ratio-  
nis nō penetrat; fatemur enim potē-  
tias ab actib⁹ nō specificari i trinse-  
ce, sed solū extrinsece: & intrinse-  
ce solū ab ordine ad illos, & ad ob-  
iecta, vt patet ex D. Tho. i. p. q. 77.  
art. 3. ad 1. & ex Caietan. ibi §. ad exi-  
dem. Sed tamen ad huc modō  
substantia nequit per seipsum imme-  
diate ordinari ad aliquid extrinsecū:  
tum quia alias ipsa perse posset  
esse operatio; cū ista nō specifi-  
cetur ab extrinseco intrinsece; sed  
solū specificatur ab ordine ad ex-  
trinsecū, vt ait S. Th. i. p. q. 18. art.  
4. ad 2. Tū etiā, nā nulla esset diffe-  
rentia inter substantiā, & accidens;  
nec substantia ad aliquid indigeret  
accidentib⁹: si eadē suā stātia posset  
immediate ordinari ad esstendū, &  
ad operadū, & ad omnia alia intra-

& extrase immediate per seipsum.  
Tertio: nā plus differūt ea, quē per-  
tinēt ad intimā rei, ab eis quā ordi-  
nat ad extrinseca, quā differāt due  
capacitates ad diuersa genera per-  
fectionum extrinsecarū. Sed vide-  
mus in reb⁹ creatis diuersas poten-  
tiās ordinari ad diuersas perfectio-  
nes extrinsecas, vt potētia visua,  
& auditiva, & sic de alijs: ergo esse  
tia rei, quā solum est ad esse substā-  
tiale, diuersa est à potentia operati-  
ua, quā est ad operari, & ad extrin-  
secas perfectiones.

17. Tertio sic informa arguit S.  
Th. in 1. dist. 3. q. 4. art. 2. effectus pro-  
prius, & immediatus, oportet quod  
proportionetur sua causa: vnde o-  
portet, quod in omnib⁹ illis, in quib⁹  
principiū operationis proximum  
est de genere substātiae, quod opera-  
tio sua sit substātia: & hoc solum in  
Deo est: & ideo ipse sol⁹ est, qui nō  
agit per potentiam medium differe-  
tem a sua substantia. Hac ibi.

Dices maiorē esse falsā: quia apud  
nos potētia operativa est qualitas;  
& operatio, praecipue trahēs, est de  
genere actionis; & effectus est in ge-  
nere substātiae: ergo nō oportet illā  
proportionē exigere, quod princi-  
piū immediatum actionis, quē est  
accidēs, etiā sit accidēs, & nō substā-  
tia: nam sicut potētia, quē est qualis,  
immediate specificatur ab actio-  
ne; & generatio, quē est accidens,  
immediate proportionater cū ter-  
mino substanciali: ita substātia pos-  
set in immediate operari. Vnde S. Th.  
in 1. dist. 7. q. 1. artic. 2. ad 2. docet,  
quod nō oportet, quod in eodē genere ponā-  
tur potētia, & altius, praecipue de potē-  
tis actionis.

Sed

18 Sed contra: nam videmus ex diuersitate operationum colligi diuersitatem formarum: quod si bene colligeretur, si causa effectui non proportionaretur. Secundo, vide- mus naturam ad diuersas operatio- nes diuersa principia ordinasse, vt patet in homine in quo sensus, & potentiae diuersae distinguuntur ex diuerso genere operationum.

19 Tertio idem probatur: inducione: nam potentia passiva, quæ est ad actum substantialem, est in ge- nere substantiæ; & potentia ad actu accidentalem est in genere accidē- tis, quia potentia homo, est in gene- re substantiæ, & potentia album, est in genere qualitatis; quia in unum quodque genus diuiditur per potentiam, & actum, iuxta Phylosoph. 9. Me- taph. lect. 5. & 8. de quo S. Thom. q. vñica de Anima art. 13. proporcio- nantur etiam materia, & forma ut actus, & potentia: ergo similiter po- tentia activa esentialiter, & proxi- mè ordinata ad actum accidenta- lem, cum illo debet proportionari: ita quod sint in eodem genere entis, nempe, quod si una est substi- tuta, & altera; & quod potentia sit in genere accidentis, cum operatio est accidentis. De quo videatur S. Th. 1. Phys. lect. 15. in fine, & de Spir- itualib. Creat. art. 11. & 1. p. q. 77. art. 1. quod sic intelligit M. P. Ber- gomensis in Concord. dub. 51.

Alias rationes S. Thom. ad intē- tum pôderauimus illa controu. 9. à num. 25. usque ad 34. quæ omitti- mus, ne alibi scripta transcriba- mus.

20 Obijcies rationem primā pri-

mæ conclusionis hanc impugnare: quia accidens est immediate opera- tinum: & hoc pertinet ad eius per- fectionem, quod sibi simile possit producere: sed substantia est nō abi- lior accidente: ergo ipsa etiam erit immediate operatiua.

Respondetur hanc difficultatē sibi obiecisse S. Thomam 1. p. q. 77. art. 1. ad 3. & in quæst. de Spiritu. creat. & art. 11. ad 10. respondet, *Quod forma accidentalis, quæ est princi- piū actionis, ipsam est potentia, vel virtus substantie agentis: non autem pro- ceditur in infinitum, ut cuiuslibet virtutis, et alia virtus* Quod est dicere; id quod est ratio formalis in aliquo ge- nere, non indiget alia ratione for- malis in illo genere, ne abeat in in- finitum: sicut existentia non est alia ratio actuas ipsam; nec lux alia luce videtur; nec quantitas alia extensi- one dilatatur. Accidentia hoc ip- sum quod sunt, substantia sunt; & cum ex propria ratione aliqua acci- dētia proximè ordinentur ad actu; hoc quod esset perfectionis in eis, esset imperfēctio in substantia. Adu- nare vero tantam perfectionem, quod simul habeat propria linea substantiæ, & linea accidentis, non conuenit ulli substantiæ creatæ. Vi- deatur Caiet. 1. p. q. 54. ar. 3. ad 1.

Scoti, & quæst. 77. art. 1.  
circa ad 3.



## § 4. Quod accidentia virtutē, &c.

203

§. III.

*Quod accidentia virtute sibi partitae substantiam efficiunt.*

**21** *D*ico tertio, forma substantia lis principaliter, sed radica-  
liter: & forma accidentalis immedia te, sed actiū i instrumentāliter, cōcur rūt ad producēdā substātiā. Ita Phy lo. 2. de Anim. tex. 41. & S. Tho. ibi lect. 8. & lib. 7. Metaph. lect. 8. līt. e. & ipse S. Th. 1. p. q. 115. art. 1. ad 5. ait: qualitas actiua, vt calor, et si sit accidens: agit tamen in virtute formæ substancialis sicut eius instru-  
mentū: & ideo potest agere ad for-  
mam substancialē: sicut, & calor  
naturalis inquantum est instrumen-  
tum animæ, agit ad generationem  
carnis; ad accidens verò agit pro-  
pria virtute. Hęc ibi; qui idem ex-  
presse docet in 2. dist. 1. q. 1. ar. 4. ad  
5. & latè cum Phylosoph. idem do-  
cet lib. de Sensu, & sensibili cap. 4.  
circa medium, & lect. 10.

**22** Rursus, loquendo de accidē-  
tibus separatis in Eucharistia, quod  
medijs accidentibus, seu qualitati-  
bus ibi manētibus, possint genera-  
re substātiā, expresse docet S. Th.  
3. p. q. 77. art. 3. ad 3. & in lib. 4. sen-  
tentiarum dist. 12. q. 1. art. 2. Ergo  
indubitatū est hęc conclusionem  
esse S. Thom. Præcipue cum illa le-  
ctio. 10. referat contrariam senten-  
tiā afferentem, quod *agens natura-*  
*les* solū alterando disponat ad formam,  
quæ à causa superiori introduci-  
tur: & eam S. Thom. ex professo  
impugnet, concludens: *omne autem,*

*quod agit in virtute alterius, facit sim le-*  
*ti in cuius virtute agit; sicut calor natura-*  
*lis generat carnem animatae ex virtute ani-*  
*ma: & per hunc etiam modum per actionem*  
*qualitatū elementarum transmu-*  
*tatur materia ad formas substanciales.*  
*Hęc ibi, & alibi saepe idem dicit,*  
*& expresse 1. p. q. 45. art. 8. ad 2.*

**23** Sed objiciunt Recentiores: nā  
S. Tho. 1. p. q. 45. art. 5. docet, quod  
causa in instrumentāl non participat & fin-  
item causæ superioris nisi in quantum per  
aliquid sibi proprium dispositiū operatur  
ad effectum principali agentis: ergo to-  
ta causalitas instrumenti est præuiē  
disponere.

Respondetur, quod nec aparien-  
tiā habet hęc consequentia: quia  
instrumentum exercendo id quod  
potest virtute propria, dicitur dis-  
positiū operari; & vt virtus a-  
gentis principalis, non tantum ad  
hoc pertinet, sed etiam ad effec-  
tum principalis agentis: vnde  
authoritas potius est pro conclu-  
sione: nam dicit S. Tho. in 2. sent.  
vbi supra: *qualitas actiua agit in vir-*  
*tute forma substancialis;* & ideo per illam  
actionem, non tantum inducere materias  
in alijs forma accidentalis, sed etiam in  
actum formæ substancialis. Idem docet  
in 3. part. q. 77. & alijs locis relatis.  
Itaque non distinguere quid concur-  
nit accidenti virtute propria, &  
quid illi competit vt virtus instru-  
mental is substātiæ, est occasio æqui-  
uocationis contrariae sententie: nā  
virtute propriæ solū alterat, & ac-  
cidentia, quæ sunt dispositiones, in-  
troducit: at verò virtute substātiæ  
substancialiam introducit.

**24** Ratiōnēm à priori tangit S.  
Tho.

Thom. 3. p. q. 77. art. 3. ad 3. concludens: & ide possunt agere ad formam substantiam instrumentaliter; per quem modum aliquid potest agere ultra suam speciem, non quasi viri propria. sed virtute principalis agentis. Ex quo probatur conclusio, & retorquetur fundamentum contrarium: causa instrumentalis non debet esse aequa perfecta, ac effectus: quin potius ex elevatione causa principalis causat ali quid nobilius se: ut patet ex differencia inter ipsam, & causam instrumentalem; & inductione in instrumentis naturæ, & artis: ergo etiam si accidens sit imperfectus substantia, potest ut virtus substantiae substantiam causare.

25 Secundo probatur: nam sepe in absentia principalis agentis, ab ipso introducitur forma substantialis: sed tunc nequit operari nisi media virtute a se diffusa: ergo agens in virtute substantiae potest introducere substantiam. Minor patet, quia cum agens sit formaliter substantia, non potest esse praesens, nisi virtualiter. Maior patet cum Sol generat aurum in visceribus terræ; & in generatione viventiun, quæ sit per virtutem actiuan decisam à generante: de quo S. Thom. 1. p. q. 118. art. 1. & q. 3. de Pontia art. 11. & 1. part. q. 67. art. 3. & in 4. dist. 13. art. 2.

26 Respondent, quod cum non est substantia, à qua proxime possit prouenire generatio substantialis; agentia creata solum ponunt dispositiones, ad quarum exigentiam Deus introducit substantiam formam.

Sed contra primo: quia idcirco ignis generat principaliter ignem, quia non excedit eius vim actiuan generatio sibi similis: sed etiam non excedit vim actiuan leonis leonem generare medijs qualitatib⁹ actiui decisio in senine: ergo eodem proportionali modo illi, ut agenti principalis tribuenda est generatio, ac trahitur igni.

27 Deinde, S. Thom. Opusculo de motu cordis dicit, esse ridiculum ad causas ex ira secas primas recurrere, quādo adeo principium intrinsecum: sed virtus decisa à generante est sufficiens principiu, ut deriuetur in illo instrumentaliter virtus principalis agentis: ergo illi debet tribui generatio.

¶ Et satis durum videtur, & contra debitam naturæ dispositionem, quod Deus disponuerit dari causas secundas principales generatiunas plantarum, & planitarum; & quod animalia se solo principaliter producat: & quoad hoc erit idem, ac in generatione hominis quod posita ultima dispositione ab agente naturali, à causa principio introducitur anima: quod non videtur consonum Philosophiae receptis principijs. Vnde Cardinalis Toletus hic q. 8. post quintam conclusioitem, pro inconvenienti fert, quod solus Deus sine causa particulari generaret: quod indignum est Philosopho Theologo. ¶ Alia ratio formari potest ex D. Th. q. de Anima ar. 12. ¶ et in illo videri potest.



## §. 5. Argumentum præcipuum, &c. 205

s.. V..

### Argumentum præcipuum solutur.

28 **C**ontra istam conclusionem est argumentum: nam causa efficiens proxima debet esse eiusdem perfectionis cum effectu: sed accidentia sunt imperfectiora, quam substantia: ergo non possunt producere substantiam. Maior probatur: tum inductione in omnibus causis efficientibus proximis vniuersitatis: nam leo, equus, ignis, & aliae huiusmodi causæ que perfectæ sunt ac esse etus earum. Et ratione, quia causa efficientis continet, non per modum subiecti, sed per modum formæ, & actus suū effectum: ergo non poterit causare si nou contineat formaliter, vel eminenter:

Respondet S. Th. in 4. dist. 12. q. 1. art. 2. & 3. p. q. 77. art. 3. ad 3. probare argumentum, quod accidens ut causa principalis, & virtute propria non possit producere substantiam; non tamen quod eam non possit producere ut causa instrumentalis, & agens in virtute substantiæ.

29. Iustificat tamen Scotus, & cum eo aliud: dum calor dicitur agere in virtute substantiæ, v. g. in virtute ignis, cuius est instrumentum: vel illi communicatur aliquid ab ipsa substantia, ratione cuiusidem calor operatur, vel non? Si hoc ultimum; solus calor concurret ad producendum ignem: cum autem calor sit imperfectior igne, non poterit illum producere. Si primum: vel hoc quod ab igne derivatur in calorem, est substantia, vel

accidens. Si substantia; ergo haec est immediate operativa. Si accidens; erit imperfectius effectu producendo: ergo non poterit calor ratione illius attingere productionem ignis.

30 Respondetur, quod iam diu hoc argumentum à Thomistis dupliciti via fuit solutum, ut retulit Caiet. 1. p. q. 54. art. 3. s. Et cum queritur. Primo admittendo, quod accidentia ut sit virtus substantiæ, aliquid additur modale, per modum transversalis, & ideo dicuntur habere esse intentionale, sicut colores sunt in acre: & licet sit accidens entitative, est tamen causaliter, instrumentaliter, & virtualiter substantia. Quem dicendi modum sequitur M. Ioan. à S. Thos. disp. 12. ar. 3. ad 2. quem minus attente legerant, qui ei tribuunt oppositum in corpore illius articuli; in quo solum impugnat sententiam Suarez afferentis necessariam esse immediatam conformatiōnem substantiæ in accidentis, ut hoc attingat productionem substantiæ; quia sequitur substantiam esse immediate operatiōnem: & quia actualis conformatio ad nil est necessaria. Quod omnes Thomistæ admittunt; & tamen inter eos est valde probabilis hic dicēdimodus, ut pluribus ostendit M. Ortiz tract. 5. cor. f. 2. s. 4. quia virtus instrumentalis, non media qua calor constituitur in ratione instrumentalis, ex natura sua debet habere esse trāsiēs, & incompletum, ut de omni instrumentalis virtute docet S. Th. 3. p. q. 62. art. 4. sed calor ex se esset forma permanens, & perfecta: ergo oportet ut aliquid modale sibi superadddatur, ut sit instrumentum.

Ad.

31 Aduertit autem idem Author §.7. ad ultimum, quod talis virtus superaddita potest duplicitate assignari: uno modo ita ut accidens oritur cum illa à principio suæ dimanationis: & sic constituitur à M. Ioan. à S. Tho. afferente doctrinam S. Tho. mæ 1. p. q. 78. arti. 4. ad 5. dicentis, quod ex coniunctione ad substantiam, ex qua fluit accidentis, in uno subiecto potest quod non in alio. Et hoc modo inuenio hoc tradi à Capreolo in 4. dist. 12. q. 1. ad arg. 2. loco contra 2. pag. 151. vbi ait, quod accidentis nobilior est, quia est instrumentum, & virtus talis substantiae, quam sit ex solaria ratione proprii generis, aut propriae speciei; sicut calor naturalis hominis est nobilior, quam calor asini, aut calor plantæ, vel ignis, vel calor, qui produceretur sine subiecto: quia istam modifikationem accidentia à proprio subiecto recipiunt.

32 Alio modo potest ista virtus assignari, ita ut solum resultet à substantia, quando accidentis debet concurrens ad producendam substantiam, & concurrunt alia requisita. Et hoc iudicat probabilius M. Ortiz ad ultimum.

Quia tamen, nechoc videtur necessarium, & est plenum difficultatis, quia in absentia, substantia nequit influere: & in accidentibus Eucharistiae, supposito primo miraculo, S. Thomas ponit naturaliter accidentia agere, ac si substantia esset praesens. Et deinde hic dicendum modus videtur incidere in omnia inconvenientia sententiæ P. Suarez, quam impugnauerat: quia in absen-

tia substantiae oportebit recurrere ad Deum, &c.

33 Ideo qui hanc primam viam vel sustinere, iuxta priorem modum debet defendere: cui fauet S. Tho. in 4. dist. 1. q. 1. art. 4. q. 2. ad 4. & 1. p. q. 118. art. 1. ad 3. & iuxta hoc facile soluitur argumentum, admittendo addi aliquid modale, quod entitatius est accidentis, & causâliter, seu virtualiter est substantia, cuius est instrumentalis motio, & eleuatio; & est ac si ipsa substantia, cuius est virtus, esset præsens: nā est præsens in sua instrumentalis virtute: & sic producit aliquid excellentius.

34 Secundo, & melius responderetur cum Capreolo vbi supra dicente, quod cum virtus sit principium proximum operationis, igit non habet aliquam virtutem actiū alia à qualitatibus actiuis, & passiuis; & idèo cum dicitur, quod calor agit in virtute ignis, non est aliud dicere, nisi quod calor est virtus ignis, ita ut loquio transitiva resoluatur in intransituam. Hæc Capreolus: vbi & refert S. Thomam quæst. de Spirituali. creat art. 1. ad 10. & habetur in 4. dist. 12. vbi supra, & expresse Opusc. 48. apud D. Thomam tract. 1. cap. 6. vbi dicitur, nec recipiunt tales qualitates à formis substantiaribus aliquam virtutem differenter ab eis. Et idèo sic tenent communiter Thomistæ, vt retulimus illa cōtrou. 9. n. 52. plures alios refert, & sequitur Masius hic cap. 3. sec. 3. q. 9. concl. 6. vbi notat cum Astudillo quæst. 6. quod idemnet calor ut calor so luim habet calorem producere, & exsiccare: at vero ut virtus substan-

tiæ, nutrit, auget, & carnem producit: sicut calor ignis solū habet pro ducere ignem, & non carnem; calor vero animalis calorē producit, & non ignem: has ergo duas virtutes dispersas in diuersis calorib⁹, ad unat idem calor ex eo quod est virtus, & proprietas talis nature, ut ibi late exponunt. Quid & sequitur P. Vazquez 1. part. disp. 189. capit. 3. n. 10.

35 Ad rationem primæ solutio nis propositam n. 30. respondetur, quod aliud est loqui de illo, quod est instrumentum ut *quod*; & aliud loqui de virtute instrumentaria ele uatiua instrumenti ut *quo*: illud ele uatur motione virtuosa, & impræs sione qualitatis transeūtis: istud ve rò, cum sit ipsa elevatio, alia eleva tione non indiget: durat autē propter potentiam imprimens: & ideo ait S. Thom. q. 3. de Potentia artic. 11. ad 5. quod semper tandem intelligitur moueri ab anima generantis, quādiu remanet ibi virtus impræstā ab anima, licet corporaliter sit diuisum: oportet autem mouens, & motum esse simul quantum ad motus principium; non tamen quantū ad totum motū; ut appareat in proje ctiis. Hæc ibi. Vnde sicut, qui potē tius projicit, imprimet impulsū, seu vim instrumentaliter motiuam amplius durantē; ita in alijs agenti bus: & ideo viuentia generant me dio seminē deciso: de quo S. Th. 1. p. q. 118. art. 1.

36 Argumentum vero obiectum num. 29. cessat ex dictis; & ideo S. Th. vbi ad 3. ait, quod virtus actiua, quæ est in semine, quamvis non

sit anima, nec pars animæ formaliter; est tamen in virtute; sicut in terra, vel securi, non est forma lecti, sed motio quadam ad eam formam: & hoc sufficit ad eam causandum, quia instrumentalis virtus potest agere ultra suam speciem; eo quod est virtu aliter ac si esset ipsa causa principalis. Et potest totum hoc explicari, nam causalitas causæ efficientis creatæ est actio, quæ est formaliter accidens, & causatiæ, & virtualiter est substantia: ergo id quod entitatiæ est accidens, potest esse vir tus substantiæ. Licet hæc paritas nō in omnibus teneat.

## S. VI.

*Duobus alijs argumentis satisfit.*

37 Præterea arguitur: quia cum dicitur accidens in virtute sub stantiæ posse producere substaniæ; aut intelligitur de accidente manente in ipsa substantia; aut de accidente transeunte in passum: sed de neu tro id potest verificari: ergo falsū est, quod accidens in virtute substaniæ possit producere substaniam. Minor quoad primam partem patet: quia accidentia, quæ sunt in a gente, sœpe distant loco, & tempore à substantiæ genita, ut patet in ani malium generatione: ergo nō pos sunt effectiū attingere substaniæ: nam causa efficientis requirit approximationem ad passum, ut infra dicetur. Quoad secundam vero probatur: nam in via D. Thomæ in generatione substantiali fit resolutio usque

usque ad materiam primam, ita ut in instanti intrinseco generationis nullum accidens, quod ante fuit, perseveret: sed quod non est, non potest esse instrumentum agendi: ergo accidentia, quæ disponebant, non possunt effectiue causare generationem. Deinde: nam accidentia ista sunt dispositiones, & non cause effectiue.

Respondet Suarez disp. 14. Metaph. sect. 3. n. 30. nullam dispositionem receptam in passo attingere effectiue introductionem formæ: quando autem dicitur, accidens in virtute substantiæ attingere effectiue substantiam, non est intelligendum de accidente, quod recipitur in passo, vel effectu; sed de facultate accidentalí, quæ est in ipso agente, vt v. g. de calore, qui est in igne, vel de virtute seminali, quæ est in semine. Idem sequuntur Rubio 1. de Generat. c. 4. tract. 3. q. 11. & alij.

38 Sed contra hoc est, quod actiuitas agentis non continuatur cum passo, nisi media qualitate à se diffusa: ergo si ista non concurrit actiue, iam sequitur, quod una substantia aliam non efficiat. Deinde, virtus seminalis animalis concurrit actiue ad generationem, præcipue loquendo de semine masculi, vt sèpè docet cum Philosopho S. Thom. sed præcipue 1. p. q. 118. art. 1. ad 4. ex 1. de Anim. c. 2. sed virtus hæc se net ex parte passi, quia deciditur à generante distante: ergo non sola qualitas substantiæ generantis, sed etiam ea, quæ ab illa causatur, concurrit actiue. Et ideo ibi dicit, per

virtutem principijs actiui, quod erat in semine, produci animam sensitivam. Et 3. p. q. 32. artic. 1. ad 1. ait D. Thom. quod *virtus anima, quæ est in semine, per spiritum, qui in semine includitur, format corpus.* Quod latius probat S. Tho. lib. 2. contrag. c. 89.

39 Idcirco aliter dicitur, quod de utraque qualitate actiua verificatur, quod est productua substantiæ, & de illa quæ est in generante, & de ea, quæ ab illo causatur. Ad primam improbationem minoris dicitur, quod substantia est distans formaliter, præsens tamē in sua virtute: & si homine mortuo perseverat virtus actiua seminis ab eo decisi, quæ actiue introducit formam embrionis, & animam sensitivam, & alias formas usque ad ultimam dispositionem pro anima rationali, quæ à Deo infunditur.

Ad secundam dicitur, quod mediante forma, & conexione dispositionum cum illa, & physico ordine formarum inter se, sigillatur, & determinatur materia ad hanc potius formam, quam ad illam: & hoc sit dispositio, & effectiue mediis qualitatibus actiuis: nam vt dicit S. Tho. q. vniuersal. de Spirit. creat. art. 3. ad 20. *materia prout nuda consideratur, se habet indifferenter ad omnes formas, sed determinatur ad specialis formas per virtutem momentis, vt dicitur in 2. de Generatione.* De quo videatur M. Ferrara lib. 2. contrag. cap. 89. ad 2. dub. Et ita, quod est virtualiter, vel in suo termino, bene potest agere effectiue; de quo infra q. 15.

40 Alia via huic difficultati occurunt M. F. Ioan. à S. Tho. hic q. 12. art.

art. 2. ad 3. & quæst. 1. de Gener. artic. 7. & latè M. Ortiz tract. 5. confer. 3. per totam. Sed quia eorum solutio tangit quæstionem de modo quod dispositiones causant formam, de qua in libris de Generatione, id est nunc non immoratur in istorum solutione exponenda.

41. Ultimo arguitur fundamento unico P. Arriagæ, quod his verbis proponit disput. 11. sect. 2. subsect. 4. num. 28. magis proportionata est substantia ignis cū altera substantia ignis, quam calor cum igne: ergo potiori iure ignis immediate producit alium ignem, quā calor.

Confirmatur: quia inter duas res quarum una est proportionata cū effectu, alia verò non, nequit sine fundamento productio immediata effectus adscribi causæ minus proportionatae, & negari magis proportionatae: sed magis proportionata est substantia cum substantia, quam accidens cū substantia; cur ergo, si nec proportio inter causam, & effectum te iubat; nec experientia contrarium docet; tam violenter contra naturas rerum negabis substantiæ virtutem productiū alterius substantiæ; & eam concedes accidenti? Hæc ille, qui sectio ne tertia dixerat, quod abutimur doctrina Sancti Thomæ: cum ex contrarietate probamus substantiam operari medijs accidentibus.

Respondetur hoc argumentum nostram probare conclusionem: quia isti fatentur debere esse conformitatem inter principium im-

mediatum, & immediatum effectum: sed nullum agens creatum immediatè causat substantiam, sed solum mediatè; quia numquam intrudicitur forma substantialis, nisi medijs dispositionibus accidentalibus; nec datur generatio substancialis, nisi quæ sit terminus saltem extrinsecus alterationis præcedentis: ergo vt causa correspōdeat immidiato effectui; & vt correspōdeat principiū termino; etiā ex parte principij substantia agit radicaliter, & accidēs agit proximè, & immediate.

42. Qua propter Sāctus Thomas iam diu iitto argumēto suam, & nostram probauit conclusionem in quæstione unica de Anima art. 12. sic dicens: *Omne agens agit sibi simile: unde operet, quod ex eo, quod agitur, consideretur principium quo agitur: aportet enim virumque esse conforme: vnde in 2. Physic. textu 70. dicitur, quod forma, & generans sunt idem specie.* Cum ergo id quod agit nō pertinet ad esse substantiale rei; impossibile est, quod principium quo agit, sit aliquid de essētia rei. Et hoc manifestè appetit in agentibus naturalibus: quia enim agens naturale in generatione agit transmutando materiam ad formā; quod quidē fit secūdum quod materia primo disponitur ad formam, & tandem consequitur formam; secūdū quod generatio est terminus alterationis: *Necessere est, quod ex parte agentis id quod immediatè agit sit forma accidentalis correspōdēs dispositioni materiae.* Sed aportet ut forma accidentalis agat in virtute formæ substancialis, quasi ins. rumē,

*summissus: alias non induceret agendo formam substantialem: & propter hoc in elementis non apparet aliqua principia actionum, nisi qualitates actiuae, & passiuæ: quæ tamen agunt in virtute formarū substancialium: & propter hoc earum actio, non solum terminatur ad dispositiones, sed etiam ad formas substantiales.* Hæc Sanctus Thomas: cuius verba ideo libenter trascrispi, ut appareat quis abutatur doctrina S. Thomæ, P. Arriaga, qui ratione, qua suam probat conclusionem Angelicus Doctor, eam impugnat: an nos, qui humiliter eius conclusionem amplectimur, & rationibus, & verbis eius probamus, & argumentis contrariorum respondemus?

43 Præterquam quod, illa probatio, quæ adeo absurdâ visa est Patri Arriagæ, maximè placuit P. Cardinali O'leto hic quæst. 8. conclus. 2. probanti, quod formæ substanciales efficiunt medijs qualitatibus tamen quam instrumentis: nam actio, inquit, non prouenit, nisi mediante contrarietate: sed formæ substanciales secundum se non sunt contrarie; sed secundum qualitates: ergo per illas ut instrumenta est actio. Itē, quia actio est secundum contactū: hic autem non est immediate per substancialē, sed per qualitates. Hæc ille. *Quod, & sequitur P. Rubio in Physica parua hic tract. 4. quæst. 6. num. 58.* Maiorem ergo proportionem inter causam immediatam, & effectum immediatum seruat nostra sententia, quam opposita. Hæc autem ultima probatio procedit de qualitatibus corporalib', in quib'.

bus est hoc genus cōtrarietatis, & contactus: aliae autem probationes sunt assignatae, quæ de omni creatâ substantia procedunt.

44 Hæc autem ratio est expressa Philosophi libro de Sensu, & Sēfato cap. 4. circa medium, vbi inquit: *Ignis igitur ut ignis est; & terra ut terra, nihil agere, aut pati naturam, neque aliud quidpiam: quatenus autem illis inest contrarietas, eatenus omnia agunt, & patiuntur.* Vbi Sanctus Thomas lectione 1.c. litter.e. ait: secundum hoc nata sunt aliqua agere, & pati ab inuicem, quia habent contrarietatem, ut ostensum est in primo de Generatione textu 20. Ignis autem inquantum ignis, & terra inquantum terra, nihil est contrarium; sicut nec alicuius substancialē. Vnde relinquitur, quod huiusmodi corpora non agant, & patientur inquantum sunt ignis, vel terra, vel aliquid huiusmodi; sed inquantum calidū, vel frigidum, humidum, & siccū. Et infra. Et quia actio naturalis est alicuius contrarij alterantis; ideo ignis agit secundum suum calorem, cuius est aliquid contrarium; non autem secundum suam formā substancialē, quæ caret contrarietate. Hæc, & alia plura ibi. Nec indigemus ampliori pōderatione, quādo ipse S. Thomas ibi contrariam sententiam refert, & impugnat. Abusus ergo est Philosophum, & S.

Thomam non legisse, qui vult eius Sectatores impugnare.



QVAE

## QVAESTIO XI.

*Verum proprietates naturales ef-  
ficienter causentur ab ipsa ef-  
sentia, cuius sunt pro-  
prietates.*

## §. I.

*Sententia affirmativa-*

<sup>1</sup> A Ffirmant P. Suarez disput. 18. Metaph. sect. 3. num. 4. quem sequuntur Rubio, Hurtado, & Arriaga apud M. Ortiz tract. 5. conseruent. 4. quos alij Recentiores sequuntur. Et probat primo ex D. Thoma 1. part. quæst. 77. art. 6. vbi docet, quod subiectum in quantum est in potentia, est susceptivum forma accidentalis; in quantum autem est in actu, est eius productivum: & hoc dico de proprio, & per se accidenti, &c. vbi expressè tradit hanc sententiam.

Secundo arguunt ratione: quia operationes, quas causat aqua medio frigore suo, & anima medijs suis potentijs, & quæcumque substantia medijs suis proprietatis, tribuuntur ipsi substantijs tanquam principali efficienti, seu primæ radi citium operationum: at si substantia non efficeret immediatè tales potentias, & proprietates, non posset esse prima radix efficiens earum operationum: ergo immediatè efficit potentias, & proprietates. Minor probatur: quia ad hoc ut substantia dicatur prima radix earum operationum, non sufficit, quod po-

tentia, seu accidentia immediatè producentia ipsas operationes, subiectentur in ipsa substantia: alioquin etiam aqua dicetur prima radix calefactionis procedentis à calore in ipsa recepto. Neque sufficit, quod accidentia talia immediatè producentia eas operationes, exigantur à substantia, in qua subiectantur: alioqui materia posset dicir radix operationum procedentium ab anima rationali, cum istam exigat ex natura rei, ex suppositione, quod sit disposita ad illam: ergo necessarium est, quod potentia, & proprietates effienter procedant ab ipsa substantia.

Tertio: experientia constat, quod aqua calefacta, si separetur calefaciens, se reuocat in pristinam frigiditatem: at tunc nulla est causa efficiens, cui talis reductio tribui possit, prater formam aquæ: ergo ipsa est immediatè effectiva suæ frigiditatis. Minor probatur, quia corpus ambiens sèpè est calidum sicut aqua: in ipsa nulla est frigiditas, vt experientia constat: ergo ipsa substantia aquæ est causa efficiens frigiditatem: & alias passiones, seu proprietates.

## §. II.

*Proprietates diminant, non effi-  
ciuntur ab essentia.*

<sup>2</sup> Nihilominus dicendum est, causam efficientem naturalium proprietatum esse causam creantem, vel generatrem essentiam; à qua non effienter procedunt in rigore; sed

solum dimanant per naturalem resultatiā, & cōsequutionem. Ita docet S. Tho. i. p. q. 77. art. 6. ad 3. vbi ait: *Emanatio propriorum accidentium à subiecto, non est per aliquam transmutationem, sed per aliquam naturalem & subtantiam; scut ex uno nat. in. littera aliud resulat, ut ex luce co'or.* Quod exemplum ad rem non est, si de alia efficientia loqueretur. Et ideo in solutione ad secundum, cum absolute cocedat subiectum esse causam materialē, & finalē passionis; non tamen absolute concedit esse causam effectuum; sed cum limitatio ne docet, quod est *quodammodo attinens*: quibas verbis exponit, quæ dixerat in corpore art. Eodem modo loquitur art. 7. in corp. & solut. ad 1. & alijs locis citatis a Capreolo in 4. dist. 1. 2. q. 1. pag. 149. quare sicut tenet uniformiter Thomistæ, quos diligenter cirat M. Masius hic cap. 3. sect. 3. quæst. 4. concl. 3. vbi, & refert Pereiram, & Fonsecam; alios referunt PP. Carmeli. disp. 10. q. 7. & alijs passim sequuntur. ¶ Habetur Opus. 48. apud D. Thom. tract. 1. cap. 6. vbi convenienti exemplo explicatur: quod ibi videri potest.

3 Rationem sic in forma proponit M. Bañez i. p. q. 67. art. 6. dubio 3. Tunc aliquid est causa actua per veram efficientiam, quando inter agens, & effectum mediat actio propriæ dicta, quam infra dicimus esse causalitatem efficientis: sed inter efficientiam, & passiones non mediat actio propriæ dicta: ergo efficientia non est in rigore causa efficiens proprietatum. Probatur minor ex dictis, primo, quia substantia

nequit esse, immediate operativa. Secundo, quia actio productiva qualitatis est alteratio, & alteratio nequit esse in instanti: constat autem in eodem instanti esse efficientiam, & passiones. Tertio: actio propriæ dicta supponit efficientem, ut patet inductiū: sed efficientia animæ non præcedit tempore suas potentias: ergo non causat illas per veram efficientiam, & transmutationē propriæ dictam.

4 Circa hanc rationem adverte, quod prima probatio de omni operatione procedit. Aliæ vero duæ solum procedunt de actione tristè sumpta; quæ est cum motu: & quam solam pertinere ad prædicamentum actionis, diximus libro 2. Logicæ quæst. 28. § 2. Loquendo vero de actione immanentí, quæ propriæ operatio dicuntur secundum Sanctum Thomam quæst. 8. de Verit. art. 6. non videntur de illis vtrimek ratiōnes procedere, quia operationes immanentes possunt esse instantaneæ: & in eodem instanti quo res fit, potest operari: sicut in eodem instanti, in quo illuminatur Luna à Sole, illuminatur aer à Luna, ut ad hoc intentum ait S. Tho. i. p. q. 53. art. 5.

5 Præterea probatur ex illa maxima Phylosophi octauo Physicorum cap. 4. *Qui dat formam, dat et consequia ad formam;* quia terminus necessario conexus est forma, non potest non secundario attingi ab eodē, qui causat formam: & ideo, qui generat, dat motū grauibus, & leuibus; & qui causat leuitatem, dat raritatem, & qui dat quantitatem, cau-

fat

sat figuram; propter connexionem naturalem inter ista: & quando plura procedunt ab uno ordine quodam, quorum unus est terminus primarius, & alter completius, uterque ab uno efficitur: quamvis inter se vnum ex alio dicatur resultare. Ex quo vtraque pars manet probata, & explicata.

6 Ad authoritatem S. Thom. iam diximus, quod ipse se explicuit in solut. ad arg. aduertens non esse rigorosam efficientiam, sed solam resultantiam: non solum quia sit in instanti, & sine transmutatione: sed quia actio, nec operatio, non possunt immediate esse à substantia, quæ non est operativa nisi medijs accidentibus.

7 Ad rationem dicitur probare oppositū, quia magis intima est substantia proprietatibus ab ea resultantibus naturali sequela, quam si vera efficientia eas causaret: vnde si hoc sufficeret ut eis tribuatur operationes, multo melius tenendo quod resultant. Præter quam quod substantia semper est principium radicale quod operatur medijs instrumentis connaturalibus sibi à natura datis: quod non contingit quando accidens est repugnans: & ideo ratio nil valet, quia asserit non causā, ut causam: quia est principium actuum radicale me-  
dio accidente ut instrumēto sibi naturaliter dato ex vi primæ generationis.

(???)

s. III.

*De reductione aquæ ad frigiditatem pristinam.*

8 A D tertiu dicitur, quod de reductione aquæ ad pristinam frigiditatem, sunt quatuor antiquorum opiniones, quas examinat Magister Soto libr. 2. Physicor. quæst. 1. ad 4. & aliæ, de quibus eruditus Masius tota quæstion. 5. quibus omisssis, resolutorie dico: in primis aquam non posse esse naturaliter absque aliqua frigiditate. Quod diligenter probat Soto, primo: quia nulla res mundi potest naturaliter conseruari sine suis dispositionibus naturalibus: sed dispositio necessaria aquæ est frigiditas, & humiditas, ut patet 1. de Gener. ergo ubi nulla est frigiditas, aqua esse non potest. Secundo, nam omnes contententur requiri certam densitatem citra quam non potest conseruari forma aquæ: sed causa densitatis est frigiditas: ergo nec potest conseruari aqua sine frigiditate formalis.

9 Tertio: aut ibi est calor summus; aut citra summum. Si esset calor summus; ibi esset forma ignis: nam summus calor est ultima disposicio determinans necessario materiam ad introductionem formæ ignis. Si calor non est summus; ergo reliquit locum ut quantum deest calor, tantum proportionaliter sit frigiditas; ita ut si calor sit, ut sex. sit frigiditas ut duo; & si calor sit ut quatuor, sit frigiditas ut qua-

O 3 tuor:

tuor: ergo numquam est aqua sine aliqua frigiditate, sicut nec natura liter valet reperiri ignis sine calore. ¶ Et de similibus verificatur, quod ait Sanctus Thomas lib. 1. cōtrahent. cap. 7. ratione 4. quod ea, quæ sunt naturalia, mutari non possunt natura manente: quod ad intentum exponit ibi Ferrara in fine capituli cōcludens, quod aliquis frigiditatis gradus est aquæ naturalis tamquam à naturæ principijs causatus absoluē: & hic ab aqua remoueri non potest: aliqui vero gradus frigiditatis sunt à natura deductis impedimentis: & isti ab aqua per violētiam, & ad tempus remoueri possunt.

10. Secundo dico, quod admissa illa experientia, quod in aqua calida bullienti plus sit calor, quam frigoris (de quo valde dubitant Soto, & Masius) adhuc reductio ad pristinam frigiditatem; licet extrinsecè iubetur ab aere circumstante; tamen sit intrinsecè ab ipsa forma media frigiditate, quod est instrumentum à natura datum ad propriā conseruationem.

11. Sed instabis: nam à proportione minoris inæqualitatis nō fit actio: ergo si calor est vt sex, & frigus vt duo, non poterit frigus expellere calorem.

Respondetur, quod illa maxima intelligitur ceteris paribus: in hoc casu cetera nō sunt paria: vel quia, vt ait Soto, calor est in subiecto extraneo, & frigus in subiecto proprio, & connaturali conseruante; & idēo calor defectu subiecti conseruantis deficit, & frigus in pro-

prio subiecto præualet. Vel vt ait Caietanus primâ parte quæstione 54. artic. 3. ad ultimum, quamvis frigiditas sit minor formaliter; est tamen maior radicaliter, sive virtualiter, propter formam substantialem propriam eius radicem, cuius est virtus, & proprietas instrumentalis.

12. Tertio dico, quod hæc reduc̄tio, vt ab agente quod, est à generāte, vt à principio quo per modum se quelæ est à propria forma; & hoc media illa frigiditate vt principio proximo: ita Capreolus in 2. dist. 6. quæst. vñica ad nonum Scoti cōtra. 1. & hoc magis probant Caietanus ubi supra, & frequenter Thomistæ, sumpta paritate, ex his, quæ proprio loco dicimus de motu grauium, & leuium: nam per se est à generante, & per accidens à remouente prohibens: & vt quo remotè à forma, & proximè à grauitate: ita aquæ conuenit conseruatio media illa frigiditate, à qua non est de-nudabilis.

13. Posset vterius addi, quod si-  
cūt in ferro cādenti solet in poris esse forma ignis; ita in aqua bullienti tanta potest esse raritas, quod par-tim introducatur forma ignis; quāuis imperfecte, & quasi transcen-  
ter. Quod indicat Sanctus Thomas prima parte quæstione 67. articulo tertio ad primum, dicens: Cum forma substancialis recipitur imperfecte secundum inchoationem quandam, qua-  
litas consequens manet quidem aliquan-  
diu; sed non semper: sicut patet in aqua  
calfacta, quæ reddit ad suam naturam.  
Quæ solutio videtur reliquis facili-

lior, sensui conformior, & rationi congruentior.

## s. IIII.

*Alijs difficultatibus satisfit.*

**S**ed adhuc ex dictis remanet mo-  
sta difficultas; cur in his casibus  
non sit noua actio; cum ad sensum  
videamus dari nouum motum ter-  
minatum ad passionem, seu propri-  
tatem in naturalem, quae erat impedi-  
ta a suo statu naturali?

14. Hinc difficultati abunde res-  
pondent PP. Cartuchiani illa que-  
stionē 7. s. 7. Primo probabile esse  
dari ibi nouam actionem cum allo  
nouo motu, procedentem per se a  
generante; quæ per accidens de no-  
vo fit ratione circumstantiarum oc-  
currentium; est tamen quasi corol-  
larium primæ actionis, & quasi co-  
plementū facti esse primi; & ideo e-  
manat per naturalem sequelam ex  
priori, ibi virtualiter manente in  
termino primario actionis, cuius  
est complementum.

15. Secundo respondent Caieta-  
nus, & communiter alij, quod ibi  
non est simpliciter noua actio; sed  
solum explicatio prioris usque ad  
terminum secundarium: nam vis  
generantis est virtualiter perseuer-  
ans in suo termino primario, & ibi  
potest explicari ablato impedimento,  
ut extendatur ad terminum se-  
condarium: de quo plura Patres Car-  
melit. à num. 114. usque 120.

16. Dices, actio, quæ non est,

pro eo tempore, quo non est, non  
potest esse actualis productio ter-  
mini, nec secundarij: quia sicut ad  
terminum primarium actu causan-  
dum non sufficit entitas agentis, si  
actu non agat; ita nec ad actu dan-  
dum esse termino secundario: sed  
ibi actio prima nō est: ergo nec po-  
terit esse actualis productio termi-  
ni.

Ad hoc iam respondimus ex Di-  
uo Thoma questione 3. de Poten-  
tia artic. 11. ad quintum, quod tan-  
diu durat motio, quādiu durat vir-  
tus in pressione a mouente, ut patet in  
projectis, & in virtute seminis, & si  
in libibus: unde si non esset illa actio  
permanens in sua virtute, non pos-  
set esse resultantia ex vi illius: sed  
quia essentia est connexa cum pas-  
sionibus, quæ ex illa resultant; ideo  
sufficit huius virtualis explicatio  
ab aliis impedimentis.

17. Demum instant aliqui: si per  
eandem actionem, qua producitur  
forma, produceretur eius proprie-  
ties, non possent non proprietates  
creari, si forma crearetur: sed  
quando forma creatur, non creantur  
eius proprietates: ergo nō pro-  
ducuntur per eandem actionem.  
Minor conitat in anima rationali,  
quæ quidem creatur; proprietates  
vero illius, intellectus, videlicet,  
vel voluntas, non creantur, quia  
cipiuntur in anima tāquam in sub-  
iecto. Minor vero facile proba-  
tur, quia si per eandem actionem ani-  
ma crearetur, & proprietates edu-  
cerentur, eadem actio esset simul  
creatio, & eductio: ac per consé-  
quens eadem actio seipsa penderet

à subiecto, quia id est de ratione deductionis; & seipsa non penderet, quia id est de ratione creationis: quod implicat.

Respondeatur: primo non implicare, quod eadem actio respectu unius termini sit creatio, & respectu alterius eductio: quia potest esse ita eminens, quod vni det esse ex nichilo, & alii det esse de p̄denter à subiecto: nec in hoc vlla inuoluitur repugnātia, quia est respectu diuersorum terminorum. Et poslet hoc ex plicari ex his, quae in simili dixim⁹ 2.p. Metaph. cōtr. 4.a.4. §.5. quod formæ colorum, & elemētorum, quae nunc fuerunt creatæ; de potentia absoluta. potuerunt educi: & multi ponunt ibi interuenire duas actiones partiales: & difficultas propter quam ibi, quoad hoc, id nobis displicuit; quia actio, etiam partialis, non potest, nec per accidēs, immediatè terminari ad solam materiam primam: hæc, in quantum, difficultas hic locum nō habet, quia actio creativa poterit esse ad essentiam, & vt eductiva poterit terminari ad secundarium terminum faciēdum in subiecto, & ex subiecto.

18 Sed quidquid circa hoc tenetur de potentia absoluta; loquēdo de facto, secundo respondeatur cum D.Tho. 1.p. q.45. art.4. quod accidentia, & formæ, quæ non subsistunt, magis sunt coextētia, quā entia: nam secundum Phylos. 7. Metaph. text. 2. accidēs magis propriè dicitur entis, quā ens: unde magis debent dici concreata, quam creata: propriè verò creata sunt subsistentia. Et iuxta hanc doctrinā debet

distingui maior: & negari de creatione strictè sumpta: concedi verò de creatione minus rigurosè, vt se extendit ad cōcreata. Et sic neganda est minor, quia intellectus nō educitur, sed concreatur ad creationem animæ: sicut enim anima simpliciter concreatur, seu creatur, nō obstante, quod sit forma materiæ, cui vñitur, & in qua est, quia nō educitur ex illa per illius transmutatiōnem; ita pariter dicendum de eius proprietatibus: quia creatio formarum, & accidentium no excludit subiectū receptionis; sed subiectū deductionis, & transmutationis: de quo in simili videatur S.Tho. q.3. de Potent. ar.8. ad 3. & 4. & quæ de productione gratiæ diximus 2.p. Metaph. Controu. 4.art.5. §.4.

### QVAESTIO XII.

*Quæ sit causalitas efficiens causæ?*

1 R Espondetur, actionē esse causalitatem causæ efficiētis. Ita sumitur ex D.Tho. 5. Metaph. lect. 2. litt. c. dicēte, quod efficiens est causa in quantum agit, quod & docet 3. Phys. lect. 4. & lib. 5. lect. 2. & ita expressè docet Caiet. 1.p. q. 76. art. 1. ad 6. §. Ad evidētiām. Et in re est iā communis inter Thomistas, & alios Authores: quāvis in modo loquendi sit diuersitas notata 2.p. Metap. Controu. 9.art.7.

2 Ratione que probatur: causalitas cause efficiens est id, quo in actu secundo causat, seu exercet causalitatē: sed actio est id, quo in actu secundo exercet causa efficiens causalitatem.

salitatem: ergo actio est causalitas causæ efficientis. Maiore est ipsa significatio nominis, iā in Schola visitata, & recepta. Minor vero probatur, primo, quia actio est qua efficiēs exit de actu primo ad actum secundū; & qua in actu atringit effectū; & media qua effectus ab efficiēte dicitur: ergo actio est id, quo efficientis exercet nūnus cause. Secundo, actio est, quo agens influit in effectū: ergo est id, quo actu causat: ergo est actio agentis causalitas. Probatur coequētia: nam vt ait S. Th. lec. 1. de Causis, *Influere, & producere exprimit causalitatem causa efficiētis;* influere autem strictè sumptū, dicit agere in aliud, quod media actione ab isto dependet.

3. Obijcties: effectus causæ efficiētis non est efficientis causalitas; sed actio est effectus causæ efficiētis: ergo non est eius causalitas. Maior patet, quia causalitas se tenet ex parte principij, vt exercitium ipsius causæ: effectus vero se tenet ex parte termini, & oritur, & depēdet à causa actu causante: ergo idem non potest esse causalitas, & effectus causæ efficiētis. Minor vero probatur: tum, quia actio transiēs est in passo, vt sumitur ex Phyl. 3. Phys. tex. 20. ergo est effectus agentis. Et etiā, nā actio causatur ab agente a quo efficitur, & depēdet: ergo est eius effectus. ¶ Respōdet P. Rubio hic trac. 4. n. 10. negādo actionē propriè loquēdo depēdere ab agēte, aut effectum eius esse: sed si propriè loquēdū est, via poti⁹ appellari debet ad effectū propriè dependentem.

¶ Sed cōtra primo: nam ideo iste

effect⁹ ab isto agēte procedit, quia ista actione producitur, quæ ab isto agente emanat: ergo ideo ab isto agente dependet; quia hæc actio ab isto agente dependet. Secundo: omne productū habet causam efficiētēm à qua depēdet in fieri: sed hæc actio ab isto agente producitur: ergo ab eo dependet. Tertio idē probatur inductione: nam actiones immanentes dependēt à principio intrinseco, in quo sunt: & trāscuntes ab illo à quo procedunt, vt calefactio est à calore in fieri dependens, & frigefactio à frigore: & sola operatio diuina est independens, quia est diuina substantia secundum rē.

5. Aliter, & melius respondet P. Suarez in Metaph. disp. 18. sec. 10. n. 8. quod actio verè quidem depēdet ab agēte; nō tamē est effect⁹ ei⁹ strictè; est tamē effect⁹ ei⁹ latè, & cōmuniter: nā hoc modo omne quod à virtute agētis emanat est effect⁹: & sic nō cōdiuiditur causalitas, & effectus, cū causalitas à causa emanet, & quasi cōcausetur; vel sit de pēdētia rei, quę causatur: & nō op⁹ est vt alia actione fiat, quia de ratio ne causalitatis est, vt habeat innic diatā habitudinem ad causam, & sit quasi medium inter causam in actu primo, & effectum à causalitate factum. Quod loquendo de causa efficiente, verum est: non item de causis intrinsecis, vt diximus q. 8. §. 3. & quo ad istas causas nō approbamus solutionem P. Suarez cum in causis intrinsecis causalitas non differat ab entitate materiae, & formæ sub talibus causis, & circumstatijs explicatis ibi. Et in isto sensu S. Thio.

Tho. 1. p. q. 25. art. 1. ad 3. ait: quod potentia in rebus creatis, non s. lū est principium actionis; sed effectus: quasi condistinguens actionē ab effectu sibi-  
etē sumpto.

6 Sed instabis: nam actio transiens se tenet ex parte passi, & committatur motum: sed causalitas causæ efficientis se tenet ex parte agentis: ergo actio transiens non est causalitas causæ efficientis.

Respondetur, quod si actio aliqua transiens, saltem inchoatiuè, sit in agente, non est difficultas, quod prout sic est eius causalitas. Si autē teneatur quod omnino est in passio (de quo lib. 3. q. 4.) sic erit causalitas agentis, nō materialiter, vt dicit aliquid fluens cū motu; sed formaliter vt emanat ab agente, vel vt est actus ipsius, vel vt est ab illo: nam inquit S. Tho. 3. Phys. lect. 5. quod actio est actus ab agente in aliud.

### Q V A E S T I O XIII.

#### De Causa instrumentali.

I Nter efficientes causas possumus causas instrumentales: quod vulgaris loquio confirmat, & Physica docet, & ipsa Concilia Sacra supponunt; dū in Tridentino appellatur Baptismus causa instrumentalis gratia, & negatur hominem se habere ut in aqua instrumentum: quod nō opus esset notare, si non darentur instrumenta inanimata, quæ in rigore physico sunt instrumenta. Ita alia sunt à natura; alia sunt ab arte, à qua aptantur, & cui ministrant, & cuius fini desercent; & alia sunt

supernaturalia ex agente, & sine, vel modo totam naturam superante: de quibus agunt Theologi disputando de humanitate Christi, & de virtute collata Sacramētis, & de operi b' miraculosis. Vnde est extra chorū saltare quæstiones Theologorum hic inserere, vt nōnulli modeni faciant. Quia vero quæstiones Metaphysicas de modo elevationis cause instrumentalis abunde disputauimus z. p. Metaph. controu. 10. per sex articulos; ideo prout nec aliqua sufficiet prælibare.

2 Notandum est igitur, quod aliud est instrumentum vt quod, aliud vt quo instrumentum vt quod est, quod agit, vel quod eleuatur à principali agente: instrumentum vt quo est ipsa virtus qua instrumentum agit. Et hæc est duplex: alia in actu primo, qua sit instrumentum aptum eleuari: & alia in actu secundo, qua actu eleuatur, & agit. V.g. in instrumētis artis: instrumentum vt quod est ferrum: & cum aptatur sub forma serræ, cum tali acumine, & dētatura, est quo in actu primo; & cum actu mouetur ad scindendum, est instrumentum in actu secundo. Et pariter exēplificari potest in calamo: nam antequam ad scribendum aptetur, est instrumentum, quod potest assumi: semel vero aptatum, est in actu primo: sed cum actu scribimus, actu eleuatur, & agit. Similiter in naturalibus cibis potest esse instrumentum animæ ad generandas carnes, sed nō nisi medio calore naturali, qui est virtus eius instrumentalis; sed iste indiget motione principalis agètis exiētis formaliter, vel

vel in sua virtute. De quo videatur S. Tho. 3. p. q. 72. art. 3. ad 2. & in 4. dist. 1. q. 1. art. 4. q. 2. ad 2.

3 Præterea aduertendum, quod instrumentum est duplex; unū quidem separatum, ut baculus; aliud autem coniunctum, ut manus. Ita S. Thom. 3. p. q. 62. art. 5. & 4. cōtrag. cap. 41. Aliud exemplum apponit S. Tho. lib. 2. de Anim. lect. 9. in fine: nam gubernator nauem gubernat manu ut instrumento coniuncto; & temone ut instrumento separato. Aliquando tamen solet vocari instrumentum coniunctū, quia est contiguum; ad differentiam instrumenti separati loco, & tempore, ut sagitta, & semen sunt instrumenta omnino separata.

4 Differētia ergo perse inter causam principalem, & instrumentalē est, quod causa principalis agit per virtutem sūx formæ, instrumentū vero solum per motionem virtuosam à principali agente deriuatam. Ita dicit S. Thom. 3. p. q. 62. art. 1. & 4. & q. 27. de Verit. art. 4. & ratio est, quia causa efficiēs in actu primo coincidit cum forma, quia ratione illius in sua virtute continet effectum: ergo cum habet in se formam, qua eum cōtingeat, sibi principaliter tribuetur. Sed instrumentalis est per exclusionem principalis virtutis, & per aliquid quo deferat transeunter virtutem causæ principalis: ergo constituitur per transeuntem virtutem, quæ est virtuosa motio principalis agentis.

5 Ex ista differentia primaria, & perse (quia sumitur ex ipsa forma, & actualitate, quia causa influit acti-

ue) originantur aliæ differentiæ secundariæ; vt quod effectus non assimilatur instrumento, sed principali agenti: quod causa instrumentalis agit ultra suam speciem: quod non potest verificari in causa principali, quia forma per quā agit debet assimilari formaliter, vel eminenter effectui, quem continet.

6 Obijcies, omnes causæ secundæ agunt ut motæ à prima, ut postea dicemus: & tamen plures dantur causæ secundæ, quæ operantur ut propriæ causæ principales: ergo causa instrumentalis non distinguitur à principali, quia illa agit ut mota ab alio.

Respondeo in primis posset, quod omnes causæ secundæ comparatiue ad causam primam, sunt causæ instrumentales: unde S. Thom. in lib. 2. cōtrag. c. 21. rat. 4. ait. quod oportet omnes causas inferiores agentes reduci in causas superiores, scilicet instrumentales in primarias.

7 Cæterū, quia S. Augustinus lib. 7. De Ciuit. Dei cap. 30. (& nō 1. de Trinitate ut alibi in curia typographorum relatum est) docet, quod si Deus administrat omnia; que creavit, et etiam ipsa proprios motus ex exercere sicut: quod ad summam Dei bonitatem pertinere notat S. Thom. lib. 3. cōtrag. cap. 69. ut rebus noui tantum cōtulerit esse, sed etiam quod sint cause, ne dum efficientes instrumentales, sed etiam principales in suo ordine: ideō admissio, quod in creaturis dātur causæ propriissime principales, quæ solum quodammodo, & comparatiue ad primam dicantur instrumentales, quod solum intendit

tendit S. Thomas loco citato, ut ipse declarat q. 24. de Verit. art. 1. ad 5.

8 Respondet distinguendo maiorem: agunt ut motæ, si ly vi dicat totam rationem agendi; nego maiorem: quia plures ultra divinam motionem habent formam, quas sibi simile agant: si ly v. dicat concordiam sine qua non, concedo maiorem, & minorem; & nego consequentiam, quia in instrumentis ipsa motione, & vis transiens, est tota ratio agendi.

### QVAESTIO XIII.

*De subordinatione cause secundæ ad primam causam efficiētatem.*

¶ Vainquam hæc quæstio sit Metaphysica, & in illa sit à nobis prout nostra tenuitate explicata 2. p. controu. 12. per septem articulos; non tamen potuit hic omitti, quia argumentium instantia ad hoc nos prouocat: & si hoc est vitium, in Physica de his disputare, in promptu est responsio, quod in virtutem virtutio coartatur a i. nō: nec tamen ita quæstionem extendimus, ut de Theologica quæstione ex professo disputeamus; sed sufficiet ut vel unum verbum dicamus.

s. I.

*Certa præmittuntur.*

¶ Nō tam est ergo, quod subordinationis causa secundæ ad

primam est dependētia causæ creatæ à Deo, qui solus est causa simpliciter prima. A Deo autem creatura tripliciter potest dependere, vel in fieri, seu in suo primo esse, vel in conservari, vel in operari. Supponimus quod omne esse creatum dependet à Deo creatore, quia Deus est ens per essentiam, & creatura ens per participationem: & ideo dicitur Ioann. 1. *Sine ipso factum est nihil.*

3 Secundo est de fide certū, quod creaturæ, nec ad momentum conservari possunt sine actuali intentione Dei conservantis; iuxta illud Sapientiae 11. vers. 26. *Quomodo autem posset aliquid permanere, nisi tu voluntis?* Aut quod à te vocatum non esset conservatur. Et ideo dicitur ad Hebreos 1. *Portans omnia verbo virtutis sua.* De quo S. Gregor. lib. 16. Mor. cap. 18. & S. Tho. 1. p. quæst. 104. ar. 1. & ibi Theologi.

4 Tertio supponimus omnē operationem causæ secundæ dependere ab immediata actuali cooperazione causæ primæ. Quod probat S. Thom. q. 3. de Potentia art. 7. cōcludens, quod Deus in quolibet operante immediate operatur. Hoc autem adeo est certum, quod S. Th. in 2. dist. 37. q. 2. oppositam sententiam dicit: *propinquissimam errori duplicitatem censuram communiter approbat Doctores relativi illa Controu. 12. n.*

4 Additque Capreol. in 4. dist. 12. q. 1. art. 3. pag. 149. quod nullus Catholicus, sed soli heretici Manichei hanc veritatem possunt negare. Quā esse de fide asserit M. Bañez 1. p. q. 105. ar. 5. Oppositāque errorēam appellat M. Gonçal. 1. p. disp. 60. in principio,

cipio, & PP. Coriimb. 2. Physic. c. 7. quæst. 12. ar. 2. & Cardinalis Bel-  
larminus to. 4. lib. 4. de Gratia, &  
lib. arb. cap. 4. & capit. 14. dicit esse  
contra Scripturam, & Pares. Quas tā  
grauiam Theologorum censuras li-  
brate deberent Recentiores, qui  
Durandi sententiam à scholis exu-  
lantem, in eas conantur inducere;  
sed namquam sine dedecore, quia  
vt sapienter scripsit Beatus Alber-  
tus Magnus illa opinio fere cessit ab au-  
ta, & à nūl is moderno unius repudiat ut ha-  
reticā, vt habetur in 2. dist. 35. art. 7.  
& refertur, & approbatur a P. Sua-  
rez. disp. 22. Metaph. sec. 1. n. 7. P.  
Ribio hic tract. 4. q. 6. & ab alijs:  
& ad minus esse temerariam Duran-  
di sententiam dicit M. Alvarez 1. 2.  
disp. 168. n. 5.

5 Rationem in hac forma propo-  
nit Antiquus ille, & solemnis Do-  
ctor Parisiensis N. M. Fr. Ioānes de  
Neapoli è primis propugnatoribus  
Doctrinæ S. Th. q. 15. Variarū pñcto  
3. Sicut se habet omne ens creatū  
ad priuū ens, sic se habet agēs crea-  
tum ad priuum agens agere enim  
competit rei existenti: sed est im-  
possibile creaturam non pñdere ab  
actuali immmediato influxu priuī en-  
tis; vt probatur 1. p. q. 8. Ergo im-  
possibile est causam secundam age-  
re sine immmediato influxu causa  
priuī.

6 Sed obijcies: eadē est ratio om-  
niū operationum cause secundæ:  
sed aliquæ sunt quas Deus non co-  
causat immmediatè: ergo nullā ope-  
rationem cause secundæ causa pri-  
ma causat immmediatè. Probatur  
minor: nam Deus non cooperatur

ad malum: sed adulteria, & odium  
Dei, & similes operationes sūt ma-  
la: ergo Deus illas non immmediatè  
causat. Quod videtur definisse Cō-  
cillum Tridentinum ses. 6. can. 6.  
sab poena anathematis damnas asse-  
rentes mala operæ, ita ut bona. Deū ope-  
rari, non per misericordiam, sed etiam pro-  
prie & perse, &c.

Ad hoc argumentum (de quo in  
uanum quidam Recentes glorian-  
tur) iam antè quadringentos fere  
annos responderat citatus M. Ioā-  
nes de Neapoli his verbis: Ad ter-  
tium dicendū, quod tota actio pec-  
cati in ratione, qua actio est à Deo, &  
tota à libero arbitrio: & in ratione,  
qua actio, & effectus, est bona, &  
non mala, idest, quantum ad totū,  
quod est in ea entitatiā nō in ratione  
autē, qua peccatum, magis habet ra-  
tionem defectus, qua effectus; & per-  
cōsequēs, vt communiter dicitur, & vt  
patet per Augustin. 12. de Ciuitate  
Dei cap. 7. & 8. non habet causam of-  
ficiem, sed deficitum, carētiā, scilicet  
regula rationis. Hæc ibi. Qꝫ  
notabis vt Recentiorum argumēta  
confeinas: & de his leges. Thom.  
1. 2. q. 79. art. 1. & 2. vt trobiq; ad 2.  
vbi est proprius locus de his differē-  
di. Ex loco autē Cōcilij potius de-  
ducitur oppositū, quia ibi definitur  
Deū propriè, & perse causare bona  
opera; actio autē peccati in esse en-  
tis bona est trancendēter; & ideo  
quoad esse entitatiū à Deo est; nō  
quād defictū: vnde ex muorib[us] effi-  
caciā priuī cause infert S. Th. q. 3.  
de Potent. artic. 7. ad 15. quod de-  
fectus soli tribuitur cause secun-  
dæ.

7 His suppositis, manet solū difficultas, utrum influxus iste causae prime moueat, applicet, & realiter prædeterminet causam secundam ad operandum, phisice faciēs quod ipsa faciat? An solū cum illa comitanter operetur in effectum?

## §. II.

## Sententia negativa.

8 Ar̄tem negatiuam tinentur Molina in Concordia disp. 26. & 27. Suarez disp. 22. Metaph. sec. 2. & plures, præsertim è Recentioribus scriptoribus Societatis: qui id probant disp. 14. Physicæ sec. 13. n. 29. primo ex D. Thom. q. 3. de Potentia art. 7. ad 12. vbi ait: dicendum, quod Deus non dicitur hominem reliquise in manu consilijs sui, quia in voluntate operetur; sed quia voluntati hominis dedit dominium sui actus, ut non esset obligata ad alteram partem contradictionis. Si autē voluntas indigeret physica præmotione habente essentiali connectionem cum effectu, qua ratione posset dici à S. Thom. domina sui actus, & non obligata ad alterā partem contradictionis?

Deinde ad 13. addit: c' ideo determinatio actus relinquitur in potestate rationis, & voluntatis. Ergo nō admittit S. Tho. physicam illam præmotionem, quæ voluntatem alliget ad operandū: alioquin non diceret determinationem relinquiri in potestate voluntatis; sed à præmotione physica prouenire.

9 Secundo probant ratione, quā vocat philosophicam (& totam re-

ducunt ad difficiliora Theologiae mysteria) in hac forma. Ablata præmotione physica, vel in causa secunda cum concursu simultaneo Dei, datur virtus completa ad producendas omnes formalitates effectus; vel non. Si primum; superflua omnino erit talis præmotio. Si secundum; ergo sine præmotione physica non habet causa secunda virtutem ad totum effectum actu producendum: siquidem non habet virtutem ad omnes formalitates; & realiter nequit producī una formalitas sine alijs: ergo voluntas non potest suum actum elicere sine prævia præmotione: ergo quando actu nō adimpleret aliquod præceptum, non potest illud adimplere. Patet consequentia, quia voluntas, ut probatum est, non potest actu operari, nisi præcedat physica præmotio ex parte actus primi: sed quando actu non adimpleret præceptum, non preredit physica præmotio ex parte actus primi, vt opposita sententia concedit: ergo non peccat voluntas, dum violat præcepta. Quod est absurdum.

Tertio probatur: quia omnes formalitates, quæ sunt in calore producto. v. g. correspondent alteri calori, & Deo concurrenti per circulum simultaneū: ergo sine fundamento additur phisica præmotio. Antecedens constat; quia Deo respondet ratio entis secundi; & reliquæ formalitates alteri calori, ut patet.

10 Ultimo est vulgare argumentum: nam physica præmotio causæ prima tollit libertatem à causa se-

### ¶ 3 S. Thomas docuit motionem p̄aeuiam. 223

cunda; sed hoc est hæreticum; imò insanum; auferre, id quod in homine est præstantissimum ad differentiam brutorum: ergo causa secunda non indiget physica præmotione cause priuæ. Maior probatur primo; causa libera est quæ positis omnibus requisitis ad operandum potest non operari: sed posita physica præmotione in voluntate, voluntas non potest non operari: eo quod physica præmotio ad actum habet essentiale conexione cū actu: ergo tollit contingentiam, & libertatem. Secundo; causa libera est, quæ seipsam determinat ab intrinsecō ad operandū; sed præmotio est determinatio extrinseca ab alio: ergo pugnat cum libertate: ergo non in omni operatione causa secunda est necessaria physica præmotio causa priuæ ex subordinatione causæ secundæ.

### ¶. III.

#### De mente S. Thomæ circa necessitatē in motionis prævia?

¶. **T**antus est Angelicus Doctor, & tanti eius doctrina apud summos Ecclesiæ Præsules, & Cœcilia, & celebriores Academiastotius Christiani Orbis in honore, & præatio habita, vt nullam sine eius suffragio (cū haberipotest) quæstionem alicuius momenti iudicent ritè esse determinandam, vtpote diuinæ voluntatis Angelici interpretis, cuius doctrinam, qui sequuntur nemquam: nuenianur à veritati trahiri deniaſſe, & qui eam impugnauerit sem-

perfaicit de ueritate suspectus, vt dixit Innocentius Sextus. Idcirco cū ab hac questione pendeant innumerabiles aliæ Metaphysicæ, & Theologicæ, nō abs re erit paululū in mēte S. Thomæ indaganda immorari.

12 Quia tamen ante nos diligenter id præslitit eximius Doctor Frânciscus Sylvius (satis Orbi notus suis eruditis, & compendiosis libris in maiorem Theologiæ partem cum luce, & laude diuulgatis) in Opusculo de *Motione primi motoris*, parte prima perdecem & octo articulos innumeris fere S. Thomæ authoritatib⁹ adductis: & rursum, quæ nos iudicauimus plus nostræ causæ fauere, qua potuimus diligētia retulimus illa controu. 12. toto ar. 3. quibus ostendimus, & demonstrauimus S. Thomam expreſſe docuisse omnes causas secundas realiter præmoueri, & applicari à causa priuæ ad operai dū. Sed præcipue vbi questionem ex professo disputat, vide. licet 1. p. q. 105. art. 5. ad 3. vbi ait: *Deus non solum dat formas rebus, sed etiam conservat eas in esse, & applicat ad agendum.* Et lib. 3. cōtrag. cap. 70. addit, quod applicat ad agendum. scit arcifex applicat instrumentum ad proprium effectum. Qod latissimè prosequitur q. 3. de Potentia art. 7: ideo ne actum agamus, ab eis iterum recensendis supersedemus.

13. Solum ad maiorem rei euīdē tiam id cōfirmamus extrinsecis adiumentis, ab authoritate quidē desumptis; sed quæ inxta subiectā nia teriam moralē euidentiam faciant omni rem consideranti sine vlla peculiari adhæſione ad illam, vel illā factio-

factionem. Sic ergo argumentor: ipsi, quorū maximē intererat S. Th. habere patronum suę sententię, plane fatentur in hac parte sibi cōtrariari: ergo non illis, sed nobis facit. Consequentia probatione non eget, quia affectus inclinat intellectum ad diligentius inquirendum; & cum non nisi inuitus cogitur aliquid fateri, iudicandum id protulisse à veritate coactum. Antecedens probatur ex ipso P. Molina, præcipuo patrono sententia contrariae, qui in illa disp. 26. dixit: quare ingenue fateor m̄bi valde difficile esse ad intelligendum motionem, & applicationem hanc, quam S. Thomi in causis secundis exigit. Fere similia profert Vazquez i. p. disp. 99. cap. 3.

14 His adiugo, nō vni<sup>o</sup> Magistri, sed toti<sup>o</sup> Doctissimi Collegij Conimbricensis testimoniu, adeo expressum, quod nullam, nec apparetēti adiunxit expositionē: quod vt manifestius appareat, non grauabor ipsius formalia dicta transcribere: nā in 2. Phylic. c. 7. q. 13. artic. 1. sic ordinatur: Circa modum, quo Deus cum causis secundis ad eārū operationes, & effectū concurredit, discutiendase offert celebris opinio D. Thom. i. p. q. 105. art. 5 & i. 2. q. 109. art. 1. & quest. 3. de Potentia art. 7. eiusque sectatorum Capreoli in 2. dist. 1. q. 2. Ferrariensis 3. contrag. cap. 70. & aliorum existimantium omnes causas secundas ante quam operentur, accipere à Deo influxum quemdam, & motū, qui si quæsse intentionale virtutis diuinæ, quæ ad promendas actiones excitetur, eo modo quo artium instrumenta, ut dolabra, & securis præiam motionem à fabro accipiunt, cur ad opus conficiendum ap-

plicantur. Fatetur ergo Patres Comimbricenses Societatis Iesu, S. Th. & eius discipulos hanc semper docuisse sententiam.

15 Sed, & habemus aliud, istis illustrius, testimonium Emiliætissimi mi, & multis titulis celeberrimi Cardinalis Bellarmini lib. 4. de Gratia, & libero arbitrio capit. 16. sic scribentis: Altera ratio cōciliandi libertatem humanam cum cooperatione diuinæ, & fortasse etiam probabilior, est iuxta sententiam S. Thom. qui docet cooperatio nem diuinam ita concurrere cum causis secundis, etiam liberis, ut non solum ei's dederit, vel conseruet virtutes operatrices, sed etiā eas moveat, & applicet ad opus, ut cognosci potest ex i. p. q. 105. ar. 5. & lib. 3. contrag. cap. 70. & in q. 3. de Potentia art. 7. quæ sententia videtur valde cōsentanea, tum Scriptura, quæ dicit, nos in Deo esse, vivere, & moueri: Actorum 17. Tunc etiam rationi, & ordini, quem habet prima causa cum secundis, neque laboradura est in hac sententia ut ostendamus, nihil omnino fieri sine Deo, &c. Hæc ille: quæ nulla indigent ponderatione (quamvis valde digna sint, quæ nūquam memorie labantur) quia cū in cap. 15. antecedenti explicuit modum concordia libertatis cum gratia, iuxta sententiam Gregori, & Gabrielis, & aliorum asserentiu cooperationem diuinam se tenere ex parte effectū, nō ex parte causa; hoc est, inquit, concussum Dei non determinare voluntatem nostram, nec aliquid in illam imprimere, aut operari, sed immediate influere in effectū, &c. quæ est sententia Molinae: postea cap. 16. explicat iuxta oppositam sententiam (quam inconstanter affirmat esse S. Th. & valde

valdè consentaneam Scripturæ, & rationi) qualiter cohæreat libertas creata cum cooperatione Dei. Videatur Illustrissim⁹ Aluarez lib.2. Respons. c. i. n. 26. Plura in hoc genere non subiungo, quia ista sunt omni exceptione maiora testimonia; & qui his non acquieuerit, non video cui humano testimonio fidē possit præstare; quia hic nec ignorātia habet locum; nec priuatus affectus ad propriam opinionē, vel ad Doctorē domesticum, intellectum potuit obcæcare.

16 Posset hæc probatio corroborari; quia eandem hanc de præmotione Dei sententiam, docuerūt celeberrimi è Societate Iesu Scriptores, Toletus, Pereir⁹, Canisi⁹, Costerus, Azorius, vt eorum verbis relevantiis ostēdit Syllius in relato Opusculo p.2.art.26. per totum. Alios retulimus illa Controversia 12. numero 45. & solent referri PP. Coloniens. Dialogo 2. de hom. pag. 36. & alij.

17 Ultimum, & irrefragabile argumentum pro mente S. Thom. agnoscenda, est perpetua traditio Discipulorum eius, in quibus ipsius spiritus requieuit (sicut quod perpetua traditione docuerunt Apostoli, & ipsorum successores, intelligimus esse doctrinam Christi omnium Magistri, per alias Doctores ad nos transmisam;) sed hæc sententia semper viguit in Schola Thomistica, & ab ea nullus nunc inuenitur disceptasse, qui Thomistæ nomen mæretur: ergo hæc est legitima doctrina Sancti Thomæ. Cætera patent, & minor latè est comprobata vbi su-

pra à num. 35. vsque ad 44. Et nunc addo quæstionem hanc in terminis disputasse Mag. Fr. Ioānem de Neapolitani eximia sapientiæ Virum, adeo que vicinum temporibus S. Thomæ, vt extet non leuis coniectura ipsi fuisse auditorem, siquidem inter eius opera reperiuntur sermones ad postulandam Canonizationem Fratris Thoma de Aquino; constat autem Angelicum Doctorem in Sanctorum numerum relatum esse anno millesimo trecentesimo vigesimo tertio: unde deducit eruditissimus M. Fr. Dominicus Grauina, indubitate esse M. Fr. Ioannem de Neapolitani vicinum fuisse S. Thomæ temporibus, è cuius pectore doctrinæ purissima fluenta hausit, & ex traditione, veri sensus, & intelligentiæ S. Doctoris testis esse potuit luculentus.

18 Prædict⁹ ergo M. in quæst. 15. disputans: *Virum Deus operetur in omni operante?* Cum explicasset, & probasset, quod Deus agit in omni agente quātunq; ad actionis principium, & quantum ad terminum, seu effectum (in quibus reiicit positionem negantem auxilium comitans) postea ipse adstruit Dei motionē præuiam, his verbis: *Tertio modo potest dici causa actionis quantū ad actionis modū: dicimus enim in rebus creatis unum esse causam actionis alterius, si sit applicans, seu mouens agens ad passum: sicut ille, qui applicat ignem aqua, dicitur aquam calefacere, & applicans acumen cultelli ad incidendum, videtur incidere, seu esse causam incisionis.* Videmus autem omnia corpora; immo omnes res naturales, non agere nisi motas, excepto primo motente, quod est totaliter in mobile, à quo se

est à causa dependet metus omnis cuiuscum  
quæcūc creare, ut probat Phyl. 7. & 8.  
Physicor. Deus ergo est causa actionis omni-  
mis agentis creari, sicut applicans, seu mo-  
uens omne agens ad effectum suum. Patet  
ergo, quod Deus est causa omnis actionis  
creatae, seu agit in omni agente creato, quā-  
tum ad actionis principium, scilicet, seu tu-  
dans, & conservans virtutes omnium re-  
rum, que sunt ipsius principium actionium;  
& quantum ad actionis terminum, seu ef-  
fectum, qui a se licet, omnis effectus crea-  
tus in ratione qua ens, est Dei effectus: &  
quantum ad actionis modum, seu meām,  
quia scilicet applicat, seu mouet causas  
omnes ad suos effectus. Hec ibi. Quæ  
non minori alacritate transcripti,  
quam cum utilitate spero legendā,  
ut erubescant noui Authores noui  
tatē obijcere intelligentiae indu-  
bitatæ, perpetuæ, & certissimæ mē-  
tis S. Tho. Videatur etiam Sonci-  
nas in Epit. in 2. dist. 1. q. 2. conclus.  
11. & ad 1. contra eam.

19 Nec occurrit, quid possint  
respondere, textui violentiam nō  
inferendo. Quia in primis cum fun-  
damento apparenti negari non po-  
test loqui de motione prævia: quia  
aliquin distinctio ab ipso absigna-  
ta effect innatis: docet enim creatu-  
rā à Deo depēdere in esse, in conser-  
uari, & in cooperando, & ulte-  
rius in modo, & applicatione, quā  
à Deo recipit omnis causa secunda  
à prima; eo quod omnes res crea-  
tæ non agunt nisi motæ: nam Au-  
thores concursus simultanei, hanc  
tertiam dependentiam, quam præ-  
fatus Magister ex professo probat,  
rejicere conantur: ergo Antiquis  
Thomistis è diametro opponuntur.

20 Deinde, non habet locū euā  
sio illa de præmotione morali: pri-  
mo, quia loquitur de præmotioni-  
bus corporum; quæ conilit morali  
ter non moueri. Secundo: nam asse-  
rit Deum sic applicare, & determi-  
nare, & mouere omne agens crea-  
tum, sicut mouet, & applicat quis  
aquam igni, vel lignem aquæ; & cū  
quis vtitur acumine cultelli appli-  
cans ad incidentū: quæ si non sunt  
applicationes, & præmotiones phy-  
nicae, & reales, non video quæ præ-  
motiones dignæ sint sic appellari:  
nullam ergo probabilem adiunxit  
expositionem.

21 Comprobo denique eandem  
veritatem testimonio M. F. Francisci  
Romæ in libro de libertate aduer-  
sus pseudophilosophos. &c. vbi veritate  
7. assert illud Proculi: *Virius prima  
causa plus influit super effectum causæ se-  
cunda, quam virtus ipsius causæ secundæ:*  
quod sic eleganter explanat: Plus,  
inquit, ac si dixisset, immediatus, prius,  
intimus, efficacius, ut solemnies exponunt  
Phylosophi. Notra ergo intelligētia  
est communis solemnium Phyloso-  
phorum de prævia efficaci præmo-  
tione primæ causæ: de quo etiā vi-  
deatur Veritate 16. Fuit autē præfa-  
tus Doctor Ordinis Prædicatorum  
Generalis Magister, & adfuit Cœci-  
lio Tridētino iam sexagenarius an-  
no 1552. vt ex Antonio Lusitano,  
& Michaele Plodio, probat Fernández  
in Scriptoribus Ordinis Prædi-  
catorum. Hoc autem ipsum docuisse  
S. Thomani exponentem eandem  
Proculi propositionem, posse  
referemus num. 47.

&amp; 55.

## § 4. Soluuntur argumenta.

227

s. IIII.

### Soluuntur argumenta.

22 A D authoritate m S.Thomæ obiectam nu.8. dicimus minus fideliter referri: & quamquam vnius litteræ tantum fiat mutatio; tamen est talis, quæ totius propositionis sensum peruerit, & mutat in contradictorium. Quod solayna littera mutata euenire, patet: *nam alius Pater, & aliud Pater, constituant tā distinctas propositiones; quod prima sit catholica; & secunda sit hæretica. Mutant ergo Moderni quidā Societatis Iesu ly quin, in ly quia, & ex verissima propositione, in qua nostra doctrina expresse habetur, formant aliā illi oppositam. Et quia sic, vt nos referimus, & referūt omnes quotquot de hac authoritate mentionē faciunt, habetur in omnibus editionibus operum S.Thomæ, quas videre licuit; pro fraterna in virum Religiosum charitate (quæ non sinebat de illo suspicari, quod data opera in re tā graui textum S.Thom. deprauatū retulerit) conatus sum vitium hoc in curiē transcribentium, vel Hypographorum tribuere; sed deprehendi hanc excusationem minus sufficientē esse, quia hac obseruata trāmutatione, eadem abutitur autoritate disp. 14. Phys. sec. 3. nu. 29. & sec. 4. n. 45. & mihi fuit incredibile tot vicibus litteram eandem amanuenses, vel Typographos ita trāmutasse, vt sēper illis faueat, & nunquam veritati. Quare hoc solū potui cogitare, quod S.Thom. in pro-*

prio fonte nō vidi; sed q̄itod in codice alio, vbi mendoſe legebatur, textum sic reperit; & in suam disputationem tranſulit inaduertenter.

23 Sensus ergo legitimus S.Th. est, quod per hoc, quod Deus dicitur *dereliquisse hominem in manu consilij sui, non tollitur quin in voluntate operetur*: quia est duplex operatio, & præ determinatio diuina: alia per modum naturæ determinat̄ ad vnu: & hæc cōuenit causis necessarijs: alia cum indifferentia iudicij, & cōtingentia ex parte voluntatis, quæ ex se nō est obligata ad alterā partē contradictionis: & sic à Deo præmouetur iuxta modū suū, vt agat libere. Quod autem iste sit sensus S.Th. patet primo: nam solutio argumentino debet opponi cōclusioni principali; sed eam defendere: cōclusio autē illius articuli, est eadem ac nostra: nec ad illā habuit Suarez quid respōderet disp. 22. Metaph. sec. 2. n. 52. nisi aſterēdo illius articuli doctrinā tacitē fuſſie retractatam 1.p. Vnde paradoxum est, quod modo vellint Recentiores ex illo articulo cōtra nos probationē formare: cui Suarez cōtra ſe obiecto nō valuit ſatisfacere.

24 Secūdo, id cōstat ex immedia ta ſolut. ad 13. vbi S.Th. ait, *quod voluntas dicitur habere dominium sui actus, non per exclusionem causæ primæ; sed quia causa prima nō ita agit in voluntate ut cā de necessitate ad vnu determinet, ſicut determinat naturā: & ideo determinatio aetatis relinquitur in potestate rationis, & voluntatis. Hæc ibi. Et q. 24. de Ver. a. 1. ad 3. ait: Per hoc, quod Deus est causa nostra in cordibus hominum, non excluditur*

quin ipsa humana mentes sicut causa suorum motuum. Vnde non tollitur ratio libertatis. Admittit ergo S. Th. præmotionem primæ causæ facientē, ut secunda se libere determinet, quæ est præmotione cū modo libertatis proprio: & negat præmotionem de necessitate ad unum determinatē: quā nos negamus, & omnes Catholici negare debet. Nō ergo distinguere, quod alia est prædeterminatio necessitatis; & alia est cōferēs usum libertatis; est causa equiuocationis, & deceptionis arguentiū, quod ista præmotione tollit libertatē: & tamen S. Th. & ei<sup>d</sup> Discipuli locis à nobis relatis 2.p. Metaph. Cōtr. 11. n. 145. clare distinguunt hæc duo genera præmotionū; ut iterū dicemus solutione ad alia argumenta.

25. Vnde verissimum est, quod S. Th. docet 1.2.q. 9. ar. 6. & q. 6. de Mala ar. vniuersaliter. Et in 2. dist. 25. q. vnicaria artic. 1. ad 3. & sēpissimè alibi, quod Deus voluntatem non ex necessitate ad unum determinat: & quod voluntas seipsum mouet, & determinat. Ex quo nihil infertur cōtra nos. Vnde perspicies frugala laboraſſe Ruiz in tomo de Scientia Dei à disp. 32. vſq; ad 60. sed præcipue disp. 49. sect. 2. in congerendis authoritatibus Sancti Thomæ ad hoc probandum; eū hoc nos nō negemus; sed sēpissimè doceamus: vnde concludit Sanctus Thomas illo articulo septimo ad ultimum, quod Deus perficere operatur vi causa prima; requiriunt tamen operatione naturæ vi causa secunda. Et hæc servat modum suum, quem à Deo accipit; natura determinata ad unum, voluntas libere se determinando. Un-

de S. Th. 1.p.q. 105. art. 4. ad 2. docet, quod si moueri ex se, non repugnat ei, quod mouetur ab alio. quia ut ipse dixerat eadē 1.p.q. 83. ar. 1. ad 3. hoc in aliis liberis Deus facit: operatur enim in unoquoque secundū eius proprietatem. Videatur etiā S. Amb. in Prologo Lucæ ad illa verba: *Visum est mihi.*

26. Instari potest ex P. Ripalda libr. 5. de Ente supernaturali dis. 104. sect. 8. n. 79. dicente authoritatē, in qua potissimum innitimus, desumptā ex S. Thoma ista quæst. 3. de Potentia art. 7. ad 7. non cōcludere: quia loquitur Sanctus Thomas, non de virtute in trinseca causis secundis inharente; sed de aliquo extrinseco, concepto quasi intrinseco ratione denominationis, à Deo proueniente. Quod colligitur ex verbis Sancti Thomæ, quæ sunt huiusmodi: *Id quod à Deo fit in natura, quo actualiter agit, est ut intentio solabitur, esse quodam incompletum per modum quo coloris sunt in aere, & virtus artis in instrumento artificis.* Quorum verborum illam iam relata esse genuinā intelligentiam, probatur. *Ej* Primo, quia ait, quod fit in re naturali à prima causa, esse id quo actualiter agit: nā id quo res naturalis actualiter agit, est formaliter actio.

Secundo, quia ea, quibus id comparat, non sunt intrinsecè inharentia rebus naturalibus, scilicet, coloris aeri, & virtus artis instrumento artificis: sed solun intentionaliter per denominationem extrinsecam prouenientem ab speciebus colorum acri impressis, & adiunctione artis extrinseca instrumento artificis.

Tertio,

Tertio, quia id vocat S. Thomas esse intentionem solam: nam intentio sola non est intrinseca rebus, sed ex trinseca, iuxta doctrinam Angelici Praeceptoris: tum quia in 1. dist. 3. q. 1. art. 1. ad 2. ait: *In omnibus intentionibus hoc communiter verum est, quod intentiones ipsae non sunt in rebus, sed in animalium, &c.* Tum quia 1. p. q. 67. art. 3. incorp. notat, quod intentiones non causant transmutationes naturales. Item in 2. dist. 13. q. vniqa art. 3. inquit: *Per illud quod habet esse intentionis tantum, non sequitur transmutatio, nisi secundum operationem animae, viuividendo, & audiendo.* Si autem intentio esset rebus naturalibus intrinseca, transmutarer entitatem illarum, sicut omnia accidentia ipsis inherentia.

Quarto, quia id ait esse ens quod dam diminutum, & incompletum; quod solum conuenit denominatio[ni] extrinsecæ, prouenienti ab actione, quæ ultime complet vir tutem agentis; & quia ipsi extrinseca est, tribuit esse diminutum, & rationis: quod à S. Thom. consuetum est sic appellari, ut in 4. dist. 1. q. 1. art. 4. q. 2. & 4. ¶ Demum, quia eodem modo loquitur Praeceptor Angelicus de motione instrumentorum gratiæ, quibus nihil imprimi intrinsecum, sed extrinsecum, ostendimus ex documentis ipsius disp. 41. sec. 10. Hæc ille. Quod ante eum pluribus obiecerat Ruiz de Scientia disp. 49. sec. 4.

27 Itæ tamen instantiæ corroborant, non eneruant vim authoritatis allatæ; quod patet singulas percurrēdo. Ad primam dicitur, quod

dupliciter dicitur quis aliquo operari (ut sumitur ex D. Thom. lib. 3. contrag. cap. 70. loquente in casu præsenti) uno modo ut virtute operationis; alio modo ut ipsa operatione, sicut dicimus, quod intelligimus intellectu, & intelligimus in tellectione; & amamus voluntate, & amore animalium. In solut. ad 7. (de qua modo) manifestum, & indubitatum est loqui S. Thomam de virtute operatiua: cum hoc discrimine: nam virtus naturalis est forma completa, & permanens: virtus vero corporis, que non agunt nisi ut mota, est incompleta, & transiens, quia est quædam redundancia virtutis materialis, ut in simili ait S. Th. in 4. dist. 8. q. 2. art. 3. ad 1.

28 Secunda instantia, nec fundamentum habere in doctrina S. Thomæ, nec in veritate, ostendimus 2. p. Metaph. controu. 10. art. 4. explicantes qualiter elecentur instrumenta. Per quæ eliditur quinta instantia: & per se est satis incredibile, quod colores realiter deferantur, & transcat per aerem; & quod instrumentum realiter sit virtuosum, & effectu causans; & quod sibi sola addatur denominatio extrinseca nullius actiuitatis. Melius S. Tho. 3. part. quest. 62. artic. 4. ad 1. in omnibus huiusmodi ponit quandam intrinsecam vim spiritualem: quam nos in præsenti necessariam docemus mutatis mutandis: & ideo ipsis replicis nostra doctrina confirmatur: ut iam diu confirmarunt authores, quos refert, & sequitur M. Fr. Hyacin. Coquetius lib. 2. de Gratia disp. 6. c. 6. rat. 4.

29 Tertia instantia mera terminorum aequiuocatione nititur: nā intentio est nomen aequiuocū, vt dicit S. Tho. q. 21. de Verit. art. 3. ad 5. & quandoque significat actū voluntatis circa finem; quandoque sumitur pro ratione, quam significat definitio: & sic distinguunt Logici primas, & secundas intentiones: & tertio sumitur pro esse quodā quasi spirituali, & incōpleto, & transēti: & vocatur esse intentionale, nō quasi sit ens rationis; sed quia habet aliquid simile cū ente diminuto; quia non habet esse fixū, & permanens, vt expresse ait S. Tho. in 4. dist. 1. q. 1. art. 4. quæstiunc. 2. & latè prosequitur q. 27. de Verit. ar. 4. ad 4. docēs, quod hoc virtus est quid incompletum in genere entis, quia accommodatur motui, qui est actus imperfectus, secūdū Phyl. 3. Phyl. & subdit, quod huiusmodi virtus est in aere ad mouendū visum secundū quod immutatur à colore parietis, ut in fieri, non ut in falso esse: unde species coloris est in aere per modū intentionis, & non per modū entis completi, sicut est in parte. Ecce de his loquitur S. Th. & se ipsum declarat, quod habet esse intentionale propter modum eslēndi incōpletum, & per modū trāitus; nō quia non sunt entia realia reducibile in genere qualitatis: unde, & concludit, quod non est inconueniens, quod virtus spiritualis sit in re materiali, sicut species colorū sunt spiritualiter in aere. Vbi vocat esse spiritualiter, quod ante vocauerat esse per modū intentionis; non ergo loquitur de denominatione extrinseca, aut de ente rationis. Rursus ipse S. Th. q. 4. de Malo ar. 1. ad 16. ait, quod semper est in

actū inquātū in eo est mot⁹, & intentio anima generantis secundū Phyl. li. 2. de Gen. Anim. & ex hoc habet virtutem causandi, &c. Ridiculum autē est dicere, quod virtus seminis sit denominatio extrinseca, vel ens rationis. Cū ergo his exēpliis vtratur S. Th. gratis eius mens in dubiū vertitur; cū sit perse nota, & manifesta, terminorū aequiuocatione sublata: quæ tamē nulla est iuxta subiectam materiam voces vtrupando, vt sumuntur in vītu Phylosophorū: videatur S. Th. 1. p. q. 118. a. 1. ad 4. ¶ Authoritas, quæ adducitur in 4. replica, potius probat oppositū, vt nos retulimus, & textū legēti erit manifestum.

30 Restat vulgare argumentum potius consistens in verborum cōtētione, quā in alicui⁹ pōderis rei difcūltate: nā anxiē quidā inquirūt; vbi reperiatur in Angelico Doctore hoc verbū Physica prædeterminatio? Et cum locus manifestus ipsius non adducatur, nec alicuius alterius Antiqui Doctoris, mērito M. Bañez erit appellandus primus Author Physicæ prædeterminationis, vt à Neothericis appellatur.

31 Retorquo argumentū, & pēto ab eis, in quo loco M. Bañez hac vocē repererint: Nā ego diligēter quæsiui, & nō inueni, neque 1. p. q. 19. & 23. neq; 2. 2. q. 10. art. 1. dub. 2. doc. 3. nec aliū hucusq; ipsi citarunt locum: & tamē, quia viderūt ipsum scripsisse, & docuisse Deū ea liter nos prætouere, & quod gratia Dei nō subditur, nec depēdet in sua efficacia ab humana determina tione; sed potius eam ipsa facit: ipsis indubitatim est M. Bañez nobis

cum sentire, quia rem docuit; esto voces istas nusquam usurparit: ergo pariter nos possemus dicere de D. Tho. & eius omnibus Sectatoribus. Cur autem præcipue bellū gerant contra Sapientissimum M. Fr. Dominicum Bañez, ipsi viderint: & lector aliquid ppterit coniectare ex his, quæ referunt PP. Carmelit. tract. de Scientia Dei disp. 10. dub. 7. §. 4. Sed missa hæc facimus; quia non historiam narramus; sed Physicam docemus.

32 Respondeo deinde, quod cū præmotio sit realis temporalis physica executio diuinorum decretorum: eo ipso, quod de illis loquendo, iste voces sunt usitatæ in antiquis Doctoribus, consequenter fatidum voces esse antiquissimas in præsenti materia. Quod autem decreta diuina sunt prædeterminationia, docuit Patrum, & Theologorū antiquissimus, & planè diuinus Dionysius cap. 5. de Divin. nom. docēs prædificationes diuinæ esse existentium prædeterminationis, & effectiua, secundum quas substancialis essentia omnia prædefiniuntur, & produxit. Ex quo tanto Doctore S. Tho. doctrinā, & loquendi modū accepit; tum ibi lec. 3. tum in q. 3. de Verit. art. 1. tum in Quodl. 12. q. 4. ar. 4. & in 1. ad Anibal. dist. 47. arti. 4. ergo in quatuor locis usurpat S. Tho. illam vocem prædeterminationis: & ex contextu constat loqui de prædeterminatione realiter, & physicè effectiua.

33 Accedit, quod S. Tho. lib. 2. Physic. lec. 8. lit. a. in fine, vniuersaliter ait, quod nihil quod est ad virum libert, exit in actum, nisi per aliquod deter-

minetur ad unū: quod post pauca iterum repetit. Et 1. p. q. 19. ar. 3. ad 5. ad intentum docet, quod *causa*, quæ est ex se contingens, oportet, quod determinetur ab aliquo exteriori ad effectū. Sed determinatio præueniens, est præterminatio: ergo vtitur in materia præsenti his vocibus, nisi quod id, quod moderni significant terminis incōplexis, S. Tho. terminis cōplexis, vel oratione explicuit. Videatur M. F. loa. à S. Th. hic q. 25. art. 2.

34 Adhuc duo alia superaddēda sūt: ambo tradita ab Illustrissimo, & doctissimo Aluarez. Alterū lib. 3. de Auxilijs disput. 22. n. 2. vbi ad uertit, quod prædeterminationis, dupli- ter potest dici *physica*; vno modo ut est idē ac *naturalis*, & ad unū determinata: & hoc modo in causis liberis nullus Catholicus, sed soli hæretici ponunt causas liberas à Deo præ determinari physicè: & vidēd' omnino S. Tho. in 2. dist. 25. q. 1. art. 1. ad 3. Alio modo *physicū*, est idem ac *reale*, non *moralē* *vire*: & sic docem⁹ præmotionē Dei esse physicā, verā, & realē prædeterminationē: in quo sensu vox est tam antiqua, quod reperitur in actis Cōcilij Ephesini, in Sancto Cyrillo, & in alijs.

35 Alterum traditur ab eodē M. lib. 7. Responsorum c. 5. n. 1. & li. 2. Responsorum c. 1. n. 34. his verbis: Vt omnes æquiuocationes, & subterfugia præcluderentur, & vnicō verbo, quod strictissimè rem explicat, sententiā suā declararēt Thomistæ, coacti sunt nomine *physica prædeterminationis* vti, ne illorū sētētia in alienū sensum detorqueretur. Non enim est nouū in Ecclesia, nouis dif-

ficultatib<sup>z</sup> sub ortis, noua nomina inuenire, quibus non noua dogma ta, sed antiqua nouè significarētur. Affert illud S. Vincentij Lyrinēsis c. 27. ut cū dicas nouè, nō dicas noua. Cō cludamus ergo, quod de mente S. Th. in hoc pūcto dubitare, est contra lucernā in cādelabro positiā oculos claudere, vt in simili dixit S. Aug. tract. 2. in epist. Ioannis.

## s. V.

*Praenotio cause prime traditur  
in Catechismo Pij V.*

36 **O**MNES Authores nostræ sententiæ, qui post Cōciliū Tridentinū scripsérunt, ad eā comprobā adducunt authoritatem Catechismi Pij V. cui<sup>r</sup> verba alibi omisi, eoquod omnibus putabā esse peruvia, & pro nobis expresa. Postea tamen cōperi, sinistris interpretationibus à nōnullis eius vim eludi; ab alijs illius authoritatē cōtemni: ideō non abs re erit, quā vim habeat, paululum ponderare.

37 Igitur in prædicto Cathechismo in 1. par. ad illa verba Symboli: *Creatorem cali, & terre, in fine, sic habetur: Non solum autem Deus uniuersa, quæ sum, prouidentia suatuatur, atq; ad ministrat, verum etiam, quæ mouetur, & agunt aliquid intima virtute, ad motum, atque actionem ita impellit, ut quamvis secundarum causarum efficientiā non impedit, præueniat tamen; cum eius occulisisimavis ad singula perlineat, & quemadmodum Sapiens testatur; attingat à fine usque ad finem fortiter, & disponat omnia suauiter. Iste in verbis loquitur de omnibus in uniuersuni causis libe-*

ris, & necessarijs, ad quas rēgendas extenditur diuina prouidentia; & omium istarum realem efficiētiā dicit realiter Deo præueniri, & efficaciter, & physico impulsu attingi fortiter, per vim ad omnia se extendentem, & ad singula pertinentem: quod est non tantum nostram docere conclusionem, sed insinuare rationes, & authoritates, quibus innititur.

38 Respondent Recentes Scriptores Societatis, quod pro illo verbo impellit, in aliquibus editionibus quales sunt Antuerpiensis, & Medinensis, hābetur, implet; & sic recte est sensus; quia Deus implet, seu cōplet virtutem causarum secundarum, alligando suam omnipotentiam, vt cum ipsis concurrat.

Hæc tamen euasio multis reiici potest. In primis, quia SS. Pius V. in motu proprio incipiente, *Pastorali officio, testatur se prouidisse, vi quæ diligenter, & fidelissime imprimetur Catechismus in V, be diligentia Pauli Manutius;* ergo omnia menda, quæ in alijs editionibus irrepserint, per illam primam sunt corrigenda: cum ergo in illa sic habeatur, absq; dubio sic est legendum.

39 Secundo in editione Lugdunensi antiquissima, nempe, vno tātum anno post primam Romanam, videlicet anno 1567. sic habetur: & pariter in omnibus alijs subsequentiibus. Et in isto sensu verba prædicta referunt omnes quotquot vide rim Authores, & legi non paucos: ergo nullum est fundamentum ad lectionem corrigendam.

Tertio, cōtextus litteræ satis ma-

nife-

nifestat ab aliquo sciole (ne dicam peruerso depravato) verbum illud fuisse mutatum: explicuerat enim dependentiam, quam habemus a Deo quoad esse, & quoad conseruari; & pergit exponere vim cause primæ, & dependentiam secundæ in suo moueri, consistentem in fortitudine potentiae, & suavitate dispositionis diuinæ: nā fortitudo est tanta, quod efficaciter facit, quod moueat causæ secunda: & vis hec causæ primæ ad omnia se extendit, quæ operatur secunda: suauitas autem est, quod cum hoc cōpatitur, quod quælibet causa operetur secundum modum suum. Et ad fortitudinem Dei explicandā, cōgruum est illud verbum impellit: sicut in Evangelio habetur: *Compelle intrare*: *Luc. 14. vers. 23. & Matth. 14. vers. 22. compellit Iesus Discipulos suos*. His, & similibus non significatur coactio, sed declaratur efficacia: sicut cum Ecclesia perit a Deo, quod nostras rebelles voluntates ad se compellat, hoc idem declaratur: nam vt ait S. Tho. i. p. q. 105. art. 4. voluntas nō potest moueri sufficienter, & efficaciter, nisi a Deo. Et videatur S. August. lib. de Gratia, & libe. arb. c. 20. & S. Cyril. lib. i. de Adorat. pōderans locū Genes. 19. docensque Deū subsidiū præstare fortius, quam ut ab impediente, aut imperante malo superari possit. Videatur Iasenius Prou. 21. ad illa verba: *Cor Regis in manu Dñi: vbi ait, quod Dominus inspirat Principibus consilia, atque ad ea implenda impellit: & in Cōc. c. 59. explicās qualiter Pater trahit ad Filiū. De quibus Theologilati⁹.*

40 Adhuc autē sustinendo lectio-

nē editionis Metinensis anni 1604. in qua dicitur: *Ad motum, atque attio nemita implexus, &c.* diserte habetur ipissima sententia Sancti Thomæ: nam docemur actiones causarum secundarum impleri virtute diuina, qua agunt: quæ est illa vis transiens, de qua diximus ex Diuo Tho ma quæstione 3. de Potentia articulo 7. ad 7.

41 Præterea, quicquid circa hoc teneatur; constat, quod in omnibus editionibus habentur subsequentia verba: *Vi quamvis secundarū causarum efficientiam non impeditat; præueni, et tamen; cum eius occultissima vis ad singula pertinet, &c.* In quibus precepit innititur; eo quod in illis clarae habeatur, quod diuina efficiētia per vim, seu virtutem realem occultissimam omnia penetrantē, & transcendentem, præueniente motione facit omnia agentia secunda moueri: & cum loquatur de omnibus causis secundis absque illa exceptione, iam habemus præmotionem primæ causæ esse efficacē, præuiam, & efficientem. Quod ex sincera contextus lectione constat: & cui numquam vidi satisfiri; nisi solum inutili sue sententiae repetitione, de authoritatis verificatione non curando: quod nō est respōdere, sed difficultati succumbere. ¶ Quare nonnulli Moderni tandem fatentur, quod loquitur Catechismus, quoad hoc iuxta opinionem Thomistarum, quæ erat fama illo tempore. Nam ergo nostra opinio tunc florebat, & vt Thomistica, & vera ab Authoribus Catechismi fuit acceptata.

42 Scio nō nullos ad paucare respi  
cientes audacter dixisse, transeat  
quod sic habeatur in Catechismo:  
quia in illo priuati Doctoris conti  
netur doctrina; non fidei definitio,  
aut Pontificis ex Cathedra loquē  
tis assertio. Quod in simili sibi fuisse  
responsum, narrat per doctus M.  
F. Hyacinth. Coqueti Opusc. eru  
dito de Mixtione aquæ in calice c.  
13. his formalib⁹ verbis: cū præfati  
Catechismi autoritatē ante duo  
decim annos, Louanijs, vbi tūc hęc  
quæstio agitabatur, aduersarij obij  
cerem, in publico consellu: respon  
dit quidam, non mirum esse, quod  
doctrinam illam traderet Cate  
chismus, vt pote ab Ordinis nostri  
viris esset concinatus; ac proinde  
ea in parte, vna cum S. Thom. sentē  
tia marito repudiari.

43 Quam euasionem his verbis  
perstringit præfatus Magister: verū  
in hac responsum Concilij Tridē  
tini, Summorumque Pontificū au  
thoritas insigniter contemnitur  
(omitto, quæ interserit, in quibus  
personam nominari aliquis poter  
it suspicari: nos enim personas  
fraternas in Christo Charitate dili  
gimus; & solum contra doctrinam,  
quam veram non esse iudicamus,  
dimicare hic, & vbique nitimur.)  
Viri quidem ex Ordine Prædicato  
rum eruditione summi, numero su  
pra sexaginta, Concilio interfuer  
unt: & ex multis Sacrosācta Synodus  
F. Francisco Forerio Lusitano, F.  
Leonardo Marino Genuensi, Ar  
chiepiscopo Lancianēsi, & F. EAg  
dio Fuciarario Episcopo Mutinēsi  
comisit, ut librorū prohibitorū in

dicem conscriberent; Romanum  
Missale accuratius redderet, & Ca  
techismum iuxta ipsius Oecumeni  
ci Concilij prescriptum, & doctri  
nam concinarent. Quæ ab ijsfacta  
sunt singulari Christiani Orbis vi  
litate. At quia viris talibus iniun  
ctum id fuit, debet ne mærito repu  
diari Missale Romanum, & Cate  
chismus ipse: qui si stylum spectes,  
ordinemve, & procedendi modū,  
est proculdubio virorum illorum  
fætus; si vero doctrinam, est ipsius  
Synodi, in qua illa examinata dili  
genter, atque vnanimiter est ap  
probata? Hucusque M. Coque  
tius.

44 Quod oportet amplius muni  
re, & firmare, ne serpat sensim vi  
rus erroris, qui in euasione indica  
tur. Negare non possumus hoc mu  
nus demandatum tribus illis cele  
berrimis viris nostri Ordinis, quan  
do id testantur acta Concilij, &  
Gaspar Sylingandus libro de Epis  
copis Mutinenibus, & Fernandez  
in Concertat. Prædictoria anno  
1562. Et eruditissimus M. Grauina  
in libro inscripto *Vox tururis* par. 2.  
cap. 23. vbi hoc mandatum notat  
emanasse à SS. Pio Quinto, quoad  
compositionem, & ordinationem  
Catechismi: cui magis credo: tum  
propter stupendam tanti M. erudi  
tionem: tum quia ipse Summus Pō  
tifex in motu proprio expedito Pō  
tificatus sui anno primo, incipien  
te *Pastorali officio*, diserte id testatur,  
dum ait; *curauimus ut à delectis aliquot  
Theologis in hac alma Vrbe componeretur  
Catechismus: quo Christi fideles de eis re  
bus, quas eos nosse, proficeret. & seruare o-*

teret, Parochorum suorum diligentia edocerentur. ¶ Possent autem hæc esse simul vera, si in Concilio, à quo decretum emanauit, opus fuit inchoatum; & Romæ perfectum: in quo etiam egregiam nauarunt operam Guilhelmus Sirletus, & Sylvius Antonianus: quamvis alij hunc honorem deferant Paleoto Cardinali. Quod Historiographi diligentius dilquirant.

45 Quoad nostrum intentum parvū interiticire, quæ sit causa instrumentalis: nam ut in simili ait S. Gregorius præfatione in Iob cap. 1. Ipse haec scripsit, qui haec scribenda dictauit. Et infra: Cū ergo rem cognoscimus, eiusque rei Spiritum Sanctum auctorem tenemus; quia Scriptorem quarimus, quid aliud agimus, nisi legētes litteras, de calamo perscrutamur? Cum ergo statuto, & decreto Concilij EOCumenici, Summi Pontifices Pius V. & Gregorius XIII. toti Ecclesiæ doctrinā Catechismi ut catholicam propoununt, ut normam doctrinæ, & vitæ Fidelium; quamvis eam non definiant syllabatim; tamen eam summam humanam habere authoritatem ab ipsis, nulli fideli est dubitandum: nam est ac si Pontifices ipsi id docerent: ut de Christo Dño ait S. August. lib. 1. de Consensu Euangelist. cap. 35: *Quidquid de suis factis, & dictis nos legere voluit, hoc scribendum illis tanquam suis manibus imperabit: quod assert S. Thomas in præfatione Catenæ aureæ in Mattheum.*

46 Accedit quod Sanctissimus Cardinalis Borromeus in Concilio Mediolanensi primo Constit. part. 2. sub titulo, qui libri porrissimum a cle-

ris legendi, inmediate post nouum, & vetus testamentum, numerat, Catechismum Roma edendum, cum primum in lucem prodierit. Et idem Vigilantissimus Pastor, in Concilio 5. Mediolanensi, Constitutionum part. 3. titulo de Seminario, sic præcipit in fine: *Si in omni seminario perpetuus usus sit ut Catechismus Romanus pueris, atque adeo adolescentibus, prælegatur, & explicetur quam diligenter. Nullaque eius pars prætermittatur, cuius doctrinis eorum animi non imbuantur, ut fieri potest, omni maximo studio. Non video quibus verbis potuit magis declarare quo in prætio Ecclesia doctrinā Catechismi habeat. Siquidem est lac purissimæ doctrinæ, quo pueri, & adolescentes debent nutriti. Similia legi poslant in Synodo Benaventana, de Prædicatione verbi Dei capit. 2. & Rauenate de Seminario cap. 4. & fermè in omnibus alijs Concilijs Provincialibus subsequentibus, approbatis, vel à Sunmis Pontificibz, vel à Sacra Congregatione Cardinalium. Temerarie ergo contemnitur authoritas libri, quem Ecclesia sic veneratur. Vide quæ in simili dixit S. Th. 2. 2. q. 1. art. 10. ad 3. Nihius forsitan fui in authoritate hac ponderanda; sed dum quod intendo, obtineam, pro hac, & multis alijs questionibz Theologicis, non me fecisse poenitebit. Sed ad id ut de suimus diggredi, revertamur.*



## s. VI.

Duae rationes S. Thomæ pon.  
derantur.

47 **Q** Via rationes quinque alibi sunt ponderatae; nec audiui illis aliquid responderi, quod in Metaphysica non sit confutatum; sufficiet pro nunc rationes S. Thomæ duas valde notandas, eius verbis refferre, & vel breuiter ponderare. Prima sumitur ex libr. 2. Scatent. dist. 1. q. 1. art. 4. sic concludente: *Esse est magis inimum cui libet rei, quam ea, per quam esse determinatur: unde, & remanet illis remotis, ut in libro de Causis dicitur lect. 1. Vnde operatio Creatoris magis perit agit ad intimarei, quam operatio causarum secundarum: & ideo hoc quid creature est causa alijs creature, non excludit, quin Deus immediite in rebus omnibus operetur; in quantum virtus sua est sicut medium contingens virtutem cuiuslibet causæ secunda cum suis effectibus enim virtus alij cuius creatura posset in suâ effetum, nisi per virtutem Creatoris, à quo est omnis virtus, & virtutis conservatio, & ordo ad effectum: quia ut in libro de Causis dicitur; causalitas causæ secunda firmatur per causalitatem causæ prime. Hæc Doctor Angelicus.*

48 Cuius rationem ad hanc formam redigo: influxus actualis causæ primæ realiter, & physice infallibiliter facit, quod causa secunda actu operetur: sed hoc est operari motione prævia essentialiter conexa cū operatione, quam causat: ergo causa secunda operatur ut premoda à prima. Minor negare nequit

ab eo, qui terminos questionis calluerit, vel eorum significationem intellexerit. Consequentia est legitima; & ideo sola prima propositio restat probanda: & sic suadetur. Omnis causa secunda actu operans, est aliquo modo causa essendi: sed nulla causa secunda est causa essendi, nisi ex influxu, & virtute actuali Dei: ergo influxus actualis Dei est causa modo prædicto faciens, quod causa secunda actu operetur. Maior est manifesta, quia causa est principium actu influens; & cum operatio sit efficientis causalitas, actu operari, est actu influere esse. Minor vero probatur: quia in quolibet effectu formalitas essendi correspondet causæ primæ, & formalitas specifica talis, vel talis naturæ correspondet causæ particulari secundæ: sed non correspondet causæ secundæ in actu nisi ratione actualis influxus: ergo nec correspondet causæ primæ, nisi ratione actualis influxus. Hæc ratio est prima inter sex, quas ad integrum format S. Th. lib. 3. contrag. cap. 67.

49 Sed dices, causæ secundæ vere causant esse virtute propria: ergo ad causandum esse non indigent actuali influxu primæ causæ. Antecedens patet, quia causant esse vt causæ principales: ergo causant virtute propria.

Respondetur S. Thomam lib. 3. contrag. capit. 66. demonstrare sex rationibus, quod omnia inferiora agentia, non dant esse, nisi in quantum agunt in virtute divina. Et M. Bañez, & Zumel. i. p. q. 3. & 8. negant existentiā causarum effectuum à creaturis, sed so-

## § 6. Rationes pro influxu praevio.

237

Ium disponunt, & determinant ad hanc, & illam speciem. In istorum autem sententia maiores vires habet ratio facta.

50 Quia tamen Cajetanus, & Ferrara, & communiter Thomistæ, quos citant, & sequuntur Nazarius i. p. q. 8. artic. 1. & Ledesma de diuina perfectione q. 10. art. 1. multis rationibus probant agentia creata effectiue dare esse.

Ideo posset vltius ratio instaurari, ex eo quod iijdem docent causam secundam non dare esse, nisi in virtute Dei, vt eius instrumentum, vt probat Ledesma art. 2. & videtur tradi à S. Thom. lib. 2. contrag. cap. 21. ratione 4. & q. 5. de Verit. art. 9. ad 7. & alibi sæpe. Constat autem (quod alibi ostendimus) instrumenta acta non operari, nisi actualliter moueantur à causa principali: ergo & causæ secundæ actu no influunt ad dandum esse, nisi præmoueantur à causa prima.

51 Ne tamè questio, quo ad hoc sit de modo loquendi: & quia S. Thom. q. 24. de Verit. art. 1. ad 5. ex presæ docet, ista non esse instrumentum propriæ; sed solum communiter: vt ab his opinionibus abstrahamus (quas alibi opportunius discutiemus) conueniendo quo ad hoc eu n authoribus contrarijs, quod causæ secundæ causet existentiam i. a. suo ordine sufficenter principali; adhuc ratio retinet suam vim.

52 Quæ sic debet instaurari. In actuall operatione causæ secundæ est titulus ratione cuius prius, & in tñius operatio causetur à Deo,

quam causetur à causa secunda: sed causatur à causa secunda effectiue infallibiliter: & si fuerit libera, ope rationem causat ad eam se determinando: ergo causat à Deo ad eam prædeterminatè. Probatur māior: actualis operatio magis est ens per participationem à primo ente, quā sit per participationē à propria causa, cuius est operatio: sed quia participat esse à propria causa, ad cā se determinante, efficitur: ergo quia est effectus participatus à causa prima, ab ea præcausatur.

Responeri potest, ad hoc sufficere concursum simultaneum, ratione caius Deus intime in omnibus, & cum omnibus operatur.

53 Contra primo: nam quia effectus causæ secundæ est ens participans suam entitatem à causa prima; ideo fieri nequit à sola causa secunda, sine actuall influxu causæ primæ in immediato in effectum: sed operatio, quæ respectu causæ secundæ est causalitas; respectu causa primæ, est effectus: siquidem eius esse, & essentia sunt quid creatum à Deo effectum, & actu causatum immediate: ergo operatio causa secundæ est effectus actuallis præuenientis influxus causæ primæ.

Secundo, causa prima non solum est prior in perfectione; sed etiam in ipso exercitio causalitatis: eo quod causalitas eius actuallitatem dat, vt in illa fundetur, & firmetur omnis influxus causæ secundæ.

Tertio, hanc esse mētem libri de Causis, constat ex D. Tho. ibi lect.

1. litt. d. vbi ait: ostendit idem esse, & in efficientibus causis. Manifestum est enim, quod quanto aliqua causa efficiens est prior, tanto eius virtus ad plarase extendit: unde operatur, ut proprius effectus eius cum minor sit: cause vero secundæ proprius effectus in paucioribus inuenitur; unde, & particularior est: ipsa enim causa prima producit, vel mouet causam secundam a genere; & si sit ei causa ut agat. Hæc ibi.

54 Secunda ratio sumitur ex subordinatione causæ secundæ ad primam: nam ut docet S. Thom. i. 2. quæst. 19. art. 4. In omnibus causis ordinatis effectus plus dependet à causa prima, quam à causa secunda: quia causa secunda non ait nisi in virtute primæ causæ; sed effectus pendet à causa media actione, & causalitate causæ: ergo quia actio, quæ est causalitas respectu effectus, est effectus primæ causæ: ergo hæc non solum influcit in effectum, sed etiam in causam. Et hæc est ratio Phylosophi 8. Physic. text. 34. quem citat S. Thom. i. 2. quæst. i. art. 4. vbiait, quod substrato primo mouente, alia mouent non possunt; cum non mouant, nisi per hoc quod mouent à primo mouente.

Respondent, ideo verificari effectu plus pendere à Deo quam à causa secunda: nam ista dependet à Deo in esse, & conseruari: unde licet ambo causæ simul influant, verificatur, quod plus dependeat effectus à Deo.

55 Facile reiicitur, primo: nā causam exercitio ipso causæ secundæ, & effectus in ratione effectus, plus dependet à prima, quam à causa se-

cunda: sed exercitium causæ est in efficiendo, & mouendo: ergo in isto munere debet esse maior dependentia. ¶ Secundo: in eo in quo subordinantur, est dependentia: sed causa secunda non subordinatur Deo solum in essendo; sed etiam in operando: ergo ut sic ab eo influente in causam dependet. ¶ Tertio: totum hoc videntur Phylosophi intendere: nam ut ait S. Thom. lib. 2. contrag. cap. 89. & in 4. dist. 49. q. 1. art. 3. quæst. 2. cor. & dist. 12. q. 1. art. 1. quæstiuncula 1. Sicut dicitur prima propositione libri de Causis, causa prima est vehementioris impressoris supra causatum causæ secunde, quam ipsa causa secunda. Hæc autem impræfatio est influxus: & quia influxus causæ secundæ deriuatur ab influxu causæ primæ, hoc verificatur, & non aliter.

56 Occurrunt dicendo, quod licet nulla sit realis prioritas influxus causæ primæ, & secundæ, sed sola concomitantia, vel identitas influxus; tamen verificatur causam primam prius influere, quia secundum rationem causæ primæ correspondet prædicatum vniuersalius, & communius, nempe, ratio entis.

Minus sufficit hæc euasio, quam præcedens: nam causa efficiens phylisce, & realiter causat: & realiter influit: ergo si ut sic est prior, est prioritas realis dependentiae, & nō sufficit prioritas solius rationis.

Secundo: hac euasione solū explicatur prioritas metaphysice correspondens ex parte effectus in specificatione causarum: argumētum au-

autem nostrū procedit de ipso influxu actiue sumpto: nā ipsū actiue influere causæ secundæ fundatur, & depēdet ab actiua actuali influentia causæ primæ: ergo solutio non enī ad intentum.

57 Tertio replicatur ad homines contra Recentiores; qui ex una parte in Logica ad negandas præcūsōnes obiectivas arguunt, quia una formalitas non potest habere duo prædicata opposita: & nunc in Physis, non solum eidem formalitatibz tribuant duo opposita prædicata; sed contendant distinctionē ratio-  
nis fundatam in re sufficere ut idem met influxus realiter sit simul, & sit idem concursus realiter prior: vel si hoc non verificant, nulli tantū per nos conceptus, argumentū non solvant. Quo modo ergo hæc duo cohærent?

## §. VII.

*Ratio ad homines vrgetur.*

58 Tertio principaliter est argu-  
mētum, etiam ad homines; na: n. PP. Conimb. libr. 2. Phylic. q.  
15. art. 2. P. Suarez in Metaph. disp.  
5. sec. 3. n. 34. & sec. 6. n. 6. & disp.  
22. sec. 5. Fonseca, Hurtado, Arriaga, & communiter Recētiores So-  
cietas Iesu docēt, quamlibet cau-  
sam, tam liberam. quam necessariā,  
ex se esse indifferentem ad hanc nu-  
mero actionem, & ad hanc numero  
effectum producendū: & ideo  
necessarium esse, quod à Deo der-  
minetur ad hunc potius effectum,  
quam ad illū, quia nec à principio

intrinsecō, nec à circunstantijs ex-  
trinsecis habetur hæc determina-  
tio: ac proinde opus est ut à prima  
causa proueniat. Quam doctrinam  
licet non approbemus (ut patet ex  
dictis 2. p. Metaph. Controu. 16. n.  
91. quia cum adest causa proxima,  
parum philosophicum est recurre-  
re ad solam causam primam) tamen  
quod illa admissa, negari nō possit  
necessitas motionis præuiæ, sic pro  
bo, præsertim in causis liberis.

59 Determinatio actus, vel effe-  
ctus quo ad individuationem, quæ  
dicitur prouenire à causa prima; vel  
est ab illa concurrente, vel in-  
fluente concursu indifferente, cum  
quo in sensu composito potest co-  
pati negatio actus; vel est concursu  
determinato habente essentiale  
connexiōnem cum actu? Si hoc se-  
cundum dicant, ergo prædetermina-  
tio primæ causæ, qualis ponitur à  
Thomistis, non aufert, sed confert  
exercitium individuum huius actu  
liberi, vel contingentis. Imò me-  
llius nos saluamus, quia cum D. Th.  
1. p. q. 19. artic. 8. ad 2. & 3. & 1. 2. q.  
10. art. 4. ad 3. ponimus ab efficacia  
divina causam modum actus liberi,  
vel contingentis. Si vero dicat gri-  
tuum (ut neccesse est dicere, si con-  
sequenter loquatur) ergo nō proue-  
nit individuationis actus à prima cau-  
sa. Probo consequiam: ideo re-  
curritur ad causam primam pro-  
determinatione individuæ actionis,  
& individui effectus, quia seclu-  
ta determinatione primæ causæ,  
causa secunda est indifferens ad hanc,  
vel illam actionem, & ad finem, vel  
illam effectū: sed stante divino cō-  
cur-

cursu indifferenti, etiam comple-

xum ex causa contingentia, & illo

concurso est indifferens, quia indif-

ferens addito indifferenti non fit de-

terminatum quoad individuum: et

go illo concurso non determina-

tur causa alias indeterminata.

60 Respondet P. Suarez disp. 22.

Metaph. sec. 4. ad 6. n. 35. quod illa

met determinatio concursus ad sin-

gularem, & individuum actum, po-

test esse ex voluntate Dei, non om-

nino absoluta ex omni parte, sed

includente conditionem ex parte

cooperationis liberæ humani arbitrii.

Rursus, ille concursus offerri

poteat, non solum ad unum individuum

actum unius speciei; sed etiam

ad plures diuersarum specierum,

ut ad hunc actum amoris, & ad hunc

actum odio: atque ita in singulis spe-

ciebus determinatur voluntas ad

talem actum in individuo: & nihilominus manet indifferens, vel ad

utendum concurso, aut non uten-

dum, vel ad utendum illo in hac,

vel in alia specie. Hæc ille.

61 Cæterum, vel ego solutiones

non percipio; vel utramque argumen-

tum intactum resinxit. Et de pri-

ma sic probatur: nam illa voluntas

Dei non est de conditione implicata

contradictionem. Inquiero ergo;

voluntas posse se determinare sta-

re ex parte Dei concurso in differen-

ti ad individua propria. Vel non po-

teat se determinare? Si primum; er-

go frustrare currit ad determina-

tionem causæ extrinseca, cum pro-

uidet posse per causas intrinsecas.

Si secundum; erro ille volun-

tis est de obiecto impossibili,

62 Præterea, vel determinatio in

diuiduationis est per concursum

attemperatum, & subditum liber-

tati voluntatis? Et sic duo contra-

datoria erunt simul vera; & quod

actio in individuo est determinata,

ut supponitur; & quod in sensu cō-

posito contingat actionem non po-

ni: quod implicat. Ex suppositione

enim, quod in individuo est, repug-

nat non esse: nam *omne, quod est ex*

*extra causas, quando est necesse est esse ex*

*suppositione.* Vel determinatio in

diuiduationis est per influxum Dei

tollentem indeterminationem causæ

secundæ, & facientem infallibiliter,

quod hoc individuum actionis

hic, & nunc fiat; ita ut in sensu com-

posito non possit non fieri: & hoc

est incidere in nostram sententiam:

quia hæc determinatio precedit de-

terminationem causæ secundæ; si-

quidem supponunt quod nulla cau-

sa secunda est de se determinata ad

hanc individuam actionem. Alius

autem concurrendi modus primæ

causæ assignari nequit; eo quod non

datur medium inter videre deter-

minationem causæ secundæ, ut ipsi

ponit; vel eam causare; ut nos alle-

rimus.

63 Minus perceptibilis est secun-

da solutio, quia totum quod offer-

tur, & confertur Deo causæ indif-

ferenti, est indifferens, non solum ad

individua, sed ad species operatio-

num: concitio, quæ expectatur ex-

plenaria causa secunda contingenti,

est, quod est indifferenti concur-

tu, pro sua nativa virtute faciat de-

terminatum: ergo ultimata determinatio est ab humana voluntate,

seu

seu à causa secunda contingenti. Sed ex alia parte ponunt, quod individuatio actionis, & effectus, & cuius individua determinatio soli cause primæ cōpetit: nā intrinsecè causa est indifferens, & extrinsecæ circumstantiae non valent determinare individuationem, ut ipsi supponunt: ergo solutiones relatae, bene perpensæ, in terminis implicat.

64 Occurrunt Recentiores solutione eadē, sed verbis diuersis, hāc, inquiunt, determinationē esse quidem antecedentem ad omnem determinationem voluntatis; siquidem nullam supponit. Nullo autē modo lēdere libertatem; quia nō est absoluta, sed ex suppositione, quod voluntas velit operari, intra hāc speciē: nā illā relinquit indifferētē, vt amet, vel nō amet, seu odio habeat. ¶ Quod alij exponunt hoc exēplo: si alicui habēti tres calamos, duo auferātur, & unus relinquantur; nō ille determinatur ad vsū scribēdi; sed solū ad hoc, vt si yellit scribere, non scribat alio calamo, nisi illo. Sic Deus dum parat concursum ad hunc numero actū, & non ad aliud, nō determinat ad exercitium, & ideo potest voluntas actum suspendere: sed solum determinat ad hoc, vt si aliquem actum est elicitura pro suo libito, hunc eliciat, & non aliud. Et in hoc sensu verificatur Deum determinare voluntatem quoad individuationem actus; quod quidem contingit illæ so omnino iure libertatis quoad exercitium, vt constat.

65 Nihil tamen minuere virium argumenti solutionem hanc, facile

constat: nam concursus indifferens ex se, & solū determinatus ex suppositione, ab illo accipit determinationem, à quo accipit verificatiōnem conditionis, seu ab illo, qui verificat suppositionem: quod sola terminorum expositione constat: nam si vni debet indifferētiam, & alteri determinationem, cum attribuantur singula singulis, absque dubio causa determinans, est quæ purificat conditionem, & cui tribuitur determinatio. Sed concursus omnis Dei collatus causæ libere ad exercitium libertatis (in ipso rum sentētia) ex parte Dei semper est indifferens, ne iura lēdat libertatis: ergo quoad hoc, quod est determinare actionem, & individuum illius, ad causam secundam recurrūt, & non ad causam primam, vt antedocuerāt: vel si bene compatitur, quod Deus determinet ex se actionem hanc in individuo, & simul, quod voluntas se determinet: bene intelligitur, & saluatur sentētia S. Tho. quod Deus iure primæ causæ omnia prædeterminet, & quod causæ secundæ vere se libere, & contingenter determinent.

66 Retorqueoq; ipsorum exēplū: nā in illo euētu calamus est indifferens, vt vtens illo scribat hāc, vel illam litterā, hac, & illa actione, isto, vel illo tempore; & ideo determinatio tribuitur scribēti, quādo, & quomodo vult: nā in ipsi⁹ manu est positus liber usus instrumenti: ergo si diuinus concursus est ita indifferens, quod creaturæ subditur, vt instrumentum artifici, tota eius determinatio quoad individuationē

actionis, in causam utentem, & determinante debet refundi: ergo hæc duo non possunt esse simul vera, & quod concursus sit indifferens, & quod illi tribuatur individuatio actionis.

67 Quod sic confirmo: nam impossibile est ex una parte assérere concursum Dei solus esse paratum ad hunc numero actum, & non ad alium; & quod concursus Dei sit indifferens: quia indifferencia est ad plures, saltem possibiliter: sed implicat possibilem actum causæ secundæ proximè, & expeditè, si ex parte causæ primæ pro uno tantum est paratus concursus: ergo, vt dixi, solutione data implicat in terminis.

Probo minorem, & totius argumenti vim declaro tripliciter. Primo; si Deus decreuerit omnem suum pendere concursum, & nullum parare, impossibile esset causam secundam operari: eoquod sine Deo nihil possumus facere: ergo si solum parat pro uno actu, solum ille est in manu nostra, quod evidens esse dixerat P. Suarez n. 22. Sed implicat indifferencia ad plures, si plures non sunt in manu nostra: ergo repugnat concursus indifferens, & esse paratum concursum diuinum solum ad hunc numerum actum antecedenter ad omnem determinationem voluntatis.

68 Secundo: ideò ipsi impugnare contendunt nostram sententiā, quia dicunt se percipere non posse, quod antecedenter ad omnem determinationem causæ secundæ, causa prima influat determinando, & causando hunc numerum actum, quin pro tunc in sensu cōposito sit influxus possi-

bilis pro alio: eoquod influxus habet infallibilem connexionem cum isto: quod dicunt non copati cum contingētia, & libertate causæ secundæ (non adhertentes modum ipsū liberi exercitiū à prima causa derivari iuxta ipsum modum) sed idem inconueniens ipsi nunc deuorat, ex una parte ponendo indifferētiam ex parte causæ secundæ, & ex alia parte ponendo causam primam ex se determinans actu in individuo: ergo abstulit proximum posse pro alijs: siquidē sine influxu parato sunt impossibiles: & hæc est impossibilitas antecedens determinationem voluntatis, vt ipsi farentur: ergo implicantur eisdem difficultatibus, quæ contra nos obijciunt.

69 Tertio: si habet, vel qualitas aliqua à Deo insuffla habet annexum paratum concursum diuinum ad unum solum numero actum, & non ad alium antecedenter, absque dubio lredit, vel tollit libertatem; & idem lumina gloriae non est qualitas libera ut quae, quia inclinat per modum naturæ, & petit concursum Dei tantum pro tali visione, iuxta individuationem luminis. Sed eo ipso, quod solum Deus determinet individuationem, dicunt ipsi ex parte Dei solum esse paratum concursum pro uno numero actu, & non pro alijs: ergo lredit iuramentum libertatis: cuius indemnitat tam anxie, & scrupulose solent consilere.

70 Ultimo hic asturgimus ad reiciendū concursum purè comitantē, alia ratione, quæ contra omnes militat: concursus purè comitans causam contingenter, vel est per accidens requisitus ad eius effectum, vel est

est illi subiectus, & ab ea dependēs; vel est faciēs illam se determinare, & quod eius determinatio ex superioris determinatione praevia proueniat: sed similitas per accidēs nō habet locum in causis perse subordinatis, qualis est secunda respectu primæ; concursū causæ primæ subiecti causa secundæ, & ab ea dependere, est imperfectio maxima Deo repugnās, ut potè actui puro: ergo relinquitur tertius modus, quem nos ad truimus: nam aliis ex cogitabiliis non est.

Dices, non esse imperfectionem, quod causa prima determinetur in suo influxu per concursum causæ secundæ: nam influxus causæ vniuersalitatis determinatur per influxū causæ particularis: & pariter concursus Dei pro actib⁹ liberis erit in differēs, & determinari poterit per concursum causæ secundæ: & si ad hoc exponendum dicatur quodammodo Dei concursum dependere à concursu causa secundæ, nullum videtur inconveniens. Imo necessaria videtur consequi diuinā dispositionē: eo enim ipso, quod vult cū causis secundis cocurrere illæsa libertate, vult suum concursū ab eis determinari, & quodammodo ab eis dependere.

71 Sed contra primo: nam licet doctrina huius solutionis admitti posset in causis vniuersalibus in certo genere, ut in influxu astrorū, & colorum: non tamē verū habet in influxu primæ causæ vniuersalissimè simpliciter: nam ista causat totū ens, & omnē eius modum, ut ad intentū ait S. Tho. 6. Metaph. lect.

3. & est perse notum ex conceptu primæ, & vniuersalissimæ cause: ergo hoc ipsum, quod est causā secundā se determinare, predeterminat causa prima.

72 Secundo: causa prima est efficacissima, quia est omnipotens: efficacior autem est influxus determinatus, quam indifferens; & efficacior, qui causat actum, & modum, quam qui nō causat omni modo: ergo concursus Dei non est indifferens entitatiū, sed ex se efficax, ex parte vero causæ secundæ, & effectus causati dat indifferen-tiam. Et hæc estratio S. Thomæ 1. part. quæst. 19. art. 8. vbiait: Cum alia causa efficax fuerit ad agendum, effectus consequitur causam, non tantum secundum id quod fit, sed etiam secundum modum fiendi, vel essendi. Ex quod deducit, quod cum voluntas diuina sit efficacissima, non solum sequitur, quod sicut ea quia Deus vult fieri, sed quod eo modo sicut, quo Deus ea fieri vult. Cum igitur influxus causæ primæ sit efficax, & infalibilis actualis executio decretorum efficacium diuinæ voluntatis, ab eius omnipotentissima efficacia causatur exercitium contingentiæ, & libertatis. Alias probationes Théologus disces.

Sed instabis: nam Deus prius natura agit, quam causa secundæ, iuxta nostram sententiam: ergo quando causa secundæ agunt, iani eset productus effectus; & sic causa secundæ nihil efficerent.

Respondebit bene M. Soto 2. Phis. q. 4. ante 2. concl. his verbis, quod prioritas hæc naturæ non est prioritas instantis, in quo verū sit dicere,

Deus agit, quando creaturæ non agunt: nō enim prius isto modo Deus agit, quam creatura; sed omnino simul. Quod autē prius natura Deus agat, nihil aliud est, quā quod Deus moueat creaturas ad agendum; nō tamen prius mouet, quā causa particularis determinet in genere causę materialis causas vniuersales ad agendum.

## §. VIII.

Solunntar argumenta obiecta numero 9. C<sup>o</sup> 10.

73 I Am facilē satisfit argumentis à ratione desumptis. Ad primum (quod erat secūdū in ordine) respōdetur instari posse in concurso si multaneo; nā illo ablato, ignis habet virtutem cōpletam ad comburendam stupam, & Sol habet lumen completam, & applicatam ad illuminandū; & tamen sine causa prima, nec ignis comburet stupā, nee Sol illuminabit aerem præsentem: quia istae virtutes sunt quidē sufficiētes in suo ordine, sed secūdariae, & dependentes à primo principio: quæ est solutio S. Thom. i. p. q. 105. art. 3. ad 2. Ita pariter dicimus de prævia motione primæ causæ, quia vt dixerat S. Tho. art. 1. ad 3. hoc ipsum quod causa secunda originatur ad determinatos effectus, est illis à Deo: & lib. 2. Contrag. c. 66. rat. 4. dicit, quod complemenum agentis secundi, est ex virtute agentis primi.

74. Præterea dicimus argumentum supponere duo falsa, quæ non probat: primum est, quod concursum prævius, & si multaneus sint due

operationes, vel concursus Dei: secundum, quod possit dari vnum sine alio. Et utrumque esse falso ostendimus 2. part. Metaph. Controver. i 2. artic. 7. quia concursus idē habet hoc, quod est facere, quod causa secunda faciat, & simul cum ea concausare effectum; & sicut virtus transiens, & motio separari nequeunt; ita dabilis non est cooperatio Dei cum creatura, sine virtute transiente; quia agat, vt docet Sanctus Thomas 3. Contrag. cap. 70. & rationem radicalem tangit Sanctus Thomas 1. 2. quæst. 109. art. 1. & 9. dicens: Nullaris creatura potest in quocumque actum predire, nisi virtute motionis diuina: quæ actiue, & ex parte Dei sumpta, vel formaliter, vel virtualiter est actio; & passiue est modus, vel qualitas trāfīs ex Dei actione deriuata, & recepta in creatura; quæ habet esse ita transīs, quod quantum ad modum essendi dicitur motio, vt docet S. Thom. 1. 2. quæst. 110. art. 2.

75 Tertio asserimus, quod posse, & teneri, respicit actum primum, & auxiliū sufficiens, quod præcedit præmotionem; hęc autem datur ad agere; & ideò sicut qui caret auxilio cooperante, ei imputatur, quia potest, tenetur, & non facit; ita pariter dicitur de illo, qui caret præmotione. Et nota, quod quoad hoc Sanctus Thomas innumeris locis difficultatem sibi obijecit, & soluit, vt patet 2. 2. quæst. 2. artic. 3. ad 1. & 1. 2. quæst. 109. art. 4. ad 1. & artic. 5. ad 1. & artic. 6. ad 1. quæ non explicamus, ne ad Theologiam transseamus.

### §. 8. Soluuntur argumenta.

245


76 Ad tertium respōdetur, quod vt ait S.Thom. 3.contrag. cap. 70. non est inconueniens, quod vna actio producatur ab aliquo agente, & eius virtute; ita non est incōueniens, quod producatur idē effe ctus ab inferiori agēte, & à Deo; ab viroque immediate; licet alio, & alio modo: hoc est, effectus est à causa secūda media actione, seu causalitate; & hæc est immediate à Deo dupli ci titulo; & quia omne ens creatū est immediate à primo ente; & se cundo specialiter in quantum mo tio: Quia necesse est omnes motus secun darum causarum causari à primo mouēre, vt notat S.Thom. q. 4. de Malo art. 2. & ad hoc indiget qualitate, vel motione transunter recep ta.

77 Ad quartum negatur maior, quia efficacia diuini influxus causat exercitū, & modū operationis cōtingētis, & liberā: & ideò ait S.Th. 1.2.q.10.art.4.ad 1. quod magis re pugnaret diuina motioni, si voluntas ex ne cessitate moueretur, quod sua natura nō competit, quam si moueretur libere prout competit sua natura.

Ad primam probationem con cedo maiorem; & distingo minor em; & concedo de impossibilitate in sensu composito, & conse quenti; & nego de impossibilitate simpliciter, & in sensu diuiso, & ante cedēter: nā adhuc slāte efficaci p̄e motione Dei, volūtas potest dissen tire; sed tamen ex suppositione, quod Deus efficaciter vellit, quod non dissentiat, infallibiliter con sentiet: quæ est impossibilitas se cundum quid, & ex suppositione.

Ethēc est solutio S.Thom. illo art. 4.ad 3.dicentis: Quod si Deus mouet voluntatem ad aliquid, impossibile est ponī, quod voluntas ad illud non moueat: non tamē est impossibile simpliciter: unde non sequitur, quod voluntas à Deo ex necessitate moueat. Et istam appellat S.Thomas 1. part. quæst. 19.artic. 8.ad 1. necessitatem, non absolutam, sed conditionalem: de qua 1. p.q.116.ar.3.

78 Ad secundam probatio nem patet ex dictis numer. 25. & ad intentum respondet S.Thomas quæst.3.de Malo articul. 2. ad 4. Quod cum aliquid mouet seipsum, non excluditur, quin ab aliis moueat, & quo habet hos ipsum, quod seipsum mo uet: & sic non repugnat libertati, quod Deus est causa altius liberi arbitrij. Vnde præmotio extrinseca primæ causæ, in cuius virtute omnes cau sae secundæ agunt, & se determinant, non excludit, sed potius fa cit, quod causæ secundæ libere se determinent: nam hæc præmotio est participatio actualis libertatis in actu secundo: vnde implicat cōtradictionem, quod non faciat actu liberum propter quem cau sandum datur. Sed de his hæc satis.



## QVAESTIO XV.

*De existentia requisita ad efficientium.*

1 PLures possent recenseri causæ efficientis conditiones, & hic examinari. Sed quia aliquæ nulla in diget discussione; aliæ, quæ tangunt distinctionem mouentis, & moti; & approximationem agentis, & passi, pertinent ad librū septimū, & octauum; ideo vna sola causæ efficientiis conditio, quæ est existentia, examine indiget. Præcipue, cū nō desint enouis Physicis, qui falso imponat Thomistis ipsos indistinctè dixisse, existentiam non requiri ex parte efficientis ad efficientiū effectū. Quod sic generaliter loquendo, nullus somniauit: quia nūs in agentibus motu successivo verissima sit, si rectè explicetur.

2 Dico primo: causa efficiens nequit causare nisi actu existat. Ita docet S.Tho. locis relatis 2.p. Metap. Contr. 13.n.2. quibus addo ipsum S.Tho. 3.p. q.77. art.3. dicentem: *Quia unusquidque agit in quantum est ens in actu; consequens est, quod unusquidque sicut se habet ad esse, ita se habeat ad agere.* Et lib.7. Metaph. lect.8. lit. b. ait: *Cum esse sit a me agere, non potest intelligi forma prius habere agere, quam sit in actu.* Quæ ratio videtur esse à priori: nā forma dat duos actus ordine quoddam, nempe, esse, & agere; esse vt sit in se; & agere, vt actū secundum quo operetur, & se comunicet: ergo si prius nō intelligatur existens, nec intelligi potest vt

operans, causans, & efficiens: quare oppositum videtur contradictionē implicare. Nec Authorem legi, qui hoc neget.

## §. I.

*An existentia sit conditio efficientis?*

3 Inter eos autem, qui essentiā distinguunt realiter ab existentia, est dubium, an existentia sit sola cōditio causæ efficientis; an vero pertineat ad rationem formalem causandi?

Existentiam esse de intrinseca ratione communi, & quasi generica causæ efficientis, docet M.F.Ioan. Vincētius in Relectione. q.6. dub. 3. post 2. concl. fol. 784. quia proprius terminas actionis est esse; & ideo sicut principium perse est propria forma; ita perse generaliter requirit existentiam, qua forma est in actu.

4 M. Masius lib. 2. Phys. c. 3. sect. 3. tota quæst. 8. tria docet. Primo, quod existentia nō est ratio formalis agendi: quia hoc munus reseruatur formæ. Secundo, quod non est cōditio: nam haec ad extrinseca rei expectat: at existentia inter intrinseca numeratur: tū in ratione entis, eoque est actus intimus essentiæ: tū in ratione agendi, quia res non existens, non potest coipi agens. Tertio docet existentiam esse modū in trinsecū causæ efficientiis: quod probat à sufficiēti enumeratione, quia his tantū tribus modis aliquid potest esse necessariū ad agendum: vñ de cū nec sit ratio formalis; nec me

ra cōditio; erit modus intrinsecus, etiam de potētia absoluta insuplēbilis.

5 Reliqui verò Authores cōmuni ter affirmant existētiā esse cōditio nem causæ efficiētis: eo quod ratio formalis causandi est ipsa forma, in cuius virtute efficiens agit; & quæ formaliter, vel virtualiter, vel emi nēter continet effectum: totū autē hoc perse primo formæ cōpetit; & existentia solū videtur exigi ut dās statū, in quo hæc omnia possit cau sare forma: ac per cōsequētis erit cōditio causæ efficientis, & non eius ratio formalis.

6 Dico secundo: proprius loquū tur, qui vocant existentia conditio nē intrinsecā causæ efficiētis. Ideò his verbis cōclusionem propono; quia arbitror magna ex parte du... biū hoc esse de modo loquēdi: quia omnes pro comperto supponunt, quod non exigitur ita formaliter, ac ipsa virtus; & quod nō cōcurrunt ita accidentaliter, ac alia ex trinsecæ conditiones. Et id, quod quidā appellant conditionē intrinsecā, alijs vocant cōplementum, seu modū intrinsecum, & vtroque loquen di modo vñ sūmus illa Cōtr. 13. n. 3. magis tamen probando, quod sit cōditio ratione iam assignata; quæ sanè videtur vrgere.

7 Ut tamen omnia ad concordiā redigātur, posset dici, quod in simili ait S.Th. i.p.q.50.a.1.ad 1. quod mediū cōparatum ad vnum extre mū, videtur alterum extremum; si cut tepidū cōparatum calido vi detur frigidū: vnde conditiones intrinsecæ, respectu earum, quæ so

lumi extrinsecè exigitur, cū con currant, & exigantur perse, videntur rationes formales, vel modi intrinseci, aut cōplémentum rationis formalis: cōparatiū verò ad ratio nē ipsam, & virtutē, qua agēs agit, vidētur cōditiones: & ideo ad vtrū que explicandum, non vocātur cōditiones absolutè, sed conditions intrinsecæ.

s. II.

*Vtrum quæ agant per motū, cau sent quando non sunt?*

8 Hoc est secundum dubium hu... ius questionis. In quo senten... tia negativa adeò placuit Suar. dis. 14. Metaph. sec. 3. n. 30. vt oppositū dicat improbable, quia quod non est, non potest esse instrumentū agē di: illa autē dispositio, v el mot⁹ in illo instanti iam nō est: ergo nō potest effectiue causare, nec principali... ter, nec instrumentāliter. Quod ve... rò proximè præcesserit, nō satis est, quia solū est extrinseca denomina... tio. Et licet sit naturalis sequela in... ter illam dispositionem, & formā, necesse est vt illamet sequela sit ex vi alterius causæ efficientis: nā illa sequela non est dimanatio formæ à dispositione; cum res non dimanet ab eo, quod iam nō est: sed est solū necessaria, & immediata successio post talē dispositionē: quæ succe... sio fundari necessario debet, in effi... cientia alicuius causæ, quæ vñ effi... cit immediatè post aliud. Subscri... bunt eidem sententiæ recentiores dicentes, quod opposita contradic... cit Aristoteli, rationi naturali; imd, & oculari experientiæ. Sed quan... tum

tum decipiuntur, dicenda monstra-  
bunt.

9 Dico tertio, ut causa efficiens  
agat non opus est, quod existat for-  
maliter, sed sufficit, quod existat in  
virtute à se diffusa. Pro huius ex-  
plicatione notandum ex D. Thom.  
in 1. dist. 37. q. 1. artic. 1. ad 4. quod  
operatio reducitur sicut in principium in  
duo; nempe, in ipsum agentem; & in vir-  
tutem agentis, qua mediante exit opera-  
tio ab agente: agens operatur ut quod,  
& virtus ut quo. Quando virtus est  
inhærens, vel immediata agenti, a-  
gens existit formaliter cum causat;  
quando vero virtus ab agente ema-  
nat, & ad alia diffunditur, ut opera-  
tio, vel causalitas tribuatur agenti,  
sufficit, quod illa virtus causativa  
ab agente causata existat formaliter;  
& haec est existentia virtualis a-  
gentis.

10 In hoc sensu constat conclusio  
manifesta experientia: nam Sol exi-  
stens in cœlo, est causa mineralium  
in visceribus terre, inquantū, ut ait  
S. Thom. ibi ad 2. Virius Solis primo im-  
primitur in corpore sibi coniuncto, & sic  
deinceps usque ad ultimum: & haec virtus  
est lumen eius, per quod agit in his inferio-  
ribus, ut Avicena dicit: ergo pariter  
virtus diffusa, in absentibus secun-  
dum tempus, sufficit ut illa mediā  
te dicantur causare, & efficere per  
presentiam sue virtutis.

Secundo id constat: nam mortuo  
patre mediata virtute semenis à se  
decisi formatur foetus, & dicitur à  
patre causari: & tamen tunc pater  
non est formaliter ergo sufficit exi-  
gentia virtualis, ut causa efficiens cui  
catur causare.

11 Tertio id apparet in projectis:  
nam imprimens impulsum dicitur  
causa totius motus: de quo videa-  
tur S. Thom. q. 3. de Potent. art. 11.  
ad 5. dicens: *Instrumentum intelligitur  
moueri à principali agente, quando re-  
tinet virtutem à principali agente impres-  
sam: unde sagitta tandem mouetur à pro-  
ciente, quando manet vi impulsus pro-  
cientis: & tamen potest definire esse  
antequam motus finiatur, ut præci-  
pue patet si duret per spatium vni-  
diei, ut durat motus horologij: er-  
go negari non potest existentiā vir-  
tualem sufficere ad causandum.*

Et ratio à priori est, quia licet ut  
quod causalitas conueniat agenti; ut  
quo tamen conuenit eius virtuti: ergo si haec virtus potest ab agente se  
parari, poterit illa mediante effectu  
causari: cum autem haec fuerit cau-  
sata ab agente; de primo ad ultimum  
agens causabit quando non est for-  
maliter. Notat tamen S. Thom. illa  
dist. 37. ad 2. *Quod illud quod agit per  
suam absentiam, non est causa proxima eius  
quod fit, sed remota.*

12 Dico quarto, sèpè contingit,  
quod id quo causa efficiens causat,  
non sit intrinsecè in instanti intrin-  
seco, in quo incipit effectus; sed so-  
lum in tempore immediato, vel in  
instanti extrinsecò effectui. Ita sumi-  
tur ex D. Thom. in 4. dist. 8. q. 2. art. 3.  
ad 6. & 7. & clarissim ibi ad Anib. art.  
5. ad 3. & 3. p. q. 7. 8. art. 4. ad 3. quæ  
ad intentum citat Capreolus in 4.  
dist. 1. q. 1. ad 2. contra 2. pag. 14. re-  
ferens Paludanum ibi. Sequitur So-  
to in 4. dist. 11. q. 1. art. 4. ad 3. & di-  
fluct. 9. q. 2. art. 7. 9. His ergo. Caiet.  
Nuño, & Araujo, ut rectulimus illa  
Contr.

Contr. 13. nū. 8. Cabrera 3. p. q. 62.  
art. 1. disp. 3. §. 13. Sylvius ibi quæ-  
fuit 3. ad 8. Coqueti lib. 2. de Gra-  
tia disp. 6. c. 5. & alij docētes nouæ  
legis Sacraenta physicè causare  
gratiam in instanti vltimo, quo de-  
tinuit vsus Sacramenti. Et ad nostrā  
intentum Soncinas lib. 5. Metaph.  
q. 7. ante 2. concl.

13 Præterea idem probatur: nam  
dispositiones præuiæ effectiæ cau-  
sant expulsionē formæ contrariae,  
& introductionē in formæ intentiæ,  
vt calor, de quo inquit S. Tho. 1. p.  
q. 67. artic. 3. ad 1. quod agit ad for-  
mam ignis quasi intrinseciter in  
virtute formæ substantialis: quod,  
& docet alijs locis relatis hoc li-  
bro quæst. 10. §. 4. & tamen dispo-  
sitiones non perseverant eodem nu-  
mero in instanti generationis, vt do-  
cet S. Tho. 1. p. quæst. 76. art. 6. & li-  
bro 1. de Gener. lec. 10. & alibi sa-  
pè: ergo iam aliquid causat quādo  
intrinsecè non est. De vtraque præ-  
missa huius syllogismi est disputan-  
dum in libris de Generatione. Nūc  
aduerte, quod prima propositio, vi  
delicet, quod ignis per calorē, quē  
producit in aqua, effectiæ expel-  
lat frigus, *indubitate* iudicatur à M.  
Soto 2. Phys. q. 4. post tertiam con-  
clusionem, vbi subdit, se *satis mirari*  
*non posse*, quomodo hoc aliquis ne-  
gare potuit. De vltima autem dis-  
positione, de qua inquit S. Thomas  
quæst. 28. de Verit. art. 8. ad 5. quod  
non facit ad formam aliquid effectiæ, sed  
materialiter tantum: est peculiaris ra-  
tio, quia solum præcedit in genere  
causæ materialis, & est effectus for-  
mæ in genere causæ formalis, vt in-

corpo dixerat, & in 4. dist. 17. q.  
1. art. 4. q. 1. & 2. & art. 5. q. 3.

14 Tertia ratio est: nam multæ  
causæ non agunt nisi medio motu;  
cuius terminus extrinsecus est for-  
ma introducta; & cum motus nō sit  
in instanti, nec dentur duo instantia  
immediata, vt ostendetur lib. 6. q. 1.  
iam verificatur nostra conclusio.

15 Ad eandem explicandam duo  
propositum exempla sapientissimus  
Magister Nuñio 3. part. quæst. 62.  
art. 1. difficultate 5. pag. 81. quæ ab  
aliquibus, non solum contemnun-  
tur, sed irridentur, quia non perci-  
piuntur; ideo ipsius verba placet  
hic apponere: quæ talia sunt: cuius  
rei cit appositiū exemplū  
in dispositionib⁹ antecedentibus  
introductionē formæ, quæ sūt vera  
causa physica ipsius formæ; tamē  
iam non existunt in instanti, in quo  
introducitur forma, sed existunt us-  
que ad illud instantis extrinsecè; ne-  
que causant aliquam aliam virtu-  
tem; quoniam vltima dispositio,  
quam causant in eodem instanti in-  
cipit esse: vnde eadem est difficul-  
tas de illa, & de forma substanciali.

Est etiam appositum exemplū  
in morte viuentium: res enim cer-  
ta est, quod non moriuntur nisi vi-  
uentia; tamen in instanti mortis iam  
viens non est, non viuit; sed suffi-  
cit, quod vixerit totum tempore pre-  
cedente: vnde in illo instanti dici-  
tur esse sufficienter, cum verè dic-  
atur mori: cum tamen in alio instan-  
ti non verè dicatur mori; licet fue-  
rit viens; mors autem mutatio physica  
est, & realis. Hæc ille,

16 Priori exemplo non habent quid respondeant, nisi negando doctrinam, quam M. Soto vocat indubitatam: & amplectuntur ut verā, non solum nostri authores; sed & PP. Conimb. lib. 1. de Generat. q. 18. & Cardinalis Toletus ibi q. 7.

¶ Posterior exemplum ut calumniari possint, non referūt fideliter: quia non inquit M. Nuño, quod mors sit operatio: hoc enim ridiculum esset: sed afferit, quod mors est mutatione physica, & realis: quod euidentissimum est: & inde arguit à paritate; nam si id quod non est, quia immediate fuit, potest esse conexum per modum termini à quo; & sic verificatur de illo, quod non verificaretur, si alio tempore fuisset; pariter connexio motus desinentis cū suo termino, sufficiet ut possit dici ei causa: & est argumentum, quod vocant à fortiori.

17 Ad argumentum P. Suarez iā respondit S. Thom. in 4. ad Anib. illa dist. 8. artic. 5. ad 3. cum quo est distinguenda maior: quod non est, vel formaliter, vel virtualiter, vel simpliciter, vel secundū quid; non potest causare instrumentaliter; cōcedo: quod non est simpliciter, & formaliter, non potest causare instrumentaliter; nego: quia virtus instrumentalis, eo ipso quod sit secundū quid, & in sui termino, est sufficiētissimè in ratione virtutis. Nec immediate præcessere, est sola extrinseca denominatio; sed est naturalis conexio, & sequela physica n. p., & eius termini, vel dispositionū, & formæ: & hoc sufficit ut, saltē immediate, dicantur causare terminum,

vel formam. Et iuxta hoc, effectus in actu habet causam in actu, iuxta doctrinam Phylosophi, & S. Th. 2. Physic. lect. 6. lit. f. sed intelligitur, vel formaliter, vel virtualiter; vel existentia in se, vel in suo termino.

18 Sed instant aliqui: nam virtus existentia causæ, nihil aliud est per nos, nisi effectus ut causatus ab hac causa: ergo dicere, quod causa in actu, est simul cū effectu in actu, est idem ac afferere, effectum causatum simul esse cum effectu causato: quam quis non videat esse ridiculam repetitionem?

Respondetur negando maiorem, quam fingunt à nobis afferunt: cum tamen nos tale quid non dicamus: nam id quod in principio est virtus causata, & decisa; in absentia est quo agens causat: & hoc respectu causæ prioris est effectus, sed est ratio causandi respectu posterioris; quia, ut in simili ait S. Th. q. 3. de Potent. art. 11. ad 5. oportet mouens, & motum esse simul quantum ad motus principium; non tamen quantum ad totum motum, ut appetret in projectis: sicut ergo impulsus est effectus mouentis, & simul est quo mouens mouet in absentia; ita dispositiones, vel motus sunt effectus agentis, & simul id quo agens agit, dum per seipsum est absens: & propter connexionem physicam, quā habet cum forma, absq; alia actione, vel efficientia media, qui causat dispositionem, vel motum, dicitur formam, vel terminū mediate causare physicæ, & realiter.

19 Deinde obijciunt: quia nō minus

## §. 2. Sufficit existentia virtualis.

251

nus requiritur existentia ex parte efficientis ad efficiendum, quam ex parte causae materialis ad recipientem: sed causa materialis non potest recipere, nisi in instanti in quo actu existit; & ideo deficiente existentia subiecti, deficiunt accidentia: ergo existentia requiritur ex parte efficientis.

Posset primo responderi concedendo totum, quia nos non negamus, sed assumerimus unumquodque operari in quantum est in actu: & ideo causa efficiens necessario indiget existentia ad causandum: ceterum hoc non est contra ultimam conclusionem, quae loquitur solum de virtute media qua causa causat.

20 Secundo dicitur causam materiale esse intrinsecam; & ideo communicat in existentia totius, vel recipit existentiam formae; at vero causa efficiens est extrinseca, & operatur media virtute, & motu in alio recepto; & ideo non est utriusque par ratio.

21 Hic nonnulli disputant de Creatione: sed immerito; quia nec à Metaphysico id directe attingitur, sed pertinet ad Theologos cū D. Thom. i. p. q. 45. Quin potius, si solius Physicæ lumen attendemus; debeberimus dicere, quod ex nihilo nihil fiat, ut erat commune pro loquuntur Phylosophorum, ut testatur Aristoteles lib. i. cap. 8. quod Fides corrigit, docens id esse verum de agentibus creatis operatis ex suppositione primi subiecti, nempe materiæ à Deo creatae; secus vero loquendo de causa universaliter

prima, quæ est Deus omnium creator ex nulla praesupposita materia.

## QUAESTIO XVI.

*Quid, & quoniam sit finalis causa?*

<sup>1</sup> **Q** Voniam de fine latè disputat Phylosophi Morales, & latissime Theologi, præcipue Recettiores Thomistæ i. 2. q. 1. & scitu necessaria nos tradidimus 2. p. Metaph. controv. 14. Physicis necessaria nunc breuiter percurremus.

s. I.

*Quid sit finis?*

<sup>2</sup> **Q** Vantum ad vocis proprietatem, notandum, quod *finis* est terminus, sive extremitas in unaquaque re; iuxta illud Virgilij i. Aenei. *Quem das finem Rex magne laborum?* Et illud eiusdem lib. 2. *Hec finis Priamifatorum.* Et in Euāgeliō Matthēi 10. & 24. qui perseveraverit usque in finem; sed inde iam est in visu, quod id quo dirigitur intentio operari, eius finis dicatur: ut finis Rhetoris est persuadere, Medicis sanare: & i. ad Timor. 1. dicitur *finis præcepit est charitas.* Et à Phylosophis generaliter, id cuius gratia aliquid sit, finis dicitur: nam interrogatio propter quid Causam finalem querit in communione acceptione; sicut sanitas est causa ambulandi. *Quo sensu vocē eadem usurpat Apollonus ad Ephesios 3. dicens, huius eti gratia electo genua, &c.* Quod esse idem, ac dicere, proper quod,

ter quod, ex verbis antecedentibus  
constat. Hoc supposito.

3 Inquiritur primo, utrum finis  
sit vera causa realis?

Negant Hurtado disp. 13. de Ani-  
ma lect. 5. quia sola causa physice in-  
fluens est propria causa. Accedunt  
pauci Recentes, qui dicunt quæ-  
stionem esse parui momenti, & de  
nomine potius quam de re: ideo ta-  
men dicunt hanc sententiā sibi pla-  
cere, quia magis conformis est cō-  
muni loquendi modo Phylosopho-  
rum afferentium finem eile meta-  
phorice causam: quod testatus est  
Aristoteles primo de Generatione  
cap. 6. vbi dicit nō mouere, nisi me-  
taphorice.

4 Dicendum tamen est, finē vere,  
& proprie esse causam realem. Ita  
ex professō probat Phylosophus li-  
br. 5. Metaph. vt ibi notat S. Tho.  
lect. 2. litt. a. in fine, & hic 2. Phys. c.  
3. Imò opusc. 3. 1. docet S. Th. quod  
finis est causarum, quia est causa causalitatis  
in omnibus causis. Eandem esse Phy-  
losophorum communem, quinde  
cim relatis, ostendit Masiushic c. 3.  
sect. 4. q. 1. Alios nouissimè conge-  
rit M. Baptista 1. 2. disput. 3. n. 104.  
Sed non opus est in hoc laborare,  
quando Suarez disp. 23. Metaphy.  
sect. 1. n. 7. docet hoc esse receptum  
dogma, & quasi primum Phylosophū,  
& Theologorum principium. A quo le-  
tenter Recētes receperisse, patet, quia  
Phylosophus non dixit absolute fi-  
nem nō mouere, nisi metaphoricē;  
solum dixit, quod comparando fi-  
nem cum efficiente, hoc quod est  
efficere, dicitur de fine per translationem,  
seu metaphoram, vt exponit S. Thom.

lib. 1. de Generatione lect. 20. litt.  
c. & ex ipso contextu patet: cum  
quo compatitur, quod propriissi-  
mè sit finalis causa. ¶ Deinde, cau-  
sa est principium ex quo res depē-  
det secundum esse, vel fieri: sed ex  
fine pēdet operatio, & effectus ei⁹,  
nam ex diuerso fine determinātur,  
& prodeunt diuersē operationes,  
& effectus: ergo finis est vere causa.

5 Obijcies, finis ut finis habet ra-  
tionem termini: ergo non habet ra-  
tionem principij. Sed causa es-  
sentialiter est principium, ut supra di-  
ximus: ergo finis non habet ratio-  
nem causæ.

Respondet S. Tho. 1. 2. q. 1. art.  
1. ad 1. quod finis, & si sit postre-  
mus in executione; est tamen pri-  
mus in intentione agentis: & hoc  
modo habet rationem causæ. Nam  
ut sic realiter mouet, & allicit ap-  
petitum, & causat operationem.

## s. II.

### Diuisiones finis.

6 Scundo inquiritur, quotuplex  
sit finis?

Celebris est diuisio finis, in finem  
cuīs gratia, & finem cuī: finis cuius  
gratia est motuum propter quod  
mouetur operans; finis cui est sub-  
iectum cui volumus illud bonum.  
Quæ diuisio diuersos admittit sen-  
sus, vt patet ex Phylosophi exposi-  
tione tradita à D. Tho. 2. de Anima  
lect. 7. litt. b. circa finem. Sed quia  
forte solum discrepant in vocabu-  
lorum vsu, in hoc non expedit im-  
morari: quia isti non tam sunt duo  
fines,

fines, sed unus finis in se consideratus, & alteri applicatus; vt docet S. Th. 1. 2. quæst. 11. art. 3. ad 3. & 2. Phys. lect. 4. litt. e. ait: sicut dictum est in Philosophia prima (hoc est 5. Metaph.) dupliciter dicitur id: cuius causa sit, scilicet, *cuius*, & *quo*: scilicet finis domus, vt *cuius*, est habitatio: vt *quo*, est habitator. Ex quo patet, quod istis diuisionibus docemur, quod in fine tria possumus considerare, vel distinguere: nempe, bonum quod cōcupiscimus, vel amamus; personam cui volumus illud bonū, & vsum, vel adeptio nem illius boni: vt avarus appetit pecuniam à se possidendam; vbi pecunia, est bonus, *quod*; ipse, est *cui* illa vult; possessio, vel vsum est *adeptio*, vel vsum pecunie; & iste dicitur finis subiectius, vel *formalis*, & alter dicitur finis obiectius; de quo S. Th. 1. 2. q. 1. art. 8. & alibi siccè.

7 Sed obiecties; quod fit gratia alterius, potius est medium, quam finis; sed finis, qui vocatur *cuius*, numquam appetitur gratia sui, sed gratia finis *enī*: non enim appetere in finitate nisi propter hominem, vt sit sanus; & qui operatur ad sanitatem causandam, propter aliquem finem operatur: qui non est alius, quam subiectum, cui illam vult: ergo solum finis *enī* est proprius finis. Et ideo ad illud habetur amorem certitiae, quia *anima* si simpliciter, & secundum se, vt ait S. Th. 1. 2. q. 26. art. 4.

8 Propter hoc argumentum Gabriel in 2. dist. 1. q. 5. art. 1. notab. 1. & Ocház ab ipso relat, ex istimā solū finē *enī* esse proprię finē: ut vero finē *enī* solū esse finē lato modo,

& quasi instrumentū finis *cui*.

9 Sed contra: nā Philos. 2. Phys. & 5. Metaph. & ubique disputat de fine in ratione cause, potius curat de fine *cuius gratia*, quam de fine *cui*: ergo illi neganda nō est potissimum, & formalis ratio finis. ¶ Secundo; finis, & bonum coincidunt, sed ratio boni formalissimè cōpetit fini *cuius gratia*: ergo & ratio finis. ¶ Tertio, & vrgētius; nam si ordinare aliquid ad aliud vt ad finē *cui* tolleret ab illo, quod ordinatur, proprijs simā rationem finis, sequitur, quod nullum bonū extra nos, quātum vis honestum, etiā ipsum Deum, possemus appetere, vt fine propriè; quia semper ordinamus ad nos vt ad finē *cui*: sed hoc de se patet esse absurdū: ergo ordo, quē dicit finis *cuius* ad finē *cui*, nō tollit ab illo propriā rationem finis.

10 Quo circa Suarez disp. 23. Metaph. lect. 2. & 1. 2. disp. 1. lect. 6. & ibi Vazquez disp. 4. cap. 3. & Mōtesinos q. 1. n. 4. & 5. & PP. Carm. in Phys. disp. 14 q. 1. n. 2. Masi' hic lect. 4. q. 6. & alii dicunt rationē finis propter saluari in vtraq; quia hæc; no tā est diuisione in diuersos finis, quā in diuersis rationes partiales, ex quib integratur unica ratione totalis finis: quia vtraq; partialiter potest per se excitare voluntate ad operadū, & intendi propter bonitatem propriā; & mouere ad eligenda media vt finis obtineatur.

11 Displacet tamen hæc doctrina Aluarez 1. 2. disp. 2. artic. 1. num. 5. & Baptista ibidem disputat. 2. fragmento primo, vbi octo arguuntis eam impugnat: quorum lumina est,

est: nam Phylos. 2. Phys. text. 24. inquit, *summus enim quodammodo, & nos finis: quodammodo afferit, & non proprie, & simpliciter.* S. Thom. 2. de Anima lect. 7. litt. b. circa finem, dicit, *quod cuius causa agitur directe, est finis cuius gratia.* Idē indicat i. p. q. 5. ar. 6. Deinde, quia subiectū finis intenti, finis in rigore non est: alioquin materia esset finis forme: constat autē, quod finis *cui*, est subiectū finis intenti. Denique; nam soli fini *cuius gratia proprie conueniunt,* quae de fine solent enunciari: vt quod sit *prior in intentione, & posterior in executione:* & quod cum non habeatur causa et desiderium, & cū possidetur causa et delectationē: & quod producatur, vel acquiratur per media, &c. Ergo solum finis *cuius* est vere, & proprie finis; & finis *cui* nō est in rigore finis, sed solum subiectum cui indirecte volumus finem.

12 Inter has duas sententias partim est dissensio de modo loquendi, & partim de re ipsa: & vt vtrūq; discernatur, & quæstio resoluatur, notandum, quod cum Authores n. 10. relativi dicunt ex his integrari unum finem totalem, duob<sup>o</sup> modis hoc possunt exponere: uno modo vt tam subiectum, quam bonitas, quam eius adeptio, habeant ex proprijs rationem formalem, & per se finis; licet non totalem, partiale tamen: alio modo vt solum finis *cuius gratia* habeat ex proprijs ratione formalem finis; at vero finis *cui* se habeat vt obiectum quasi quod, & rationale, quod vt coiunctum cum ratione formalis faciunt unum fi-

nem, & unum appetibile. Priori modo illam sententiam exponunt, & sequuntur Suarez, Montesinos, & alij. Posteriori modo videtur intellectissime P. Rubio tract. 5. q. 1. n. 4. & PP. Carmelitani, dū afferunt partitionē in finem cui, & cuius gratia, esse diuisionē in duas rationes unum totalem finem cōponentes: quemadmodum, inquiunt, cū obiectum alicuius scientiæ diuiditur in obiectum materiale, & formale; vel in obiectum quo, & quod, non tam est obiectoru diuisio, quā diuersarum rationum, ex quibus unum adæquatum obiectum coalescit.

13 Explicata hoc secundo modo priori sententia, vera est: quia ratio finis est ratio boni, appetibilisq; & est ratio motiuia operantis: eo quod vt inquit S. Thom. q. 5. de Potentia ar. 1. *Finis nō est causa, nisi secundū quod mouet efficientem ad agendum: sed finis cuius causa est ratio boni, & motiuia: ergo illi competit formaliter ratio causæ finalis.* Nec sic differt à secunda, nisi in modo loquendi: nam id quod illi appellant *obiectum materiale respectu alterius rationis formalis;* isti vocant finē *minus rigorese.* Quod parum refert, dū de re constat.

14 Ad argumentum propositum n. 7. bene respondet M. Alvarez, quod finis stricte sumptus, non amatur propter aliud adipiscendū; bene tamen amari potest, & amatur propter subiectum perficiendum: & hoc modo amat finis cui<sup>o</sup> gratia propter finem cui. Et aduertit Cajetanus 1. 2. q. 26. art. 4. quod idē actus

actus est amicitia respectu personæ,  
& concupiscentia respectu boni  
concupiti. Deinde notandum ex D.  
Thom. 1. p. q. 60. art. 4. ad 3. quod  
licet persona in esse entis, sit quid  
principalius, quā bonitas, sicut sub  
stātia excedit accidēs; tamē in esse  
finis, & appetibilis, formalitas finis  
cūius gratia est ratio amādi; & ideo  
finis qui, nō appetitur, nisi propter  
finē cūius gratia. Quando autē bo  
nitas, quæ amatur, est substantialis,  
hæc distīctio non est realiter, sed  
solū secundū rationē; quia substā  
tia amatur vt bonum subsistens, vt  
dixerat S. Th. art. 3.

15 Solet præterea diuidi finis in  
propinquum, & vltimum: quibus voci  
bus traditur à D. Thom. 1. 2. q. 21.  
art. 1. ad 2. vel in finem inter medium,  
& finem vltimum: quæ explicatur à  
S. Thom. 1. 2. q. 1. art. 6. exemplo  
causarum efficientium: in quibus  
distingui mus causas primas, & se  
cundas: & causa prima, alia est pri  
ma simpliciter; quæ est solus Deus;  
alia est prima in tali ordine, vt in ge  
nere alterabilem, primum mouēs  
corporale. Ita pariter distinguuntur  
in finib⁹: qui a vltimus finis, in  
quit S. Thom. hoc modo se habet in mo  
uendo appetitum, sicut se habet in alijs mo  
tionibus primum mouens: manifestum est  
autem, quod causa secunda mouentes, non  
mouent, nisi secundum quod mouentur à  
primo mouente (ecce quod vt perse no  
tam trudit doctrinam de p̄cipiōtio  
ne primi motoris) und. secunda appre  
tibilia non mouent appetitum, nisi in ordi  
ne ad primū appetibile; quod est vltimus  
finis. Dantur ergo finis intermedii,  
& vltimi; sicut finis præcepti est

Charitas: isti autem finis est Deus.  
Exempla videri possunt in D. Tho.  
2. Phys. lect. 5. litt. b. & lib. 5. Meta  
phys. lect. 2. litt. a. & lib. 3. contrag.  
cap. 2. rat. 4. inquit: In his, qua agunt  
propter finem, omnia intermedia inter pr  
imum agens, & vltimum finem, sunt fines  
respectu priorum.

16 Obiſcies: finis, vt finis, appeti  
tur propter se; & ita terminat,  
quod non propter aliud appetitur:  
sed intermedii, vt tale, appetitur  
propter vltimum: ergo simpliciter,  
& proprie loquendo non dantur fi  
nis intermedij.

Respondetur, quod sicut nō est  
de ratione efficientis principalis.  
quod sit primum agens, non motū  
ab alio: ita non est de ratione finis,  
quod sit vltimum omnibus mo  
dis; sed sufficit vt sit vltimum  
in illo genere: vnde appetitur  
propter se, vt propter motuum pro  
ximum, & non propter aliud moti  
um proximum; & tamē appetitur  
propter aliad motuum vltimum.  
Quod pariter contingere in motu  
locali, & termino eius, ad intētum  
notat S. Tho. 1. 2. q. 12. art. 2. dicēs:  
in motu potest accipi terminus du  
pliciter: vno modo ipse terminus  
vltimus, in quo quiescit, qui est ter  
minus totius motus: aliò modo ali  
quod medium; quod est principiū  
vnius partis motus, & finis, vel ter  
minus alterius, &c.

17 Alias diuisiones finis omitto,  
quia alibi sunt propositæ; ad inten  
tum, vel sunt faciles, vel non  
maltum necessariae.

## QVAESTIO XVII.

*Vtrum apprehensio pertineat ad rationem formalem finis?*

**I**Ntendimus in hac quæstione explicare id quo finis constituitur in actu primo causandi, expositiuri in sequenti, id quo constituitur in actu secundo, nēpe eius causalitatem.

§. I.

*Certa præmittuntur.*

**S**VPPONIMUS autem, quod non potest aliquid habere rationem finis, nisi habeat rationem boni iuxta illud Phylosophi 2. Phys. cap. 3. text. 31. quædam causa sunt ut finis, bonumque ceterorum: id enim gratia cuius cetera sunt, optimum esse soli, ac finis illorum. Et ratio est, nam appetitus est conuenientis: ergo, & boni.

**3** Sed obijcies: qui peccat, aliquæ finem habet: & tamen appetit malum: ergo malum habet rationem finis.

Respondeat Phylosophus immediate dicens: *Intersit autem bonum ipsum, an apprens bonum dicatur. Vbi S. Thom. lect. 5. in fine ait, quod nihil differt, vtrum causa finalis sit vere bona, vel apprens bona; quia quod apparet bonum, non mouet, nisi sub ratione boni.*

**4** Sed instabis: ad veram, & non confictam, & apparentem causalitatem, requiritur vera, & non conficta causa; vt in alijs causis apparet: nam igitur confictus non calefa-

cit. Sed bonum apprens nō est vere bonum; sed vere malum: ergo nō vere causat; vel malum habet rationem finis.

Respondeatur cum D. Tho. 1. 2. q. 8. art. 1. quod appetitus mere naturalis consequitur formā in natura existentem; appetitus vero sensitivus, vel intellectivus sequitur formam apprehensam: vnde ad hoc, quod iste appetitus in aliquid tendat nō requiritur quod sit in re bonum: sed quod apprehendatur in ratione boni. Quod, & ipsa experientia confirmat; nam videmus nō minus timeri mala, quæ apprehendimur imminere, quāvis in re nō imminent, ac si in re essent vētura. Et in his eventibus apprehensio nō tam est applicativa, & propositiva bonitatis, quam eius quasi causa effectiva, vt notat Alvarez 1. 2. disput. 3. concl. 1. quia format obiectuam bonitatem, quam amet, quæ in re non est: qua fictione supposita, realiter mouet: & inclinat appetitum: nam causa existit prout in illa cognitione.

**5** Supponimus secundo, quod bonitas finalizare nō potest, nisi cognoscatur: nam inquit S. Augustinus lib. 10. de Trinitate cap. 1. & 2. rem pro rorsus ignotam amare omnino nullus potest. Et S. Tho. 1. 2. q. 3. artic. 4. ad 4. ait, quod cognitio prævia est dilectioni inattingendo: non enim dilitur nisi cognitum, vt dicit Augustinus. Et ratio est, primo generalis: nam causa ad causandum, requirit existentiam, vel in eodem instanti communicatam, vel præcedentem: non enim aliter intelligitur actu

# §. I. Certa præmittuntur.

257

actu causa nisi actu sit, saltim virtu  
liter: ergo cum finis soleat non es  
se in re; admissus debet esse in appre  
hensione. Secundo specialiter: nā  
finis mouet alliciendo; & amor est  
inclinatio sequens formam appre  
hensam, vt mox dicetur.

6 Tertio supponim⁹, quod sicut  
diximus lib. 1. Log. quest. 2. quod  
in obiecto scientiæ tria possint cō  
siderari, nempe, obiectum peracci  
dens, obiectum formale quod, & ra  
tio formalis sub qua: sicut in vi  
su, quantitas est obiectum peracci  
dens, color est obiectum formale  
quod, & lux est ratio sub qua: ita in  
appetitu, & distingui debet res, que  
amatur, & bonitas propter quā a  
matur, & ratio sub qua amatur.  
Quia tamen intellectus, & volūtas  
specificantur per ordinē ad extrin  
secū, & ex perfecta coniunctione  
subiecti cum obiecto, euadit perfe  
ctus actus; ideo in intellectu est ra  
tio sub qua ex parte sui propria im  
materialitas, modus definiendi, &  
medium demonstrationis, quibus  
correspondet ratio sub qua obiecti  
ua, & ex coiunctione vtriusq; sumū  
tur species scientiarum. Ita in simili  
di distinguit S. Th. 2.2. q. 1. a. 6. ad 2.

7 Denique aduertendū ex dictis  
q. 15. n. 7. quod ea, quæ mediant in  
ter duo extrema, ad alterum cōpa  
rata, videtur ita illi accedere, quod  
eius subeunt denominationem: vn  
de cum apprehensio, vt ostēdetur,  
nō sit mera cōditione extrinseca, sed  
requiratur intimè; timeo ne inter  
eos, qui appellant apprehensionem  
rationē sub qua subiectiā, & illos,  
qui assertunt esse cōditionē intrinse

cam, sit dissensio solū in modo lo  
quēdi; sed quia omnib⁹ satisfacere  
tenemur, exponeamus, & rei vcrita  
tē, & propriū loquēdi modū con  
formem Angelico Doctori.

## §. II.

Bonitas est ratio formalis, & ap  
prehensio eius conditio.

8 Dico primo: bonitas obiecti,  
quod amatur, est ratio forma  
lis finalizandi terminatiua, & moti  
ua. Ideo istis terminis conclusionē  
propono, quia M. Mas. 2. Phys. c. 2.  
sec. 4. q. 5. distinguit in fine rationē  
motiuā, à ratione terminatiua; ita  
vt ratio terminandi sit magis inti  
ma, propria, & naturalis fini, quam  
ratio mouendi. Et subdit cōclus. 4.  
quod ratio sub qua finis mouet ap  
petitum, est apprehensio; secus ve  
ro ratio sub qua terminandi; nam  
ista est obiecti bonitas, vt probat  
conclusionē 5.

Cæterum distinctio ista ad rē p̄  
sentem, & est noua, & minimè ne  
cessaria: quia sicut non mouemur  
ad actu elicitū appetitus, nisi per  
bonū vt apprehensum; ita nec ter  
minatur noster appetitus, nisi ad bo  
nitatē prout apprehensā: quia licet  
terminet inse, ratio tamen ipsa ter  
minandi per apprehensionem pro  
ponitur, & ad hoc vt moueat, & vt  
terminet: pariformiter ergo loquē  
dum de vtraque ratione.

9 Sic explicata conclusio est cō  
munis. Et sumitur ex Phylos. 6. Me  
taph. tex. 8. dicente, quod bonū, &  
malum est in rebus: & S. Th. 1. p. q.  
82. art. 3. inde probat, quod volūtas  
inclinatur ad ipsam rem prout in se est. Et

R

q. 80.

q. 80. art. 1. ad 2. inquit, quod aliquid appetitur, ut est conueniens, aut bonū. Et 1. p. q. 5. art. 1. dicit: Ratio bini in hoc consistit, quod aliquid sit appetibile: unde Physiophilus in 1. Ethico. dicit, quod b. nū est quod omnia appetunt: sed ratio formalis obiectua finalizādi, est ratio, quæ mouet, & terminat appetitū: ergo bonitas est ratio finalizandi.

10. Secundo probatur: nam bonitas est, quæ desideratur, & quæ sola obtenta appetitus satiatur: sicut avarus non desiderat apprehensionem intellectualē pecuniarum, sed earum phisicam possessionem; nec insirmis fit sanus apprehensione sola sanitatis, sed eius reali consequitione: ergo bonitas est ratio formalis, quæ desideratur, & finalizat.

Tertio: illa est ratio formalis finalizandi appetitum, quæ est bona, & conueniens appetenti: sed obiectum secundum realem bonitatem est conueniens appetenti, ut potius sufficienti, & sic de alijs: ergo bonitas realis est ratio formalis obiectua finalizandi. Et hoc est quod docet S. Tho. 2. 2. q. 26. ar. 2. ad 1. dicēs: Duplex aliquid est causa dilectionis: uno modo sicut id, quod est ratio dignitatis: & hoc modo bonum est causa diligendi, quia unumquaque diligitur in quantum habet rationem bni.

11. Obiectus: sc̄pē experimur nos appetere solam apprehensionem, vel cognitionem obiecti: ergo tūc ratio formalis finalizandi est sola apprehensio.

Respondeatur, quod cū intellectus reflexius supra proprium actū, id quod se tenet ex parte subiecti, potest aliquando esse obiectū cog-

nitionis, vt res quædā est: & sic habet suam bonitatem, & appetibilitatem: unde appetere cognitionē, est appetere bonitatem: quæstio autem non est de apprehensione, vt in cognitione reflexa est obiectū: sed de illa vt ex parte subiecti propo- mit obiectum. Quare insufficienter quæstio respondit Suarez 1. 2. disp. 1. sec. 3. nū. 3. ad hec recurrens, de quibus non est quælio.

12. Dico secundo: apprehensio boni ad minus est conditio illius, non purè extrinseca, sed intrinseca. Prior pars patet ex dictis, quia bonū, nec mouere, nec terminare potest appetitum, nisi apprehendatur, & illi presentetur: ergo ad minus exigitur, vt conditio obiecti. Secunda pars probatur: quia apprehensione non est purè applicatio; sed est existentia cause finalis: sed dixim⁹ q. 15. existentiam in causa efficiēte se habere vt conditionem intrinsecam: ergo apprehensione comparata ad bonitatem, dat illi existentiam, vt proximè finalizet: ergo exigitur vt conditio intrinseca bonitatis. Quod insinuat S. Th. 2. 2. vbi supra docens, quod visus est via quadam ad acquirendam dilectionem: quia per visionem perducimur ad dilectionem.

### §. III.

#### *Ex parte subiecti apprehensione ratio formalis.*

13. Dico tertio: apprehensio, quæ est conditio boni, potest dici quodammodo ratio formalis ex parte subiecti. Colligitur aperte ex

### §.3. Apprehensio ratio formalis.

259

D.Thom.1.2.q.30.art.3.ad 2.& q.31.art.1.ad 1.& 1.p.q.19.art.1.& 1.p.q.80.art.1.& art.2.ad 1.& præterrationes, quas propositum<sup>o</sup> 2.p. Metaph. Controu. 14.art.2.s.5. & 7. Nunc probatur: quia sicut se habet forma naturalis ad inclinationem naturalem, ita se habet forma apprehensa, seu apprehensio ad inclinationem elicita: sed forma naturalis perse ex parte subiecti exigitur, ut dans inclinationem naturalem: ergo, & apprehensio ex parte subiecti est quasi impulsus, & ratio inclinationis elicita. Maior patet, nam illa est perse differētia inter inclinationem naturalem, & elicita, quod illa sequitur formam nūerā naturalē; ista verò sequitur formam intelligibilem, seu intentionalem, aut apprehensam. Minor verò est manifesta; quia quamlibet formam sequitur sua inclinatio: & hæc debet formæ à qua dimanat proportionari.

14 Dices primo, formam naturalem solum esse causam efficientem naturalis inclinationis; non verò causam formalem: unde etiā si in hoc debeant illi parificari apprehensio, & appetitus; non sequitur, quod apprehensio sit ratio formalis.

Sed contra: nam forma nostra solū est causa efficiens, vel à qua dimanat inclinatione, ea generali ratione, qua omnes proprietates causātur, vel emanant à subiecto; sed ratione peculiari, qua formæ diuersæ dimerſas habent inclinationes; ut alia est inclinatione grauis, alia leuis; alia ignis, alia aquæ, & sic de alijs: sed hæc non potest non esse diuersitas for-

malis subiectiva: ergo si quo ad hoc tenet assimilatio, etiam apprehensio erit quodammodo ratio formalis appetitus.

15 Iterum alia via respondebis: sufficere, quod apprehensio sit intrinseca cōditio ex parte subiecti, ad hoc, quod in illo eliciatur appetitus, seu sit inclinationis consequens illam apprehensionem.

Facilius hæc euasio precluditur, quam præcedens: quia forma ad inclinationem, non se habet ut mera conditio; sed ut radix illius inclinationis: & à posteriori ex actuali inclinatione cognoscimus formas, si cut potentias ex proprijs actibus: ergo sicut in naturalibus forma per se dat inclinationem, ita apprehensio perse, ut gerit munus obiecti, & est forma intelligibilis, dat inclinationem elicitam in illud: ergo est ratio formalis, non obiectiva, sed subiectiva.

16 Obijcties primo: ratio formalis est, sub qua finis debet esse formaliter in genere boni; sed ratio apprehensionis non est formaliter in linea boni: ergo apprehensio non est ratio formalis. Maior patet, quia finis ut finis est formaliter obiectum voluntatis, & appetitus. Minor verò probatur: nam verum ut verū distinguitur à bono, quia hoc pertinet formaliter ad voluntatē, verum verò ad intellectum: sed apprehensio est de linea veri, ergo formaliter non est in linea boni.

Respondetur, quod id, quod subiectum est in intellectu, regulatum est pertinet formaliter ad voluntatē, sicut veracitas pertinet ad voluntatē.

tem, quāvis cognitio veritatis pertineat ad intellectū, vt notat S. Th. 2.2.q.109.art.3.ad 2. sic ergo apprehensio entitatiū pertinet ad intellectum; vt tamen gerit vicem obiecti, & est forma eius in esse intētionali, trahit, & inclinat appetitum: & sic vt coniuncta cum bonitate, quam proponit, facit integrum rationem formalem: vnde S. Thom. 1.2.q.27.art.2.docet, quod *cognitio est causa amoris, earatione, qua, & bonū.*

17. Secundo obiectis: ratio formalis *sub qua* finis se debet tenere ex parte obiecti: sed apprehensio se tenet ex parte subiecti: ergo nō est ratio formalis finalizādi. Probatur maior: ratio formalis *sub qua*, est ratio specificatiua; in modo formalius specificans, quam ratio formalis *qua*; si quidem hæc illam determinat, vt lux colorem: sed ratio specificans debet se tenere ex parte obiecti: si quidem intellectus, & voluntas sūt relatiua transcendentalia, quorum totum esse est per ordinē ad extrinsecum obiectum, à quo specificantur, vt dicitur 1.p.q.77.art.3. ergo apprehensio nō est ratio formalis.

Dices, probare argumentum, nō esse apprehensionem rationem formalem simpliciter, & obiectiuè; cū quo compatitur esse quodammodo rationem formalem subiectiuè.

Contra, vnius specificati vnum tantum debet esse specificatiuum; quia species sunt sicut numeri, que variātur additione, vel substractione vnius unitatis tantū: ergo si bonitas obiectiuè specificat, superfluit, & impossibilis videtur alia specificatio subiectiuia.

18. Respondetur, necessariū esse in his assignare duas partiales rationes sub quibus: quia bonum, quod est in reb⁹, nequit mouere, nec causare in appetitum, nec cum appetitu, nisi fiat quodammodo eius forma trahiens appetitum ad se anima liter, & intentionaliter: vnde vtrūq; perle requiritur: & bonitas quæ attrahit, & modus attrahendi intentionaliter: & quia illud se tenet ex parte obiecti; hoc ex parte subiecti; ideo ab utroque est completa specificatio, directe ab obiecto, & quasi ex consequenti ab apprehensione, vt docet S. Tho. q.22.de Veritate art.4. ad 1.

19. Quod si adhuc contendas, apprehensionem non esse appellandā in modo rationem formalem; quia hoc vocabulum referuatur his, quæ se tenent totaliter ex parte obiecti; nobiscum de nomine contendes: sed nō habebis quo nostrū loquendi modum impugnes. In modo nobis non deerit, quo eum stabilimus; in primis, quia in simili traditur à D. Thoma 2.2.quæst.1.art.6. ad 2. Deinde, quia in specifica distinctione scientiarum exponenda, ad hoc opus est recurrere, vt patuit 1.p. Metaph. Controu.2.art.2.§.7. Denique hac via habemus, quo illustrium Doctorum sententias quodammodo ad concordiam redigamus, si illarū Authoribus non disperderentur.



QVAESTIO XVIII.

De causalitate, & effectus finis.

**1** EX dictis constat, quod ut finis causa est, bonitas quæ est eius ratio formalis obiectuā, debet existere intentionaliter; quia mouet quantum presentatur intellectui: unde habemus, quod bonitas agit, & efficit metaphorice, ut dicit Phyllosophus lib. 1. de Generat. text. 55. sed tamen hæc, quæ est metaphorice efficientia, est vere, & realiter finalis causa, ut notat M. Bañez 1. p. q. 80. art. 2. dub. 1. not. 3. & alijs authores communiter, ut refert, & late confirmat M. Baptista 1. 2. disp. 3. dub. 2. fragmento 2. Sed quia hæc realis causalitas finis, quæ metaphorice est efficientia, est satis obscura, & innominata, ut notat Caietanus 2. 2. q. 17. artic. 5. ideo inquirimus in quo consistat?

§. I.

Exponitur causalitas finis.

**2** VIT respodeatur, notandum cū Doctore Ludouico Montesinos 1. 2. disp. 1. q. 2. n. 21. quod in fine opus est distinguere, & causalitatem inchoatam, & imperfectam; & causalitatem consummatam, cōpletam, & perfectam.

**3** Dices, cur in alijs causis hæc duo non distinguim⁹ in causalitate; & id opus est distinguere in causa finali?

Respondeatur; hoc ideo esse, quia finis habet duas existentias; unam

realem, & physicam; aliā intentionalem: & ideo dupliciter causat: & antequam existat trahit appetitum ad se; & hac causalitate mediante mouet ad media, & ad ea quibus in re ponatur, vel realiter eū obtineamus: de quo S. Th. 1. 2. q. 11. art. 4. & q. 16. art. 4.

**4** Iterum obijcies: causalitas est id quo vltimate causa reducitur de actu primo ad actum secundum: nā omnia, quæ se tenent ex parte actus primi, vel sunt rationes formales causandi, vel cōditiones: sed in hoc quod est causam esse vltimate constitutam, non datur medium, nec locus prædictæ distinctioni: ergo sine fundamento videtur excogita ta.

Respondeatur, potius hinc clarescere necessitatē distinctionis: quia transitus finis de actu primo ad actum vltimum, magnam habet latitudinem; & incipit à propositione ipsius bonitatis, & deinde dat appetitui complacentiam; rursus intentionem in suo genere efficacem; postea mouet ad media; & deum ad realem consecutionem: unde id quod nos vocamus causalitatē inchoatā, alijs vocabulis M. Maius hic cap. 3. sect. 4. q. 2. vocauerat causalitatem inadiquatam: nec quoad istam inter antiquos erat di sensio.

Nota tamen, quod Ioan. Pōcius dis. 39. q. 6. in princ. distinguit causalitatem finis in actu primo, & causalitatem in actu secundo. Hæc tamen est impropria, & inusitata vocabulorū acceptio: nam Doctores cōmūniter nomine causalitatis, intelligunt

id quo causa in actu secundo exercet suum munus: unde solū accipiatur in actu secundo, siue inadæquatè, siue adæquatè accipiatur, iuxta distinctionē expositam.

5 Dico ergo primo: finis causalitas consiluit inchoatè in eius bonitate, ut attrahente: quam exercet per seipsum, ut propositam ab intellectu, & coaptatā voluntati, seu appetitui. Ita indicat S.Tho. 1.2. q.26. art.2. Et probatur primo: nam bonitas sic proposita, & alliciens, incipit in exercitio exercere, quod ei⁹ causa cætera fiat: ergo incipit exercere causalitatem finis. ¶ Secundo; nam ut sic incipit reduci ad actum secundū appetibilitatis radicalis: ergo incipit exerceri causalitas finis.

6 Dico secundo: perfecta causalitas est in amore finis, & perfectissima cum propter ipsum alia desiderantur. Ita S.Th. q.22. de Verit. art.2. dicens: *Sicut influere causa efficientis est agere; ita influere causa finalis est appeti, & desiderari.* Et secundā partem exprimit lib.1. Contrag. c.75. rat.5. vbi dicit: *Causalitas finis in hoc consistit, quod propter ipsum alia desiderantur.* Et utramque tradit Opusc. 2. c. 107. Et videtur ad mentem Scoti, qui q.4. Prologi, §. Aliter, inquit: *Finis non est causa, nisi in quantum amatus. & desideratus mouet efficiens ad efficiendum.*

Ratio vtriusque est facilis: nā finis per id actu causat, quo in actu secundo finalizat; sed amore in actu secundo finalizat: ergo amore in actu secundo causat. Probatur minor: finis, & bonum significat appetibile fundamen̄tum; ergo actu

appeti est reduci ad actum finē, & bonum: ergo est actu finalizare; perfectè quidem, cum appetitum inclinat ad sui perfectum amorē simplici prævia cōplacētia; perfectissimè autē, cum est origo aliorum actuum electionis mediorum, quibus peruenitur ad ipsum finem.

## §. II.

*Soluuntur argumenta.*

7 **O**bijcies: effectus alicuius causæ nō est eius causalitas; nam effectus causatur à causalitate causæ, seu à causa in actu secundo; sed amor finis est effectus finis: ergo nō est eius causalitas. Probatur minor: amor finis est propter finem, cuius est amor: ergo est eius effectus. Probatur consequentia, nam ly p opter, designat habitudinē finalis causæ: unde quæ sunt propter ipsā, eius effectus sunt.

Respondeatur primo: quod sicut diximus q.12. quod actio est causalitas efficientis, & est eius effectus latè sumptus, & nō strictè, ita posset dici de amore, quod latè est effectus finis, & ita propriè est eius causalitas, ex qua realiter causantur actus pertinentes ad ordinem executionis. Et hæc solutio non tantum procedit à paritate, sed quia eadēmet actio est causalitas finis, & efficientis; licet diuerso modo: nam S.Th. q.5. de Pot.ar. 1. ait: *Finis non est causa, nisi quatenus mouet efficientem ad agendum: unde ubi non est actio, non est causalitas finalis;* ac per cōsequens inchoatur causalitas à bonitate, & cōsumatur in actione.

8 Secundo facilius respondeatur, quod

quod causalitas inchoata finis, & boni, partim ab ipsa bonitate non differt, & ab actu quo presentatur, & proponitur haec bonitas: vnde S. Th. i. p. q. 82. art. 4. ait, quod bonum intellectum est obiectum voluntatis, & mouet ipsum ut finis. Et idem multi hanc causalitatem solum explicant per sympathiam, & proportionem, quae est inter bonitatem, & appetitum: nam eo ipso, quod seipsum illi exhibet, attrahit, & causat, ut præcipue patet in Caiet. loco citatione. i. & haec causalitas realiter differt ab amore, qui est effectus causalitatis inchoate, & causa causalitatis perfectissimæ; & ista habet effectus realiter ab his omnibus distinctos, nempe omnes actus pertinentes ad executionem, & cœlequationem actualē finis.

9 Secundo obiciunt alij: id per quod causa constituitur actu causas, non potest vello modo dari sine effectu; etenim implicat causam esse actu causantem effectū, quin iste sit actu causar: ab illa: sed stat ponit perfectissimum amorē finis, quia denerunt effectus finis: nam data intentione efficaci, potest non dari electio; & data electione, executio medio rū potest impediri: ergo perfectus amor finis non est perfectissima causalitas.

Respondetur, quod quando ab aliqua causa plures causalitates, & effectus proueniunt, non inconvenit impediri unam, non impeditis alijs; ut perse notum est, quia non semper habet essentiale conexio nem. Imò quando media una causalitate procedunt plures effectus, po-

test causari unus, alijs impeditis. Et adhuc in effectibus causa efficientis, bene notat M. Sonec. lib. 5. Meta phis. q. 7. cōcl. 3. quod effectus, qui est res permanens producta per motum, non semper est actu, dum agēs agit: ut cum Sel generat Rosam potest impediiri effectus, abudatia pluviae, vel nimia siccitate: & homine generante hominem, potest generatio impediiri infirmitate matricis, &c. ¶ Finis ergo semper, quod causat, aliquem habet effectum, nēpe, aliquem actum appetitus; & quamuis primi sint causalitates sequentium; quia tamen voluntas est libera, potest illos prohibere: quamuis stante intentione efficaci, non possit non eligere. Ceterum potest esse intentio efficax in affectu, & non effectu ad extra; iuxta illud Hiere.

10 Non est hominis via eius, nec viri est ut ambulet, & di igat gressus suos: quod sic declarat S. Tho. q. 24. de Ver. artic. 1. ad 1. vnde ista erit perfectissima causalitas quasi intrinsecè, & perficietur extrinsecè, quando effectus ad extra fuerit ex amore finis positus.

10 Ex dictis facile est in generali, effectus finis assignare, notando, quod esse propter finem, contingit duplamente, uno modo communiter secundum quod omnis operatio tendet in finem, vel in bonum, dicitur esse propter finem: & sic omnis actus appetitus, etiā si versetur circa finem, est propter finem, quia est propter bonum; alio modo esse propter finem, sumitur strictè; & significat, quod agens se moueat in finem: & sic primus amor finis, nec actione-

in deliberatæ nō sunt propter finē; intentio tamen supponēs finem a-  
matum, et propter finem, & alia fi-  
nalizat, in quantum est ratio ut alia  
appellantur. De quo vide 2. p. Me-  
taph. Controv. 14. art. 4.

## QVAESTIO XIX.

## De causa exemplari.

**C**AUSA EXEMPLARIS significat idē Capud Latinos, ac inter Græcos *idea*, quæ est idem ac species, seu forma extrinseca, ut docet S. August. lib. 8. 3. qq. quæst. 45.

§. I.

Declaratur definitio *idea*; eius propria ratio exponitur.

**D**EFINITUR autem idea à D. Tho-  
ma quæst. 3. de Veritate art. 1.  
est *forma* quam aliquid irritatur ex in-  
tentione agentis, qui determinat sibi finem.  
Quam sic exponit illa particula for-  
ma non sumitur, nec pro illa, quæ  
est radicale principium agendi; nec  
pro forma intrinseca rei substantia-  
li, vel accidentalis; quia hoc nomine  
idea significat formam separatam  
ab eo cuius est forma: & prima di-  
citur forma à qua res procedit; se-  
cunda forma per quam res formatur:  
sed idea est forma ad quam. Accipi-  
tur ergo pro forma extrinseca; in  
quo sensu forma alicuius dicitur il-  
lud ad quod aliquid formatur: si-  
cū Ex odi 25. dicitur: *inspice*. & fac  
secundum exemplar, quod tibi in monte  
monstratum est. Et in hac significatio-

ne consuetum est nomen *idea* acci-  
pi, vt idem sit idea, quod *forma*, quā  
aliquid imitatur.

2 Pro explicatione autem sequē-  
tis particule notat Sāctus Thomas,  
quod aliquid imitari potest formā  
aliquam dupliciter: uno modo ex  
intentione agentis, sicut pictura ad  
hoc fit à pictore, ut imitetur ali-  
quem, cuius figura depingitur: ali-  
quando autem est prædicta imita-  
tio peraccidens, præter intentionem,  
& à casu; sicut frequenter pi-  
ctores faciunt imaginem alicuius,  
de quo non intendunt. Ad deno-  
tandum ergo, quod idea est ad quā  
formatur aliquid, & ad cuius imita-  
tionem fit per se, non peraccidens,  
additur in definitione *ex intentione a-  
gentis*.

3 Ad ultimam particulam decla-  
randam, aduertit S. Thomas, quod  
aliquid propter finem dupliciter  
operator: uno modo ita quod ip-  
sum agens determinat sibi finem;  
sicut est in omnibus agentibus per  
intellectum; aliquando autem agē-  
ti determinatur finis ab alio princi-  
pali agente; sicut patet in motu sa-  
gittæ, quæ mouetur ad finem deter-  
minatum; sed hic finis determina-  
tur ei à projiciente: & similiter o-  
peratio naturæ, quæ est ad determi-  
natum finem, prælupponit intelle-  
ctum præstituentem finem naturæ,  
& ordinantem ad finem illum natu-  
rā; ratione cuius omne opus nature  
dicitur esse opus intelligentiæ. Quā-  
dō ergo opus est ad imitationem al-  
terius per agens, quod nō determi-  
nat sibi finem, non est idea: & ideo  
generatio naturalis, nō est per hoc,  
quod

quod forma generatis sit idea hominis generati; sed solum hoc dici mus quando agens propter finem determinat sibi finem.

4 Concludit ibi S. Tho. hoc contingere; siue illa forma sit in agente, siue extra agentem: dicimus enim in formam artis in artifice esse exemplar artificiati: & similiter etiam formam, quæ est extra artificem, ad cuius imitationem artifex aliquid facit. Hinc consuevit distinguiri duplex exemplar, nèpe, externum, ut quādo pictor vila una imitatur, ad eius imitationem aliam format; & internum, quod sibi in mente artifex format. Quam diuisionē tradit Seneca Epist. 66. dicens: *Nihil autem refert, virum foris habeat exemplar, ad quod referat oculos; aut intus, quod ibi ipse concepit, & posuit.* Exemplar autem externum non semper requiritur ad hoc, quod artifex operetur, ut notat S. Thomas lib. 7. Metaph. lect. 8. litt. c. *Licet quandoq[ue] hoc accidat; ut cum aliquis ad exemplar viius domus faciat aliam:* prima autem domus non habuit aliud exemplar exterius, alioquin daretur processus in infinitum. Sic ergo explicata manet idea definitio, quæ communiter à Doctoribus acceptatur.

5 Ex prædicta definitione ideæ, deducitur primo: in rebus omni cognitione carētibus, quamvis sint imagines, & exemplaria externa; non tamen esse ideas, proprie loquendo: quia non operantur per artem, nec determinant sibi finem, sed tendunt naturaliter in finem sibi ab Authore naturæ præstitum.

6 Sequitur secundo; nec bruta

animalia indigere ideis: quia ut docet Sanctus Thomas 1.2. quæst. 1. artic. 2. illa quæ ratione carent, tendunt in finem propter naturalē inclinationem, quæ ab alio mota; non autem à seipsis; cum non cognoscant rationem finis: & ideo nihil in finem ordinare possunt; sed solum in finem ab alio ordinantur. Quod declarat Sanctus Thomas ibi quæst. 6. artic. 2. docens, quod bruta animalia per sensum, & extimatum naturale imperfecte cognoscunt finem; quia ipsū apprehendunt, sine hoc quod cognoscant rationem finis, & proportionem actus ad finem: ideo cit in eis voluntarium imperfectum: & non tendunt eligendo, sed cum determinatione naturali, ut probat ibi quæst. 13. artic. 2. ad 3. cuius signum accipit Sanctus Thomas, nā ornata animalia, quem unius naturæ, similiter operantur. Et ideo nec artes, nec ideas habent, quibus se determinant ad operandum.

7 Deducitur tertio, quod cum in intellectu nostro, ultra habitus, & artes, sint alia tria, ut docet S. Thomas q. 8. de Potent. artic. 1. nempe, species intelligibilis, qua fit intellectus in actu primo ad intelligendum, ipsa actualis intellectio; & verbum, quod est terminus actionis, & quid per ipsam constitutum. Idea no est ipsa ars; quia viius artis plures sūt ideæ: nec artefacta imitantur artē, sed imitantur ideam, & ad eam formantur. Et denique: nam alia est definitio, & propria ratio artis à propria ratione ideæ, ut patet ex definitione artis relata lib. 1. Log. quæst. 3. num. 3.

Nec

8 Nec idea est ipsa species intelligibilis, quia haec requiritur ad omnem cognitionem speculativam, & practicam; idea vero (vt nunc de illa loquimur) dirigit practicè ad fabricandum opus. Species remotè tantum determinat agentem; idea vero proximè. Tertio, nam species immittitur ab obiecto, vel infunditur; idea vero, in quantum idea, significat id quod ipse artifex in se format ad intra, vt ad eius imitatio nē aliquid formet ad extra. Denique, quod idea non sit ipsa actio intelligendi (in sententia S. Tho. hanc distinguentis à verbo mentis) manifestum est; quia operatio est via; & idea est terminus, in quo artefactū inspicitur, & ad cuius similitudinem formatur. Et etiam quia ideata formaliter non assimilantur operatio ni, sed termino eius.

9 Concluditur ergo, quod idea est verbum internum in quantū est forma ad cuius imitationē aliquid ad extraformatur. Quod docet S. Thom. i.p.q.15.art.2.dicens, idea operari est in mente operantis sicut quod intelligitur, non autē sicut species qua intelligitur, quæ est forma faciens intellectum in actu: forma enim domus in mente ædificatoris est aliquid ab eo intellectum, ad cuius similitudinem aliquid in materia format. Quod, & docet ibi ad 2. & quæst. 3. de Verit. art. 2. & alibi sæpe, & sequuntur communiter Thomistæ.

10 Colligitur quarto, idæc competere veram, & propriam rationem causæ: quia dat esse ideato: vnde, & Seneca illa Epist. 66. ait: Ex;

plar est ad quod respiciens artifex, id quod destinat efficit. Et S. Dyonisius s.c. de Diuinis nominibus, & Theologî communiter constituunt in Deo ideas ut principia rerum productiva: quoad hoc autem eadem estimatio de ideis artificis creati. Solum ergo remanet difficultas hic examinanda (nam reliqua ad Theologos attincent i. p. quæst. 15. per totam) sub quo genere causæ idea continetur?

### §. II.

*Vtrum idea sit causa efficiens, vel formalis?*

11 PLATO in Timæo existimauit ideam constituere peculiare genus causæ ab alijs quatuor distinctum. Inter discipulos vero Aristotelis, qui nullatenus admittunt alia genera causarum, ultra quatuor iam recensita, est dissidiū in quo illorum debeat collocari, & qualiter?

12 Pertinere ad efficientem docent Scotus in 1.dist.2.q.2. & dist. 36.q.1. Valles Controu. 13.ad Tyrone, Suarez disp.25. Metaph. sec. 2.n.8. & alij, quos refert, & sequitur Rubio hic tract. 6.q.2. & tribuitur S. Bonaventura in 3.dist. 11.ar. 1.q.2. vbi tale quid non docet. Probant ex Philosoph. 7. Metaph. tex. 23. & in præsenti text. 33. vbi idæc artificis causalitatem effectiuam tribuit: quod & sæpe facit S. Thomas cum alijs Patribus docens 1.p.q. 15.articulo 3. quod idea est principium factio[n]is rerum, & ad practicam cognitionem pertinens.

Deinde

Deinde ratione probatur; nam id quod est forma respectu subiecti, est principiū efficiens actionis, & effectus; sed agens intellectuale constituitur proximum principium determinati effectus per idēam; ergo hæc quæ est forma respectu subiecti, propriissimè in causando habet rationem cause efficiētis: immo hæc sola per se, & formaliter videtur ad ideam pertinere, & alia se habet præsuposituie.

Secundo; nam pars dirigenis media idea, pertinet ad genus efficientis cause: ergo & ipsa idea concurrit effectui.

13. Per oppositum alij in idea solam agnoscunt causalitatem formam extrinsecā, & nullatenus effectiuam. Ita aperte indicat Caietanus 1. p. quæst. 15. art. 1. §. aduerte, & q. 44. art. 3. §. circ. 1, quamvis à non nullis aliter exponatur, ita vt vlti. mæ sentētiæ non opponatur. Hanc expreſſe docet Masius hic capit. 3. sect. 2. q. 3. citans Astudillo, Fonsecam, & alios. Et addit conclusione tertia, quod idea nullo modo continetur sub causa efficiente; & conclusione quarta dicit, quod vere, & proprie, & nō redactiue sub forma continetur. Quod et docēt Cōimbric. cap. 7. q. 4. eo quod in definitione idēa forma ponatur; & non est inconueniens, quod causa formalis dividatur in duas species, quarum una sit pro formis intrinsecis, & alia pro formis extrinsecis; nam de vtrisque mentionem facit Phylosophus 2. Phys. c. 3. & lib. 3. Metaph. c. 2. illis verbis. Alio ar. ē modo forma, & exemplar, &c. Et for-

mæ istæ extrinsecæ cōcurrunt determinando, & vt ad earum instar formetur effectus.

14. Hæc vltima sententia est vera, quoad id quod affirmat, nēpe, quod propria, & per se causalitas idēa effratio formæ obiectæ intellectui, ad cuius instar op' formatur: & est ad mentē Phylosophi, & S. Tho. locis relatis in tota hac quæſtione: & ratio est, nā influxus exemplaris est formatius, & imitatiuus, extrinſece. ¶ Falla autē est quoad id quod negat: vnde ita est concedenda causalitas formalis extrinſeca idēa, quod non est illi deneganda causalitas effectiua. Quod vltra dicta probatur ex dictis lib. 3. Logicæ q. 4. §. 2. quod premillæ in genere cause efficientis concurrunt ad assensum conclusionis, quia complent, & determinant actiuitatem agentis vt eius quasi formæ: sed etiam idēa sunt formæ intellectus, quibus determinatur actiuitas artificis: ergo cum illo effectiue concurrunt, & formaliter extrinſece. Quare ita tenent Nazarius 1. part. quæst. 15. art. 1. Controu. vñica. Et PP. Carmel. hic dñsp. 9. quæst. 5. §. 3. & alij quos retulim⁹ 2. p. Metap. Cōtr. 15. ar. 2. in fine. Ethoc probat vtriusque sentētiæ argumēta. Nec efficiētia idēa est purē moralis; sed est realis, & physica, quia verē determinat intrinſecē artē, & est forma interna, qua agens intellectuale determinatur, nō vt quo, sed vt quod, vel ad cuius instar sit effectus physice artificialiter, vt de efficiētia praetitularum dicitur.

15. Deatum aduerte, cum D. Bonauen-

nauentura in 3. dist. 11. art. 1. q. 2. ad  
2. quod respectu diuersorum, nihil  
prohibet aliquid esse quodammodo exem-  
platum, & quodammodo exemplar: sicut  
liber primo factus, inquit, ab artifice, est  
exemplar res et librorum inde fidorū,  
sed exemplatus fuit ab arte existente in  
mente: pariter idē, quæ occisiona-  
liter sumuntur à fornis externis,  
exemplatur quodammodo ab eis,  
& ipsæ sunt exemplaria eorum que  
sunt ab arte; nam artifices solent  
operari sine exemplari externo; non  
tamen sine interna idea: vnde in-  
quit S. Augustinus tract. 1. in Ioan.  
*Si faber in arte arcam non haberet, non  
esset unde fabricando illam preferret.* Et  
S. Th. *Quodlib. 7. art. 3. dicit, quod  
artifex cognoscit artificiatum, per ea for-  
mam, per quam ipsum facit.*

## QVAESTIO XX.

*Vtrum omnis causa sit prior natu-  
ra suo effectu?*

1 **P**Ost singula genera causarum,  
dicendum sequitur in genera-  
li de comparatione earum ad effe-  
ctus, & inter se: de quibus non po-  
tuit ante disputari, quia sine singu-  
larum notitia quæstiones istae non  
poterant exacte resoluti. Omitti-  
mus disputare de comparatione in  
perfectione; tum, quia quæstio est  
de se facilis: tum, quia nihil occur-  
rit addendum scriptis 2. part. Me-  
taph. Controu. 16. artic. 2. & vide-  
ri potest Masiushic. sec. 5. q. 1. & Ru-  
bio tract. 7. q. 1.

2 Supponimus autem, id quod asc-  
rit S. Thom. q. 28. de Verit. art. 7.

*Quod in quolibet genere causa causa na-  
turaliter est prior causato. Ratio est cla-  
ra, nam omnis causa est principium  
à quo emanat esse effectus in suo ge-  
nere: ergo in illo genere causa natu-  
raliter est prior effectu. Vnde S. Th.  
Opusculo 31. §. 2. ait: Sed quia omnis  
causa, in quantum est causa, est naturaliter  
prior suo causato. &c.*

3 Secundo est etiam certum, id  
quod etiam notat S. Tho. in 3. dist.  
18. q. 1. art. 3. ad 3. *Quod non semper  
necessarium est, ut causa causatum præ-  
cedat tempore; sed quandoque sufficit, quod  
præcedat natura. Præcedit quidem tē-  
pore in causis operantibus per mo-  
tum: cum iste terminum præcedat  
tempore; & sic in humanis pater  
præcedit filium: præcedit natura,  
ut Sol præcedit lucem, & subiectū  
passiones, & sic de alijs. Quæ pro-  
cedunt de causis efficientibus: nam  
materia, & forma cum sint causæ  
intrinsecæ non opus est quod du-  
ratione præcedant: & causa finalis  
solam exigit prioritatem prout  
in appræhēsione, & in intentione  
agentis.*

§. I.

*Exponitur prioritas naturæ.*

4 **C**AETERUM quia prioritas natu-  
ræ causæ respectu effectuum,  
res est scitu necessaria; ideo opere  
premium erit eam amplius expone-  
re. Eam sic declarat Soncinas libr.  
5. Metaph. q. 7. notab. 2. simultas  
naturæ dicitur per oppositum ad  
prius natura: vnde sicut in his, quo  
rum unum est prius natura altero,  
non conuertitur subsistendi conse-  
quentia;

quentia; ita per oppositum conuenit in his, quæ sunt simul natura, à eo quod unū repugnat existere altero non existente, & è contra. Eodem modo idem explicat Masius c. 3. sect. 5. q. 4. notab. 2. & nos explicuimus in 2. p. Metaph. Cōtr. 16. n. 7. ut expressam sententiam Phylosophi in Postprædicam capite de Priori. & 5. Metap. c. 11. text. 16.

5 Sed obijcit P. Rubio hic tract. 7. q. 1. n. 12. nā Phyl. in Postprædicam ētis inter quatuor modos prioritatis; primo assignat, à quo non valet subsistendi consequētia, ut unū pri- natura est duobus; & gen⁹ prius na- tura qualibet specie. Deinde assig- nat prioritatē crdinis, & prioritatē nobilitatis: deniq; assignat priorita- tē dependentiæ; quo pacto illud est posterius natura, quod perse depē- det ab altero, hoc vero prius: ergo male confundimus nos primū mo- dum prioritatis cum vltimo.

Secūdo arguit, quia primus mo- dus prioritatis non potest causę in actu conuenire respectu sui effectus: sicut enim infertur, est in rerum na- tura effectus in actu: ergo causa in actu; pariter datur causa in actu; ergo etiam effectus: ergo non habet in eis locum prioritas a quo no- valer subsistendi consequētia.

6 Quod confirmant aliqui pri- mo: nam Phylosophus ibi apponit exemplum: Nam si homo est, vera est oratio, qua dicimus, quod homo est, & co- nuerit; nam si, vera est oratio, qua dicimus quod homo est, est homo. Est autē ve- ra oratio nequam causa ut sit res: ve- rum tamen res quodammodo causa vide- tur, qui sit vera oratio; eo enim quod res est,

aut non est, vera oratio aut falsa dicitur. Vbi mutuo valet consequētia in- ter ipsam rem, & veritatem oratio- nis: & ideo res est prius natura ref- pectu veritatis, quia exiētia rei est causa veritatis orationis: ergo mu- tua consequētia quoad exiētia, non est contra prioritatem naturæ apud Aristolem.

Secundo: nam Phylosophus 5. Metaph. cap. 11. docet partes inte- grantes esse priores toto ex illis re- sultante: sed plures partes existere nequeunt sine ipso toto, ita ut si ab illo sciungantur illico pereunt, ut patet in partibus integrantibus animalia: ergo non dicuntur prio- res natura, quia existere possint si- ne toto: sed quia influunt in totū, totum vero non influunt in illas.

7 Attendenti tamen verba Phy- los. 5. Metaph. manifestum erit no- stram expositionē esse ad eius men- tem: inquit enim: *Quedam vero secun- dum naturam, & substantiam, quecum- que contingunt absque alijs esse; i. la vero si e illis minimis; qua diuisione usi: est Pla- to.* Ergo ex mente Phylosophi, sunt priora secundum naturā, quæ pos- sunt esse sine alijs, & alia non valēt esse sine illis. Quod autem iste mo- dus prioritatis sit ille, qui in Prædi- camentis vocatur, à quo non valet subsistendi consequētia, expresse notat S. Th. lib. 5. Metaph. lect. 13. litt. i. dicens, quod modus priorita- tis secundum naturam, primo est ratione communitatis, aut dependentiæ, se- condum quod priora dicuntur, quæ possent esse sine alijs, & illa non possunt esse sine eis: & hoc est prius à quo non conuerit; es- sendi consequētia, ut dicitur in Prædi- camentis

mentis. Hæc S. Tho. qui eisdem verbis, ac nos, prioritatem secundam naturam declarat.

8 Tota autem æquinoctatio in hac parte nascitur ex duobus principiis; primū est, quia reputat arguentes, quod Philosophus in Postprædicamentis tantum numerauerit quatuor modos prioris; & tamen expreſſe numerat quinque: & S. Tho. in extu Metaphysicæ dicit, allusionem esse ad secundum modum prioritatis: & alij arguunt ex his, quæ Philosophus docet in quinto, & ultimo modo prioritatis; quod sola textus lectione patet. ¶ Alterum caput æquinoctiationis est; quia nos non dicimus (sicut alij arbitrantur nos dicere) quod quoties aliquid est prius natura alio, potest omnibus modis esse sine illo: sed asservimus, quod cum est prioritas naturæ per dependentiam, quia aliquid non potest esse sine alio, quamvis aliud possit esse sine illo, hæc est prioritas à quo non conuertitur essendi consequentia: quia iste modus prioritatis se extendit ad illa, quæ sunt priora, ut prædicata communia sunt priora prædicatis particularibus, & ad causam, quæ potest esse sine effectu, quamvis iste non possit esse sine causa.

9 Cum quo compatitur dari prioritatem naturæ, etiā inter illa, quæ conuertuntur secundū essendi consequentiam, ut expreſſe docet Philosophus in Postprædicamentis in ultimo modo prioritatis, ut ibi iam notarunt Cardinalis Caietanus, & M. Soto, & alij expositores. Et hoc concedimus argumentis pro-

positis n. 5. & 6. sed hoc prouenie propter connexionem, quæ est inter illa: nam vniuersaliter loquendo, prioritas naturæ solam exigit emanationē à principio, à quo dependet, & quod potest ex hoc capite esse sine illo: quod autem aliunde sit impedimentum ut inseparabilia sint, ita ut repugnet, quod non sint simul; ex vi solius prioritatis naturæ, nec habetur, nec impeditur: & sic intelligitur S. Tho. in fine illius lectiois 13. cuius verba subiiciemus num. 13.

## §. II.

*Ad intentum applicatur.*

10 EX quibus habemus, quod prioritas naturæ est prioritas realis; quia exigit realem dependentiam effectus à principio emanantis: non tamen exigit realem successionem; quin potius cum rebus simultate instantis in quo sint simul, stat quod illud à quo aliud emanat, sit prius natura. Videatur, quæ de his vocibus notata sunt in fine secundi libri Logicæ.

11 Secundū deducitur, quod prioritas naturæ, quæ est in causa, non intelligitur de illa materialiter inesse entis, nec de relatione cause: quia relativa sunt simul natura, sed intelligitur de fundamento relationis, quæ est causalitas, ratione cuius effectus actu dependet, & emanat. Reliqua quæ hic notari poslunt vide in M. Masio hic sect. 5. q. 4.

Et sic cessat argumentum supra obiectum, quia bene potest esse si mul-

multas temporis, & prioritas naturæ subsistit si consequētia; & quod prius, in quantum prius, non dependet à posteriori, & ut sic, potest esse sine illo; quamvis quādā in suppositione consequētia non possit non esse: quod compatitur cum absoluta contingētia cosequentis. De quo late idem author ad 3. & in similido docet S. Thom. i. p. quest. 19. art. 8. ad 1. & quest. 23. art. 6. ad 3. & alibi sūpè.

12 Vnde habemus viam facilem conciliandi authoritates Phylōsophi, & intelligendi rem ipsam, dicendo, quod prius natura, in quantum tale, potest esse sine posteriori aliquo modo, & non ē conuerso: nam hoc dependet ab illo, & prius non penderet à posteriori, perse loquendo, & necessitate consequētis: quamvis ex suppositione, vel ex necessitate consequētia, eo ipso quod actu sit, non possit non esse: & cum hac necessitate consequētia, & simultate, docet Phylōsophas in Postprædimentis in ultimo modo prioris, posse esse simultatē consequētia cum prioritate naturæ; vt eius exēplū de veritate orationis ex suppositione obiecti, declarat. At vero de necessitate absolute loquendo, optime dixit in 5. Metaph. quod prior secundum naturam sunt, quacumque contingit esse sine alijs, & a iā non sine illis.

13 Q[uod]o autem melius hoc percipiatur, & solūtatur illa istantia, quæ n. 5. obiectebatur, de exemplō Phylōsophi de toto, & partibus; placet referre verba S. Thom. libr. 5. Me-

taph. lect. 13. litt. K. dicentis: condidit (Phylōsophus) quod omnes modi prioris, & posterioris possunt reduci ad hos ultimos modos; & pricipiū ad primum, prout prius dicitur, quod potest esse sine alijs, & non ē conuerso: quædā enim possunt esse sine alijs secundum generatio- ne; per quem modum totum est prius partibus; quia quando iam totum generatum est, partes non sunt in actu (intellige, separatae, & faciētes singulæ vnum ens perse) sed in potentia. Quædam vero contingit esse sine alijs secundum corruptio- ne: sicut pars sine toto; quando est iam totum corruptum, & disolu- tūtum in partes. Et similiiter etiam alij modi prioris, & posterioris ad hunc modum reduci possunt: Cofat enim, quod prius non dependet à posterioribus; scicū i conuerso: vnde omnia priora a iquo modo possunt esse sine posterioribus, & non ē conuerso. Hec ibi. Et in 4. dīl. 44. q. 1. att. 1. ad 3.

14 Adde, quod cum, vt docet S. Thom. q. 28. de Ver. art. 7. Nihil prohibeatur alij si altero esse prius, & posterius, secundum diue sūm genus causæ: quia, vt postea q. 24. dicemas. causa ad initium ē sum causa. Vnde id, quod est omnibus modis prius alio, independens que ab eo, bene potest ab illo separari; secus vero si in uno est prius, & independens, & in alio genere sit posterior, & depedens: nam ex hac parte non poterunt separari: & sic se habent partes, quia in uno gene- re causant, & in alio gehere causan- tur à toto, vt dictū est lib. 1. de ma- teria, & forma, & iterū hic quæsti- citata.

Hæc,

**15.** Hæc, quæ de prioritate diximus, diligenter sunt notanda pro dicendis in Theologia circa mysticum SS. Trinitatis: licet enim in Deo sit ratio principij; non tamen est dependentia; & ideo licet sit origo naturæ, & originis, non tamen est prioritas, ut ex D. Augustino notat S. Thom. i. p. q. 42. art. 3. cuius ratio est, nam licet sit emanatio, & origo unius personæ ab alia, non tamen causalitas, & dependentia, ut docet S. Thom. i. part. quæst. 33. art. 1. ad 1. & ideo in rigore non est prioritas naturæ, etiam à quo; sed si multas.

**16.** Denique habemus quomodo proprie loquamur in relatiuis: nam unum nō est prius alio, etiam prioritate naturæ, quia est connexio sine causalitate, & dependentia: unde S. Thom. i. p. q. 42. artic. 2. ad 3. docet, quod si consideremus ipsa relationes cause, & causati, & principij, & principiati, manifestum est, quod relatiui sunt simul natura, & intelle<sup>c</sup>tui, in quantum unum est in definitione alterius.

### QVAESTIO XXI.

*Virum omnis causa dicat transcendentalis ordinem ad effectionem? Et essentialē cōnexionem cum illo?*

**1.** HÆC difficultas ideo est magna contentione inter Recensiones disputata, quia unusquisque prohibito vocum significata confingit: & arbitratur, quod si in usu vocabulorum omnes cōsentirent, nō tantum in re ipsa different.

§. I.

*Termini exponuntur.*

**2.** Vx autem voces, apud antiquos parū vīstatæ, apud modernos frequentissimæ, totius confusionis sunt occasio: nempe, ly transcendentalis ordo; & ly essentialis conexio. Prima vocem exposuimus lib. 2. Logicæ q. 21. n. 14. dicentes, quod relatio transcendentalis, est idem, ac relatio secundum dici; de qua diximus ibidem. 13. cum Caietano, quod non tam significat respectum, quam absolutum respectu significatum; seu in recto significat absolutum, & in obliquo, & ex consequenti aliquem respectu, vel realem, vel rationis, iuxta S. Thom. i. p. q. 13. art. 7. ad 1. & q. 7. de Potentia art. 10. ad 11.

**3.** Addit Caietanus cap. 7. de Ente, & essentia q. 15. communiter receptus à Thomistis, & à Suarez dis. 47. Metaph. sect. 4. n. 9. & frequenter ab alijs authoribus (licet immrito à paucis sine fundamento rejectus) quod relatio prædicamentalis est ad aliud pure ut ad terminum: at vero respectus transcendentalis ad hoc nouartatur; sed respicit aliud ut subiectum, vel ut causam, vel ut formam, vel ut finē, vel aliquo alio modo. ¶ Rursus relatio prædicamentalis est genus peculiare distinctioni à fundamento, & termino; at vero relatio transcendentalis hoc non exigit, sed identificatur cū absoluto, nec exigit terminum actu existentem. Quod ex communione doctrina exposuimus in Logica ubi supra §. 5.

Circa

4 Circa alteram vocem aduertēdum, quod *connexere* ex vi vocis significat simul nectere; iuxta illud Quintil.lib.5.c.vlt. qua *Graci* *inexplicabilis serie connēctunt*. Vnde in præsentī inquirere an causa sit cōnexa cū effectib⁹ est idem ac inquirere, an sit illis alligata, ita quod illis repugnantibus, adhuc ipsa esset; vel e contra? Et quia quæstio nō est de causa actu causatē; quia de ista iam dictum est qualiter sit simul cum effectu actu causato; sed de virtute causatiua cause in actu primo; ideo ille nexus, vel potest intelligi cum effectu, vt existēti; vel cum effectu solum, vt possibili.

5 Deinde notādum, quod aliter alligātur causæ effectibus, & aliter effectus nectuntur causis: illæ alligantur, vel nectuntur per continētiam formalē, vel virtualē: effectus verò per dependentiam: vnde ex parte causæ, est connexio per derivationē, quæ vocatur *à priori*; & ex parte effectus dicitur connexio per dependentiam, & vocatur *à posteriori*: sicut si arguatnr, lux deficit à nostro hemispherio: ergo sol defecit; est connexio à posteriori; & si è contrario dicatur; Sol non est ortus: ergo lux non est; est connexio à priori: sumptis vocabulis ex connexione logica propositionū; sed in præsentī non loquimur nisi de connexione physica rerum.

6 Adhuc connexio ista latitudinem habet: alia est esentialis, quā immutari contradictionem implacet; alia est solum cōnaturalis, quæ à Deo miraculosè poterit immutari; quia potest operari præter ordinem;

nem rebus inditū, vt docet S. Th. 1.p. quæst. 105.art. 6. alia est determinata depēdentia ab ista; alia indeterminata, vel quasi disiuncta, ab ista, vel illa causa.

7 Item, vel potest esse quæstio de solis causis secūdis creatis; vel procedere potest etiā de causa prima, qui est Deus: de quo in dubium vertuntur duo: & an referatur transcendentaliter ad creaturas? Et an cum illis habeat connexionem? Et pariter ex parte creaturarum eadem in dubium vocantur; an cōnectantur cum Deo? & an ad Deū transcedentaliter referantur? Quæ dubia seorsim tractantur etiam de causis secūdis respectu suorum effectuū, & de effectibus in ordine ad suas causas.

8 Putāt aliquis duas partes questionis nō differre; quia existimant idē esse ordinē intrinsecū trascendētale alicuius ad aliud, ac connexionē intrinsecā cū illo. Ita P. Ripalda lib. 2. de Ente supernat. disp. 32. sec. 1.n.2. Et probat: nam res cōnexa intrinsecā quoad entitatē cū alia, nō est absoluta ab illa, sed illi alligata, ita vt illa repugnante, repugnaret ipsa: atque adeo etiā est in eādē relata. Placeat valde hæc explicatio alijs Recentioribus. Alijs verò displicet; sed in efficaciter ab eis impugnatur.

9 Nobis nō potest placere. Primo, nā cōmuniter Thomistæ, & alij multi Authores referēdi, fatentur Dei omnipotētiā connexā cū creaturis possibilibus; & negant ad eas dicere ordinem transcedentalem: ergo quid diuersum reputant his vocib⁹ significari.

Secundo, quia ut docet Phyl. 2. Topic. c. 5. omnia in omnibus utendam in usus plurimi: quod autem illæ voces sint sinnomina, nec auctoritate antiquorum possunt probare; nec modernorum frequentius confirmare: ergo siue fundamento id assentitur. ¶ Tertio, vocis propria significatio, & rigurosa iam exposita, id non indicat: immo sunt, qui ad terminum repugnantem, & solù ratione fictum admittunt dari trascendentalem ordinem; ut cum cognoscimus ens rationis, vel chimeram, cum impossibilitate reali, & sola fictione intelleximus, datur in illo trascendentalis relatio ad scibilem, iuxta Phyl. 5. Metaph. tex. 20. & S. Th. 1. p. q. 13. art. 7. & sapissime alibi. ¶ Deficit etiam sententia contraria, quia relatio trascendentalis est inter ea; quæ connectuntur solum conaturaliter; quamvis non connectantur essentialiter: & quia non distinguit connexionem illationis, & connexionem dependentiæ; connexionem à priori, & connexionem à posteriori, ut nos distinguimus.

## §. II.

*Resoluitur quæstio de causa prima.*

10 **Q** Via quoad hoc, quæstio est Theologorum propria, & de illa non agimus, nisi ut melius percipiantur dicenda de causis creatis; ideo breuiter perstringemus hoc primum. In quo sunt vitanda duæ extremitates, quia veritas in medio consistit. Affirmant quidam causam primam dicere respectum trascendentalem ad suos effectus. Ita Gregor. Ariminensis in 1. dist. 30. q. 1. concl. 3. & expressè Granados 1. p. de Visione Dei tract. 6. disp. 1. sec. 3. & de Scientia Dei tract. 2. disp. 3. n. 2. Albertinus 10. 1. q. 4. Theol. n. 10. AEgidius de Beatitud. 10. 1. lib. 5. q. 18. art. 2. n. 12. Ruiz de Trinit. disp. 62. sect. 2. & alij, qui pro se citant Hurtadum, & Salas, & alios.

Per oppositū alij, ut negat Deo respectum trascendentalem ad creaturas, etiam negant eius omnipotentiā cum creaturis connecti. Tribuitur Henrico Quodl. 8. q. 3. & Scoto in 1. dist. 30. & dist. 43. & expressè tenent Vazq. 1. p. disp. 104. c. 6. Basilius Legion. Relect. 5. p. 580. Arrabal. 1. p. disp. 31. c. 4. & alij Recentiores.

11 Dico tamen primo: causa prima dicit respectum ad creaturas; non qui sit relatio aliqua in Deo realiter; sed solum secundum rationem, & ex modo significandi: & sic solum, in Deo admitti potest respectus secundum dici, & trascendentalis. Primam partem docet S. Thom. & probat quæst. 7. de Potentia. art. 8. his verbis: oportet intelligi aliquam relationem inter principium, & ea, quæ à principio sunt; non solum qui dem relationem originis, secundum quod principiata oriuntur à principio; sed etiam relationem diversitatis; quia oportet effectum à causa distingui; cum nihil sit causa sui ipsius. Et ideo ad summam Dei similitudinem consequitur, quod infinitæ habitudines, siue relationes existant inter creaturas, & ipsum, secundum quod ipsæ creaturas producuntur.

## §. 2. Causa prima non refertur ad creaturas.

275

ducit à seipso diuersas; aliqualiter tamen sibi assimilatas. Hęc ibi.

12 Nec video qualiter ab aliquo hęc prima pars cōclusionis possit negari: quia potētia, & virtus productiua effectus à se realiter diuersi, significant aliquid respectiuum, saltem grammaticaliter, & ex modo significandi; vt ex consueta voci cum significacione appetat: non enim significantur vt in se, sed vt ad aliud, quod continent, & causare possunt, & à quo differunt: sed causa prima realiter habet omnipotenciam, à qua omnes creature possunt produci, & à qua in tempore processerunt: ergo negari nequit causam primam, saltem secundum dicī, & grammaticaliter (vt vt amur phrasē Sancti Thomae ibi art. 10. ad 8.) dicere respectum ad creaturas. Et quia hęc pars à nullo negatur; procedamus ad probandam secundani partem, de qua est difficultas.

13 Imprimis est ad mentē S. Dionysij 9. cap. de Divin. nomi. Et S. Augustini lib. 5. de Trin. cap. 16. vt citat, & latè probat S. Thomas dict. q. 7. de Potentia artic. 10. & 11. loqui enim de relatiis denominationibus *eiām secundum dicī* (quas moderni tr. *transcendentales* vocant) ipse declarat ar. 10. ad 11. & art. 9. ad 3. De eis dē etiā loquitur 1. p. q. 6. art. 2. ad 1. & vniuersaliter de omnibus, tam secundum esse, quam secundum dici, inquit 1. p. q. 13. art. 7. ait: *Cum igitur Deus sit extratotum ordinem creaturae, & omnes creature ordinentur ad ipsum, & non ē conuerso; manifestū est, quod creatura realiter referuntur ad ipsum Deum; sed in Deo non est aliqua realis re-*

*latio eius ad creaturas; sed secundum rationem tantum, in quantum creature referuntur ad ipsum. Et quæst. 28. art. 1. ad 3. inquit: Et ideo in Deo non est realis relatio ad creaturas; sed in creaturis est realis relatio ad Deū, &c. Et quæst. 45. art. 3. ad 1. Relatio in Deo ad creaturam non est realis, sed secundum rationem tantum. Quod innumeris alijs locis docet, vt videri potest in Tabula Aurea verbo *relatio* num. 93.*

Dices S. Thomā hic loqui de relationibus prædicamentalibus realibus, cū eas negat esse reales Dei ad creaturas; nō tamen id negat de relationibus transcendentalibus.

14 Eiusmodi hęc facile precluditur, primo: nam relationes secundū dicī non sunt prædicamentales, sed transcendentalēs; sed etiam de illis loquitur: ergo, & de transcendentalibus. Secundo: sex vltima prædicamenta sunt relativa transcedentalia, & ad illa pertinet actio; & virtus causatiua pertinet in creatis ad qualitatem: sed hęc omnia, ad Deū translata negat S. Th. importare aliquam habitudinem Deo intrinsecā, vt ex professo probat in 1. distin. 8. q. 4. artic. 3. ergo solas relationes personarum agnoscit S. Thom. in Deo reales, reliquias vero, quocūq; nomine appellantur, solum ponit esse in creaturis realiter, & in Deo secundum rationem. Quod & confirmat vniuersalissimus eius modus loquendi: & quia cum toties occurrerit occasio mentionem faciendi harum transcendentalium realium relationum, nec leuiter illas insinuat. Et ita sensisse veteres orationes, testatur Basilius Legionensis Variatum 1.

p.q.8. Scholas. cap.5. ex professo relationes transcendentales Dei ad creaturas impugnans: & in proprijs terminis P. Suarez cap.47. Metap. fec. 15.n.15. & supponit lib.2. de Attrib. c.25.n.23. & c.26.n.16. vnde male ei opinio contraria tribuitur.

15 Ratione probatur, primo ab inconvenienti: nam si omnipotentia diceret ordinem transcendentalē ad possibilia, nulla est assignabilis ratio, cur actualis productio creatua, vel conseruatiua, vel præmotiuā, vel cooperatiua primæ causæ, non diceret relationem realē prædicamentalē de nouo Deo aduenientem in tempore: sed hoc admitti nequit, vt potè contra S. Thom. i.p. quæst. 13. art. 7. & lib. 2. Contraq. cap. 12, contra Sanctum Bonavent. in i. distinct. 30. artic. 1. quæst. 3. Scotum ibi quæst. 2. & omnes eorum Discipulos: imo contra Theologos. & Philosophos, vt ait Sanctus Thomas in primo distinct. 30. quæstione prima articulo tertio: & contra maximam perfectionem Dei, cui nihil reale de nouo adugenire potest: ergo nec admitti debet omnipotentiam dicere ordinem transcendentalē ad creaturas. Probatur maior: nam relatio, quæ est transcendentalis defecit existentiæ termini, illa posita est prædicamentalis, vt inductione constat apud nos; & ideo causa actu causans realiter prædicamentali relatione refertur ad causatum: ergo si omnipotentia dicit habitudinem trascendentalē, actualis productio fūdabit relationem prædicamentalē.

16 Rationem à priori tetigit S.

Tho. locis relatis: nam realis relatio consistit in ordine rei ad rem; quæ est transcendentalis, cum deficit aliqua ex conditionibas requisitis ad prædicamentalem. Sed Deus non ordinatur ad creaturam, sed è conuerso: ergo non dicit Deus relationem transcendentalē ad creaturam. Probatur minor: nam Deus est actus purus perse subsistens sine ordine essentiali, aut dependentia ab aliquo extrase: ergo essentialiter perseipsū non ordinatur ad aliquid extra se, quia hoc quoddam genus dependentiæ denotat. nam dicit S. Th. q.7. de Pot. art. 1. ad 9. quod ibi est realis relatio, ubi aliquid rea iter depōdet ab altero, vel simpliciter, vel secundū quid. Et infra: Et ideo c. in Deo ab altero nullo dependet: sed è conuerso, &c.

Tertio: tota ratio quare in creaturis causa dicit ordinē trascendentalē ad effectu, est quia ab eo specificatur, vt lumen ex D. Th. & Caiet. i.p.q.77.a.3. sed Deo repugnat ab aliquo extrase specificari: & ideo obiectū ad æquatum sui est ipse, vt Theologi probat: derogat ergo ali qualiter diuinæ perfectioni, quod dicat ordinem transcendentalē ad creaturam.

17 Obijcies: eo modo est in causa prima respectus transcendentalis ad creaturas, ac est in illa virtus productiva, vel productrix creaturarū: sed non tantum secundum rationem, sed realiter est in Deo hæc virtus: alioquin non esset Deus realiter omnipotens: ergo non tatum secundum rationem, sed realiter in Deo est relatio transcendentalis ad creaturas, quamvis non distinguitur

tur ab omnipotencia, nisi secundum rationem. Probatur maior, quia potentia non potest respicere suos effectus, vt id comparatione cuius est potentia: nemo enim cōcipere potest virtutem effectricem, quia simul cognoscat esse effectricem alii cuius: ergo si realiter est effectrix; realiter refertur transcendentaliter. Quod totum videtur docuisse M. Sonec.lib.5.Metaph. q.25. ad 4. dicens, quod relatio dominij fundatur super potentia coercendi subditos; quae potest, si conueniat rei ex sua natura, fundare relationem realem: & huiusmodi est dominium Dei ad creaturas.

Respondet S. Th. illa q.7.de Potent. art. 10. ad 4. quod hoc nomen Dominus (idē dicturus de ly Crea tor, & causa prima, & similib⁹) tria in suo intellectu includit, scilicet, potentiam coercendi subditos, & ordinē ad subditos, qui cōsequitur talem potestatem, & terminacionē ordinis subditorum ad Dominum; in uno enim relatio est intellect⁹ alterius relatiū. Saluatur ergo huius significatio nominis in Deo, quantum ad primum, & tertium, non autem quantum ad secundum. Vnde negatur maior: ad probationē dicitur, quod aliud est quo nos explicamus potentiam; seu aliud est, quod ipsa in recto significat, & in obliquo connotat: & aliud est, quod realiter est prout a Deo videtur: primo modo cōcedimus nos explicare per respectum: sed hic nō est de eius essentia; quāuis sine illo nequeat exponi.

18 Vel distinguatur maior: & cōcedatur de respectu causaliter, & fundamētaliter; negetur verò de re

spectu formaliter; & ratione funda mēti De⁹ nullo intellectu cōsiderāte dicitur omnipotēs, & Domin⁹. Quod optimè notat, & conuenienti exemplo declarat S. Th. ibi art. 11 ad 3. dicens: quod sicut aliquis est idē sibi realiter, & non solū secundū rationē, licet relatio sit secundū rationē tātum, propter hoc quod relationis causa est realis, scilicet, unitas substantiæ, quā intellect⁹ sub relatione intelligit; ita potestas coercendi subditos est in Deo realiter, quam intellectus intelligit in ordine ad subditos, propter ordinē subditorum ad ipsum: Et propter h.c dicitur Dominus realiter, licet relatio sit rationē tantum. Idē habet 1.p.q. illa 13.art.4. & 5.

19 Sed in stabis: nā licet hēc doctrīna sufficiat ad verificandum, quod in Deo nō sit relatio realis prædicta mētalis, nō tamē sufficit ad saluandum, quod in eo non sit relatio realis trascēdētalis; immo hoc videtur firmare: sed de ista sola nunc disputamus: ergo doctrina hēc S. Th. potius iuvat intēto argumēti. Probatur maior: nā relatio trascēdētalis est idē ac relatio secundum dici: hēc autē nō est ipse respectus, qui cōsequitur; sed absolutum ad quod cōsequitur respectus, vt patet ex D. Thoma ibi ad primum: ergo eo ipso, quod absolutum fundans respectū rationis, sit quid reale in Deo, iam in illo dabitur realiter respectus transcendentalis, etiam si respectus consequutus sit rationis; quia magis iudicatur, penes id, quod significat in recto; quam penes id, quod importat in obliquo.

Respondetur, iam quoad hoc esse questionē de nomine; quia supponimus absolutū esse reale, & respectū esse rationis: vnde si illi, qui ponunt in Deo relationem realem transcendentalē, solum intendunt, quod absolutum, ad quod cōsequitur respectus rationis, est quid reale; à nobis nec quoad rem, nec quo ad modum significādi dissentiant. Quia tamen videmus, quod totū, quod in Deo est relatiuum ad creaturas, est grammaticaliter, & ex modo nostro concipiendi, & significandi, cum fundamento in eius eminentiali continentia; ideo melius est, vel in sensu formalī negare, quia multi relationis transcendentalis nomine, etiā directē respectū dicunt importari: quod habet fundamentum in D. Tho. in 2. dist. 1. q. 1. art. 5. ad 8. dicente: *Quædam r. l. n. uasunt, qua sim: l important relationem, & fundamentum relationis, &c. vel cū distinctione prædicta respōdere ad equiuocationem vitandam.*

20 Dico secundo: causa prima ratione suæ omnipotentia, dicit connexionem *eminentialis continentia* respectū creaturarum; & creaturæ dicunt essentiale*connexi nem dependentia* ab omnipotentiā Dei: vnde ablata omnipotentia, per locum intrinsecum sequitur ablatio omnium possibilium; iſis verò omnino repugnantibus, solum à posteriori sequitur ablatio omnipotētię Dei. Ita indicat S. Tho. 1. p. q. 28. artic. 1. ad 3. & clariss. q. 2. de Verit. art. 3. ad 11. & in 1. dist. 35. q. 1. art. 3. ad 4. de quo M. Gonçalez 1. p. dis. put. 37. sec. 3. & de Trinit. disp. 12.

sec. 2. & M. Ioan. à S. Tho. 1. p. q. 12. disp. 15. art. 3. & disp. 17. ar. 2. & to. 2. disp. 11. art. 1. & eisdem locis M. Nauarrete, PP. Carmelit. & omnes Thomistæ. Item Suarez, Fasol. s, Ruiz, & alij frequenter. Ino Fasolus 1. p. q. 12. art. 8. n. 4. & seqq. & n. 68. ad medium, dicit hanc veritatē esse plusquā certā. Sed quia Theologicum omnino est hoc pūctum, latius examinandum Theologis relinquimus. Solum nota, quod conexio continentia dicit perfectiōnem, & eminentiam facientē aliud à se pendere, & nullatenus illo indigere: connexio verò dependentiæ significat sine illo nullatenus posse subsistere: vnde agnoscitur summa dependentia creaturæ, & maxima independentia Dei.

### §. III.

*De causis secundis, utrum dicant respectum transcendentalē?*

21 **V**nt interRecentes, qui negēt Non solum causam creatam di cere ordinem transcendentalē ad suos effectus; sed etiam, qui non admittant respectum transcendentalē effectuum ad causam, & accidentis ad substantiam. Ita Basilius Legionensis 1. p. Var. q. 8. Scholasti ca cap. 4. vbi solum actionem, & unionem admittit esse respectus trascendentiales, & ait, quod res, quæ si ne aliquo termino potest existere, non potest dicere respectum transcendentalē ad illum.

22 Alio fundamento subscribit eidem sententiæ quidā Recentest: quia

quia causa nō petit absolute, quod effectus sint possibles, sed cōditio natē, id est, si effectus in se non sit re pugnans, habet virtutem ad illum producendū; quia virtus prodūctiua pendet ut à conditione a non repugnantia. Pro qua citant Fonseca 5. Metaph. c. 15. lect. 4. qui valdē à longè fauet.

23 Per aliud extreum alij, non solum admittunt causam creatam dicere transcendentalem ordinem ad effectus; sed docent ita connexā cum possibilitate eorū in particula ri, vt li vnum solum indiuiduum repugnaret, non mansurā causam ean dein, quā modo est. Ita Hurtado disp. 8. Physic. sect. 3. & Arriaga dis put. 7. sec. 3. n. 33. dicens: rei ciēda ergo, & elimināda est ex Sch. olis talis conditionata virtus, & cōnexio causæ cum effectu, potētiæ cū obiectis, & concedenda absoluta, & es-sentialis, & ad omnes terminos in particulari.

24 Dico tamen tertio: omnis causa physica naturalis dicit respectū transcendentalem ad suos effectus. Loquēdo de matēria, & forma, est expressa Phylol. 2. Physic. vt resert, & sequitur S. Th. Opusc. 31. dicens: *Materia, & formad. cunctur relatisse ad inuicem, vt dicitur in 2. Phys.* Et loquēdo de potentia materiæ, idem docet 1. Phys. lec. 15. lit. a. Et generaliter de omnibus causis, idein docet lib. 5. Metaph. lec. 17. & lib. 3. Phys. lec. 1. litt. c. in fine. & 1. p. q. 28. art. 1. & 4. Specialiter de potentia actiua docet S. Tho. 1. p. q. 77. artic. 3. quod potentia secundum illud, quod est potentia, ordinatur ad actum, &c. Et 1.

2. q. 54. art. 2. & sēpissimè alibi. Alios Authores non oportet referre; quia ipse Author contraria sententiæ fatetur nostram fere omnes docere.

25 Rationeque probatur primo: materia appetit formam; & hac ordinatur ad actuandam materiam, & ambæ ad totū, quia pars est propter totum, & ad illud ordinatur: sed non cōcurrunt in essentia harū partium conditiones exactæ ad relationem prædicamentalem: ergo dicunt ad inuicem ordinem trans-cendentalem.

Secūdo: virtutes productiue spe-cificantur per actus, & obiecta: ergo ad actus ordinantur; sed tunc actus non existunt: ergo potentia actiua dicunt ordinem ad terminū non existentem: ergo dicunt ordinem transcendentalem. Antecedēs probatur in libris de Anima: & con-sequentiæ patent ex dictis lib. 2. Logic. q. 21. s. 5.

Tertio: omnis effectus contine-tur in virtute suarum causarum, & causæ ad illius productionem atque perut à natura suas virtutes ad hoc destinatas, & ordinatas: sed hoc intelligimus nomine ordinis trans-cendentalis: ergo propriam vocem ignorant, qui illum non admittunt in omnibus causis creatis.

26 Quarto contra Recentiores probatur conclusio, & tollitur eorum æquiocatio, notando ex Phylol. 5. Metaph. tex. 17. & D. Th. 1. p. q. 25. art. 3. quod possibile dicitur dupliciter: uno modo per respectū ad aliquam potentiam; sicut quod subditur humanæ potentia dicuntur

esse possibile homini: alio modo dicitur aliquid possibile absolute ex habitudine terminorum, quia prædicatum non repugnat subiecto: & hæc possiblitas formaliter est possiblitas logica, sed obiective dicit ipsa prædicata quidditatis, quæ dicuntur ens reale metaphysice: & ab ista res dicuntur possibles formaliter, à prima vero dicuntur possibles causaliter, seu per potentiam extrinsecā efficientis, iuxta S. Thoni. 1. p. q. 9. art. 2. & q. 3. de Pot. art. 1. ad 2.

27 Ex quo sic arguitur: causa est producīua effectus radicaliter per se ipsam, & proximè per suam virtutem: sed hoc utriusque conuenit per suam essentiam, quia natura est radix potentiarum, & operationum, & potentia in eo quod potentia essentialiter ordinatur ad actus: ergo pessimum absolute conuenit causæ per suam essentiam proximè, vel remote. ¶ Deinde: posse potentia proportionatur cū essentia in qua fundatur, & à qua originatur; & specificatur à possiblitate actus, & effectus propter quos datur: sed eo ipso quod sit impossibile specificatum, implicat id quod ab illo specificatur: ergo implicat contradictionem causam habere in re absolute virtutem, ad producendū effectū; si ille nō sit absolute possibilis.

28 Horum argumentorū vis clarissimè appetet in causis intrinsecis: nā sunt partes essentiae totius; & est diuersum totū ad diuersitatē partium, ex quibus constat: ergo si absolute alia pars, quæ est effectus istius in suo genere, nō esset possibilis, &

pars ad illam essentialiter ordinata, non esset possibilis.

In potentij etiam, seu virtutib⁹ operatiuis causarum efficientium, id est manifestum: nam ad diuersitatem essentiale operationum, & effectuum virtutes ipsæ diuersificantur; vt alia est virtus calefactiva, alia infrigidativa; sicut in hominibus, & animalibus, alia est potentia ad videndum, & ad audiendum, & ad ambulandum: ergo penes act⁹, & effect⁹ specie inter se distinguitur: sed distinctiua specifica, non conditionaliter; sed essentialiter, & absolute, ab illo, quod ab eis hanc distinctionem recipit, respiciuntur: ergo negari nequit, quod causa trascendentaliter respiciat suos effect⁹.

29 Ex parte vero effectuum id videtur manifestum: quia illa possibilitas, quæ formaliter explicat non repugnantiam, intelligi nequit, nisi vt causaliter depēdēt ab aliqua causa in illo statu possibilis; alioquin nō intelligētur vt effect⁹, nec vt dependentes; & actiones illæ, ali cuius intelliguntur esse actiones, & causalitas nequit intelligi nisi vt alicuius causæ: ergo falsum est, quod nondentur aliae relationes transcedentiales præter illas duas.

30 Demū ad hominem arguitur: nā ideò admittunt vniōne, & actionē esse relationes transcedentiales, quia ab intelligenti eas vt sunt, nō possunt percipi sine duoru extremoru coexistētia: sed etiā depēdētia effect⁹ à causa, & accidentis à subiecto, & causalitatis à causa, siue in statu possibilis, siue in actuali exercitio, impossibile est percipi vt sunt

sunt, sine duobus extremis possibilibus:  
ergo absq[ue] fundamento restringitur  
relatio trascendentalis ad duas.

31 Obijcies: id quod simpliciter  
est nihil, nō potest esse terminus realis relationis, etiā transcendentalis, quia in nullo genere potest esse dependētia, aut terminatio ad nihil: sed effectus possibles sunt simpliciter nihil; & ideo cū creātur fiunt ex nihilo, quāvis possiblitas supponatur: ergo causa creata nō dicit habitudinem transcendentalē ad effectus. Patet consequentia, quia quando actu existunt iam dicit ad illos relationē prædicamentalem.

Respondetur primo, entia possibilia, quae physice sunt nihil, metaphysice esse aliquid reale, ut latè ostēdimus. p. Metap. Contr. 7. à n. 7. vñq[ue] ad 16. quod adeò certū reputat Balilius vt ibi c. 8. miretur de hoc posse dubitare virū aliquin sanū, & doctū; & hoc sufficiet vt dicatur ad illū terminari relationē transcendentalē; quia sola prædicamentalis petit terminum actu existentem.

32 Secundo dicitur, quod etiā nihil, si vt ens formetur à ratione, vel sit formabile, potest esse terminus relationis transcendentalis; quia hanc dicit scientia ad scibile, iuxta Phylos. 5. Metaph. text. 20. & non entia cognoscimus.

Tertio de ipsa possibiliitate causæ, eo modo quo est ens, contendimus, quod dicit relationem, & connectionē cū possibiliitate effectus; & quod actio possibilis habet connectionē cū principio possibili, & effectus possibilis cū sua causa: & vt sic habent veritatē vt docet S. Th. 1. p. q. 14. art. 9. ad 1.

## s. IIII.

De connexionē sum possibili-  
tate effectuum.

33 Dico quarto; causæ creatæ dicunt esentialē connexionē cū possibilitate suorū effectuum, ita vt tota collectione effectuum repugnante, etiā ipsa virtus causatiua repugnaret. Colligitur ex S. Anselmo lib. 2. cur Deus homo c. 17. & de Casu Diaboli c. 12. & ex D. Th. q. 13. de Potent. art. 1. ad 2. Clarius id docet S. Th. 1. p. q. 25. art. 3. illis verbis: *Est autem considerandum, quod cum unumquodque agens agat sibi simile, unicuique potentia actione correspondet possibile ut obiectum proprium secundum rationem illius actus, in quo fundatur potentia actionis: sicut potentia calefactiva referitur ut ad proprium obiectum ad esse calefactibile.*

34 Ex quo sumitur ratio à priori: virtus causatiua, à qua res dicuntur possibles causaliter, specificatur à possibiliitate absoluta eorum, quae potest causare: ergo cum illis habet esentialē connexionem. Antecedens, præterquam quod sumitur ex dictis, probatur nam agens agit sibi simile: eo quod possibilitas obiectiva continetur causaliter in virtute activa & cum illa proportionatur, & ad eam ordinatur in re causandā: ergo ab ea specificatur. Consequētia vero videtur manifesta, quia specificatiuum est quod dat formā, & esentialē: & ideo quæ se habent in ratione specificatiū; esentialiter connectuntur cum specificatiū.

Deinde;

Deinde: non minus connectitur virtus causatiua cum possibiliate eorum, quæ causare potest, ac connectatur cum natura, cuius est virtus: sed cum ista ita connectitur, ut ad ei diuersitatem diuersificetur: vnde dixerat S. Th. ibi art. 2. in omnib<sup>o</sup> agētibus hoc inuenitur, quod quanto aliquod agēs perfectius habet formam, qua agit tanto est eius maior potentia in agēdo; sicut quāto est aliquid magis calidum, tāto habet maiorem potentiam ad calefaciendum: ergo & cum possibiliatē effectuum virtus causatiua essentialiter connectitur. Videatur S. Th. 1. p. q. 65. art. 2. a d 4.

35 Tertio id magis declaratur: si stante virtute causatiua, effectus causabiles redderentur ab intrinseco impossibilis. sequitur manifesta contradictio, quod eset in creatura potentia ad id, quod implicat contradictionem: & ita se extenderet ad aliquid, quod non continetur sub obiecto diuinæ potentie. Probatur sequela: nam in primis supponitur, quod isti effectus implicat contradictionē, quia solū cū prædicatu repugnat subiecto est absoluta impossibilitas; quæ implicat in se esse, & nō esse simul; & ideo nō continetur sub diuina omnipotētia. Ex alia parte supponitur in causa creata virtus causatiua, à qua causabiles, & possibles dicuntur: ergo sequitur manifesta contradictio: eo quod possibilitas ex causa esstialiter cōmēsuratur, vel supponit possibilitatem obiecti specificatiui potentiæ.

36 Dico vltimo; relatio transcē-

dentalis, & connexio causæ cum effectibus, primo, & perse est cum ratione formalii in qua omnes conueniunt; sed secundario, & materialiter est cum singulis individuis: vnde quolibet repugnante, dū maneat viū in quo saluetur ratio formalis obiecti, non idcirco impossibilis reddetur ipsa causa. Probatur hæc conclusio ex doctrina celebri S. Thom. 1. p. q. 77. art. 3. & Opusc. 70. q. 5. artic. 1. quod quia ea quæ sunt peraccidens non diuersificat speciem; non quæcumque diuersitas obiectorum diuersificat potentias; sed sola diuersitas obiecti perse, & formalis: vnde solut. ad 4. ait, quod potentia superior perse respicit vniuersaliorem rationem obiecti, quā potentia inferior: quia quāto potentia est superior, tanto ad plura se extendit. Quod pariter procedit in omni virtute causatiua, quia commensuratur cum natura, cuius est virtus; & specificatur à ratione formalii, quam respicit ut obiectum perse, & formale: sed ut docet S. Thom. in 3. ad Anib. dist. 24. art. 1. obiectum formale est ad quod terminatur actus primo, & perse: ergo relatio transcendentalis primo, & perse terminatur ad rationem cōmūnem, & specificatiuam, & solū materialiter ad individua, in quib<sup>o</sup> reperitur ratio formalis specificandi, & terminandi causalitatem. Discursus est legitimus: & ambæ præmissæ ex sola explicazione terminorum videntur perse nota.

37 Indeque explicatur secunda pars, ex eo quod contingit in habitibus, & virtutibus: nam etiam si sint

## § 5. Soluuntur argumenta.

283

sint impossibilis aliqui actus illorum; dum tamen unus maneat possibilis, in quo saluetur formale motuum dans speciem habitui, vel virtuti, propter illam erit virtus necessaria, ut communiter docent Theologi; non alia de causa, nisi quia saluatur specificatum essentialie, & solum desicit extensio materialis: quod est per accidens ad speciem: ergo pariter in omnibus causis est dicendum: quia in omnibus militat eadem ratio à priori, quod connexio essentialis cause soluunt cum ratione specificativa perse primo; & cum rationibus individualibus solum ut cum obiecto materiali extensis: unde etiā si repugnaret me videre Petrum, dum non repugnaret me videre aliquod coloratum lucidam, non repugnaret potentia visiva. Et hoc in ipsis relationibus prædicamentaliibus apparet; quod Pater, qui habet plures filios, ad omnes unam dicit relationē, & pereuntibus aliquib⁹, dum alii maneant, relatio perseuerat; quia sola materialis extensio desperditur: ergo pariter in transcendentali respectu, & connexione dicendum. Quod adeò manifestū mihi videtur, ut mirer quomodo hoc à Recentioribus negetur.

§. V.

## Soluuntur argumenta.

38 Sed obiciūt Hurtado, & Arriaga, quia respectus realis, seu relatio realis nequit esse nisi ad terminum realem, ut omnes faten-

tur: sed coloratum ut sic, abstractū à coloratis particularibus, nihil est reale: ergo ad illud non potest esse respectus realis in potentia visiva. Patet consequentia, quia potentia ista non abstrahit aliquam formalitatem ab omnibus coloribus. Et ad huc si abstraheret, eo ipso quod aliquod particulare esset impossibile, ratio illa abstracta esset diuersa, quia illud commune respicit omnia inferiora, cum quibus petit idem tificari.

Secundo, in potentijs physicè operatiis res est clarior; quia licet concedatur intellectum respicere rationes abstractas, ignis tamen non potest respicere calorē ut sic; quia calor ut sic non est physicè producibilis: potētia autem effectiva respicit suum terminum ut producibile: ergo essentialiter terminum in particulari, & non in communi.

Confirmatur, & explicatur: quia potentia physica debet ordinari ad effectus sub ea ratione, sub qua sunt producibles à parte rei: sed id quod est à parte rei producibile, sunt entitates in singulari, & non prædicatum aliquod commune: ergo ad entitates in singulari terminatur respectus cause. Probatur minor, quia id est à parte rei producibile, quod de facto producitur per actionem cause: sed per actionem cause producuntur de facto entitates individuales, & non prædicatum aliquod commune; hoc enim sit commune per intellectum tatum: ergo, &c.

39 Nec valet si dicatur, quod actio perse primo terminatur ad ratio-

rationem communem; & materialiter ad rationes particulares.

Num hoc in primis est cōtra Philosoph. qui i. Metaph. cap. i. docet actiones perse terminari ad singularia, & peraccidens ad vniuersalia: *Actiones autem (iaquitz) ac generatio- nes omnes circa singularia sunt. non enim hominem; nisi per accidens animam, qui mede tur; sed Calliam. aut Socratem, &c.* Ergo actiones perse primo terminantur ad individua ut talia: ac per consequens potentia productiva primario, & perse respicit individua ut talia.

Secundo: ex solutione data habetur, quod respectus causæ terminatur ad hunc numero calorem, propter rationem caloris, quæ est in illo: ergo repugnante hoc numero calore, repugnat ratio formalis propter quam ad illum terminatur respectus causæ; ac per consequens repugnauit etiam ipsa causa. Patet consequentia: quia repugnante hoc numero calore, repugnant omnia prædicata cum illo realiter identificata; sed ratio caloris, quæ est in illo, identificatur realiter cum illo: ergo repugnat illo repugnante.

40 Hæc tamen argumenta, & alia quæ multiplicantur, laborat in æquiuoco; & quia æquiuocatione sublata, arbitror fere omnia cœflare; ideò non opus est alia proponere. Notandum ergo ex D. Thom. i. 2. q. 29. art. 6. & ex Conrado ibidē, & ex Caiet. i. p. q. 8 o. a. 2. ad 2. dub. i. 5. Secunda distinctio, quod naturā aliquam summi in communione, contingit dupliciter: uno modo nominaliter; & sic homo communis defi-

nitur, & cognoscitur, & abstrahitur à singularibus, & tribuitur ei secunda intentione vniuersalis: alio modo loquimur de natura communis ad uerbialiter. Primo modo notum est solum intellectum attingere naturam communem, quia hæc est eminentia obiecti eius: & ipse solus facit vniuersale, iuxta dicta lib. i. Logicæ, quia ipse solus potest abstrahere à materia individuali, non vero aliæ potentiae physicæ, neque partis sensitivæ materiales.

41 At vero secundo modo bene potest aliqua potentia sensitiva, & apprehensiva, & appetitiva (inquit S. Thom.) ferri in aliquid vniuersaliter: sicut dicimus, quod obiectū visus est color secundum genus; nō quia visus cognoscat colorem vniuersalem; sed quia quod color sit cognoscibilis à visu, non conuenit colori, in quantum est hic color; sed in quantum est color simpliciter. Vbi Conrradus sapienter notat, quod actio aliqua duo respicit in obiecto; scilicet terminum, & rationem terminandi; sicut visio terminatur ad hoc album tanquam terminum, sed ratio terminandi est color. Quamuis ergo actionis sensitivæ terminus sit res singularis; semper tamen ratio terminandi est communis vniuersaliter, quæ est obiectum potentiae formale; quia videlicet, ratio videndi est color in quo cumque, & quando cumque, & ubi cumque inueniatur: est ergo terminus singularis, sed ratio terminandi, & videndi est aliquid vniuersaliter. Quod docuisse Philosophum i. Post. ibi probat.

42 Quæ doctrina extēdēda est ad omnes causas, & ad earum causalitatem, & actiones applicanda: nam quævis actiones sunt suppositorū, & singularium, ut ex Phylosopho docet S. Tho. 3. p. q. 20. art. 1. ad 2. tamen in actione singulari, circa individuum in singulari, & est consideranda. n id quod terminat: & hoc est aliquid individuum: & est considerata ratio terminandi: & hæc diversa correspondet diauersis causis; & quæc causa est uniuersalior, tanto ei correspōdet in effectu & in intentione ratio causata; ideo ratio entis tribuitur Deo, ratio corporis alterati primo alteranti, ratio specifica cause proximæ: vnde quo libet obiecto formaliter repugnante, repugnat virtus ad illud; secus vero si repugnat hoc, vel illud individuum. Loquor de causis creatis, quia de omnib[us] ipotentia alia est disputatione Theologorum propriæ.

43 Informa ergo ad argumentū, cœcessa maiori, diliguntur minor; nihil est reale, ex parte secundæ intentionis; concedo: ex parte naturæ, quæ est illius fonda. n. itūm, & causa; nego. Ex eo autem, quod sensus non formet secundam intentionē, solum sequitur, quod non faciat viae sive, non finaliter; quod concedimus; non tamen quod non attingat ratione n. formalem uniuersaliter, adverbialiter: quod solum negamus. Ad secundam probationem dicetur ad ultimum.

44 Ad secundū distinguo antecedens, ignis non potest respicere calorem ut sic, in acta signato, & sub secunda intentione uniuersalis; cœce-

do; in actu exercito, ut rationē terminandi, nego. Quamvis hoc modum discernere, & distinguere pertineat ad intellectum. Et ex parte quoad hoc applicari potest doctrina S. Th. illo art. 6. docentis, quod odium etiam sensitivæ partis potest respicere aliquid in uniuersali; quia ex natura comuni aliquid aduersatur animali, & non solum ex eo quod est particularis; sicut Lupus Oai: vnde ovis odit Lupum generaliter. Quamvis quoad aliqua sit disparitas, quæ nostrum non infringit intentum.

45 Ad confirmationem distinguo maiorem; & cœcedo, loquendo specificatiue, quia eadem res, quæ est possibilis, potest producitur: nego verò loquendo reduplicatiue: quia alia est ratio specificandi, & alia est ratio individuationis singularis; & quod est formale ad individuationem, est materiale respectuue ad speciem. Et hanc solutionem necesse est ipsos argumentos ad nittere: nam dicant, quod licet causa producat effectum existentem, seu dando ei existentiam; non tamen reduplicatiue ut existente; quia potest causa existere non existente effectu: ergo pariter nos possumus distinguere, & dicere, quod id quod est individuale terminat; ratio tamen reduplicatiua terminandi, est aliquid commune. Et in hoc sensu vera est solatio in arguimento relata.

46 Ad primam replicam dicitur, quod ut ex contextu constat, & notat ibi S. Thom. libr. 1. Metaph. lect. 1. litt. g. intendit Phylosophus assig-

assignare discriminem inter experientiam, & artem, quod experientia est singularium, cum ars sit universalis, &c. Ex quo potius habemus nouam probationem conclusionis, quia si ars, quæ contingit effectus intelligibiliter mediantibus speciebus, & ideis dicit relationem ad effectus sub communi ratione, ita ut repugnante, hoc vel illo effectu, adhuc virtus artificis sit pro alijs; ita pariter dicendum in continentia effectuum in causis naturalibus: nam differētia, quæ hic est, potius iubat intentum: nam ut docet S. Thom. q. 7. de Potentia art. 1. ad 8. in agente per naturā inuenitur forma effectus secundū quod agens in sua natura assimilat sibi effectum, eo quod omne agens agit sibi simile. In agentibus autem per artem formæ effectuum præ existunt secundum eandem rationem; non autem eodem modo esseendi; nam in effectibus habent esse materiale, in mente vero artificis habent esse intelligibile: & idē sic at hæc connectuntur in esse intelligibili cum effectu, ita virtutes naturales connectuntur in esse naturali.

47 Ad secundam replicam concedo primam consequentiā; & nego secundam. Ad eius probationē distinguo maiorē, repugnante uno individuo repugnant omnia eius prædicata cum illo identificata, repugnancia quasi materiali, & de peraccidens propter identificatiōnem cum illo; concedo: repugnancia formalis, & quæ in omnibus inueniatur; nego: quia repugnancia potest oriiri ex prædicato individua li, in quo ab ilius differt; vnde stan-

te repugnancia huius individui, nō arguitur repugnancia aliorum: si autem repugnancia esset ex prædicto specifico, repugnante uno, omnia individua repugnarent; nō autem omnia quæcumque conueniūt in genere. Et quod aliter intellecta illa propositio sit falsa, patet: quia non eo ipso quod repugnet unum individuum, repugnat omnia genera, nec omnia entia, non obstante, quod in materialiter repugnet hæc ratio entis cum isto individuo identificata.

## Q V A E S T I O   XXII.

*Vtrum idem effectus possit simul procedere à dupliciti causa totali?*

<sup>1</sup> **N**on est quæstio de causis diversi ordinis; quia eiusdem effectus sunt quatuor causæ, & omnes totales in sua linea. Nec difficultas est de causis eiusdem ordinis inter se subordinatis: nam idem effectus, qui fiunt à causa secunda, sunt etiā totaliter à causa prima; licet alio modo, ut docet S. Th. lib. 3. Cōtragent. c. 70. & Sol, & homo generat hominem, ut dicit Phylos. 2. Phys. cap. 2.

2 Pariter est certum, quod plures causæ eiusdem ordinis, si sint partiales, posseunt simul concurrere ad eundem effectum, ut plures simul trahentes navim: de quibus inquit S. Th. 1. p. q. 5 2. art. 3. quod nullus eorum est perfectus motor, cū virtus vniuersalitatemque sit sufficiens ad mouendum; sed omnes simul sunt loco

loco vnius motoris, inquantum omnes virtutes eorum aggregantur ad viuum motum faciendum. Deinde, adhuc cum virtus vniuersitatisque est sufficiens in actu primo, si in actu secundo non applicet totam virtutem, concurrant partialiter, & idem effectus est simul ab utroque; ut cum duo portant simul pondus, quod vniuersitatis seorsim posset portare. Omissois opinionibus, quia eas diligenter retulimus 2. p. Metaph. Controa. 16. art. 3. §. 2.

## §. I.

## Quid dicendum ex natura rei?

3 Dico primo, ex natura rei est impossibile eiusdem effectus esse plures causas totales, adaequatas, eiusdem rationis inter se non subordinatas. Colligitur ex Phylos. 2. Phys. text. 30. & 5. Metaph. cap. 2. Probat hanc conclusionem M. Musiashic cap. 3. sect. 5. q. 2. concl. 1. tribus rationibus: primo, quia quemadmodum natura numquam debet in necessariis, ita neque superfluis abundat: posita autem una causa totali, alia item totalis eis secundum ordinis superflueret: superfluum enim dicitur, quod si a motum fuerit, sine illo erit idem ac cum illo.

Secundo: quia naturaliter duo agentia nequeunt applicari passo aequo proximi, tamen completæ, & totales cause: nam si ambæ plus efficient, quam singulæ, non erunt totales. Tertio, in alijs generibus causarum nequeunt dari plures causæ totales eundem generis, & or-

dinis respectu eiusdem effectus: non enim dantur duæ materiæ, aut duæ formæ, aut duo fines totales: ergo neque dari poterunt duo efficiētes totales proximi.

4 Hanc ultimam rationem non possumus non suspicere, & venerari, utpote D. Thom. 1. p. q. 52. art. 3. Sed quia est, vel à paritate, vel inductione, restat alia ratio assignanda à priori. Secunda vero, quamvis verum assūmat, propter distinctionem situalem corporum; tamen cum agunt per virtutem diffusam intra sphaeram activitatis utriusque; saltem ex parte, poterunt simul coiungi. Et adhuc dato, quod applicatio non sit possibilis naturaliter, restat difficultas, quid esset dicendum semel applicatis causis supernaturaliter, & relictis modo causandi naturali, an idem effectus esset simul totaliter ab utraque causa?

5 Prima vero ratio, quamvis valde placeat modernis, frivoli appellatur à Magistro Lorca 3. part. disp. 25. num. 15. quia si quid probaret, non solum conuinceret, non posse conciurrare plures causas sufficientes ad eundem effectum simul; sed nec etiam posse inservi plures causas sufficienes ad eundem effectum: quod tamen aduersatur experientiæ; quia idem calor potest produci à Sole, & ab igne, & a pluribus ignibus: quod de eodem secundum speciem videtur admittendū; quicquid sit de eodem numero. Deinde haec multitudo causarum, non cœsetur superflua, sed potius facere abundantiam, & plenitudinem vniuersitatis.

uersi. ¶ Demum, quod duæ causæ simul adunētur, est euentus per accidens: in ipsis autem aliquid potest esse superfluum. Et saltem ex applicacione alicuius causæ liberæ id poterit euenire: Quare quicquid sit de ipsis rationibus.

6 Vrgentius probatur ratione S. Thomæ in 1. dist. 37. quæst. 3. art. 3. *Quia ab agente perfecto patiens ducitur in actuū perfectū; qui habito nō remanet in potentia ad suscipiendum aliquid plus.* Ex quo sic arguitur: applicatis duabus causis sufficientibus tota virtute concurrentibus, vel passim est capax suscipiendi simul utriusq; effectum; vel non? Si hoc secundū; non concurrent totaliter; sed vel una sola faciet, vel partialiter concurrent; vel ad iniucem se impedient. Si primum; ergo cum causæ sint duæ, etiam effectus erunt duo, & ita non erit simul ab utraque idē numero effectus. Deinde, hęc agencia eiusdem ordinis eidē simul applicata, vel inter se adunantur loco unius perfecti motoris; & sic concurrunt partialiter. Vel simul concurrunt ad idem sine adunatione; & ideo si vnu, patiens ducit in actuū perfectū, & sibi totaliter subiicit, & totum causat, non est quidaliud causare possit: quia si pponim⁹ in eodem genere causare. Ad hanc reducitur ratio assignata à P. Rubio hic tract. 7. quæst. 2. n. 20. quamuis ipse non tribuat D. Thomæ, sed sibi.

7 Sed obijcies: si alicui stupræ simul applicentur duo ignes, ambo comburēt illam: sed in iste casu sūt dyæ causæ totales eiusdē effectus:

ergo naturaliter poterit idem effectus prouenire à causa duplii totali. Maior patet, quia absque dubio stupra comburetur; & non est maior ratiō cur comburatur ab isto, quam ab illo. Minor vero probatur, quia utraque causa est totalis, & operatur naturaliter; & ideo influit secundum totam virtutem.

Secundo: si duo corpora æqualiter luminosa eidē diaphano applicentur, generabunt in illo idem lumen: nam diuersum numero generare non possunt; cuni duo accidentia eiusdem speciei solo numero differentia nō possint esse in eadē parte subiecti. Sed illa duo corpora sunt duæ causæ totales eiusdem ordinis: ergo idem effectus potest prouenire a duplice causa totali eiusdem ordinis.

Respondebat Masius ad 1. & 2. quod in utroque casu duo illi ignes, & duo luminosa non essent causæ totales, sed partiales: quia maior ignis ab utroque causabitur, quam ab uno; & maius lumen in diaphano causant duo luminosa, quam vnu: vnde non erunt causæ totales, sed partiales: nam causa totalis est, quæ producit totum effectum, & omnē eius modū; vnde erunt causæ quasi inadæquatæ.

8 Sed dices: agētia naturalia agūt naturaliter, & quantum possunt; seu secundum ultimum potentiam: ergo non est in eorū potestate propriam virtutem attemperare; aut remittere, vel partialiter applicare: ergo si unum luminosum esset causa totalis, etiam quando aliud ad

adest etiam erit causa totalis.

Respondet Rubio n. 21. quod illa applicatio prouenit à causa prima, ad quam pertinet applicare secundas pro exigentia effectus, & subiecti capacitate. Quod explicat num. 27.

Hæc etiatio nunquam potest satisfacere, quia non est recurrēdum ad causam primam, cū assignari potest causa proxima effectuā: nā causa prima causas secundas proprios motus agere sinit; quāvis enim praeueniat eorum motus, non impedit, nec se solo facit, vt supra diximus.

9. Aliter respondet Iauellus lib. 5. Metaph. q. 7. ad 1. quod si non esset causa faciens, quod concurrent partialiter, sed ambo totaliter, stuppa non igniretur; quia alioquin daretur effectus, qui à nulla suarū causarum dependet, & esset ab illa.

Hæc tamen solutio videtur aduersari experientiæ, quia melius illuminant duæ candelæ, quam vna; & efficacius cōburunt duo ignes, quam vnu. Deinde, si ignis se solo cōburit; per hoc, quod simul approximetur alter ignis, vel cum illo penetretur, non tollitur ab eo vis cōburendi, & igniendi.

10. Ambæ tamen istæ solutiones prima, & vltima, rectè expositæ, satisfaciunt argumēto: & ambas tradit Ferrala lib. 3. Contrag. cap. 58. §. Ad primum istorum, dicens, quod aut à nullo illorum corporum tale medium illuminabitur; aut ambo concurrent ad illum effectum tanquam causa partialis; ita scilicet, quod neutrū secundum totam suam virtutem aget, sed secundum

partem virtutis. Nam cum vnumquodque illorum ad productionē illius effectus inclinetur per se, vnu alteri repugnabit tāquam suā causalitatis impeditiuo; & ideo neccesse erit, aut vt nullum ipsorum agat, vno alterum omnino prohibe te; aut vt neutrū sua virtute totaliter vtatur; sed ambo ad illum effectum tanquam partiales causæ concurrant. Hæc ibi.

11. Vnde ad replicam propositā num. 8. respondet distinguedo maiorem; agunt quantum poslunt, si non impedianter; concedo: si alterius causæ concursu impedian tur; nego: quia effectus Solis solet impediri ab alia causa particulari: & vt seruetur ordo naturalis grauia ascendunt, & levia descendunt ad vacuum supplendum; & ita non mirum, quod ex concursu causarum, ambarum causalitas, vel im pediatur, vel attempetur.

12. Ad ea, quæ obijciuntur num. 9. respondet, quod nec solent luminosa eidem omnino parti applicari, nec habere eādem omnino intensionem; & ideo experientia hic locum non habet: quia regulariter solent se mutuo iubare, vel in intensione, vel extensione ad alias partes. De quo late PP. Carmelit. disput. 15. quæst. 3. num. 42. Consortium autem alterius, si cum illo nō adunatur, & totum producit, est impedimentum; quia tollit potentiam, & capacitatem, ad recipiendum idem, vel aliquid plus ab alia causa.

§. II.

*Quid de potentia absoluta?*

**13** **D**ico secundo, non implicat contradictionem, quod idē numero effectus simul procedat à duplice causa totali proxima eiusdem ordinis. Ita docent Caietanus 1. p. quest. 52. art. 3. §. *Ad instantiam*, Capreolus in 2. dist. 2. quest. 1. ad 5. contra tertiam fol. 84. Suarez disp. 26. Metaph. sect. 4. Rubio tract. 7. quest. 2. à num. 22. & plures alij. Et duplice ratione probatur. Prima à paritate, nam quoad hoc eadem est ratio de causis principalibus, & de causis instrumentalibus: sed idem effectus potest p̄dere physicè à duplice causa instrumentalí adæquata in genere instrumenti: vt cum plures eundem baptizant; & S. Thom. 3. p. quest. 82. art. 2. ad 2. docet plures Sacerdotes simul posse unā hostiam consecrare: & tamen in eius sententia concurrunt ut causæ instrumentales physicæ totales in genere instrumenti: ergo pariter idē effectus potest simul pendere à duplice causa principali.

Respondeat Magister Masius q. 2. post tertiam conclusionem, negando maiorem: & ratio disparitatis est, quia ex eo quod dēter plura instrumenta, non sequitur eundem effectum dependere ab una causa, & non dependere ab illa, quia dependentia effectus non est ab instrumento, sed à causa principali; quia haec est, quæ influit, quæ communicat esse effectui: & quia causa principia

lis una est, quæ varijs vtitur instrumentis, tota dependētia est ab illa.

**14** Sed contra: nam cōtradictionem implicat, quod alicui conueniant ratio causæ, & quod non conueniant ea, quæ sunt de essentiali eius ratione: sed clementialis ratio causæ significat dependentiam a ieiunis ab altero, vt ait S. Tho. 1. p. q. 33. art. 1. ad 1. & patet ex eius definitione, per quam disinguitur ab alijs: ergo cō ipso, quod instrumentum ponatur physicè causare, ab illo dependebit physicè effectus. **T** Secundo; licet simpliciter dependentia sit à causa principali, & comparatiuè ad illam dependentia ab instrumento solum sit secundum quid, & vt ab organo deferente alterius vim, tamen in genere instrumenti est causalitas: ergo & dependentia: & tandem in instrumentis causæ totales sunt duas, & effectus unus: ergo pariter poterit dici de causis principalibus; quia omnes sunt quasi instrumenta primæ causæ.

**15** Aliter respondent alij, quos citat, & sequitur M. Ortiz tract. 6. confer. 3. concl. 2. & 9. 5. negando minorem, quia eadem est ratio de causis instrumentalibus: & sic in causis nostræ rationis illi ministri cōcurrunt partialiter, pro visu unum in Christo: & sic virtutes instrumentariae illerum inadæquatè influunt, & partialiter; quia ex natura instrumentorum simul concurrentium est, quod ad inuicem attemperentur.

Nec hæc solutio videtur satisfacere, quia supponimus, quod causa principalis, qui est Deus, est una; & pariter

pariter instrumentū cōiunctū, nēpē  
humanitas Christi est vna: sed tamē  
instrumenta separata sunt plura,  
& in actu primo, quia plures sunt  
characteres; & in actu secundo: nam  
cuilibet prolationi verborum da-  
tur motio, vel transiens qualitas,  
quae de facto conuertit patientem in  
Corpus Christii: & hæc motio, nec  
adunatur cū alia, nec per illam im-  
peditur, vel iubatur: cum peracci-  
dens sit, quod cōsecrantes sint plu-  
res: ergo effectus totaliter est à quo  
libet instrumento: ergo pariter dici  
potest de causa instrumentalis.

16 Secundo vrgentius probatur  
ratione cōmuni in huiusmodi qua-  
stionibus: Deus potest quicquid cō-  
tradictionem non inuoluit, quia  
hoc solum est simpliciter impossibi-  
le, & non ens, & extra obiectum  
diuinæ omnipotentie, ut docet S.  
Thoas 1. part. quæst. 25. artic. 3.  
Sed nulla assignatur impossibilitas  
simpliciter, aut cōtradiccio in hoc,  
quod idem effectus proueniat à du-  
plici causa totali eiusdem ordinis:  
ergo hoc à Deo fieri potest. Pro-  
batur minor argumentis respon-  
dendo.

## §. III.

## Soluuntur argumenta.

17 In primis authoritates, & ra-  
tiones primæ cōclusionis, ita  
probant de lege ordinaria impos-  
sibilitatem; quod nil conuincant  
de potentia absoluta, quia quan-  
tus causare illis causis sit naturale;  
tamen modus causandi cum simul

tate alteri<sup>9</sup> est supernaturale: idem  
autem diuerso modo dependentie  
bene potest à duobus dependere;  
vnde secunda causa non producit  
alium numero effectum, nec in a-  
lio genere causæ, quam prior cau-  
sa; sed eundem effectū sub alio mo-  
do, & quoad hoc habet potentiam  
obedientiæ: nam licet effectus  
in entitate sit naturalis, in modo  
tamen esset supernaturalis, ex ad-  
unatione cōcursus totalis duarum  
causarum eiusdem generis, facien-  
te diuina virtute, quod se non attē  
perarent, nec impeditent.

18 Secundo arguitur ex Ferrara  
illo cap. 68. vbi quamvis clarè non  
exprimat loqui de potentia absolu-  
ta; eius tamen ratio id videtur co-  
uincere; nam intendit deducere cō-  
tradictionem; quia si unus effectus  
numero à pluribus causis totalibus  
eiusdem generis, & ordinis proue-  
niret; effectus perse, & determina-  
tus non haberet causam determina-  
tam: nam si ab una causa procedit,  
& ab alia etiam potest procedere si  
mul, sequitur, quod prima non est  
perse, & determinata eius causa:  
causa enim sine qua effectus aliquis  
est potest, nō est illius effectus, per  
se, & determinata causa: sed hæc  
duo manifestè implicant contradic-  
tionem: ergo, & quod idem effec-  
tus sit à duplice causa totali.

Respondetur, quod est duplex  
quasi perseitas, & determinatio; a-  
lia connaturalis sol. m.; alia conna-  
turalis, & essentialis simul: quando  
est determinatio, & essentialis con-  
nexio, contradictionem inuoluit,  
quod actus prodeat nisi ab isto prin-

cipio; sicut implicat contradictionem, quod operatio causæ secundæ prodeat sine concurso primi, & quod actio vitæ procedat, nisi à principio intrinseco, & quod intellectus sit nisi ab intellectu, & quod ratiocinatio sit ab alio, quam ab homine: nam in his omnibus, nō tantum est cōnexio perse, sed etiā essētialis, & invariabilis. Quando verò est determinatio, & habitudo perse, solum connaturalis, potest ab alio æquivalenti prouenire, licet nō illo modo: sicut habitus perse causat actū, & actus fieri potest sine habitu: per auxilium, vel ex virtute intellectus, quamvis cū difficultate: & animalia, quæ fiunt ex semine, possunt, si sint imperfecta, fieri ex putrefactione: & vt docet S. Tho. in 2. dist. 1. quest. 1. art. 4. ad 3. Eundem effectum specie, quem natura producit, Deus potest sine natura operante facere. In his ergo casibus effectus est à causa perse, & determinata, & tamen idem potest ab alia procedere: ita pariter dici posset in praesenti. Quam doctrinam pro multis alijs materijs notabis. Et illa cōfirmatur, quæ diximus de connexione causarum cum effectibus.

19 Secundo dicitur, quod est duplex determinatio; alia formalis, & quoad speciem; alia materialis, & quoad individuum, & causalitatem, & alias circumstatijs: prima exigitur per se in effectu respectu causæ; & hæc solet inueniri, quia vt dicit S. Th. vbi sup. Nō potest idem esse effectus se cūdus specie à diversis agentibus immediatis, habebitis operationes determinatas ad determinatos effectus: & hæc determina-

natio inuenitur in casu præsentis, quia supponimus duas illas causas esse eiusdem speciei. At verè determinatio materialis agentis, non perse exigitur: quia sicut idem effectus esset, si cōcurreret duo ignes partialiter, ac si unus concurreret totaliter; ita idem esset, si ambo cōcurrerent totaliter; quia quoad præsens esset differentia materialis. Quid autem dicendum in casu sequentis quaestio-  
nis? In illa videbitur.

20 Ultimo est commune argumentum, quod sic vrget Magister Ortiz §. 2. causa totalis, adæquata, completa, seu perfecta, dicit in suo conceptu essentiali exclusionem alterius cause totalis, adæquata, completa, seu perfecta in suo genere in ordine ad producendum unum effectum: ergo si duæ simul concurrent, sequeretur, quod utraque esset totalis, adæquata, completa, seu perfecta, vt supponimus; & neutra esset adæquata, & completa; cum utraque admittat consortium alterius. Probatur antecedens: nam adæquatum, in illa ratione in qua est adæquatum, excludit consortium alterius in tali ratione; vt enim ex nominis ethymologia constat, adæquatio essentialiter dicit negationem exclusus: vt in quantitate mensura adæquata est, quæ nec excedit, nec exceditur: & obiectum adæquatum aliquius potentiae, vel habitus, non potest non ab his respici, nec ab alijs, vt sic valet attingi: ergo causa adæquata, in illo ordine, in quo est adæquata, non potest excedi ab effectu. Sed si admitteret consor-

consortium alterius causæ in eodē ordine excederetur ab effectu: nā in tali casu effectus inquantū effectus totaliter depēderet ab alia causa: ergo excederet vnam causam; siquidem quilibet causa influit in vnum effectum; & hic unus effectus recipit esse ab utraque: ergo essentialiter dicit exclusionem alterius similis cause. ¶ Quod confirmatur ex P. Fr. Ioanne Poncio disp. 40. q. 2. n. 24. nam eadem causa nō potest habere plures effectus adæquatos simul, & semel, vt communiter admittitur: alioquin effectus ille esset adæquatus, vt supponitur, & non esset adæquatus, quia ultra illum haberet aliū: ergo pariter dicendum ex parte effectus, à paritate.

Respondetur hic vitandam esse æquiuocationem terminorū; quia si nomine *causa totalis* intelligatur causa *unica*, & sola in illo generet, ex sola terminorum significatione constat, quod implicat in terminis eundem effectum procedere ab una, & sola causa, & procedere à duplicitate: sed tamen ex vi terminorum id non importari, patet: nam propriissime verificatur esse causam totalem in actu primo, quando habet virtutem completam, & sufficientem; & esse totalem in actu secundo totalitate cause, quando sufficienti virtute influit; & est totalis totalitate effectus, quando nihil est in effectu, quod sibi non tribuatur, & ab illa non dependeat: quod totum non includit essentialiter exclusionem consortij alterius, quia totalitas dicit perfe-

ctionem virtutis, & influxus, & dependentiæ ex parte effectus: quod stare potest stante consortio alterius cause.

21 Vnde informa nego antecedens. Ad probationem nego antecedens, qui r̄potius vt dicit Phylophus 10. Metaph. *æqualis* dicitur *quæsi per rationem minoris*. & maius is, quod assert S. Thomas, & approbat 1. p. q. 42. art. 1. & inde explicat æqualitatem diuinarum personarum, in quibus non est maius, & minus, & tamen est consortium alterius personæ: & duo corpora possunt esse æqualia; per quod non excluditur consortium alterius tertij corporis æqualis cum uno illorum penetrati. Ergo argumentum laborat in æquiuocatione terminorum, dum totum innititur in illa propositione falsa, & impropria: *Adæquatum in ea ratione in qua est adæquatum, excludit consortium alterius*. Deinde, in vocabulis vim non faciendo, hic est adæquatio formalis cum termino specificatuo, compatiens extensionem ad aliud materialiter diuersū. Et totus effectus quasi in substantia est ab una causa; sed in modo sub alia dependentia est etiam totus ab alia causa, iuxta dicta n. 19. Et sub eadem distinctione distinguatur antecedens confirmationis: & ad illā respondetur sic discurrendo de effectibus unius causæ adæquatis, ac diximus de vno effectu à duplice causa.



## QUAESTIO XXIII.

*Vtrum idem effectus diuisim pos-  
sit esse à pluribus causis?*

**1** *S*ermo est de causis creatis, non  
de causa prima: certum est e-  
niun, quod eosdem effectus nume-  
ro, quos faciunt causa secundæ, po-  
test Deus se solo facere: vnde S.  
Tho. 1. p. q. 105. art. 2. ait: *Erroneum  
est d. cere, Deum non posse facere per seip-  
sum omnes determinatos effectus, qu. sicut  
per quin cum que causam creatam: nam  
Dei virtus est infinita, eminenter cō-  
tinens omnem vim causatiuam; &  
causalitatem, & effectum causæ ef-  
ficientis. Sesus ergo quæstionis est,  
vtrum variatio solius causæ efficiē-  
tis creatæ sufficiat variare effectū  
numero; ita vt calor, vel ignis, qui  
fit ab illo igne, esset alius numero,  
sive esset ab alio igne?*

5. I.

*Ex natura rei est impossibile.*

**2** *D*ico primo: naturaliter repug-  
nat eundem effectum nume-  
ro esse diuisim a duplice causa. Col-  
ligitur ex illo Ecclesiast. 7. vers. 29.  
*Hono' patrem tuum. & gemiu'um maris  
tua ne obliuiscaris; memenio qu' niam sis  
per illos natus non fuisses: ac si diceret,  
id quod asserit S. Tho. Quodlib. 3.  
art. 25. & Quodlib. 5. art. 8. Impossi-  
ble est eundem filium nasci, sive sit aliis pa-  
ter, sive sit alia mater: sicut etiam non est  
idem numero sigillum. sive sit alia cera,  
sive sit aliud corpus sigilli, ex cuius impre-  
sione cera sigillatur. Ergo ex variatio-*

ne causæ efficientis docet variati  
effectum numero, etiam cum non  
variatur materia.

**3** *E*am probant Ferrara 2. Physi-  
corum quæst. 4. & Fonseca lib. 5.  
Metaph. cap. 2. quæst. 5. sect. 2. quia  
sequeretur, quod effectus perse, &  
determinatus non haberet causam  
perse, & determinatam: nam si ita  
producitur ab ista causa, quod id  
numero possit esse ab alia, non pe-  
tit perse determinate istam, sed va-  
ge, vel disiunctim hanc, vel aliam:  
quod est inconveniens.

**4** *S*ed nisi amplius addatur; non  
videtur hæc ratio conuincens: quia  
vt sit effectus perse, sufficit, quod  
in virtute causæ, à qua fit, contineat-  
tur; sive idem possit fieri ab alia cau-  
sa, sive non: vnde S. Tho. 1. 2. q. 85.  
art. 5. ait: *Per se quidem est causa alterius,  
quod secundum virtutem sua nature,  
vel forma producit effectum. Vt autem  
causa sit determinata sufficit, quod  
contineat effectus speciei determi-  
natæ; & quod in singulari agat in-  
fluxu determinato, & singulari, &  
efficaci. Quod autem determina-  
tio ita sit necessaria, quod hic nu-  
mero effectus ab alia causa nō pro-  
ueniret, nec in illa idem numero con-  
tineatur, probandum restat.*

**5** *M*elius ergo probatur ratione  
indicata à Phylosopho 8. Metaph.  
tex. 12. vbi S. Tho. lect. 4. litt. c. ait:  
*Phylosophus dicit primo, quod contingit  
una materia existente, fieri diuersa prop-  
ter mouentem causam; aut quia est alia,  
& alia cau'a mouens; aut quia eadens  
causa mouens habet se ad operandum di-  
uersa diuersimode. Ex quo sumitur ra-  
tio communis Thomistarum; quia  
præci-*

# §. I. Idem effectus non est à dupli ci causa.

295

principiè ponderant M. Soto in 4. dist. 43. q. 1. art. 3. §. At quia. Et M. Masius hic sct. 5. q. 3. in 2. probat. 1. concil. Et formatur sic: causæ naturales non tantum habet determinatas virtutes, & determinatos effectus secundum speciem; sed etiā est talis correspondentia causæ cū effectu, quod in diuidatio huius effectus depēdet ab ista numero causa efficiēte proxima: ergo ista variata nō est idem numero effectus. Probatur antecedēs, primo ex proportione: nam sicut causæ specie distinctæ determinatè continent effectus specie distinctos: ita determinatio huius indiuidui correspōdet huic determinatae causæ. Secundo: causæ hæc numero, quæ absolute habet virtutem ad producendum plures effectus numero, est quia potest habere distinctas causalitates, & actiones numero distinctas; semel tamen operando hac numero actione, & hoc numero influxu, nō potest non operari huc numero effectum; eo quod actiones sunt via, & motus est tendentia ab isto agente in istum terminum: ergo eo ipso quod agens sit diuersum, variatur influxus, & effectus secundum numerum.

6 Quod confirmatur primo: nā si indiuiduus effectus non peteret hanc indiuiduam actionem, & hæc nō exigeret hoc indiuiduum agēs, non facile assignari posset ratio cur idem indiuiduus naturaliter non produceret bis: sed hoc Phyllophi non admittunt fieri posse per naturam: ergo indiuiduatio effectus pendet ab hac actione huius cause.

Confirmatur secūdo: nam si idem numero cōtinetur in qualibet productione causæ eiusdem speciei, nulla eset ratio cur ignis genit⁹ nō contineret ignem generatē: imo non eset cur non causaret idem in diuiduum, quod eum causabit: & ita erit causa suæ causæ: quod patet quam sit absurdū: alioquin causabit totam speciem, & seipsum, ut deducit S. Tho. 1. p. q. 45. ar. 5. ad 1. 7 Ad argumentum principale (omissa solutione Suarez, quam satis reieciimus 2. p. Metaph. Controv. 16. n. 91. vsque 97.) respondet Rubio tract. 7. q. 3. num. 34. quod idētatis numerica causæ, non est conditio necessaria ad identitatem numericam producti effectus; sed ex subiecto, ac tempore, ceterisque circumstantijs accipitur: quibus cōcurrētibus, siue ab hac, aut illa causa talis speciei effect⁹ producatur, idem numero procedet.

Sed contra primo: nam ex Philosopho 8. Physic. text. 49. & ex D. Tho. ibidem lect. 12. in fine, & ex multis alijs Authoribus, ipsem et author lib. 5. Phys. cap. 4. q. 2. in fine, docet ad unitatē numericam motus exiguitatem numericam agentis; quia diuersa agentia agunt per diuersas actiones: de quo cicenus lib. 5. q. 3. 5. 2. ergo pariter diuersæ actiones habebut diuersos effectus.

Secundo; intimus exigunt ad effectū causæ agēs, & influxus eius, quam tēpus, & alia circumstantiæ: ergo si ab illis sumitur indiuiduatio effectus; multo melius à diuersitate causæ diuersa actione, & influxu actuali influentis.

8 Contra prædictam conclusio-  
nem arguit Scotus in secundo dicit.  
20. quæst. 2. duo agentia eiusdem  
speciei sunt æqualis virtutis; quia  
habent formam substantialem eius-  
dem perfectionis: ergo quicquid po-  
test unum efficere hic, & nūc in his  
circumstatijs, potest aliud: ergo idē  
numero effectus, qui sit ab hac cau-  
sa, posset esse ab alia.

Hoc argumentum efficax nō es-  
se, Suarez, qui Scotti sequitur sente-  
tiam disp. 26. Metaph. sect. 5. n. 11.  
& 12. aduertit: quia ex eo, quod  
causæ sint eiusdem speciei solù se-  
quitur, quod valeant producere ef-  
fectus eiusdem speciei; non tamen  
infertur, quod producant amba eū  
dem numero, de quo est quæstio.


9 Præterea miratur Matij quæst.  
3. post tertiam conclusionem, qua-  
liter Scotus in 3. distiact. 1. quæst. 2.  
doceat contradictionem implicare  
cundem effectum simul produci  
à duplice causa totali: & postea di-  
stinct. 20. admittat, quod naturaliter  
diuisim est à duplice causa tota-  
li: nam in utroque par videtur re-  
pugnantia; vel in neutro.

10 Secundo arguit Suarez, &  
post eum alij: eadem est ratio con-  
servationis, & productionis; quia  
conservatio nihil est aliud quā cōti-  
nuata productio: sed effectus produ-  
ctus ab una causa potest idem nu-  
mero conservari ab alia: ergo idē  
numero effectus potest à duplice  
causa diuisim produci. Probatur  
minor: nam eadem lux, quæ causa  
ta est ab una candela, conservatur  
in absentia eius, si sine villa interpo-  
latione alia subrogetur: & idem

calor conseruatur in aqua in absen-  
tia ignis, qui causabat, si alius succe-  
dat, ac si esset primus præsens: & eo  
dem modo impedit secundus ignis,  
quod aqua reducatur ad pristinam  
frigiditatē, ac si non esset abla-  
tus ignis: ergo idem numero effec-  
tus in virtute utriusque ignis con-  
tinetur; & idem ab utroque poterit  
causari.

Ad hoc argumentum responderet  
Masius ad 4. negando maiorem, quia  
utriusque quoad hoc est dispar ra-  
tio: nam effectus non habet unitatem numericam à conservatione,  
sicut habet à productione, &c.

11 Sed quicquid sit de hoc, ad-  
missa maiori; distinguo minorem;  
potest conservari ab alia causa indi-  
rectè, ut remouente prohibens; cō-  
cedo: potest conservari directè, vt  
dante idem numero esse, nego mi-  
norem: distinctio est S. Thomas 1.  
part. quæst. 104. art. 1. & per illam  
facile respondet ad primam pro-  
bationem, quod ut ait S. Thomas  
1. part. quæst. 67. art. 3. ad primum,  
lumen non remanet, nisi ad præsen-  
tiam agentis; unde variata candelæ,  
variatur lumen. Pariter dicitur ad  
secundam, quod illa conservatio  
caloris sit impediendo ne frigidi-  
tas nativa prorumpat, & extranea  
adueiat: quæ est conservatio indi-  
recta remouendo prohibens;  
non vero directa influē-  
do esse primo calo-  
ri causate.



§. II.

*Id fieri potest de potentia ab  
soluta.*

12 **D**e secundo, non implicat contradictionem, quod idem numero effectus, qui sit ab una proxima causa totali efficiente, fiat ab aliis: quare à Deo id fieri poterit. Dicitur ex dictis questione præcedente. Et probatur, quia adhuc ex natura rei vix occurrit probatio coauincens id esse impossibile; quomodo ergo aderit, quæ demonstrat id à Deo fieri non posse?

Sigillatim probatur eneruando rationes implicationis adduci solitas. Rubio num. 33. ad probandum, quod nec de facto id repugnet, arguit ab inconvenienti, quia sequitur idem dicendum de potentia absoluta: nam principium individuationis non est minus intrinsecum in huic individuo, ut tali, quam speciem huic speciei; si ergo per ordinem ad hoc numero agens est hic numero effectus, qui producitur, sequitur non fore eundem numero, id est, numero agentia totalia respiciat: unde sequitur, quod sit idem numero, ut supponitur; & quod non sit idem numero; quia causæ efficientes, à quibus dicitur individuari, distinguuntur numero.

13 Respondeatur: individuationis principia, alia esse essentialia, & intrinseca individuo; alia extrinseca, & connaturaliter solum exacta: in rebus corporalibus materia signata

quantitate est individuationis principium, & sine materia, vel ordine ad illā, nō est individuationis; at vero unitas causæ efficientis, & actionis, & aliarum circumstantiarum, sunt cause individuationis extrinsecæ; & solum connaturaliter exactæ; & ideo à Deo, qui potest operari praeter ordinem rebus inditum, & supra cursum naturaliū causarū, possunt mutari.

14 Præterea arguunt PP. Carm. disp. 15. q. 4. s. 2. per hoc, quod duo individua sint eiusdem speciei, non habetur, quod habeant eandem numerum effientiam; sed solum quod sint fundamentaliter similia: ergo solum erunt similia in agendo: ergo non erunt idem numero in causando.

Confirmatur: quia differentia individualis contrahit in ratione essentiae, & in ratione naturæ: sed quia contrahitur species in ratione essentiae, non facit idem individuum, &c alia: ergo per hoc, que d'contrahatur in ratione naturæ, vel potentiae actionis radicalis, habebit, quod non possit producere eundem numerum effectū, quem alia producit, sed alium similem: alioquin non esset differentia inter rationem illam vt cōtractam, & vt abstractam, vel communem.

Respondeatur ad argumentum admittendo totum discursum illius: ex quo solum habetur, quod causa individuorum habet virtutem causandi in dividuam, & singularem, continentem peculiarem sepiem effectuum; quia tamen hoc est extrinsecum in dividuo causato, restat probare, quod idem individuum contineri nō possit

possit in serie duplicitis causæ: nam ex individuatione virtutis causati-  
væ hoc non infertur; quia si una vir-  
tus numero est ad plures numero  
effectus, non habemus unde colli-  
gamus, quod eam non habent ad  
aliquos cōtentos sub serie alterius;  
quia hoc pertinet ad abundantiam  
vniuersi. Et dato quod de facto ita  
non contingat; quo argumento cō-  
uincetur repugnare, quod à Deo  
fiant duæ virtutes numero distin-  
ctæ continentes eundem numero  
effectum? Imò oppositum videtur  
inferri: nam virtus contentiva cau-  
siæ non est de essentia individui cō-  
tentis: & hac ratione probat S. The-  
m. in 4. dist. 44. q. 1. art. 1. quæst. 2. ad 2.  
*Quod generatio, & resurrectione non sunt  
idem motus; nectamen propter hoc impedi-  
tur identitas resurgens.*

15 Ultimo est argumētum, quod  
post alios, vrget M. Ortiz tract. 6.  
confer. 4. §. 2. quia duæ causa totali-  
les sive simul, sive successiue, in-  
fluerent duabus actionibus numero  
disinctis: ergo non possent pro-  
ducere eundem numero effectum.  
Antecedens supra admissimus: &  
cōsequens supra est probata, quia  
ad vnitatem numerica effectus re-  
quiritur vnitas numerica actionis.

Sed dici facile potest, hoc argu-  
mentum probare solum ex natura  
rei: nam actiones, & iæfluxus singu-  
lares, & determinati sunt ad hunc  
numero effectum, & non ad alium:  
inde tamen non habetur aliter fieri  
non posse: vt clare patet, quod  
idem numero homo, qui genera-  
tur, regeneratur in resurrectione;  
& actiones sunt diuerſæ, & effectus

idem numero. Et actionem distin-  
gu ab effectu producto, libro se-  
quenti dicetur: & satis patet, quia  
effectus manet, transeunte actione.

16 Sed instat Ortiz: nam actio ni-  
hil aliud est quam fieri ipsius effec-  
tus, seu est ipsem effectus in fieri,  
qua propter distinguuntur sicut fie-  
ri, & factum esse: at implicat quod  
dentur duo fieri distincta numero,  
& vnu:n numero factum esse: ergo  
vunità numerica actionis ita requi-  
ritur ad vnitatem nume:icam effec-  
tus, vt aliter fieri contradictionem  
implicet.

Retorqueri tamen potest instan-  
tia; quia indubitatum est eosdē nu-  
mero effectus causarum secunda-  
rum posse à solo Deo fieri: in quo  
eventu constat, quod cum vnitate  
effectus, est diuersitas actionis: nam  
vt ait S. Thom. lib. 2. contrag. cap.  
57. *Impossible est quod eorum, que sunt  
diuersa secundum esse, sit operatio una.*  
¶ Deinde, idem effectus, qui fit ab  
vno agente totali, potest in omniū  
sentientia fieri à duplice agēte partia-  
li: & tamen ibi actiones sunt diuerſæ (præcipue in sententia ipsius Or-  
tiz, qui sequenti tractatu dicit actio-  
nem transeuntem subiectari in agē-  
te) & solum materialiter intermixto  
vniuntur: ergo non est vlla contra-  
dictio, quod diuersis actionibus fiat  
idem numero. *Quia licet fieri con-*  
naturalē petat, quod hæc actio to-  
talis individua limitetur ad istū ter-  
minum in individuo producendū;  
potest Deus hunc modum produ-  
cendi mutare, vt iam dictum est, &  
variare agentia, & actiones, conser-  
uata vnitate effectus.

Hucusque

17 Hucusque egimus de effectu duplicitis causæ efficientis; quæ dicenda restabant de effectu duorum si. niū, tractant Theologi 1. 2. & quæ dicenda erant de pluralitate formarum, require 2. p. Metaph. Contr. 16. art. 5.

## QVAESTIO XXIII.

*De mutua dependentia causarum?*

**C**omparando causam finalē cum efficiente, certum est sibi inuicem esse causas, ut docet Phyllophilus 2. Phys. text. 3. nam causā valetudinis obtinēdā facimus exercitium moderatum; & hoc valetudinē causat; sed diuersimode: nam sanitas influit in genere causæ efficientis, & exercitium influit effectiue: & propter beatitudinem facimus bona opera, & sic beatitudo est causa finalis operum, quæ illam causant dispositiæ, & meritorie, & quodammodo effectiue. Et rationem assignat S. Th. 2. Phys. lec. 5. litt. c. *Quia nihil prohibet aliquid esse prius, & posterius, secundum diuersas rationes, finis enim est prius secundum rationem, sed posterior in esse; agens autem contra.* Hoc in fine facilius percipitur, quia primo est secundū esse in intentione; & sic est prius: & postea est posterior in executione. De alijs autem causis realiter, & physicè causantibus, quibusdā videatur difficile causas ad inuicem esse causas.

## §. I.

*Sententia negativa.*

**Q**uare negatiuam sententiam mordicus tuentur Hurtado disp. 8. sect. 8. Arriaga disput. 7. sect. 8. subl. 2. Ioānes Poncius disp. 40. q. vltim. citas Scotum in 2. dist. 12. q. 2. in qua potius inuenio, quod Deus dat esse materiæ mediâte forma: unde hæc est illius causa: & cù sit eius subiectum, iam ad inuicem sunt causæ ex mœte Scotti. Sed quicquid sit de hoc. Istorum sententiæ dicunt noui Phyllophilæ se libenti animo amplecti, quia semper ex ose sibi fuerunt hæc mutuae prioritates, seu dependentiæ causarum. Probat primo: quia omnis causa prioritate naturæ præsupponit existens ante suum effectum: ergo nullo modo potest causari ab ipso effectu. Partet consequentia: quia effectus non potest causare suam causam, nisi tribuendo illi existentiam: sed hæc datur in causa antequæ existat effectus: ergo non potest effectus eam tribuere ipsi cause; ac per consequens esse causâ illias.

Secundo probant: quia nihil potest ad seipsum realiter præsupponi; cum prioritas realis inter extrema realiter distincta versari debat: sed si inter causas diuersi generis daretur mutua dependentia, idem ad seipsum præsupponeretur realiter: ergo non est admittenda. Probatur minor: quia non solum causa, sed etiam ea omnia, quæ ex parte causæ requirantur

tur ad causandum effectum, præ-supponantur ad illum eadem prioritate, quia ipsa causa: sed omnes causæ ipsius causæ requiruntur ex parte illius ad effectum producendum: ergo eadem prioritate reali naturæ, qua hæc præsupponitur ad effectum, præsupponuntur, & illæ: ergo si effectus ipse est vna ex causis huius causæ, effectus ipse præsupponeretur realiter ad seipsum. Minor probatur, quia deficiētibus causis causæ, corruit existentia causæ, quæ includitur in acta proximo ad causandum. ¶ Referunt his argumentis nos adhibere quandam solutionem; quam nec somniauimus; & ideo in eius defensione non oportet laborare.

## S. II.

*Sententia S. Thomæ, communis, & vera.*

**D**Ico primo, in diuerso genere cause inter causas actu causates est mutua dependētia, & prioritas causarum. Et expressa S. Thom. lib. 2. Physic. lect. 5. litt. c. & libr. 5. Metaph. lec. 2. litt. c. vbi concludit: *Forma autem, & materia sibi inuicem sunt cause, quantum ad esse: forma quidem materia, in quantum dat ei esse actum; materia vero forma, in quantum sustinet ipsum.* Exprofessio idē docet S. Th. Opuscul. 31. §. 2. dicens: *Sciendū est etiam, quod non est impossibile, ut aliquid idem sit causa, & causa um; non quidem respectu eiusdē, sed diversimēde.* Et post quam id probasset in causa efficiēte, & simili, subdit: *Materia etiam dici-*

*tur causa forma in quantum forma non est nisi in materia: & similiter forma est causa materia, in quantum materia non habet esse in actu nisi per formam.* Ergo expressie agnoscit S. Thom. mutuam prioritatē inter causas realiter causantes.

4 Deinde, ipse S. Thom. q. 28. de Verit. art. 8. docet, quod dispositio-nes ingenere causa materialis præcedunt formam; sed alio modo, scilicet, ex parte causa formalis, forma substantialis est prior, in quantum perficit & materiā, & accidentia materialia. Et latius tra-diderat toto art. 7. Clarissimè in 4. dist. 17. q. c. art. 4. quæstiuncula 2. ait: *In eodem instanti item natura altera-tis ad dispositionem, que est necessitas, & generatio a formam & tamen secundum ordinem naturæ virumque est prius altero aliquo modo; quia disposicio, que est ne-cessitas præedit formam secundum ordi-nem causa materialis; sed forma est prior secundum ordinem causa formalis.* Ecce vbi eisdem verbis ac nos, nostram docet conclusionem; que est cōmu-nis Interpretum Aristotelis, vt testātur Masius hic sec. 5. q. 5. & Iauel-lus 5. Metaph. q. 8. Fonseca 5. Me-taph. cap. 2. q. 16. sec. 3. concl. 2. Cō-imbr. 2. Phys. cap. 7. quæst. 9. art. 2. concl. 3. & Rubio hic tract. 8. q. 2. & 1. de Generat. tract. 2. & Valen-tia, & Vazquez 1. 2. disp. 211. n. 8. & innumerī alij Theologi, qui po-nent dispositiones in aliquo gene-re causa emanare à Gratia, & Chari-tate ad quam disponunt. De quo 1. 2. q. 113. art. 8.

5 Priorratio S. Thom. manifesta est ex ostēsis libr. 1. videlicet, quod forma vere, & realiter causat mate-riam

riam, & hæc vere, & realiter causat formam: sed istæ sunt causæ realiter causantes: ergo inter causas actu causantes est mutua prioritas, & posterioritas. Probatur cōsequētia, quia omnis causa est prior causato: ergo si ad inuicem habent causare se, ad inuicem habent rationē prioris, & posterioris.

Secunda ratio pendet ex dicendis in libris de Generatione, quod dispositiones præparat, & causant materiam necessitando ad formā, quæ in genere causæ formalis est prior, quia ut sic ab ea sunt accidētia: ergo iam causæ realiter causantes habent mutuam prioritatem.

6 Tertio, ut docet S. Thom. i p. q.45.artic.3.ad 3.creatio est prior creatura, quia est eius principium; & est ea posterior in quantum est relatio, quæ recipitur in creatura, quæ est eius subiectum, & prius ea in esse, sicut subiectum accidente: ergo admittenda est mutua dependentia causarum.

Quod argumentum magis urget ad homines: nam Hurtado, & Arriaga, et alij Recentes contendunt cōtra S. Thom. quod creatio est actio formaliter transiens, quæ creaturā producit ex nihilo: ac per consequens est causa, & prior creatura in genere efficientis: et alias non potest non esse posterior illa in genere causæ materialis, quia non resūdet hoc accidētis in Deo, sed in creatura: ergo tenentur admittere mutuam prioritatē causarum.

7 Scio ipsos respondere creationē nullum habere subiectum receptionis. Cœterum etiam noui M.

Cabero tractat. i. de Generatione dis.4.dub.2. dixile doctrinam hæc omnem Metaphysicam exercitare penitus, quia inhærentia aptitudinalis est de cœlentia accidentis; & dari accidentis non inhærentis est miraculum. q. Se cundo, quicquid sit de modo loquendi, illa entitas afficit subiectum, quod denominat; & quod afficit ut eius quasi modus: & a quo differt ante operationem intellectus: ergo in hoc genere illud supponit; & alias illud causat: ergo cū maiori rigore tenentur admittere mutuam dependentiam, quā nos, qui ponimus creationē solū esse virtualliter transuitem: nam formaliter actio Dei est eius substantia, ut docet S. Tho. innumeris locis relatis in Tabula Aurea verbo, Actio i. sed de his latius Theologi.

8 Accedunt ad confirmationem, & explicationem nostræ sententiarum exempla manifesta. Primū est, quo vtitur S. Thom. i. 2.q. 113.art.8.ad 1.nam cum Sol per suam lucē agit ad remouendas tenebras, in genere causæ efficientis, ex parte Solis prius est illuminare, quæ in tenebris remouere; in genere autem causæ materialis, & dispositiōnē, seu præparatiōne subiecti, & ex parte aeris illuminandi prius est purgari a tenebris quam consuētū laminā, ordine naturæ; licet utrumque simul tempore: ubi loquendo de ordine reali naturæ (quod cōpatitur cū similitate temporis) vide m<sup>o</sup>, quod aer est incapax ut illuminetur, si retineat tenebras: nā cōtradictoriū opponitur luci; ac per consequētis in aliquo genere causæ debet purgari ab hoc impedimento, ut cōsequatur

lucē; & ex alia parte, cū negari nō possit, quod in genere causæ formæ lux, quæ deservatur ab illuminante efficienter, præcedat expulsionē tenebrarum, iam habemus mutuā prioritatem realem causarum, ordine naturæ, sicut utrumque sit simul te nō posse, vt ait S. Thom. & latè prosequitur q. 28. de Verit. art. 7.

9 Secundum est, quoid declarat M. Soto in 4. dist. 14. q. 2. art. 6. §. Sed exurgit: nam vetus aperiens fenestrā prior est in genere causæ efficientis apertione; sed tamē aperio prior est in genere causæ materialis, quia nisi prius natura aperta esset, aer non ingredieretur. Quamvis autem Pōcius n. 65. dicat, quod ingressus venti non habet aliquem influxum in apertione fenestræ. Id non videtur dignum prolixa impugnatione, cum manifeste videatur refragari experientiae: quia si impulsus ille non est effectius aperitionis, non video quid in corporibus possit physicè impellere aliud? Tertio, adhuc in ipsorum sententia exemplum inuenit M. Fr. Ioan. à S. Thom. hic q. 10. art. 4. nam regulariter loquendo negari nequit, quod materia existere non potest sine forma, vt conditione, vel vt comparte: ergo ex parte actus primi, ad hoc vt materia existat, requiritur forma; ergo ex parte actus primi vt materia causet requiritur forma: ergo iam secunda, & fundamentalis ipsorum ratio, funditus euertitur.

10 Demum est ratio à priori indicata à S. Tho. Nam in eodem instanti in quo tempore dantur diuersæ

instantia sufficientia ad ordinē naturæ, & prioritatem à quo: & posunt in eadem entitate esse rationes diuersæ, secundum quarum vnam ab alio dependeat, & secundum aliam dependeat ab alio; vt à causa secunda dependet effectus, & ipsa à prima, & materia sustentat formam, & in ito genere forma à materia dependet; & materia à forma accipit determinationem, speciem, & actualitatem: ergo causæ realiter causantes ad inuicem sunt causæ.

### §. III.

#### Soluuntur argumenta.

11 Per quæ facile argumenta soluuntur. Ad primum negamus antecedens; quod ipsi non probat, & nos improbandum diximus lib. 1. quia causa materialis recipit existentiam, non dat; causat enim vt potentia suscipiens actum. ¶ Secundo, omisso antecedenti, negatur consequentia. Ad probationem dicitur, quod tota deceptio argumenti consistit in hoc, quod confundit ordinem naturæ, cum ordine temporis; cum tamen dictum sit ex D. Thom. ista esse simul tempore, & in instanti in quo; cum quo compatitur esse prius natura, & prius prioritatem à quo; & quod in uno genere causæ est prius, in alio est posterius, vt expositum est.

Sed dicunt se nunquam potuisse callere hanc solutionem; vel enim constituimus vnam solam existentiam in causa; vel duas, quarum vna præcedat ad causandum effectum; altera

altera oriatur ab ipso effectu. Hoc ultimum est insigne figmentum, vt ex ipsis terminis patet. Si autem una solum existentiam habet causa, cum haec secundum se totam, & absolute presupponatur ante effectum, quia absoluta existentia causae est, quae secundum se totam causat realiter effectum, qua ratione poterit haec eadem mutuari ab ipso effectu, adhuc in alio genere concurrende?

12 Respondet doctrinæ defensum non esse, quod id quod omnibus Philosophis erat peruum, nonorum intellectum lateat: & tamen P. Rubio, ex ipsoru Societate, hic n. 21. dicit solutionem hanc *multis exemplis luce clarius ostendi*. Et manifesta est considerantibus, quod omne esse creatum à quatuor causis dependet; considerata ergo existentia, vel entitate causæ adæquate, ab omnibus dependet, & tota sua entitas est simul tempore: attribuendo tamen inadæquate singula singularis causis, est ordo naturæ, & dependentia mutua; ad quod non requiri tur duplex existentia, sed quod sit à formâ vt ab actu primo, & a materia, seu in materia vt in subiecto: & sic de alijs.

13 Ad secundum respondet S. Th. q. 28. de Ver. art. 7. dicens, quod in quolibet genere causæ causanaturali est prior causa. Coniungit autem secundum diuinam genera causarum idem respectu eiusdem esse causam, & causatum. Probat in causa finali, & efficienti; & in materiali, & formali, vt iam supra ex alijs locis ipsius retulimus; & postea ait: Et ideo nihil prohibet aliquid

altero esse prius & posterius secundum diversum genus causæ. Iuxta hoc ergo amba præmissæ distinguuntur; & negentur de eodem adæquate, & secundum idem genus causandi; admittantur vero de eodem secundū diversa genera causarum. Et licet prioritas naturæ requirat realem distinctionem inter causam, & causatum; non tamen requirit, quod id quod est causa in uno genere causæ; & causatur in alio genere, realiter inter se distinguatur, quia quod in uno genere causat, idem alio genere causatur. Ad probationē minoris negetur maior: & instari in ipsorum sententia, iam diximus n. 9. vel concedatur prima consequentia; & secunda distinguatur iuxta dicta.

14 Dico secundo, in eodem genere insimo, causæ non sunt ad iniiciem causæ; bene tamen in eodem genere supremo. Prior pars est D. Thomæ lib. 5. Metaph. lec. 2. litt. c. & ratio est: nam alias in eodem ordine, & secundum idem aliquid erit prius; & posterius, causa, & causatum.

15 Secundam partem docet Cabreræ 3. p. q. 1. art. 3. disp. 1. artic. 3. §. 26. num. 466. & Montesinos 1. 2. disp. 1. q. 1. nu. 6. & latius Nazarius 3. p. quest. 1. artic. 3. Controu. vnicæ §. vi autem: & patet non solum in fine cui, & cuius gratia, & in fine effecto, & intento, quæ sunt causæ extrinsecæ, & causat prout in apprehensione: sed etiam in causa materiali, quia accidentia præparant, & disponunt, & vt sic reducuntur ad causam materialem; & tamen subie-

subiectum est causa materialis illorum; eo quod accidentis esse est in esse subiecto.

16 Et ratio est, quia distinctio ista specierum sufficit, ut non verifetur, quod secundum idem est prius, & posterius; & ex alia parte videimus ad inuicem dependere in illis rationibus diuersis: ergo sufficit ut ad inuicem sint cause, iuxta tenorem primæ conclusionis.

### Q V AESTIO XXV.

#### *De casu, fortuna, & fato.*

**1** *Q* Via fortuna, & casus compunitur inter causas, cum multa dicantur fieri, vel esse, etiam propter fortunam, & casum; ideo de his hic egit Aristoteles; ut notat S. Th. initio lec. 7. & Interpretes propter connexionem doctrinæ addiderunt disputationem de fato: quia tamē de his erudite scribunt M. Soto q. 4. & M. Ferrara q. 5. & duabus sequentibus, & M. Masius per quinque quæstiones, & P. Rubio, & alij post eos; ideo nos breuissimè non nulla perstringemus, ne omnino ieiunus de his lector pertranseat.

#### s. I.

#### *De fortuna.*

**2** *F*ortuna dicitur à forte, dicitur autem esse forte, quod est præter intentionem; cum autem causa per se sit quæ ex intentione operatur, ideo fortuna opponitur causæ per se: & in rei eritate casus, & for-

tuna est concursus duarum causarum per se à neutra earum intentus: sic describitur à M. Soto: & est exemplum in illo, qui intendens plantare vineam, fodit terram, & inuenit thesaurum. Eam definit Phylosophus text. 52. lec. 8. apud D. Tho. in fine his verbis: *Fortuna est carsa per accidens in his, quæ sunt secundum propositum, proprie- sim in minori parte.*

3 Pro qua notandum, quod fortuna, & casus differunt, ut ait S. Tho. 2. Physicorum lec. 10. quod fortuna, proprie loquendo, solum contingit in habentibus dominium sui actus; quia fortuna videtur idem felicitati, vel ei esse propinqua: unde vulgariter felices bene fortunati vocantur: & sic solū est in agentib⁹ libere, & nō in inanimatis, nec in bestijs, nec in pueris; quia his nō accedit infortunium, nisi similitudina rie. Casus autem etiam est in alijs, si cut equus casu venit, quando salutem adeptus est veniens. Et differunt casus, & fortuna; quod casus est in his quæ sunt à natura, sed non fortuna: unde eorum, quæ sunt à casu, causa est intrinseca, sicut in natura libus: eorum vero, quæ sunt à fortuna, causa est intrinseca, sicut, & eorum quæ sunt à proposito. Et ita in definitione *casu* habet vicem generis, ly per accidens distinguit à causis per se: per alias particulas explicatur distinctio casus, & fortunæ: quā etiam tradit S. Th. lib. 12. Metaph. lec. 3. litt. c. & videndum omnino S. Thom. lib. 11. Metaph. lec. 8. litt. g. usque in finem, ubi inquit, oportet, quod circa eadem sit fortuna, & intellectus. Unde in rebus carentibus

# §. 1. De fortuna.

305

tibus ratione, non est fortuna; sicut plantæ, lapides, & bruta animalia: neque etiam est in pueris, qui carēt yī rationis.

4 Dao alia cum Phylosopho eisdem locis aduertit S. Tho. Primiū est, qualiter accipiendæ sint vulgares locutiones de fortuna: dicitur enim *incerta, ignota, bona, vel mala*. Quia enim infinitæ sunt causæ, à quibus aliquid fieri potest à fortuna: sicut patet in exemplo positio; potest enim aliquis inuenire thesaurum fodens terram, vel ad plantandum, vel ad faciendum sepulchrū, & propter infinita alia. Et quia omne infinitum est ignotum; ideo fortuna est incerta humanæ cognitio- ni, & dicitur esse causa secundum accidēs. Dicitur autem fortuna bona, vel mala, ex eo quod bonum, vel malum fortuito evenit. Sed si sit magnum bonum, quod fortui- to evenit, dicitur *eufortunum*: si sit magnum malum dicitur *infortunium*. Ex quo concludit Phylosophus, quod fortuna non est prima causa rerum; quia causa peraccidens secundum quid dicitur causa. Et hoc est secundū quod erat notandum.

5 Ex hac doctrina Aristotelis de ridendi veniunt Gentiles, qui fortunam Deam reputabant, iuxta illud Iuvenalis Satyra decima: *Nos facimus fortuna Deam, cæloque locamus: quos sapienter, ut asiolet, ex propria confessione reuinctit* Sanctus Augustinus libro quarto de Ciuitate Dei capite 18. dicens: *Quo- modo ergo Dea fortuna, si aliquando bona est, & aliquando mala? An forte quā do mala est, Dea non est, sed in malignum*

*Damnonem repente conueriunt, &c. Et eleganter Pontanus libro primo de Fortuna capite primo, ait: Quo- modo Deus erit, si hac tanq[ue] sepe, tam in- cen[n]derate, tam etiam iniique, atque ex inopinato, extollit ignatos, locupleti uim meritos, vexat, atque affligit insortes, bo- nos in calamitatē adducit, ac seruitu- tem, prauos statuit in solio, liberat à pe- riculis peruersos; moderatos, & hone- stos viros, laboribus, periculis, eruminis, ac miserys conficit? Alia circa hoc vi deantur apud Magistrum Ma- sium quæstione prima, & secunda.*

6 Obijcies: ea quæ gubernantur, & reguntur infallibili prouidētia, nō sunt casualia, nec à fortuna: sed omnia naturalia, & libera regun- tur, & dirigantur diuina prouiden- tia, iuxta illud Sapientiæ 12. *Tua au- tem prouidentia Pater ab initio cuncta gu- bernas: ergo nihil est à casu, nec à fortuna.*

Respondetur ex Diuo Augusti- no lib. 83. qq. in quæst. 24. & ex Di- uo Thoma prima parte questione 116. articulo primo, quod contin- git quandoque, quod aliquid ad in- fiores causas relatum, est fortui- tum, vel casuale: quod tamen rela- tum ad causam aliquam superio- rem, inuenitur esse perse intētum. Sicut si duo serui alicuius domini mittantur ab eo ad cūdem locum, uno de altero ignorantē, concur- sus duorum seruorum, si ad ipsos referatur, casualis est, quia accidit præter vtriusque intentionem: si autem referantur ad dominum, qui hoc præordinauit, non est ca- suale, sed perse intētē. Admittimus ergo respectu Dei nō esse fortunā,

nec casum; sed solum respectu causarum secundarum; quod enim nobis est per accidens, à causa prima est intentum perse: ut patet in illo casu 3. Reg. 22. vers. 34. cum vir qui dādam teneat arcum, in incivum sajū dirigens, & casu percussit Rēgem Israhīmē palmonem, & stomachum: & hoc, quod fuit à casu respectu iacētis sagittam, erat præordinatum, & præintētū à Deo, in cuius nomine hoc euenturū prædix̄ erat Propheta Mīcheas.

## s. II.

## Defato.

**F**atum (ut inquit S. August. lib. 5. de Ciu. Dei c. 9.) à fando dictum intelligimus, idest, à loquendo; vt ea fato fieri dicantur, quæ ab aliquo determinante sunt ante prælocuta. Et describitur à S. Boetio libro 4. de Consolat. Prosa 4. *Fatū est inherēs rebus mobiliō dispositio, per quā prouidentia suis quaque necēt ordinibus.* Et clarius S. Tho. 1. p. quæst. 116. artic. 2. & 4. *Fatum est ordinatis secundarum causarum ad effectus diuinissimis provisos.* Notat autem S. Tho. illo art. 2. quod fatum potest sumi dupliciter: & causaliter, & essentia liter: causaliter Dei potestas, vel voluntas dici potest fatum. Essentialiter vero fatum est ipsa dispositio, seu series, idest, ordo causarum secundarum.

**8** Inquiri autem solet, vtrum fatum consistat in absoluto; an in relatione?

Respondeat P. Suarez disp. 19. Metaph. sect. 11. nū. 10. fatum nec esse solam relationem: hæc enim nihil ad efficiendū consert: nec esse vna

aliquam causam efficientem; nulla enim perse sola sufficit ad eam necessitatem inducendam, quam fatum indicat, sed esse collectionem causarum, ita dispositarum ex diuina prouidentia, sicut necesse est vt talis effectus sequatur. Illa autē causarum dispositio nō est relatio; sed dicit in singulis, & in omnibus causis applicationem accommodatā, vt talis effectus sequi possit: & hoc significatur per modum relationis, licet solum sit relationis fundamentū.

**9** Dicendum tamen est fatū causaliter, & fundamentaliter supponere pro absoluto; at vero formaliter, & cōpletuē significare relationem. Hæc quasiuncula multū habet de modo loquēdi, & in his præualere debet maiorum authoritas. Nostra autem cōclusio traditur cōmuniter à Thomātis, quos sequuntur PP. Conimb. hic cap. 6. q. vñica art. 2. ad finem. Et P. Rubio q. 2. n. 15. & 16. & est expressa S. Th. dicta q. 116. art. 2. ad 3. vbi loquens de fato essentia liter, vt ipse declarauerat, ait: fatū dicitur dispositio, non que est in genere qualitatis, sed secundum quod dispositio designat ordinem, qui non est substantia, sed relatio. Qui quidem ordo, si consideretur per cōparationē ad suum principium, est unus. Et sic dicitur unus fatum. Si autem consideretur per relationē ad effectus, vel ad ipsas causas medias, sic multiplicatur: per quē modum Poeta dixit: *Tenafata trahunt.* Idemque docet S. Tho. Opusc. 28. art. 2. nec dissentit art. 5. vt vtrumque articulum conferenti constabit.

10 Præterea, illa applicatio non est actiua nisi ex parte virtutū, quæ applicantur; & tamē sine illa nō est fatū. Deinde, causæ sine ordine inter se, & habitudine ad præordinationē diuinā, poti⁹ cōstituūt multi tudinē nullonexu cōnexā, quā cōsituāt seriē causarū: ergo cū fatū, in catholicō sēsu, importet id, quod oritur ex diuina dispositione, vt in ter se, & ad illā dicit habitudinē, de formalis significabit ordinē; quāvis supponat pro causis ordinatis, vt in similī de ly. album, & de ly. genus diximus lib. i. Log. q. 18.

11 Quid autē humanae operatio-  
nes sunt liberae, & fatali necessitatī  
nō subdātur, fides docet, & natura  
lis ratio demonstrat: illa sa autē liber-  
tate subdi diuinę prouidētię infalli-  
bili, & fato catholicē explicato, do-  
cet S. Th. illa q. 116. a. 1. & vlt. quod latius examinent Theologi.

### QVAESTIO XXVI.

*Vtrum natura agat propter finē?*

1 A Duersus Anaxagoram, Empe-  
docilem, & Democritū, qui ex  
ignoratiā finis, in varios errores in-  
ciderunt, hāc quæstionē latē dispu-  
tat Phylos. hic c. 8. & quia eius resolu-  
tio, vt notat S. Th. initio lect. 12.  
valet ad quæstiones Theologorum  
de diuina prouidētiā; idēc eit breui-  
ter stabiliēda, & explicanda.

#### §. I.

*Certa conclusio.*

2 Conclusio ergo Phylosophi  
est: natura agit propter finē.  
Quam probat quinquerationibus,  
quas ad formam redigit S. Thom.

lect. 13. Prima est, quia impossibile  
est, ea quæ sunt semper, vel frequē-  
ter, accidere à casu: ergo ea, quæ  
sunt semper, vel frequēter, sunt pro-  
pter aliquid: sed omnia, quæ sunt  
secundum naturam sunt semper,  
vel frequenter, vt ipsi cōsitebātur,  
& experiētia est manifestum: ergo  
omnia, quæ sunt à natura, sunt pro-  
pter finem.

Secundo, natura agit vt ars; quā  
coſtūt agere propter finem. Ter-  
tio, ars imitatur naturā: sed ea, quæ  
sunt secundum artem sunt propter  
finem: ergo, & ea, quæ sunt secun-  
dum naturam. Et hæc ratio est ex-  
pliatio secundæ.

3 Quartu arguit ex naturalibus  
operibus animalium, quæ neque o-  
perantur per artem, neque per in-  
quisitionem, neque per deliberatio-  
nem; cum semper eodem modo  
operēt: omnis enim hirundo si-  
militer facit nidum, & omnis ara-  
neus similiter facit telam: & tamē  
agunt propter finem, vt patet ex  
eorum operibus. Et plantæ produ-  
cunt folia gratia fructuum; & radicēs  
sunt in plantis, non sursum, sed  
deorsum, vt accipient nutrimentū  
à terra: ergo causa finalis inuenit  
in ijs quæ sunt à natura.

Deum arguit, quia natura dici-  
tur de materia, & forma; & forma  
est finis generationis; ergo esse, &  
fieri propter finem inuenit in re-  
bus naturalibus.

4 Pergit rursus alias rationes pro-  
ponere Phylosophus, quibus anti-  
quorum euertit fundamenta, &  
præcipua est illa quæ formatur à D.  
Thom. initio lectionis 14. nam mō

stra dicuntur peccata naturæ, quia non attingunt finem naturæ: ergo natura ad determinatum finem tendit. Et huius si gñū est quia non sūt monstra simul ex partibꝫ animaliū, & plantarum coeuntia. Rationes iste latè declarantur ab expositoribus: sed quia lumine fidei affulgent, hoc nō potest in dubium verti; ideo non opus est in his immorari.

5 In modo adhuc solo naturali lumine attento, sapienter notat M. Soto q. 6. post 4. cōcl. quod nihil aliud est, quam furor, & insania de rebus naturalibus fieri ollere. Quis enim homo, nisi qui hoc nomine nō est dignus, dicere audeat, cum cæterorum animalium, tum maxime hominis membrorum compaginem, fortè, & casu factam: sane, que ad sua cuiusque officia tam sunt copiose appolita, atque adeo mirabiliter accomodata, vt oculi, aures, manus, pedes, & his interiora, os, dentes, gutturi, stomachus, tamque multe venæ, arteriæ, alueique diversi, quibus alimentū, quo sine viuere nequimus, sumatur, teratur, deglutiatur, digeratur, distribuat, & egeratur, &c. quæ eleganter prosequitur.

6 Accedit argumentum Cicero nis lib. 3. de Natura Deorum: nam si characteres litterarū temere projecti historias, seu annales Luij nō perficiunt; neque aliquis tam demēs est, vt possit persuadere librum eruditum cōpositum fortuita coacervatione litterarum; quis suspicari poterit mundum adeo eleganter dispositum, & ordinatum, casu esse fabricatum? Quod argumentum nō omisit Doctor Angelicus; nam

1. parte quæst. 103. artic. 1. aītripse ordo certus rerum manifestè demonstrat gubernationem mundi: sicut si quis intraret domum bene ordinatam, ex ipsa domus ordinatio ne ordinatoris rationem perpende ret, vt ab Aristotele dictum Tullius introducit in libro de Natura Deorum. Multa congregérunt Patres, & Doctores ad hanc veritatem illustrandam, quos referunt M. Masius cap. 9. quæst. 1. & ibi Pater Rubio, & nouissimè M. Baptista 1. 2. disputatione 8. dub. 1. nouem rationibus corroborat.

## S. II.

## Solauntur argumenta.

7 Sed cōtra eam primo arguitur: Quod non cognoscit finem, nō potest agere propter finem: nam hæc causa mouet prout in apprehensione, vt supra dictum est: sed agentia naturalia, vt ignis, & planta, nō cognoscunt finem: ergo agentia naturalia non agunt propter finem.

Respondet Sanctus Thomas initio lec. 12. quod ea, quæ non cognoscunt finem, nō tendunt in finem, nisi vt directa ab aliquo cognoscēte, sicut sagitta à sagittate: vnde intentum natura dicitur operari propter finem, inquit ab Autore naturæ dirigitur in determinatum finem; & sic necesse est, quod ab aliquo intelligēte ordinetur: & sic opus naturæ est opus intelligentiæ.

Hæc tam solutio non videtur satisfacere; quia iuxta eam, naturalia, cognitione carētia, nō ageret propter

ter finē, cū eū nō cognoscāt; sed solum author naturæ operaretur propter finem: de quo non disputamus.

¶ Secundo; etiam si author naturæ non operaretur per intellectum, dum igni, & lapidi, & reliquis tribueret naturas, quas modo habent, eodem modo operarentur: sed tunc nullo modo agerent propter finem, quia nec à motore cognosceretur finis: ergo nec modo agit propter finē.

8 Secundo adidē arguitur: agēs naturale non mouetur à fine: ergo non agit propter finem. Consequētia patet; nāly *propter* designat motionem causæ finalis, qua agens mouetur à fine, & ad finē. Antecedens vero probatur: quia v.g. quādo ignis cōbūrit stupā, forma introducēda, quæ dicitur esse finis, nullatenus mouet ignē, neque realiter, nec intentionaliter: ergo nullo modo mouet. Probatur antecedēs, quoad primam partem, quia tunc forma introducenda, nec est in se, nec in virtute derelicta: ergo non potest mouere realiter. Quod non moueat intentionaliter probatione nō eget, quia ignis non cognoscit.

Si dicatur, immediate ignem moveri à propria forma; sed mediate, & remote ab intentione authoris illam naturam determinantis ad tam finem.

Non videtur hæc solutio solvere argumentum; quia non explicat, an hæc motio sit intentionalis; an realis? Secundo, quia forma ignis determinat per modum formæ, & permodum principij effectui radicalis; non vero appetet qualiter determinet in genere causæ finalis: er-

go illa calefactio, quatenus ab igne, non est propter finem.

9 Huic argumento respondet P. Rubio c. 9. q. 1. n. 7. quod hoc, vnu probat necessario concedendū, nēpe, naturam, seu naturalia agentia non agere proprio modo propter finem; sed valde improprio; sufficiēti tamen, vt non temere, aut casu agerē dicantur; nam isto modo agēdi propter finē (quātumlibet improprio) carent prorsus casualia.

10 Displacet hæc solutio; primo, quia delocutione metaphorica, & impropria, non adeò curarent Philosophi, & Theologi, & S. PP. Secūdo, vbi est proprie effectus causæ finalis, ibi est proprie agere propter finem; vt patet ex dictis: sed in agētibus naturalibus est effectus causæ finalis: ergo est proprie agere propter finem. Minorem probat S. Th. 1. 2. q. 1. art. 2. nam causarū ad inuicem ordinatarum, si prima substrahatur, necesse est alias substrahi: prima autē inter omnes causas, est causa finalis; quia agēs non mouet nisi ex intentione finis: si enim agēs nō esset determinatū ad aliquem effectū, nō magis ageret hoc quā illud: & ideò determinatur, vel à voluntate, vel per inclinationē naturalē ad finē: ergo omnia agētia, necesse est agere propter finē, vere, & proprie-

11 Aliæ dñæ solutiones veræ sūr, sed pro illarum intelligentia notat S. Th. ibi, & tota quæfl. 6. & 1. p. q. 59. art. 1. quod tripliciter aliquid inclinatur in finē; vno modo per solam naturalē habitudinem absq; cognitione; sicut plantæ, & corpora inanimata. Quædam verò inclinatur

nantur ad finem cum cognitione illius imperfecta, quia non cognoscunt rationem formalē finis, & boni; sed materialiter, quia cognoscunt aliquod bonum particulare; sicut sensus, qui cognoscit dulce, & album: tertio modo aliqua inclinantur in bonum cognoscendo ipsam rationem boni, quod est propriam intellectus.

Igitur, quae tendant in finem absque cognitione, tendunt in illū physice, vel violenter eam prosciuntur, vel naturaliter cum mouentur a generante, vel actiūe ut cum mouetur plantæ vita vegetativa. Quae tendunt in finem cum cognitione imperfecta, dicuntur se mouere in illū physice, & materialiter: quae verò tendunt cum cognitione perfecta, tendunt in finem moraliter libere se mouendo: unde ait S. Tho. dicto art. 2. Illa, quæ rationem habet, se ipsa mouet ad finem, qui habent dominium suorum auctum per liberum arbitrium.

12 Aduertit autem M. Baptista 1.2. disp. 9. dub. 2. concl. 4. quod apud Phylosophum Naturale, ea quæ actiūe physice se mouēt, dicuntur absolūte se mouere in finem, etiam si moraliter non se mouant: at vero absolutè, & apud Phylosophum Moralē, & Theologum soluit illa, quæ moraliter mouēt, dicuntur absolutè se in finem mouere; secus vero illa, quæ actiūe se mouent. Quia Physicus non curat de moralitate, sed de motu physico; & sic Phylosopher hic text. 27. absolutè concedit, quod bruta se mouent.

13 Deinde aquertendum, cū Fer-

rara hic q. 8. in princ. quod cum dicimus naturam agere propter finem, & similiter artem, propriè loquendo, ipsa non est, quæ agit propter finē; sicut nec est id quod agit; sed est id quo agens naturale, & agit, & propter aliquem finem agit. Idem est ergo dicere, naturam agere propter finem, quod agens naturale, in quantum per naturam agit, agere propter finē. Et hac de causa S. Tho. 1. 2. q. 1. art. 2. ait, quod tota irrationalis natura comparatur ad Deū, sicut instrumentum ad agens principale.

14 In forma ergo distinguitur maior primi argumenti: quod nō cognoscit fidem non agit ut quod propter finem; concedo: non agit ut quo physice, nego. Et concessa minori, negetur consequentia. Et solutio S. Thom. ad 1. & 2. Et per hoc cellat prima replica: qua doctrina non prænotata, nō facile aliqui ab illa se expediunt. ¶ Ad secundā dicimus casum in terminis implicare, quia primū agens debet esse perfectissimum, & virtus intellectualis; & ideo alia diriguntur ab eius arte, & sunt instrumenta ab illo mota. Si tamen imaginetur instrumentū moueri ad eundem finem, ad quem diriguntur ab agente principali, erit sine ipso; tendet in finē materialiter, non formaliter ut modo dirigitur.

15 Solutio secundi optime explicatur à M. Soto. q. 6. ad 4. dicente, quod quemadmodum cognoscens album, dirigit sagittam in albū, impinendo illi impetum, vel iotū ad tales deterninatum locum; & ideo album mediate mouendo hominem, mouet sagittam, quia virtus impre-

impressa est sagittæ ex intentione alibi: ita quia cōditor naturæ Deus ex intentione fructuum impressit plātæ virtutem germinali, plāta mouetur quodammodo à fructibus, id est, per virtutem sibi impressam ex intentione fructuum: & ideò opus naturæ, est opus intelligētiæ. Et eo dē modo ignis quodammodo mouetur ab igne generando. Hæc ille.

16 Ad primam replicam dicitur, quod est intentionalis motio ex parte cause principalis; & realis motio, & physica ex parte instrumenti: sicut artifex ex fine præconcepto, physice mouet instrumentum. Ad secundam respondetur, quod forma simul est finis: nam forma est finis generationis, ut ait Phylos. c. 7. licet non sit finis rei genitæ, ut notat S. Tho. lec. 10. in priac. & lib. 12. Me-

taphysic. lectio. 9. & alibi sapè.

17 Reliqua quæ hic nonnulli disputant de modo quæ bruta agunt propter finem? Pertinet ad 1. 2. vbi de his, & alijs adiacentibus questib⁹ tractatur.

18 Circa rationē Phylosophi adductam n. 4. notandum ex D. Tho. q. 6. de Pot. art. 2. ad 8. quod monstrat licet sint contraria naturam particularem; non tamen sunt contraria naturam universalem. De quo videatur in 2. dist. 18. q. 1. art. 3. ad 6. & lib. 2. Contrag. c. 40. ad 2. & q. 16. de Malo art. 6. in princ. Et 1. 2. q. 21. artic. 1. ad 2. art, quod in peccato naturæ deficit quidē atq; à fine ultro, qui est perfectio generalis, nō autem deficit à quocumque fine proximo; operatur enim natura aliquid firmando. Hæc ibi S. Tho. Et hæc de secundo libro dicta sufficiant.

## LIBER TERTIVS PHYSICO RVM ARISTOTELIS.

ORDINEM huius libri ad præcedentes ipsius initio explicat S. Thomas; determinauit enim hucusq; Phylosophus de principijs rerum naturalium in primo libro, & de principijs huius scientiæ in seconde; hic iam agit de ipso subiecto huius scientiæ, quod estens mobile simpliciter; & ideò, cū liber hic à traductoribus in octo capita diuidatur, in tribus priorib⁹ agit de motu; quia ignorato motu, ignoratur natura, quæ est principium motus; & in reliquis tractat de infinito; eo quod motus est de numero conti-

nuorum; infinitum autem cadit in definitione continui.

### summa capituli primi.

Q Via via ad inueniendum definitiones conuenientissima est per diuisiones, ut patet in 2. Post. & in 7. Metap. tex. 43. ideò in hoc capite, primo præmittit quasdam diuisiones; secundo ostendit, quod diuisiones istæ conferant ad notitiam motus. Diuisiones sunt tres: quarum prima est, quod ens dividitur per potentiam, & actum; &

hæc quidem diuisio non distinguit genera entium; nam potentia, & actus inueniuntur in quolibet genere. Secunda diuisio est entis in decē genera, nempe, substantia, quātum, quale, aut aliquod aliorum prædicamentorum. Tertio, cum motus referatur ad mobile, diuidit ad aliiquid: nam aliud est secundum super abundantiam, & defectum: quod quidem fundatur supra quantitatē, ut duplum, & dūmidium; aliud autem secundum actuum, & passiuū, & motuum, & mobile, quæ ad inuicem referuntur.

3 Secundo ostēdit quomodo motus reducitur ad prædictas diuisiones: motus enim nō est præter genera rerū, in quib⁹ cōtingit esse motū; eo quod est actus imperfect⁹: & ita reducitur ad genus entis perfecti. Vnde motus diuiditur sicut generarerum; quia cum omnia genera diuidantur contrarijs differentijs, oportet in omnibus generibus esse perfectum, & imperfectum: ergo quot modis diuiditur ens, tot modis diuiditur motus secundū diuersa genera entium ad quæ est motus.

### Summa capitij secundi.

\* **T**RIA p̄estat in hoc capite Phyllosophus. Primo definit motū, & partes definitionis manifestat. Secundo ostēdit, quod definitio sit bene assignata. Tertio inquiryit trū motus sit actus mobilis, vel mouētis?

Definit motum dicens, *motus est actus existentis in potentia secundum quod huiusmodi*; Sic ualiteratio est act⁹ alter-

terabilis, & generatio actus generalis, & loci mutatio est actus mutabilis secundum locum.

Quod motus sit *actus*, manifestum est: nā id quo aliquid fit actu prius in potentia existens, est actus: sed aliquid fit actu dū mouetur, prius adhuc in potentia existens: ergo motus est actus.

Quod sit *existens* in potentia sic probatur: omnis actus, eius est proprius actus, in quo semper inuenitur; & ideo lumen est actus diaphani: sed motus semper inuenitur in existēte in potentia: est igitur motus actus existētis in potētia. Additur *inquantum huiusmodi*, quia non est idē secundū rationem esse in potētia, & esse in actu; licet idē sit subiectū existēs in potentia, & in actu.

5 In secunda parte ostēdit, quod definitio sit bene assignata, in primis directe, tali ratione: omne quod est in potentia quandoq; cōtingit esse in actu: sed ædificabile est in potētia: ergo contingit esse aliquę actu ædificabilis, inquantum est ædificabile. Iste autē actus nō est ipse terminus, seu dominus, quia ædificabile, inquantum huiusmodi, reducitur in actum cum ædificatur; cum autē iā est dom⁹, nō ædificatur. Relinquitur ergo, quod ædificatio, quæ est motus, sit act⁹ ædificabilis. Deinde indirecte idem ostendit, quia non contingit motum aliquę aliter definire.

6 In tertia parte ostendit cuius actus sit motus? Et est quasi constituere aliam definitionē motus, quæ est materialis, & cōcludit ex prima ut ex formalī: & hæc est distinctionis;

*tio: Motus est actus mobilis inquantum est mobile; eo quod existens in potentia, in quantum huiusmodi, est mobile; non autem mouens, quia mouens inquantum huiusmodi est ens actu: sequitur ergo, quod motus sit actus mobilis, inquantum huiusmodi. Licet accidat mouenti, quod mouetur, ex hoc quod mouet tangendo, & sic patitur.*

*Summa capituli tertii.*

**7** *D*uas dubitationes, & quoddam corollarium proponit Phyllosophus in hoc capite. Primū dubium est, vtrum motus sit in mouente, aut in mobili? Respondeat ex dictis, quod est actus mobilis causatus in eo a mouente: nam actus cuiuslibet est in eo cuius est actus.

**8** *S*ecundo inquirit, vtrum actio, & passio sint in eodem subiecto? Et praemittit, quod actus actiui vocatur actio; actus vero pauciui vocatur passio; quia illud quod est opus, & finis uniuscuiusque est actus eius, & perfectio. Propositis autem rationibus ad ytramque partem, soluit tandem dubium, dicens quod actio, & paucio non sunt duo motus, sed unus, & idem, qui est agentis utrum quo: & tamen est in paciente, ut receptus in eo: & idem actus secundum rem, est duorum secundum diuersam rationem: unde licet actio, & passio sint motus; non tamen actio & passio sunt idem.

**9** *C*orollarium est: ex dictis de definitione motus in universalis, manifestum esse poterit quomodo definitur in particulari: ut si dicamus,

quod motus est actus potentiae actiui, & pauciui: & in particulari posterius dicere, quod ædificatio est actus ædificatoris, & ædificabilis in quantum huiusmodi: & simile est de medicatione, & alijs motibus.

*Summa capituli quarti.*

**10** *I*Ncipit determinare de infinito: de quo in isto capite præmittit, quod ad scientiam naturalem pertinet agere de infinito: quia scientia naturalis consistit circa magnitudines, & tempus, & motum: sed omnis magnitudo, vel motus, vel tempus, sub altero horum continetur, idest, sub finito, vel infinito: ergo ad Physicam pertinet considerare de infinito, an sit, & quid sit? Et sic omnes Philosophi Naturales mentionem fecerunt de infinito.

**11** *R*esert deinde opiniones antiquorum de infinito: nam licet omnes conuenirent infinitum esse sicut quoddam principium entium; hoc tamen erat proprium Pythagoræ, & Platonis, quod astrebant infinitum non esse accidens, sed esse quoddam per se existens: cum hoc discriminem Pythagoras non ponebat infinitum nisi in sensibilibus extra coelum. Sed Plato ponebat quod nihil est extra coelum; & quod infinitum non solum est in rebus sensibilibus; sed etiam in ideis separatis, quae secundum ipsum non erant in aliquo loco.

*A*lij vero naturales Philosophi dixerunt infinitum non esse per se subsistens, sed esse accidens alicuius naturæ. Inter quos Anaxagoras posuit infinita principia esse infinitas similes

similes partes, ut carnis, & ossis, & huiusmodi. Denocritus autem posuerunt infinitum esse indiuisibilia corpora, differentia secundum figuram; quae quidem corpora dicebat esse semina totius naturae.

12 Concordabant autem Antiqui Phylosophi circa infinitum in quatuor: quia omnes posuerunt infinitum esse principium; secundo quod sit iagenitum, & incorruptibile; & quod cōtiaeret, & gubernaret omnia; & quod esset quoddam diuinum: omne enim quod est immortale, aut incorruptibile, diuinum appellabant, sicut posuit Anaximāder, & alij.

13 Tertio obijcit ad utramque partem. Et quod infinitum sit, probatur prīnō ex tempore; quod secundum communem opinionem Antiquorum infinitum erat. Secundo, ex diuisione magnitudinum in infinitum. Tertio ex perpetuitate generationis. Quarto, quia semper oportet, quod omne finitum includatur ab aliquo altero, & ne procedatur in infinitum, deueniendum ad corpus infinitum. Quinta ratio sumitur ex apprehensione intellectus, vel imaginationis: videtur enim esse extra cœlum quoddam spatium infinitum, quia possumus imaginari extra cœlum infinitas quasdam dimensiones in infinitum: & sic erit corpus infinitum, & mūdi infiniti.

14 Obijcit in contrarium, nam etiam ijs qui ponunt infinitum esse, multa accidūt impossibilia. Est etiā dubitatio utrum sit substantia, vel

accidens: de quo postea. Nunc notandum, quod infinitum accipitur tripliciter: vno modo quod est intransibile, sicut indiuisibilia, ut vox dicitur inuisibilis: alio modo dicitur infinitum, quod quantum est dese transiri potest, sed eius transitus non potest perfici à nobis, vel nō nisi cum grandi difficultate; vt si dicatur profunditas maris esse infinita. Tertio modo dicitur infinitum, quod est de genere transibilium, quod tamen non habet transitū ad finem; ut si dicatur linea, vel quantitas non habens terminū: & sic proprius dicitur infinitum.

Alia diuisione propria infiniti est, quod infinitū dicitur, vel per appositionem, sicut in numeris; aut secundum diuisionem sicut in magnitudinibus; aut utroque modo; sicut in tempore.

### Summa capitinis quinti.

15 Impugnat infinitum separatum, ut posuerunt Platonici; & infinitum sensibile, ut posuerunt Naturales. Primum rejecit tripliciter. Primo, quia infinitum separatum aut habet aliquam quantitatem, & sic habebit magnitudinem, & numerum; vel caret quantitate; & sic erit indiuisibile: & sic non erit infinitum ut limo modo, sed solum primo modo, de quo non est quæstio. Secundo, minus est separabile, & perse existens passio, quam subiectum: sed magnitudo, & numerus non possunt perse separari, & perse existere, ut probatur 1. Metaph. ergo neque infinitū, quod est passio magnitudinis, & numeri. Tertio, aut

aut infinitum separatum erit partibile; aut impartibile. Si primum, dividetur in partes infinitas; & sic infinitum terminaretur ad aliud infinitum. Si secundum: ergo non potest esse infinitum in actu; quia infinitum est quantum: & omne quantum est diuisibile.

16 Quod vero non sit infinitum sensibile, probat duabus rationib⁹ probabilibus: & quia nullum corpus determinatum superficie est in finitum: & quia omne numerabile contingit numerando transiri: quod esset contra ea, quæ dicuntur communiter. Deinde arguit ratione physica, quia omne corpus sensibile, aut est simplex, aut compositum: non potest esse corpus sensibile compositionem infinitum, supposito quod sint elementa finita secundum multitudinem, & quod ipsis supponerent non dari aliud corpus sensibile extra elementa. Sed nec corpus simplex, quia oportet, quod aliquid aliud præter elementa verire in compositionem istorum corporum. Quod autem nullum elementum sit infinitum; patet, quia impossibile esset totum uniuersum esse aliud ab illo; nam alia elementa essent conuersa in ipsum propter excellentiam virtutis infiniti super alia.

17 Idem probat Phylosophus, quia sequitur quod infinitum, vel sit totaliter immobile, aut quod leniter moueat, quia non esset assigilabilis ratio quare magis suum, quam deorsum moueretur. Deinde si totum infinitum quiescit, quia manet in se ipso; ergo qualibet pars ex ne-

cessitate quiescit, quia manet in se ipsa. Rursum omne corpus sensibile est in loco: sed impossibile est esse locum infinitum; quia locus significat aliquid determinatum: ergo nullum corpus sensibile est infinitum.

## Summa capit⁹ sexti.

18 DETERMINAT HIC PHYLOSOPHUS ex propria sententia illam questionem, an infinitum sit? Et dicit expressissimamente esse, quod non est aliquod corpus infinitum in actu, quia sequeretur, quod magnitudo non semper sit diuisibilis in magnitudines; item sequeretur quod numerus non augeatur in infinitum. Est tamē infinitum sicut potentia ens, non quia est totum simul, sed successione, quia semper una pars eius est post aliam, per quæ modum dicitur esse dies, & iudicis agonialis: omnia enim huiusmodi simul sunt in potentia quantum ad unam partem, & in actu quantū ad aliam.

19 In secunda parte capit⁹ comparat diversa infinita ad invicem. Et primo comparat infinitum temporis, & generationis, infinito, quod est in magnitudinibus: nā hoc permanet, & nō corruptitur. Sed illa finita, quæ accipiuntur in infinito, decursu temporis, & generationi humanæ corruptuntur: ita quod per ipsum modum non contingit corpus, & generationē desicere. Deinde comparat infinitum secundum appositionem, & infinitum secundum divisionē; nam infinitum per appo-

appositionem non excedit in maius omnem magnitudinem finitam determinatam, vel datam; sed infinitum secundum diuisionem, excedit omnem determinatam paritatem in minus.

*Summa capituli septimi.*

20 **E**xpli cat in hoc capite quid sit infinitum? Nō enim bene quidā definierūt infinitum dicēdo esse extra quod nihil est; sed è cōtra dicēdum est, quod infinitum est cuius est semper aliq uid extra: non enim potest comprehendī quantitas infiniti; sed si quis vellit eam accipere, accipiet partem post partem in infinitum. Definitio autem Antiquorum non est conueniens, quia illa est definitio perfecti, & totius; totum enim est cuius nil est extra: sed nullum infinitum, & interminatum est perfectum: non ergo cōpetit infinito definitio perfecti, cuius, scilicet, nihil est extra.

21 Deinde assignat rationem eorum, quae de infinito dicuntur; & primo eius, quod dicitur de appositione, & diuisione infiniti; quia cū in magnitudinibꝫ à toto itur ad partes per diuisionem, rationabile est, quod ibi nullus terminus inueniatur, qui non transcendatur per infinitam diuisionem: sed in addirione itur à partibus ad totum, quod habet rationem formæ continentis, & terminatis: vnde rationabile est, quod sit aliqua determinata quantitas, quam infinita appositiō non transcendat.

22 Cur autem in numeris inueni-

tur terminus in minus, & nō in maius; & in magnitudinibus est è contra? Ratio est facilis; quia omne vnum, inquantum vnum, est indiuisibile; numerus autem ex unitatis constat: vnde sequitur, quod diuisione numeri sis lat in termino indiuisibili. Cum autem diuisione continuae quantitatis causet numerum, qui est species quantitatis; hic numerus multiplicabilis est in infinitum, sicut, & magnitudo diuisibilis est in infinitum.

*Summa capituli octauii.*

23 **I**n ultimo capite tria præstat Philosophus. Primo ostendit quomodo Mathematici vtuntur infinito; non enim vtuntur, nec indigent infinito in actu; sed accipiūt per intellectum lineam maximæ magnitudinis, quæ diuidi possit quacumque facta designatione, siue illam physice dari repugnet, siue non.

24 Secundo docet, quod infinitum est causa sicut materia; quia dicitur per remotionem perfectio- nis, & termini, cuius priuationis subiectum est continuum sensibile. Et in hoc concordant omnes antiqui, qui vtuntur infinito sicut principio materiali.

25 Tandem soluit rationes obiec- tas c. 4. n. 13. quæ videbantur probare dari infinitum in actu. Ad primam dicit sufficere infinitum in potentia; quia omni corpore existente finito, generatio in infinitum du rare posset, per hoc quod corruptio unius est generatio alterius. Et sic cessante

cessant tres rationes priores.

Ad quartā dicit, quod non est idē tāgi, & finiri: nam finitur aliquid in seipso; & omne tangens tangit ali quid: nec oportet quod omne tacitum ab uno, tangat aliud, vt sic infinitum procedatur.

Ad vltimā dicit, quod nō quicquid apprehenditur intellectu, vel imaginatione est verū: & ideo etiā si apprehendantur infinita, non sequitur illa dari actu.

### QVAESTIO I.

*P*trum definitio motus sit ab Aristotele bene assignata.

**M**otum sic definit Philosopha text. 6. *Potentia existens actus secundum quod huiusmodi est, motus est.* Ex quo loco sumitur illa communis definitio: *Motus est actus existens in potentia, secundum quod in potentia.* Quam definitionem reiecit Vallensis in comment. huius cap. & Cōtrou. 18. ad Tyrone: tum quia motus non collocatur in uno prædicamento, sed reducitur ad diuersa prædicamenta terminorū: & ideo nō potest essentiali definitione definiri. Et secundo, quia actus denotat perfectionem: motus vero significat aliquid potētiale; & imperfectum: ergo non bene in definitione motus ponitur actus.

2 Alij Recentiores (pro se citantes Hurtadum disput. 11. sec. 1.) dicunt Philosopham tres definitiones tradidisse: & cum per duas priores nō sibi visus esset, naturam motus recte, & plane declarare; aliam

addidit capit. 3. text. 23. vt omnino quidditatem motus explicaret: & sic relata priori definitione, dicunt definiri debere: *Est actus actiū & passiū, quoniam actuum, & passiū est.* Vide prior definitio solum erit acceptanda, si ens in potentia sumatur pro ente habete potentia actiua, & passiua; quia de ratione motus est, quod agens per ipsum moueat: & ita est actus etiā potentiae actiuae. Additur autem secundum quod in potentia, vt denotetur motum esse actum potentiae actiuae, & passiue, prout tales sunt; quia est id quo ad actum, & exercitium reducuntur potentia actiua, & passiua.

### §. I.

*C*ommunis definitio exponitur ut conuenientissima.

3 **D**ico tamen primo, relata definitio motus, vt communiter circumfertur, est conuenientissima. Ita Sanctus Thomas lectione 2. littera a. concludens: *Vnde conuenientissime Philosophus definit motum dicens: quod motus est actus existens in potentia, secundum quod huiusmodi.* Idem ex professo probat tota lectione tertia, & sequuntur omnes Philosophi. Et solis verbis discrepat Galenus, dum libro primo Methodi medendi cap. 6. ait, quod motus est *prioris status immutatio.*

4 Pro declaranda definitio ne Aristotelis duo notat Sanctus Thomas lectione prima: primo, quod aliquid est in actu tautum; aliquid

aliiquid vero in potentia tantum; aliiquid vero medio modo se habens inter potentiam purā, & actū perfectum. Quod igitur est in potentia tantum, non dum mouetur; quod autem iam est in actu perfecto, non mouetur, sed iam motum est. Illud ergo mouetur, quod medio modo se habet inter puram potentiam, & actum; quod quidem partim est in potentia, & partim in actu. Ut patet in alteratione; cū enim aqua est solum in potentia calida, non dum mouetur; cum vero est iā calefacta, terminatus est motus calefactionis: cum verò iam participat aliiquid de calore, sed imperfecte, tunc mouetur ad calorem; nam quod calefit, paulatim participat calorem, magis, ac magis. Ipse igitur actus imperfectus caloris in calefactibili existens, est motus.

5. Obijcies: nam iuxta hanc explicationem forma imperfecta, ut calor aquæ tepidæ, esset motus, siquidem est actus imperfectus tendens in ulteriore perfectionē, & actum: sed consequens est falsum, quia illa forma quiescit, & non mouetur: ergo definitio motus non sic debet exponi.

Respondet S.Thomas, quod ipse actus imperfectus est motus, non quidem secundum quod actu tantum est; sed secundum quod iam in actu existens, habet ordinem in ulteriore actum: quia si tolleretur ordo ad ulteriore actum, ipse actus quācumque imperfectus, esset terminus, & non motus: sicut accedit cum aliiquid semiplene calefit. Ordo autem ad ulteriore actum

cōpetit existenti in potentia ad ipsum. Vnde distingueda est illa positio, est actus imperfectus, permō dum ipsius fluxus, & via; nego: per modū termini; cōcedo: nam si non esset possibilis forma perfectior, ad huc illa esset forma, & actus; sublata autem ratione fluxus, & via in ter puram potentiam, & actum perfectum, tollitur ratio motus: nā iste non solum est imperfectus comparatiue ad alium actum perfectiore, sed quia est ipse status potentiae prout trāseuntis in fluxu ad actum: vnde est actus existentis in potentia: vt per id quod dicitur actus, designetur ordo eius ad anteriorem potentiam; & per id quod dicitur in potentia existentis, designetur ordo eius ad ulteriore actum.

6. Quod amplius declarat S.Th. lect.2.litt.c.secundo notans, quod antequam aliiquid moueat, est in potentia ad duos actus, scilicet, ad actum perfectum, qui est terminus motus, & ad actum imperfectum, qui est motus: sicut aqua antequā incipiat calefieri, est in potentia ad calefieri, & ad calidum esse: cum autem calefit, reducitur in actum imperfectum, qui est motus: non dum autem in actum perfectum, qui est terminus motus, sed adhuc respectu ipsius remanet in potentia. De quo videatur 11.Metaph.lec.9.

7. Per quæ defacili soluuntur duo argumenta. Ad primum dicitur, quod sicut transcendentia, & analogia suo modo essentia definitione explicantur per prædicata intima, & essentia, ut patet in definitione boni, & veri, & similibus: ita non

non obstat, quod motus significet aliquid, quod possit reduci ad diversa prædicamenta; ut suo modo hæc definitio nō sit essentialis: quia non est inconveniens, quod analogum definitione analoga definatur, ut hic docuit Simplicius, & indicat Phylosophus lib. 7. text. 26. lec. 7. apud D. Thom.

Secundo dicimus, quod licet materialiter termini n. otus solum cōueniant analogice, formaliter ratio motus de omnibus speciebus motus dicitur vniuoce: *Quia omnes species motus equaliter conueniunt in ratione communi motus*, ut expreſſe ait S. Thom. in 1. dist. 15. q. 4. art. 2. ad 2. & in 2. dist. 2. quæſt. 1. art. 1. ad 3. & in 3. dist. 33. q. 2. art. 1. q. 1. ad 2. de quo eruditus Rubio hic q. 3. & ideo omnes motus vna definitione eis communivniuoce posſunt definiſiri; ſicut, & alia genera. ¶ Praeterquamquod de quacumque definitione, quæ de motu daretur, idē poſlet obijci argumentum, ut patet; & ideo non erat obijciendum ad deferendam definitionem recepatam Phyloſophi.

3. Ad secundū dicitur, quod aet' respectu potentia, si sit imperfetus, est via ad ulterioreni actum: vnde non relinquit in potentia ad motum, sed ad alium actum, qui est terminus motus: quia, ut notat Ferrara q. 1. ad 1. licet mobile, dum mouetur, ſit in potentia ad terminum motus; non tamen est in potentia, ſed in actu respectu motus: & hoc modo est actus, & potentia respectu diuerſorum.

## §. II.

*Quid de alijs definitionibus?*

¶ Ico secundo; loquendo de definitione formalī, & quaſi metaphysica motus, ſola definitio prima iā exposita eſt receptāda; ſi autē sermo ſit de diffinitione quaſi materiali, & physica, aliae diuſ tra-duntur à Phyloſopho ut quodammodo notiores quoad nos. Ita colligitur ex D. Thom. initio lect. 4. vbi ait; & potest dici, quod hic ponit aliam definitionem motus, quæ ſe habet ad p̄missam ut materialis ad formalem, & conclusio ad principium. Et hæc eſt definitio: *Motus eſt actus mobilis in quantum eſt mobile*. hæc enim definitio concludit ex p̄missa: quia enim motus eſt actus existentis in potentia, in quantum huiusmodi; existens autē in potentia in quantum huiusmodi, eſt mobile, non autem mouens, quia mouens in quantum huiusmodi, eſt ens actu; ſequitur, quod motus ſit actus mobilis, in quantum huiusmodi. Quod declarat per totam lectionem, & in fine coſcludit cum Phyloſopho, quod motus ſecundum quod pro-cedit à mouente in mobile, eſt actus mouentis; ſecundum autem quod eſt in mobili à mouente, eſt actus mobilis. Docuerunt idem Alexander, B. Albertus, AEGIDIUS, & multi alij, quos citat, & ſequitur Masi in Scholijs cap. 2. & cap. 3. ſect. 1. q. 1. ante ſecundam concl. & Soto in coſulent. & q. 1. concl. 3. not. 1. & concl. 4.

Et

10 Et ratio est facilis: definitio, quæ datur per rationes essentiales priores, & abstractas, est definitio metaphysica; quæ datur per aliquid posterius, & ex parte subiecti, vel cause efficientis, est definitio per causas phisicas, quoad nos notiores: sed relatae definitiones motus sunt huiusmodi: nam conceptus essentialis motus est ille fluxus, & actus imperfectus, & vialis iā explicatus: at vero quod sit actus mobilis, vel mouentis, pertinet ad subiectum, quod non est de essentia motus, explicat etiam causam efficientem, quæ est solum id à quo eminat, & non dicit intranea motus: ergo istæ sunt definitiones physice, & prior illa metaphysica.


11 Ex quo soluitur tacta difficultas, an in definitione motus sermone sit de potentia activa, an de potentia passiva? Dicimus enim, quod in priori essentiali definitione, loquitur absque dubio de potentia passiva, ita ut potentia, ut notat M. Soto, dicat aptitudinem in subiecto simul cum priuatione formæ; ut corpus, quod est frigidum, est in potentia ut sit calidum; & graue, quod est sursum, est in potentia ut sit deorsum; & semen est in potentia ut sit arbor.

In alijs vero duabus definitionibus sermo est de potentia activa, & passiva: & utriusq; rationem assignat S. Th. lect. 4. litt. e. nam actus cuiuslibet est in eo cuius est actus: vnde motus est actus illius potentiae, quæ potest actuari per motū: sola autem potentia passiva est quæ potest moueri; & ideo Deus qui est

purus actus, est omnino immobili. Cum igitur motus, ut subiecti, sit actus mobilis; ut principij à quo procedit sit actus mouētis quodvt sic habet potētiā actiuā; ideo physice, & realiter loquēdo motus vtrāque potentiam actuat, & actiuam illi' à quo, & passiuam illius in quo recipitur: & ideo bene notat Toleatus text. 6. quod omnis potentia physica est perse ad transmutatiōnē, tam actiuā, quā passiuam: & sic motus est actus potētiæ, ut trasmutatio est sine actiuā, sine passiū.

12 Quod autem idem dicendū sit de tertia definitiōne Phylosophi patet, quia ut ipse Toleatus, & Soto notat textu 26. ibi epilogat antea dicta; & S. Thomas lectione 5. in fine dicit, quod quia positum fuit in dubitatione, utrum motus sit actus mouentis, vel mobilis? Et ostēfum est, quod est actus actiuī, ut ab hoc; ad tollendum omnem dubitatiōnem, aliquantū um̄ notius (non simpli citer, & secundum se, sed solum quoad nos) dicamus, quod motus est actus potentiae actiuī, & passivæ. Si ergo hæc definitio est explicativa secundæ definitionis, ex qua deducitur; & illa oritur ex prima, per quā probatur, ut materialis per formalem; deducitur quod sola prima formalis est, & metaphysica exactissima motus definitio: qua vtitur S. Tho. 1. p. q. 9. art. 1. in cor. & ad 1. & lib. 2. contrag. c. 17. & in 1.

dist. 8. q. 3. ar. 1.



### §. 3. Tria dubia soluuntur.

327

§. III.

#### Tria dubia soluuntur.

13 **A**d exponendam amplius definitionem, solet dubitari primo, utrum solus motus successivus hic definiatur?

Species motus libr. 5. q. 1. sunt exponenda; nunc notandum ex D. Tho. q. 28. de Veritate art. 1. quod mutatio inter terminos possit in contrarios, absolute retinet nomine motus, qui est de subiecto in subiectum, ut cum albedo abicitur, & nigredo acquiritur. At vero quando alter terminus est priuatus, est mutatio; si sit de non subiecto in subiectum, est generatio; si vero sit de subiecto in non subiectum, est corruptio. Rursas mutatio est duplex; alia, quae est actus imperfecti, ut generationis substantialis; alia, quae est actus perfecti, ut intellections, & voluntiones dicuntur mutationes, & motus à Phylosopho 3. de Animata text. 28.

14 Certum est ergo, quod mutationes instantaneæ, quæ sunt actus perfecti, hic non definuntur, ut ex Phylosopho vbi supra, notat S. Th. ibi initio lect. 12. & 1. p. q. 18. art. 1. & ratio sumitur ex dictis; quia motus hic definitus essentialiter est actus subiecti, prout in potentia ad formam, ad quam acquirendam motus est via: sed intellections, & voluntiones non supponunt subiectum cù priuatione formæ, nec ad eā acquirendam sunt via: ergo hic nō definiūtur; sicut nec in definitione na-

turæ, vt diximus lib. 2. q. 1. quare remanet quæsilio de alijs mutationibus physicis instantaneis, an in hac definitione comprehendantur?

15 Negant M. Soto q. 1. concl. 3. notab. 1. & Masius q. 2. dub. 5. Cöimb. q. 1. art. 2. ad 3. & alij. Probat M. Soto, quia Phylos. text. 1. dixit motum esse de genere continuorum. Et text. 20. esse actum nō intercisum. Et quia generatio non est motus; eo quod non potest esse actus entis in potentia, secundum quod in potentia; siquidem in eodem instanti, in quo est, compleat totam potentiam subiecti. Posuit autem Phylosophus exemplum de alteratione prout distincta à generazione, quia est mutatio quædam, quæ est terminus alterationis.

16 Oppositum autem expresse docet S. Thomas lect. 2. litt. b. vbi cum Phylosopho distincta exempla definitionis posuisset in alteratione, & generatione, notat S. Thom. quod accipit hic motum communiter, pro mutatione; non autem stricte, secundum quod dividitur contra generationem, & corruptionem, ut dicetur in quinto. Vbilec. 5. in principio ait S. Thom. considerandum, quod Aristoteles supra in Tertio, vbi motum definiuit, accepit nomen motus secundum quod est commune omnibus speciebus mutationis; & hoc modo accipit hic nomen mutationis: motum autem accipit magis stricte, pro quadam mutationis specie. Hæc ibi.

17 Ratio est, quia mutatio communis generationi stricte sumptæ, & motus successivo, est definibilis

vnica definitione; non alianisi ista: ergo hæc illi conuenit. Ex alia parte Phyllo sophus declarat se velle eā definire; si quidem in illa exemplificat: ad quod nō sufficit, quod sit terminus motus definiti; alioquin posset exemplificare in qualitate, & in ubi: ergo accipitur hic motus pro mutatione cœmuni instantaneæ, & motui successivo; vt ex Sim plicio notat Ferrara quæst. 1. & sequuntur Toletus, & Authores communiter, quos citant PP. Carmel. disp. 16. q. 2. & M. Ioan. à S. Tho. q. 14. art. 1. ¶ Vbi argumentis cōtra rijs respondent, quod licet in insta tigenerationis simul sit fieri, & factum esse; tamen verè inuenitur trā situs, & mutatio de potētia in actu secundum diuersa instantia, & prioritates naturæ; mutatur enim ali quid de non esse ad esse, manete ea dē materia; & defectu subiecti manentis sub utroque termino, crea tio deficit à ratione mutationis, vt docet S. Tho. 1. p. q. 45. art. 3. & q. 3. de Pot. ar. 3. ¶ Authoritates Phy losophi loquuntur de motu stricte, & rigurosè sumpto condistincto à mutatione; nunc autem in illo rigo re non accepisse, ex ipso ostēdim⁹.

18 Dubitatur secundo, vtrum relata definitio conueniat motui artificiali, & violento?

Negant Pereira lib. 13. c. 5. dub. 8. Mais⁹ q. 2. dub. 3. quia mot⁹ hoc loco definitus est proprietas entis naturalis fluens à natura: quod sim pliciter non conuenit motui naturali, & violento. Secundo, quia cui conuenit definitio motus, debet habere potentia naturale ad motū, at

que ad terminū illius: cōstat autem res naturales non habere naturale potentiam vt violentè, & artificia liter moueantur.

19 Aliter dicendū esse, cōstat ex Phylos. & D. Tho. qui tex. 9. lec. 2. lit. c. exēplificant in motu æris ad statuā; quē motū constat esse artificiale. Deinde, in ipsis motibus, si cō sideretur substantia motus, absque dubio sunt naturales; secus vero si attendatur modus illorū, vt iam dimicimus lib. 2. q. 1. n. 21. & q. 4. n. 5. & tamen adhuc modo istorū motū cōpetit hæc definitio in omni rigore intellecta, quia licet intentū pre cipuū sit agere de motu naturali; tamen vt à comunitioribus estet doctrina, a signat definitionem omni motui non intentionalī conuenientē in omni rigore.

20 Ultimo inquiritur, cur cū motus specificetur à termino ad quē; & ordo ad illum sit de essentia motus; quare hoc non exprimitur in eius definitione?

Respondetur, id satis exprimi in illa particula secundum quod in potētia: quia illa declaratur, vt notat S. Th. lec. 2. lit. e. quod licet idem sit subiectū existens in potētia, & in actu; non tamē est idem formaliter: quia quandiu manet in esse quieto, non est motus, sed vt est in via: & ideo ibi implicitē indicatur terminus, & actus ad quē est in via. Qua propter M. Soto ad 3. ait, quod hæc particula accipitur formaliter, in hoc sensu, quod sit actus entis tendentis à potentia in actum quasi in via ad terminum.

# §. I. Motus reducitur ad genus sui termini. 323

## QVAESTIO II.

Vtrum motus realiter distingua-  
tur à termino ad quem?

1 O Ritur hæc quæstio occasione  
Phylosophi, qui hic c. i. text.  
4. ait: *Non est autem motus præter res ad  
quas est motus: ad quorū verborū ex-  
positionē tria principaliter in hac  
quæstione sunt pertractanda. Pri-  
mo, in quo genere debeat motus  
collocari? Secundo principali quæ-  
sitioni satisfiet. Et tertio conse-  
ter inquiretur de subiecto motus.*

### s. I.

Motus reducitur ad genus sui  
termini.

2 Circa primū variè sentiunt Au-  
thores: non desunt, qui existi-  
ment motū speciale cōstituere præ-  
dicamentū. Ita Auicena lib. 1. Suffi-  
cientiæ c. 1. & 2. citatur Plotinus,  
& alij. Videturq; non inefficaciter  
probari ex dictis: quia omne id  
quod de pluribus specie differen-  
tibus vniuocè in eo quod quid præ-  
dicatur, est genus: sed motus prædi-  
catur vniuocè de motibus specie  
differentibus, vt diximus q. 1. ergo  
est gen. Sed nō appetet in quo ge-  
nere aliorū constituatur: ergo pro  
illo speciale prædicamentū est cō-  
stituendum.

3 Constatuere, seu pertinere ad  
prædicamentū actionis, videtur do-  
cere Gilbertus in lib. 6. princ. ¶ Ad  
prædicamentū passionis pertinere,

videntur tradidisse Paulus Venet<sup>o</sup>,  
& Valles hic cap. 3.

Multi alij arbitrantur motū suc-  
cessuum strictè sumptum perse per  
tinere ad quantitatem. Tribuitur  
Auerrois. Phys. cōm. 18. & tenent  
Antonius Andreas lib. 5. Metaph.  
q. 10. & Fonseca ibid. 13. q. 8. sec. 3.  
& Conimb. hic c. 2. q. 2. art. 3.

4 Respondeatur tamen, motū in  
nullo genere directè collocari; sed  
reduci ad speciem sui termini. Ita  
S. Tho. 3. p. q. 62. art. 4. ad 2. vbi ait:  
*Motus eo quod est actus imperfectus, non  
propriè est in aliquo genere; sed reducitur  
ad genus actus perfecti; sicut alteratio ad  
qualitatem. Idem docet quæst. 3. de  
Potentia art. 3. ad 8. & quæst. de A-  
nima art. 7. ad 3. & in 4. dist. 1. q. 1.  
art. 4. q. 2. ad 1. & in 3. lib. Phys. lec.  
1. lit. d. sic declarat verba relata Phy-  
los. & lec. 5. lit. i. post multa cōclu-  
dit: *Quantum ad id, quod in rerum na-  
tura est de motu, motus ponitur per reduc-  
tionem in illo genere, quod terminat motū,  
sicut imperfectum iudicatur ad perfectū,  
vt supra dictum est. Videatur S. Tho.  
lib. 5. lec. 3. in princip. Estque Tho-  
mistarum omnium, & Authorū cō-  
munis, vt multis relatis, ostendunt  
M. Masius quæst. 3. & P. Rubio quæ-  
sitione 4.**

5 Et supposita doctrina tradita  
in Logica, non potest hæc conclu-  
sio negari: diximus enim, quod Præ-  
dicamenta sunt tantum decem; &  
quod tantum constituuntur ex en-  
tibus completis, vt videri potest li-  
bro 2. Logicæ quæst. 6. num. 6. Sed  
quæstione nunc antecedenti ostendimus  
motum esse aliquid viale,  
& imperfectum: ergo non ponitur

ingenere, aut in specie directe, sed solum reductive. Speciales impugnationes sententiarum, in authoribus pro nobis relatis videri possunt: in te enim facilius expedit immorari.

6 Ad argumentum pro prima sententia factum respondeatur, quod sicut diximus libr. 1. Logica q. 23. quod omnia individua, quæ in rationibus particularibus sunt primo diversa, in communione individui non locatur, ita motus, qui in entitate propter suam imperfectionem reducit ad genus, & speciem sui termini, potest formaliter abstracte sumi secundum illam rationem in qua illa entia imperfecta conueniunt, & sic omnes motus uniuocatur. ¶ Vel alijs terminis, motibus entitatis, & materialiter sumptis non datur aliquid commune uniuocum, sed solum commune analogum, ut ait S. Thomas hic lect. 1. litt. d. quia quidam terminantur ad substantiam, alijs ad quantitatem, alijs ad ubi; eis tamen sumptis formaliter, ut fundant secundam intentionem, potest dari aliqua ratio uniuoca, & generica, quia etiam in entibus imperfectis genera, & species possunt distingui. ¶ Vel est iuxta qualitas quantum ad esse physicum: quod compatitur cum uniuocatio ne logica; quod ad intentum notat S. Thomas in 3. dist. 33. q. 2. art. 1. q. 1. ad 2. dicens, *Quod ea que dividunt aliquid commune uniuocum, sunt simul quantum ad intentionem generis; quamvis unum possit esse causa alterius quantum ad esse;* sicut motus localis est causa aliorum motuum, contra quos di-

viditur. Quamvis sunt qui dicant hic S. Thomam solum loqui de motu stricte sumpto: ita M. Araujo lib. 11. Metaph. q. 1. art. 1.

## §. II.

*Opiniones Doctorum de distinctione motus à termino.*

7 IN secundo principali punto maximè variavit Doctores. Gregorius in 2. dist. 1. q. 4. & Ochā ibi quæst. 9. & alij Nominales concedunt in sensu formalis, quod motus est ipsa forma, quæ acquiritur per motum.

Alij vero multi docent in sensu formalis negandum esse motum esse ipsam formam; quia ab ea distinguunt ratione ratiocinata, & definitione; tamen realiter sunt idem. Ita Capreolus in 2. dist. 1. quæst. 2. ad argumenta contra secundā pagina 35. & sequentibus. Soncinas libr. 12. Metaph. quæst. 43. in principio. & lib. 5. q. 24. & q. 6. ad ultimum, & q. 36. Soto 3. Phys. q. 2. cōcl. 2. & 3. Ferrara q. 2. per totam. Iauellus q. 1. Maisius lect. 1. q. 4. alios citans. Teneant idem Toletus hic q. 3. Pereira lib. 16. cap. 10. Conimbr. lib. 5. cap. 2. q. 3. art. 2. & alij multi. ¶ Fere cōmuniter Recentiores hos authores citant pro sequenti sententia. Sed mihi valde dubia est mens authorū; quia quidam illorum, & ferme omnes, clarissimè excludunt omnem distinctionem actualem præcedentem operationem intellectus: quare, vel solum admittunt distinctionem virtualē, vel formale

## §. 2. Opiniones Doctorum.

325

**Ex** natura rei, vel rationis ratiocinatae; & nullā mentionē faciunt distinctione reali modali; in eam videtur excludere formalibus, vel æquivalētibus verbis, ut eos legenter erit perspicuum.

8 Iam est in scholis recepta sententia, quæ docet motum distingui à termino realiter modaliter. De qua videantur PP. Carmelit. disp. 16. q. 3. & M. Ioan. à S. Thom. q. 14. artic. 2. concl. 3. qui, & testatur esse Thomistarum communē. Item Rubio q. 5. Suarez disp. 49. Metaph. sept. 2. n. 5. dicens fere omnes ita docere in hoc lib. 3.

Demum dixerunt alij motum, & terminum realiter distingui; & absque dubio loquuntur de distinctione reali entitatiua. Ita Paulus Venetus hoc lib. 3. c. 3. Aureolus in 2. dist. 1. & alij multi.

9 Has duas ultimas sententias fere solum in modo loquendi distinguunt, colligitur ex dictis lib. 1. Logicæ quest. 13. n. 5. & lib. 2. q. 23. §. 5. quia distinctio modi realiter separabilis ab eo quod modificat; solum definit vocari distinctio entitatiua, propter minimam entitatem ipsius rei, quæ differt: & tamen id quod est minimum comparative ad unum, & sic dicitur modus; potest esse res comparative ad aliud. ¶ Aliæ etiæ sententiae forte solum differunt inter se in vsu vocabulorum, quia est valde ambigua significatio distinctionis formalis: quare omnes possunt reduci ad duas extreme oppositas: quarum una negat motum, & terminum distingui ante operationem intellectus; & alia id affirmat;

& postea differant in modo explicandi. Quia sententiae omnes solent confundi, opus fuit ita distincte eas refferre.

## §. III.

*Motus realiter differt à termino ad quem.*

10 **D**icendum est igitur, motum distingui actu autē operationem intellectus à termino ad quem; & melius vocatur distinctio modalis, quam entitatiua. Hanc secundam partē probant authoritates, & rationes adductæ n. 4. & 5. quia id quod ob sui minimam entitatem non est in genere, vel in specie directe, sed solum reductive; & alias non est pars substantiæ, vel accidentis, non restat quid esse possit, nisi modus, vel substantiæ, vel accidentis: sed motus est aliquid ita imperfectum, quod non est in genere directe, sed solum reductive; & non est pars substantiæ, vel accidentis: ergo est modus: ergo distinctio eius à termino, est distinctio modi à re cuius est modus: & forte in hoc sensu loquitur Phyllosophus relatus n. 1. & author Opuscul. 48. apud D. Thom. relatus lib. 2. Logicæ q. 28. n. 2.

11 Ad priorē vero partē conclusionis probandā innumera fere argumenta cōgeserunt antiqui, quæ conatur dilucere Capreolus. Sed duo mihi videntur potissima, quæ manifeste conuincunt intentum. Primum insinuat S. Thom. in 4. dist. 44. q. 1. art. 1. q. 2. ad 2. dicēs: *Constat enim quod generatio, & resurrectionē sūt*

idem motus: nec tam nō propter hoc impeditur idemitas resurgentis. Ex qua doctrina multipliciter argumentū formari potest. Primo, quæcumq; rēa liter separantur, realiter distinguuntur: sed motus, & terminus realiter separantur; quia generatio transit, & non est, & substantia perniat: ergo realiter distinguuntur.

12 Vel aliter: increatis, quæ sunt idem realiter vni tertio, sunt realiter inter se idem entia: ergo si generatio, & resurrectio sunt idem realiter cum substantia, erunt realiter idem inter se: sed hoc aperte constat esse falsum; cum à distinctis agentibus, & distinctis temporibus illi motus siant: ergo motus isti nō possunt esse idem realiter cum substantia. ¶ Vel tertio, motus est causa termini, sicut generatio causat rem genitam, & resurrectio causat rem resuscitatam: sed idem nō potest realiter ipsum causare: nec esse potest generatio, & resurrectio sui ipsius: ergo motus distinguitur realiter à termino. ¶ Vltimo, via non est terminus: sed motus est via ad rem, vt dicit Auerrois 4. Metaphis. cōmēt. 2. & patet ex definitiōne motus: ergo ante operationē intellectus differt à termino, seu forma.

13 Respondent M. Soto ad 2. cōfirm. 1. & Tolet⁹ in fine quæsitionis tertie, negando illam maiore, non enim posse unum esse sine altero, aut unum habere prædicata, quæ non habet alterū, arguit distinctionem realem illorum; sed solum distinctionē rationis. Vnde in 1. Physic. docet Phylos. materiam, & pri-

uationem esse numero idem, & sola ratione differre; & tamen verificatur, quod materia datur sine ista priuatione; & quod materia est substantia incorruptibilis; quæ de priuatione veris cari nequeat. Pariter ergo dicendum de motu, & termino; distinguuntur enim ratione; ob idque, nō quæ de uno dicimus, de altero affirmamus: quod tamen nō arguit distinctionem realem.

14 Cæterum propositionem illā negari non posse, constat ex Phylosopho 7. Topicorum cap. 1. loco 15. dicente: An plius si potest alterum si ne altero esse, non erit idem. Quo argumento vtitur S. Aug. lib. 6. de Trin. cap. 6. & communiter Authores, quorum catalogus videri potest apud Suarez disp. 6. Metaph. sec. 2. num. 2. Deinde sola explicatione terminorum videtur manifesta: nā quando motus realiter definit, & realiter manet terminus, vel remanet idem realiter, & modaliter: vel non. Si hoc secundum; habemus intentum. Si primum; ergo definiens motu, manet motus: quod implicat. Deinde, in motu locali sequitur, quod motus est idem cū loco, qui acquiritur: & quod motus contrarij super eandem magnitudinem identificetur inter se, & cum illa, &c. Et alia id generis absurdā. Nec exenplum, quod adducitur, oppositū probat, quia priuatio accipitur remotiue, & accipitur per modum entis rationis, & accipitur pro subiecto in quo est: & solum hoc vltimo modo īōdiffert a materia; secus vero alijs modis, vt expositū est lib. 1. q. 13. §. 2.

Secun-

### Q. 3. Motus distinguitur à termino ad quem. 327

15 Secundum principale conclusionis fundamentū est, de motu stricto simpliciter pro motu successivo, quia de natura illius est, quod eius partibus repugnet esse simile; & ideo Phyllos lib. 6. tex. 29. docet motū non posse esse in instanti, & ideo incipit per ultimum non esse: sed termini motus sunt res permanentes, quae esse possunt in initiatī: ergo motus distinguitur realiter à termino. Et ideo effectus existentis in potentia, & ad eum non datur per se motus: cum tamen i detur ad qualitatē, & ubi, &c. Similiter partes substantiae, & accidentiū vniuntur per qualitatem nō iuxta dicta lib. 2. Log. partis vero motus vniuntur permutata esse, ut dicetur lib. 4. & 6.

Ocurrunt Ferrara ad 3. & 4. & Soto ad 2. & 3. distinguendo materialē, motus est ens successivum, si accipiatur materialiter pro qualitate, aut quantitate, aut ubi, quibus est idem realiter; negatur: iudicetur eius permanentis. Si vero accipiatur formaliter secundum propriam rationem motus, id conceditur. Partiter ad alias probationes dicuat, quod postea distinctione rationis motus a mobili, & termino, omnia illa saluantur.

16 Attente tamen rem considerando, difficultatum videtur, quod sola rationis distinctione sufficiat ad hoc, quod eadem metas res sit realiter: ante operationem intellectus successiva, & eadem sit permanentes; eadem sit simul in acta; & eadem sit influxu: omnia enim hæc prædicta realia sunt, & realiter conuenientia, & realiter opposita: ergo sicut

substantia nō est accidentes, nec successivum realiter, realiter est permanens, motus realiter modaliter distinguitur à termino. Et hic à fortiori vrgent argumenta, quae si cimus lib. 2. Logice quæst. 23. ad probandam distinctionem relationis à fundamento. ¶ Peslet responderi adhuc ex doctrina Ioannis Poncij disp. 42. quæst. 2. conclus. 3. docentis, quod motus nō possitium dicit distinctū ab unione mobilis ad formam; coquod impossibile est ponere motum, quin ponatur haec unio, aut unionem, quin penatur motus; & quia formæ, & motus sūt in eodem subiecto, & ad idem terminantur: ergo sunt idem.

Sed contra primo: nam, in ipsis sententiis, unio est relatio; unde si motus est unio, motus erit relatio extrinsecus adueniens: quod est absurdum. Secundo, abeunte motu, manet unio: ergo aliud est ab unione. Tertio forma, quæ ad totius creationem fit, non introducitur per motum; & tamen unitur mobili: ergo. Quarto, unioni non competit definitio motus: ergo unioni non est motus; in quo communiter omnes cōsentiantur; adhuc quia à nostra conclusione dissentient.

17 Contra prædictam conclusionem arguit M. Soto sex argumentis: sed duo sunt præcipua, ex quorum solutione alia facile diluuntur, & ideo ea sufficiet referre. Primo arguitur: si motus esset entitas alia distincta à qualitate, quæ acquiritur, sequeretur, quod ignis quando calefacit aquā, duas hanc qualities produceret in aqua, scilicet

& calorem, & fluxum illum. Consequens tamen est falsum: ergo motus nondistinguitur realiter à termino. Probat irimior: primo, quia ignis nihil aliud potest producere quam calorem, & formam ignis; ne que intellectus aliud concipere potest. Secundo, nā sequeretur, quod pallum dupliciti motu moueretur, quia aqua nō solum alteraretur per calorem, sed etiam per fluxum, seu motum à calore distinctum.

Respondet negando maiore: nam, qui ponunt motum realiter, vel modaliter differre à termino, non dicunt distingui, vt duas qualitates; sed vt via ad qualitatem, & ipsa qualitas: e quod, vt ex D. Thoma diximus quæst. 1. nū. 6. aliquid est in potentia ad duos actus, nempe, ad actum perfectum, seu ad qualitatem, & ad actum imperfectum, qui est motus: & ideo aqua calefit per motum, & est calida per calorem; & motu mouetur; & termino eius est in actu perfecto. Nec motus est ipsa forma vt in fieri, sed potius fieri ipsius formæ, seu id quo acquiritur forma.

18 Ulterius arguit illo arguento, quo frequenter vtitur prædictus Magister: si motus ad calorem, & calor sunt duæ res distinctæ, certissimum est Deum posse alteram illam entitatum sine altera seruare; siquidem neutra est pars alterius, sed omnino distincta: & tunc seclusa illa entitate, quæ dicitur motus, si calor reciperetur ab igne in aqua, aqua moueretur sicut modo: & per consequens calor ille in fieri esset motus: ob idque superflue

modo ponitur: nam ponentes illū necesse habent dicere, quod sine motu illo nō moueretur aqua, magis quam paries esset albus sine albedine. Et præterea, quia vice versa posset Deus seruare illum fluxū, qui dicitur motus, suspendendo actionem ne produceretur calor: & tunc deberent dicere, quod aqua moueretur motu calefactionis: & tamen non calescieret.

Respondet nos sèpè dixisse posse aliqua realiter distingui, & tam ita ad inuicem connexa esse, quod nec diuinitus unum esse possit sine alio; vt videri potest de materia sine forma, & de relatione, & fundamento libro 2. Logicæ quæstione 23. num. 48. & in entibus modalibus; licet nō reputem verum, quod aliqui indiscriminatim dicunt, quod modus nec diuinitus dari potest sine re, cuius est modulus; tamen existimo facile dari pcf scilicet modum, qui nec diuinitus existere possit sine re, cuius est modus: vt nō facile percipitur quomodo esse possit in heretia sine in harente accidente, sessio sine sedente; & sic de alijs. Et quod implacet passio non unita subiecto latè probat Suarez disputat. 49. Metaphys. sect. 3. & iuxta hoc posset negari maior.

Secundo dicitur, de facto dari terminum, motu desinente: ac proinde iam separantur, & realiter differunt.

19 Tertio, & magis ad rem dicitur, contradictionem implicare, quod calor procedat ab igne nisi medio motu: quia forma sine motu

tu facta, est creata; eo autem ipso quod aliquid non similiter se habet nunc, & prius, supposita consistensia subiecti, mutatur, ut ait S. Thomas quæst. 3. de Potentia art. 2. ad 4. vnde duo accidentia recipit aqua cum calefit, nempe, quod mutatur, & quod mutatur ad calorem; primum habet à motu, & secundum calore mediante. De quo omnino videndus S. Thomas in 2. distinct. 1. quæst. 1. artic. 2. ad 1.

Sed instabis inquirendo repugnantiam, quæ esset in hoc, quod terminus se ipso oriaretur ab agente, & seipso reciperetur in pallo sine motu, & passione mediante?

Respondetur, quod si id esset possibile, non video cur de facto id non contingeret; quia frustra fieret per plura, quod posset paucioribus fieri. Repugnantia autem in hoc consistit, quia successio, & fluxus essentialiter est motus: & quod iste sit res permanens, implicat contradictionem. Vnde esset contradicatio, quod res procederet cum successione, & motu, ut supponitur; & esset sine motu, quia substantia, aut qualitas non possunt esse motus: sicut implicat res creata sine relatione dependentiæ ad creatorem.



s. III.

*Motus distinguitur à mobili, in quo subiectatur.*

20 In ultimo punto prius explicanda est distinctio motus à mobili, ut exponere possimus motus subiectum. Gregorius Ariminensis in 2. dist. 1. q. 4. arbitratur mobile non distinguui ab spacio per quod fertur mobile. ¶ Exsimant alij distinguui ab spacio, sed nō differre realiter à mobili. Ita Ocham, quem refert, & sequitur Soto hic q. 2. §. De motu aetern. Toletus q. 3. concl. 2.

21 Dicendum tamen, est motum differre realiter à mobili. Ita tenet non solum, qui agnoscunt distinguui modaliter à termino; sed etiam ex his, qui ibi solam ponunt distinctio nem rationis, hic interuenire realem, docent Coniub. lib. 5. Phys. c. 2. q. 3. & Masius lib. 3. cap. 3. sec. 1. q. 5. conc. 3. ubi miratur quomodo viri docti oppositum potuerint dicere: quia mobile fit diuersa productione ab ipso motu: isto euanscēte, perseverat mobile: hoc est substantia; motus est accidens. Ergo realiter differunt. Nec hoc ex dictis ullam continet difficultatem: et est expreßum D. Th. Opus. 36. cap. 3.

22 De subiecto motuum aliorū, præter localē, nulla est difficultas: notum enim est, quod motus est in mobili, ut docet Phylosophus cap. 2. & probat S. Thos. lect. 4. dicens: manifestum est, quod actus cuiuslibet est in eo, cuius est actus: & sic mani-

manifestum est, quod actus motus est in mobili, cum sit actus mobilis; causatus tamen in eo à mouente. Quod est dicere: omnis actus ibi est, vbi eius formalis effectus inuenitur: & idē dicit S. Thomas 1. 2. q. 110. art. 2. actus mouentis in moto est motus, vt dicitur in 3. Physic. text. 18.

23 Loquendo autem de motu locali, inquit Ferrara hic quest. 2. ad 1. s. *Ad dubium*, quod proprium est motus localis vt non sit subiectum in mobili; sicut enim locus, qui acquiritur, non est subiectum in locato; ita nec motus per quā acquiritur. Vnde quod dicit Phylos. text. 18. motum esse in mobili, intelligendum est proprium, vel similitudinarię. Hæc ille. Licet postea etiam iuxta opposita intentiōnē respondēat: & problematicè etiam loquitur lib. 4. contrag. cap. 81. s. *Di itur enim*. Sed hanc assertiōnē tuerit M. Soncinas libr. 5. Metaph. q. 40. ad 1. & Fonseca lib. 5. Metaph. cap. 15. q. 10. sect. 5. ad 3. & alij.

24 Fundamentum est iam insinuatum, quia ibi est subiectum motus, vbi est terminus, qui acquiritur per motū: sed terminus motus localis non est in mobili: ergo nec motus localis subiectatur in mobili. Probatur minor, quia terminus motus localis est locus: sed locus est extrinsecus mobili ad locum, vt patet libro sequenti: ergo terminus huiusmodi motus non est in mobili. Idemque secundo probatur ex D. Thom. 1. p. q. 110. ar. 3. dicēte, quod mobile secundum locum non est in potentia ad aliquid intrinse-

cū, inquantum huiusmodi, sed solā ad aliquid extrinsecum, scilicet, locū. Quod, & docet multis alijs locis citatis in Tabula Aurea verbo *Motus n. 49. ex mente Phylosophi 8. Phys. text. 59.*

25 Nihiloniinus etiam motum localem esse in mobili, expresse docet S. Thom. in 2. dist. 12. q. 1. ar. 1. ad 5. & q. 3. de Potentia articul. 2. & hic sec. 4. vbi cū Phylosopho vniuersaliter loquitur. Et Phylosophos, & Theologos de rebus scientifice tractantes, metaphorice, & improprie fuisse loquitos absurdum est. Quare ita tenent communiter authores.

26 Eam tamen probant P. Rubio q. 6. & P. Carmel. disp. 16. q. 4. n. 37. in fine, quia ibi est subiectum motus, vbi est terminus eius primarius; sed vbi, quod est terminus primarius motus localis, est in mobili; quia est præsentia locati ad locū; quam præsentia non certum est esse in trinsecā, seu in hærentē mobili: ergo motus localis est in mobili.

Quia tamen vt diximus lib. 2. Logice q. 29. n. 5. ex opūsc. 48. apud D. Thom. *Vbi nihil aliud est secundum rem, quam locus ut denominat locatum denominacione extrinsecus: de quo iterū dicemus lib. 4. q. 4.* idē nō possumus in hac ratione vim facere: videatur S. Thom. lib. 11. Metaphis. lect. 9. in fine.

27 Aliter ergo probatur ratione communī omni motū. Quia ibi est motus, vbi verificatur, quod denominatur in veritate motū: quia ex effectu formalī primario forme, bene probatur vbi ipsa sit: sed mobile est.

### §. I. Status questionis.

3. i

est, quod mouetur: ergo mobile secundum locum est subiectum motus localis. Minor ad sensum patet: & maior est manifesta.

28 Ad rationem sententiae contrariae, vel negetur maior universaliter intellecta: vel distinguatur de motu productivo termini, & de motu solam acquisitivo; & de primo est vera; & de secundo est falsa: motus autem localis est solam acquisitionis loci extrinsecus: & ideo quamvis subiectum intrinsece mutetur per motum; quia aliter se habet nunc ac prius; non tamen mutatur intrinsece performans aliquam aliam intrinsece acquisitionem; & ideo motus localis est omnium perfectissimus, ut docent Phylosophus, & S. Thom. locis citatis in argumendo: cui fatemur id quod intendunt ambae probationes minoris: sed consequentia non tenet, quia maiorem alludit falsam, ut dictum est.

### Q V A E S T I O III.

*Qualiter motus differat ab actione, & passione?*

§. I.

### status questionis.

1 **Q**ui existimant actionem esse subiectum in agente, absque dubio consequenter fatebuntur rea liter distinguari a passione, & motu, quae sunt in passo realiter distincto ab agente. De quo sequenti questione.

2 Inter eos, qui actionem transcur-

tem dicit sibi extremitate esse in passione, circa distinctionem illius à passione, & motu, non est una omni sententia. Aliqui dicunt differre realiter formaliter scilicet intellectu. Ita M. Araujo lib. 5. Metaph. q. 1. art. 4. & Lerma lib. 3. q. 4. Quibus accedunt qui dicunt differre realiter modaliter. Ita PP. Carmel. disp. 17. q. 2. n. 13. & M. Ioan. à S. Thom. q. 14. art. 2. concl. 2. Citantur antiquorum multi: quos si consulas, repries eos oppositum docuisse, ut poslea referreremus.

3 Per aliud extrellum sunt, qui inter ista negant interuenire distinctionem rationis ratiocinatae. Et loquendo de passione, & motu, id affirmat P. Suarez disp. 49. Metaph. sec. 2. n. 13. Quamvis loquendo de actione, & passione, ratione ratiocinata distinguiri expresse dixerat sect. 1. n. 8. Adhuc tamen de actione, & passione loquendo, non defint, quine genere ratione ratiocinata distinguiri inter se, & à motu. Ita Hurtado disp. 16. Metaph. lect. 4. & pauci Recentiores sequuntur Nominales.

4 Communis tamen sententia docet actionem, passionem, & motum distinguiri ratione ratiocinata; non vero distinctione reali, nec entitatis, nec modali. Pro priori parte non oportet authores referre; quia eam omnes docent, præter duos iam retatos. Quod autem illa tria, quoad id quod important in recto, solara ratione ratiocinata differant, docent Capreolus in 2. dist. 1. q. 2. ad argumenta contra secundam pagina 33. usque ad 35. Ferrara hoc lib. 3. q. 3.

Iauellus

Iauellus q.4. Soto q.1.art.2. & alij quos citat, & sequitur Masius sect. 2.q.1.vnde mærito dicemus fuisse Thomistarum communē. Ex alijs eam tenent Toletus q.2.concl.2. Rubio quæst.7 qui testatur esse expressam Phylosophi, & D. Tho. & communem Interpretum.

5 Discriminantur vero authores huius sententiae in explicādo qualiter habeat motus ad actionem, & passionem: Nam M. Soto quæst. 2. post 3. concl. 6. *Quæitur n.c.* Et Cabero tract. 3. disp. 1. dub. 2.n.6. dicūt, quod motus se habet ut genus, vel ut gradus superior respe-  
ctu actionis, & passionis.

Quod vero motus se habeat per modū subiecti quo, & actio, & passio sint quasi conditiones intrinse-  
cæ motus, docent Masius concl.5. & omnes authores relati n.2. præ-  
cipue PP. Carmel. disp. 17. q.3. pro  
cuius expositione.

6 Notandum, quod ut ait S. Tho. 1.p.q.41.art.1.ad 2. *Actio secundum primam nominis impositionem importat originem motus:* & quia causa efficiens sua causalitate est in actu secundo à qua in exercitio in executione in cipit motus; ideo actio physice lo-  
quendo importat causalitatē cau-  
saē efficientis: eo quod agere nihil est aliud, quam communicare illud per quod agens est in actu, ut ait S. Thom. q.2.de Potentia art.1. & ideo ipse S. Thon. 1.p.q.54.art.2. ait, quod actio est if luxus in actu ab agente.

Loquendo autem de passionē, inquit S. Thom. illa q.41.ad 2. quod motus prout est in mobi: ab aliquo, dici-  
tur passio. Et ad 3. ait, quod actio se-

cuuduni quod importat originem motus, infert ex se passionem. Et ideo describitur à Gilberto, quod *Passio si effectus, illatioque actionis.*

7 Distinximus autem lib.2. Logi-  
cæ q.28. quod actiones aliq sunt im-  
manentibus: aliæ transcendentib; & cixi-  
mus solas istas pertinere ad Prædi-  
camentum actionis; & quod aliæ  
potius sunt qualitates, & dicuntur  
operationes; sola vero actio trans-  
iens proprie actio nominatur, vt ait S.  
Thom. q.8. de Veritate artic. 6. De  
ista ergo videndum qualiter differ-  
at à motu, & passione?

## §. II.

*Probatur quod non differant  
realiter.*

8 Dico primo, actio, & passio in-  
ter se, & à motu non differunt  
realiter; bene tamen ratione. Ita  
expressi Phylosoph⁹ in hoc 3. text.  
18. & S. Thom. ibi lect. 4. litt. h. di-  
cens: *Ostendit quod idem sit actus mouen-  
tis, & moti: mouentis enim dicitur in qua-  
ntum aliquid agit; moti autem in quantum  
patitur: sed item est, quod mouens agendo  
causat; & quod motum patiendo recipit,  
&c.* Idem enim est, quod est à mouente,  
ut à causa agente, & quod est in moto, ut  
in paciente, & recipiente. Idem tradit  
Phylosoph⁹ text. 21. & 22. & S.  
Thomas lect. 5. litt. g. ait: *Idem actus  
secundum rem, est durum secundum di-  
uerſam rationem: agens quidem secun-  
dum quod est ab eo, patientis autem secun-  
dum quod est in ipso.* Quod latius pro-  
sequitur litt. i. & 1.p.q.28.art.3.ad  
1. & quæst. 7. de Potentia artic.  
1.ad

1. ad 5. & quæst. 8. art. 2. ad 7.

9 Ratio est, quia nō sunt multipli  
cæ entitatis, aut modi sine neces-  
itate: sed nulla est necessitas ponē-  
di actionem, & passione in esse en-  
titates, aut modos distinctos à mo-  
tu: ergo ab illo non distinguuntur.  
Probatur minor primo, exemplo  
Phylosophi, & S. Thomæ in fine  
lect. 4. nam idem est spatiū ascē-  
denter, & descendenter; sed secundum  
diuersitatem principij, & ter-  
mini vocatur ascensio, vel descen-  
sio. Et similiter est in mouente, &  
motu: nam motus secundum quod  
procedit à mouente in mobile, est  
actus mouentis; secundum autem  
quod est in mobili à mouente, est  
actus mobilis: ergo ut sic est mo-  
tus, & passio, & prout ab agente  
est actio. Secundo, id quod emanat  
ab agente per modū fluxus, recipi-  
tur in passo; sed eo ipso quod est à  
causa agēte, illo denominatur age-  
re; eo autē ipso quod mobile est in  
trāsitu, denominatur moueri; & tā  
dē ipsa in recipere aliquid, ad quo i-  
erat in potentia, est pati: ergo una  
met entitas secundū respectus præ-  
dictos potest hæc omnia prestare.

10 Obijcies: nam S. Thomas 1.  
P. q. 45. art. 2. ad 1. inquit, quod actio,  
& passio conuenient in substantia motus,  
& differunt solum secundum diuersas habi-  
tudines, ut dicitur in 3. Physicorum: &  
ita oportet quod substrato motu, non re-  
maneat nisi diuersa habitudines. Idem  
dicit artic. 3. Ex quo sic arguit M.  
Ioan. à S. Thoma: in actione, &  
passione importantur diuersæ ha-  
bitudines ad mouens, & ad mobi-  
le secundum rationem originis, &

receptionis: vel ergo istæ habitu-  
dines sunt relationes prædicamen-  
tales, & secundum esse; vel secun-  
dum dici. Si primum, manifestum  
est aliquid addere ad motum; quia  
relatio aliquid est præter suū fun-  
damentum. Si secundum; ergo sunt  
aliquid absolutum fundans illā re-  
lationem: cum autem fundent re-  
lationes diuersas ad diuersos ter-  
minos; oportet quod distingui.  
non minus quā relationes fundatæ.

Secundo: potest dari actio sine  
motu, ut de creatione S. Thomas  
affirmat 1. p. q. 45. art. 2. & 3. ergo  
ex natura sua aliquando separari  
potest a motu; signū ergo est actio-  
nem à parte rei à motu distingui.  
Idemque dicetur de passione, &  
motu.

Demū; actio, & passio sunt dilin-  
cta prædicamenta: ergo postulant  
distinctionem plusquam rationis:  
probatur consequentia; quia cum  
prædicamenta sint coordinationes  
entium realium; vbi sunt distincta  
prædicamenta, debent esse distin-  
ctæ series realitatum, & conseque-  
ter diuersa realitas, saltē modalis.

11 Horum solutione magis expo-  
netur nostra conclusio. Ad 1. respō-  
dent bene Ferrara, & Masius cōcl.  
4. quod de actione, & passione, &  
motu possumus dupliciter loqui;  
vel quoad id quod important in re  
cto; vel quoad id quod connotat,  
vel significant in obliquo: in recto  
quidem dicunt eandem entitatem  
motus, quia nō sunt relationes præ-  
dicamentales, & secundū esse; sed sp-  
lū secundū dici, ut etiā dixim' lib. 2.  
Logic. q. 27. §. 1. in obliquo autē sig-  
nificant

nificant diuersas relationes, quia Phylosophus s. Metaph. text. 20. in actione, & passione docet fundari relationes agentis, & patientis: quare in nostra sententia allerēte relationem ante operationem intellectus differre à ratione fundādi(de qua lib. 2. Logica q. 23.) non possunt non relationes istæ ante operationem intellectus differre à motu; quamvis alij dicant esse denominationes extrinsecas, & sola ratione differre à motu, in quo fundantur: de quo M. Soto hic q. 1. art. 2. concl. 4. Hoc tamen certum est, quod admissis relationibus distinctis, non potest non relatio agentis realiter differre à relatione patientis, quia unum accidens non est in duobus subjectis, vt ad intentum ait S. Th. in 1. dist. 27. q. 1. art. 1. ad 2. & 1. p. q. 28. art. 3. ad 1. & art. 4. ad 5. ait; quod via est eadem ab uno termino ad alterū, & ē conuerso: sed tamen r. spectus sunt diuersi. & est doctrina Phylosophi hic text. 21. & S. Th. ibi lect. 5. lit. g.

12 Ad secundum respōdetur nos hic loqui de actione formaliter trāseunte: nam dicit S. Tho. in 1. dist. 8. q. 4. art. 3. quod actio secundum quod est prædicamentum, dicit ali quid fluens ab agente, & cum motu: & hoc est proprium actionis trāseuntis formaliter. Creatio autem non est actio formaliter transiens; quia nō operatur Deus actione formaliter transeunte, vt docet S. Th. lib. 2. contrag. c. 16. ratione 6. & c. 23. rat. 4. Sed solū actione transeunte virtualiter, seu productiue, vt ibi docet Ferrara, & c. 9. infine, & Caprarius in 2. dist. 1. q. 2. & commu-

niter Thomistæ, quos citat, & sequitur Araujo lib. 11. Metaph. q. 1. art. 5. & ipse M. Ioan. à S. Thom. 1. p. q. 44. disp. 18. ar. 2. per totum. Ex eo ergo quod actio transiens virtuāliter, separetur à motu, nō infertur, quod actio trāsiens formaliter pos̄it separari à motu; imo, vt ait S. Thom. lib. 2. contrag. cap. 16. ratio ne 6. *Ipsa actio agentis in paciente recepta, est actus agentis, & forma, aut aliqua inchoatio forma in ipso: ac per consequens est ipse motus: cuius rationē ibi assignat dicens: Actus enim, qui est agentis, vt à quo, est patiens, vt in quo.*

13 Tertiam replicam sibi obiecit S. Thom. lect. 5. litt. i. his verbis: sed restat circa hoc dubitatio duplex: prima quidē, quia si actio, & passio sunt unus motus, & non differunt nisi secundum rationem, vt dictum est, videtur quod non debeant esse duo prædicamenta; cum prædicamenta sint genera rerum. Ecce argumentum. ¶ Cui S. Thom. nō respondet, negando, id quod tam s̄epe affirmarat, quod actio, & passio non distinguantur realiter, aut modaliter, sed potius supponēdo, quod solum ratione differunt; explicat late quo modo possint colligi. ture duo prædicamenta; quia licet non quilibet rationis distinctio sufficiat ad prædicamentorū distinctionem; alioquin erunt innumera prædicamenta: tamen ea rationis distinctio, quæ originatur, vel fundat diuersas denominationes ab extrinsecis rebus desumptas, seruatissimis seruandis, sufficit ad diuersa prædicamenta constituenda. Concludit ergo S. Thomas dicens: Sic ergo patet.

## §. 2. Probatur non differre realiter.

335

pater, quod licet motus sit unus; tamē prædicamenta, quæ sumuntur secundum motum, sunt duo. Secundum quod à diversis rebus exterioribus sunt prædicamentales denominationes: nam alia res est agens, à qua sicut ab exteriori sumuntur per modū denominationis prædicamentum passionis: & alia res est patiens, à qua denominatur agens. Et sic pater solutio prima dubitatio nis. Hæc S. Thom. Videantur quæ diximus lib. 2. Logicæ q. 7. & quæ hic docet Ferrara tota q. 5.

14 Instabis: nam in creaturis, quæ sunt eadem vni tertio, sunt eadē inter se: sed actio, & passio sunt eadem motui: ergo idem erunt inter se realiter. Constat autem realiter actionem non esse passionem; aliqui agere erit pati: ergo nec erunt idem realiter cum motu.

Respondet Phylosophus text. 21. & S. Thom. lect. 5. litt. g. maiorem solūm esse veram in his, quæ sunt idem re, & ratione, sicut sunt idem tunica, & indumentum; sunt enim idem quia eorum ratio est vna: falsa autem est illa maior, in illis, quæ sunt idem subiecto, sed diuersa secundum rationem: vt via à Thebis ad Athenas, & ab Athenis ad Thebas: unde, & si actio, & passio sunt vni motus, non sequitur quod actio, & passio sint idem.

15 Hæc solutio non videtur sufficiens; primo, quia talis est identitas extermorum inter se, qualis est identitas eorum cuni medio: ergo si actio, & passio sunt idem cū motu realiter, non autem secundū rationem, erunt omnino idem realiter inter se: & ideo in nullo sensu actio, & passio importabūt aliquid realiter distinctum.

Secundo: nam videtur hæc solutio admittere mysterium SS. Trinitatis in creaturarum minima, quæ est motus: nam sicut propter illud in Deo negamus hanc consequentiam: *Hæc essentia diuina est Pater; hæc essentia diuina est Filius; ergo Filius est Pater;* similem consequētiā videtur negare Phylosophus: *Hic motus est actio; & hic motus est passio: ergo actio est passio.*

16 Ad primam replicam respondet Ferrara hic q. 3. negando maiorem; quia maior est identitas albedinis, & humiditatis in niue, quam inter se; cum albedo sit actus niuis, & similiter humiditas: albedo autē non sit actus humiditatis, nec ē cōuerso. Similiter non habent tantam identitatem differentiæ esentiales inter se, quantam habent in genere.

Secundo respondet solūm sequi actionem, & passionem identificari cum motu, quia debet intelligi maxima de identificatione inter se quantum ad illa, quæ sunt eadē illi tertio: vnde cū actio, & passio sint idem inter se quantum ad id quod est materiale in actione, & passione, sunt idem inter se materialiter, non formaliter.

17 Quicquid sit de prima solutio ne; hæc secunda est omnino vera, quia omne reale importatum in recto per actionem, est idem realiter cum entitate passionis, & motus; sed quoad cōnotata, seu importata in obliquo non sunt eadē cōuertibiliter; quia relatio agentis opponitur relationi patientis.

18 Ad secundum iam respondimus

mus lib. 1. Logica q. 13. n. 9. quod distinctio virtualis in re, & rationis ratiocinatae per intellectum, nō est cum tanta eminentia in creaturis, ac in Deo: & ideo responderet M. Soto hic quæst. 1. in fine, quod licet in utraque consequentia sit nonnulla similitudo; est nihilominus latissima differentia: nam hic solum negamus consequentiā propter distinctionem rationis in abstracto importatam; in diuinis vero, quia est unares absoluta, & tres relationes personales: hic negatur consequētia, quia variatur appellatio: in diuinis vero arguitur ex puris particularibus. Et hoc est accurate memorie commendandum aduersus nonnullos, qui existimant similem esse hanc consequentiam illi quæ sit in diuinis. Videantur quæ diximus 1. p. Metaph. Contr. 10. n. 44.

## 5. III.

*Differunt ratione ratiocinata.*

19 Dico secundo, distincto actio-  
nis, passionis, & motus est  
rationis ratiocinatae. Sumitur aper-  
te ex Phylosopho 3. Phys. text. 21.  
& 22. & D. Thom. lect. 5. litt. g. vsq;  
ad finem. Et in 1. dist. 34. q. 1. art. 1.  
ad 2. & q. 7. de Potentia art. 1. ad  
5. & alijs locis relatis n. 11. & lib.  
11. Metaph. lect. 9. in fine.

In primis hanc conclusionē supponunt omnes, qui denarium prædicamentorum numerū admittunt: nam si sola distinctio ratiocinantis sufficeret noua prædicamenta cōstituere, in immēsum cresceret præ-

dicamentorum numerus, & terminus effectus, vel productus, vel unus, vel alij huiusmodi denominatio-  
nibus effectus, nouam seriē prædicamentalem requireret.

20 Secundo probatur, nam distinc-  
tio, quæ cum fundamento in re sufficit tollere prædicatorum cō-  
tradictionē, est distinctio rationis ra-  
tiocinatae: sed talē esse istorū distinc-  
tionem patet, quia actio, & passio  
sunt formaliter primo diuersa; li-  
cet enim sint eadem res; tamen nō  
conceditur in sensu formalī, quod  
actio sit passio, quod ex ipsa uniuersali  
omnium loquitione cōstat: ne  
mo enim concedet, quod agere est  
pati; & quod comburere est com-  
buri, aut verberare est verberari:  
vnde contra Nominales ait M. Soto  
q. 1. art. 2. concl. 6. *Reuera si idio-  
ma hoc discitur in scholis. satius esset nū-  
quāscholas videre. Ergo est distinctio  
rationis ratiocinatae.*

21 Respondent Recentiores,  
quod cum effectus formalis nō so-  
lum inuoluat formam, sed subiectum; eadem formalitas potest cō-  
stituere diuersos effectus forma-  
les, si subiecta, quæ denominat, sint  
diuersa.

Secundo dicitur actionem, &  
passionem differre ratione ratioci-  
nante, quod sufficit ut non sint sy-  
nonoma, vt tunica, & indumentū,  
quæ significat idem eodem modo;  
non tamen ut differant ratione ra-  
tiocinata.

22 Cœterum isti in re totum in-  
tentum S. Thom. & omniū Docto-  
rum concidunt; & ab eis solis vo-  
cibus differentes, intendunt illius  
oppo-

oppositam stabilire cōclusionem. In primis noster loquendi modus ante centum annos est usurpatus à M. Soto, qui post 6. concl. ait; & hæc dicitur ratio ratiocinata properea quod inuenit fundamentum distinctionis in re. Et hoc sufficit ut seclusa operatione intellectus, hæc sit falsa actio est passio; qui scilicet seclusa operatione intellectus, obiectus, & fundamentaliter est illuc facere, & pati, quæ intellectus ratione distinguit. Hæc ille. Similia Ferrara ubi supra, & Masius sect. 2. q. 1. concl. 3. & paſsim alij.

Deinde, distinctio ista oritur ex diuersitate reali agentis, & passi; & esse à quo, & in quo, est aliquid conuenientia motui seclusa operatione intellectus: ergo quantum formalitas sit vna realiter, nil deest, vt dicatur ratione ratiocinata distingui: nam si sufficit ad diuersos effectus formales, etiam sufficiet ad diuersitatem rationis cum fundamento in re: quæ est rationis ratiocinata distinctio.

23 Dices, deesse diuersa connota ta. ¶ Sed iam ſæpe diximus diuerſitatem rationis ratiocinata non summi à priori à connotatis. ¶ Ad huc autem ſi ab illis ſumeretur; cōstat quod agens, & patiens ſunt diuersa connotata; ita vt ipſi contrarij nō auſint negare hic interuenire diuersos respectus; ergo in fundamento reali horum respectuum, quod inuenit in motu, non potest negari rationis ratiocinata distinctio.

24 Obijcies; vt diximus lib. 1. Logice q. 13. n. 10. & latius 1. p. Meta ph. Controu. 10. n. 69. fundamen-

tum distinctionis rationis ratiocinata ſoleat eſſe eminentia obiecti vnde cōtinētis, quæ in inferioribꝫ ſunt diuersa: ſed in motu non potest eſſe hæc eminentia, & ad vna tio inferiorum; cum ſit quid viale, & imperfectissimum; ergo non eſt distinctio rationis ratiocinata.

Respondetur ex dictis lib. 2. Logice q. 11. n. 9. quod distinctio rationis ratiocinata eſt duplex; alia orta ex potentialitate, vel distinctione; alia orta ex eminentia unitatis: diſiunctio actionis, & passionis in creaturis prouenit ex distinctione principiū à quo, & in quo eſt motus: & ideo in fundamento respectuum, quamvis non ſit eminentia, eſt rationis ratiocinata distinctio; ita ut implicet motum adæquate concipi, quin cognoscantur extrema à quo, & in quo, in quibus conſurgunt respectus agentis, & patientis: & ideo inquit Ferrara lib. 2. Contra g. 9. rat. 1. 5. Attendendū, quod hæc rationis distinctio eſt ex parte ipsarum rerum, quæ habent, vt ſi cōcipiantur vt in ſe ipsis ſunt, diuersis conceptibus concipiātur: aliae vero quæ ſupponunt eminentiam unitatis ſunt à solo intellectu inadæquate cōcipiente. ¶ Omnia hucusque dicta videtur cōpendio tradiſſe S. Thom. lib. 3. Phys. lect. 5. litt. 1. dicens: qui quidem motus ſecundum vnam rationem eſt actio; & ſecundum aliam rationem eſt paſſio: alterum enim ſecundum rationem eſt eſſe actum huius, vt in hoc; & eſſe actum huius vt ab hoc. Motus autem dicitur actio, ſecun-

cundum quod est actus agentis, vt ab hoc dicitur autem passio secundū quod est actus patiētis, vt in hoc. Hæc ibi. Idē habet lib. 11. Metaph. lcc. 9. in fine.

25 Dico tertio, motus non se habet vt quid superius ad actionē, & passionē, sed vt subiectū, cuius quasi affectiones sunt actio, & passio; vel ista tria sunt quasi tres rationes inadæquatæ, vñā totale quasi integratæ. Sumitur aperte ex Phyl. tex. 22. & S. Th. loco immediatè relato ex 3. Phyl. vbi ait: dicit quod finaliter dicendum est, quod non sequitur, quod actio, & passio sint idem, vel doctio, & doctrina; sed quod motus, cui inest virtus, eorum, sit idē. Et post verbanum. antecedēti relata, subiungit S. Th. & sic patet, quod licet motus sit idem mouentis, & moti, propter hoc, quod abstrahit ab utraq; ratione; tamen actio, & passio differunt, propter hec quod has diuersas rationes in sua significatione includunt. Ex hoc autē apparet, quod cum motus abstrahat ratione actionis, & passionis, non cōtinetur in prædicamento actionis, neque in prædicamento passionis, vt quidā dixerunt. Hæc ibi.

26 Ratio primæ partis sumitur, in primis ab inconuenienti: quia alioquin motus esset unum prædicamentum sub se cōtineat actionē, & passionē: quod reictū est lib. 2. Log. Deinde, nā ratio superior multiplicatur in inferioribꝫ; sicut equus, & homo sūt diuersa animalia: ergo si actio, & passio includunt motū vt rationē comunem, semper esset duo motus; & sic agēs inquantum agens

moueretur: quod est falsū: cū agēs inquantum agens, moueat, & non moueatur.

27 Secunda pars cōstat, quia motus est ratio recipiēdi, & subiectum quo actio, & passio insunt substitutiæ. Et ultima pars exinde fit probabilis, quia motus adæquatè sumptus est quid fluēs vt mediū inter terminum à quo, & in quo; & vt quid fluēs est motus; vt à quo, cicitur actio, vt in quo dicitur passio: ergo nil prohibet dicere esse rationes inadæquatas eiusdem entis: nisi quod subratione motus explicatur, ita in trā situ, quod nō sufficit cōstituere prædicamentum; secus verò sub ratione actionis, & passionis. Videatur S. Th. vbi sup. & Author Opusculi 48. tractatu de Actione.

Et nota, quod non est in rigore motus subiectum (adhus eo modo quo superficies est subiectum coloris) actionis, & passionis, cum ab eis realiter nō differat, sed habet se ad instar subiecti; & ideo non prius fit, quam sint actio, & passio.

### QVAESTIO III.

Vtrum actio transiens subiectum  
sit in agēte; vel solū in passo;

**I**detur, quod hæc quæstio ex dictis iā fit determinata: ostēsum est enim q. 2. §. 4. quod motus est subiectum in mobili: & q. 3. probatum est, quod actio trāsiens realiter nō differt à motu: ergo transiens subiectum est in passo, seu motu. Cōsequētia videtur manifesta, quia idē accidens nō potest esse in duobus subiectis realiter distinctis; nec transl-

transmigrare valet naturaliter de subiecto in subiectum: ergo cū motus sit in passio, nō videtur posse negari, quod actio sit in passo.

2 Hoc solo arguientur multi arbitrantur totā quæstionē esse decisā. Sed qui diligentius quæstionē disputauerūt, bene notarunt per hoc quæstionē nō esse terminatam; sed hinc potius cōsurgere; quia cū motus causetur, & emittatur ab agente, est dubium, utrum ad illū causādū indigeat agēs aliqua entitate abso-luta, vel respectiva, qua in actu secundo exerceat causalitatē, vel efficiētiā motus? Vel utrum ipse motus, qui ab agente transfunditur in passum, pro aliquo priori intelligatur inhaerere in ipso agente?

## §. I.

## Dux sententiae oppositæ.

3 Vnt duæ capitales sententiæ, ad quas aliæ minutiores reducuntur; quia potius sunt modi diuersi principales sententiæ explicādi. Prima docet actionē esse subiectiuem in agente. Quæ tribuitur Auice. lib. 2. Sufficientiæ cap. 5. & tenent Scotus in 4. dist. 13. q. 1. 9. ex dīctis, & dīct. 43. q. 5. 9. De tertio, & omnes Scotitiæ. Ex Thomistis tenent Caiet. 1. p. q. 25. ar. 1. vbi Zumel, & Ripa, quos refert, & sequitur Nazar. ibi Cōtr. vñica. Fiandr. lib. 5. Metaph. q. 22. ar. 2. & lib. 9. q. 4. ar. 2. Aquar. 1. Metaph. diluc. 4. Deza in 1. dist. 27. q. 1 notab. 3. Ortiz in Phys. tract. 7. cof. 1. & in re defendit Ioan. à S. Th. q. 14. ar. 4. & Sylvi Opusc. de motione primi motoris. p. 3. ar. 2. & alij.

4 Nō vna via defenditur hæc sen-

tētia. Nā Scotus arbitratur actionē prædicamētalem esse relationē ad passum, seu respectū extrinsecus ad uenientē; & cū relatio, & denominatio agētis nō cōueniat passo, sed agēti; ideo relatio erit in agēte. Ita ex Scoto Anton. Andr. lib. 9. Met. q. vlt. & Ioan. Poc. cū alijs Scotisti. tā in Log. in prædicamēto actionis, quam in hoc lib. 3. Phys. ¶ At verò Bergom. in Cōcor. dub. 35. Fland. & Nazar. & alijs distinguūt varias acceptiones actionis; sed quæ ad rem magis attinēt, sunt duæ; vñpè, quod actio, aut accipitur essentia liter, & metaphysic; & sic significat actualitatē, quæ est actus secundus agētis, & eius causalitas: aut accipitur comitante, & physice: aut alijs terminis; aut accipitur pro actione agente; aut pro actio-ne acta: priorem dicunt esse subiectiuem in agēte; & posteriorē esse idem cū motu, & residere in passo.

5 Aliter distinguūt Sylvius, & M. Ioan. à S. Tho. allerētes, quod actio inchoatiæ est in agēte, & consumatiæ est in passo. Cum hoc discrimine, quod Slyvius indicat eādem entitatē per modum inchoationis esse in agente, & inde transfundit ad passum; at verò M. Ioann. à S. Thoma dicit non esse eandem entitatem modalem; cum sit diuersum subiectum; sed esse diuersam; & solum ordine quodam esse vnum. Quod est reuerterea ponere duas actiones, vt ponunt Caietanus, & Bergomensis, & alij; sed quia prima est inchoatio secundæ, per quam cōsumiatur; ideo hoc loquendi modo vtuntur, in re parum discrepantes à principali sententia.

6 Magis recepta sententia absolu-  
tè adstruit actionē trāseūtē sabie-  
ctari in passio. Tribuitur Auerroi,  
Themist. Simplicio, E. Alb. Magn.  
quos videre nō licuit. Expressè te-  
nent Capreol. in 2. dist. 1. q. 2. pag.  
34. & 35. Soncin. 9. Metaph. q. 37.  
Ferrara lib. 2. Cōtrag. c. 1. & hic q.  
4. Soto. q. 1. concl. 5. & alij, quos ci-  
tant, & sequuntur Masi. sec. 2. q. 3.  
PP. Carm. disp. 17. q. 4. & 5. Araujo  
lib. 11. Met. q. 1. art. 4. Lerm. li. 3. q.  
5. Item Pereira, Tolet. & alij, quos  
sequitur Rubio hic q. 8. & Suar. dis.  
48. Met. sec. 4. n. 12. & esse receptis  
simā inter Recētiores testatur n. 6.  
Et probabiliorē vocat M. Bañ. 1. p.  
q. 27. art. 1. dub. 3. ad 4.

7 Differunt tamē in modo expli-  
candi: nā M. Sot. putat in agente ni-  
hil aliud esse quā agēs ipsum, & vir-  
tus agēdi, quia relationes sola ratio-  
ne putat inter se, & à motu distin-  
gui. ¶ Suar. vero n. 12. asserit, quod  
non est de ratione actionis ut sic,  
quod habeat subiectū propriū inhæ-  
sionis; sed hoc conuenit ei ratione  
formalis termini.

8 Reliqui verò, & admittūt in a-  
gēte cōlurgere relationē ab ipso  
dīttinctā; & fatētur actionē trāseūtē  
petere subiectū inhæsionis; quāuis  
sub cōceptu ab nō explicet nisi e-  
gressiōnē, quia vt ait S. Th. q. 8. de  
Pot. ar. 2. Nihil prohibet aliquid ēse in-  
herens; quid tamen nō significatur ut inha-  
rens, &c. Et ideò licet relationem di-  
cāt ēse in agente; tamē actionē ipsā  
docent subiectari in passio, vbi est  
motus, cum quo identificatur.

9 Vtriusque oppositæ sententiae  
Authores arbitrantur sequi Phyl. &

S. Th. & ideò nō tātū de re ipsa, sed  
de illorū mēte est quæstio satis an-  
ceps, & dubia; & ideò nō potest nō  
vtraque opinio censeri probabilis.  
Quia tamē hæc secunda est cōmu-  
nior, & vt apparet, conformior D.  
Th. & Phyl. cā selegi defendēdā, tā  
simpliciter, quā ex mēte S. Tho.

## §. II.

De mente S. Thomæ.

10 A Pud D. Tho. duo vidētur in  
dubitata. Primū, quod dno  
minatio, & relatio agentis residet  
subiectuē in agente; quāuis ex mo-  
do significādi potius significetur vt  
ab agente, quā vt in illo: ita S. Th. q.  
8. de Pot. ar. 2. dicēs: *Actio nō significa-  
tur ut in agēte; sed ut ab agente;* & tamen  
*cōstat actionē ēse in agēte.* Si nō loque-  
retur de denominatione, & relatio-  
ne agētis, nō id affirmaret, vt perse-  
notū, & manifestū. Latī idē prose-  
quitur in 1. dist. 32. q. 1. ar. 1. & dist.  
40. q. 1. ar. 1. ad 1. & in 2. dist. 40. q.  
1. ar. 4. ad 1. expressè ait: *Quod cū a-  
ctio sit in agēte, & passio in patiēte, nō po-  
test ēse īde numero accidēs, quod est actio,*  
& accidēs, *quod est passio;* cū unū accidēs  
nō possit ēse in diuersis subiectis. Vnde A-  
uicena etiā dicit, quod nō est una numero  
equalitas, in duobus aequalibus secūdum  
speciem. Ultimis verbis declarat lo-  
qui de relatione agentis.

11 Huiusq; ratio videtur manife-  
sta; primo, quia in illo est relatio,  
vbi est relatiua denominatio: sed  
quod denominatur agere est agēs:  
ergo in illo residet relatio agentis:  
de cuius distinctione à ratione fun-  
dādi nō est iste locus disputādi; sed  
videatur lib. 2. Log. q. 23.

Dein.

Deinde, relatio agentis opponitur relationi patientis: ergo non sunt in eodem subiecto: sed illa est in passo: ergo hæc est in agète: nam omne accidens aliquid exigit subiectum in hæsionis.

12 Secundo est certū, apud Phyllophum, & S. Thomam, quod actio physice sumpta, ut committatur motū, est in passo. Ita Phyllosophus, & S. Thom. hic text. 20. lect. 5. lit. f. & lib. 3. de Anima lec. 2. & lib. 9. Metaph. lec. 8. lit. g. & lib. 11. lec. 9. in fine. Et ipse S. Tho. 1. 2. q. 74. art. 1. in cor. ait: *Actuum quidam transiunt in exteriorem materiam, ut vire, & secare: & huiusmodi actus habent pro materia, & subiecto id in quod transit actio.* sicut Phyllosophus dicit in tertio Phylosorū, quod motus est actus mobilis à movente. Et videatur ibi D. Tho. & idē habet 1. p. q. 18. art. 3. ad 1. & q. 54. art. 1. ad 3. & lib. 1. Contrag. c. 100. & alibi sèpe: in quibus clare docet actiones transiuentes habere pro subiecto id in quod transit actio, & motus. Ethoc cōstat, tū ex ratione facta in principio questionis: tū ex differencia, quæ est inter actionē trāsciunte, & inimarente, quia hæc est perfectio, & actualitas ipsius agentis; transiens vero est perfectio ipsius. noti.

13 Dubium vero est apud D. Th. vtrum ultra relationem agentis, & actionem effectam cū motu, sit ali quid absolutum ex parte agentis? ¶ Et pro Caietano videtur esse S. Thom. lib. 2. Contrag. c. 9. ratione 4. vbi inquit, *actio, quæ non est substantia agentis, inest ei scilicet accidens subiecto:* unde, & *actio inter nonem prædicamenta*

*accidentis computatur.* Loquitur, nō de actione inimarenti, quia hæc nō est in prædicamento actionis, nec sermonē habet de relatione prædicamento, quia actio nō est relationis secundū dici; & quando est sermo de ea, vt distinguitur ab alijs generibus, nō potest esse sermo de aliquo per actionē importatū in obliquo. Nec contextus admittit quod loquatur de actione moraliter: nā loquitur ibi de actione potentie Dei; de qua idē dicit 1. p. q. 25. ar. 1. ad 2. & hac authoritate cōuincitur Cai.

14 Deinde adducitur S. Th. q. 7. de Potent. ar. 10. ad 1. vbi ait S. Th. quod in creatis ipsa actio media est quæ dā perfectio propria agentis. Nec videatur satisfacere, quod respōdet Ferrara c. 1. ad 2. quod ibi est sermo de perfectione, non inhærente, sed ab agète procedente; quæ dicitur eius perfectio, quia per ipsā aliquod bonū prouenit agèti, quia cōseruatur estē speciei, aut aliquid huiusmodi. Hoc non sufficere videtur manifestū, quia emolumētū extrinsecū nō inhæret in agète: & sic ratione talis emolumēti non assignaret S. Th. subiectū, quod actioni conuenit in quantum accidens est.

Tertio videtur valde vrgere, quod S. Th. in 2. dist. 1. q. 1. ad 11. dicit, quod *agens agit actionē media, que non est essentia effectus operantis, & in aliis nō potest si qui effectus nouus sine noua actione:* & *nouitas actionis facit aliquam mutationem in agente prout est exiens de otio in agitum.* Residet ergo actionē intrinsecē in agète, nam id quod mutat intrinsecē, non potest nō intrinsecē inhærente.

15 His tamen noa obstantibus asserendum est, esse de mente S. Tho. actionem trāseuntēm essentialiter sumptam esse subiectiūe in passo; licet relatio quā connotat, sit in agēte. Hæc secunda pars traditur à D. Tho. locis relatis n. 10. Priorē verò manifestè docet lib. 9. Metaph. lect. 8. lit. g. dicens: *Ipsa actio est in se ipso, ut adiutorio in eo quod adiutoriatur. & adiutorio simul sit, & habet esse cū domo.* Et infra rationēm assignans ait: *Et hoc ideo, quia quando per actionem potentia constitutur aliquid operarum, illa aetio perficit operarum, & non operariem:* unde est in operato, sicut actio, & perfectio eius; non autem in operante. Hæc propositio, licet quoad partem affirmatiuam, vt cūquè posset verificari in sententia opposita; quoad propositionem negatiuam non video quæliter cōgruum sensum possit habere, nisi ponatur subiectiūe actio trāsiens in passo: nam de actione esse essentialiter sumpta ait S. Tho. quod non est perfectio operatis, nec est in operante: non ergo est subiectiūe in agēte.

16 Præterea, sc̄pē afferit S. Tho. quod si ab actione auferatur motus, non remanet, nisi relatio, vt yideri potest I. p. q. 4. art. 1. ad 2. & q. 45. art. 2. ad 3. & art. 3. quæ propositione falsa esset, si præter relationem, & motum, actio importaret aliquid absolum ex parte agentis: nam sublatto motu, & relatione, maneret illud absolum, quod esset essentialiter, & metaphysicè actio: vnde discursus S. Tho. claudicaret, vt facile patet ex contextu.

17 Tertio, ipse S. Tho. I. p. q. 37. art. 2. docet aliquid denominari per

aliquid, quod ab ipso procedit, sicut agens actione, quæ non est forma, sed aliquid ab eo procedēt. Et q. 7. de Potent. art. 10. ad 8. afferit, actionē non esse formā agentis, nisi grāmaticè loquēdo. Quod falsum esset, si actio essentialiter esset in agente. Aliæ authoritates adducuntur, & pōderātur à Ferrara illo c. 1. Et ylterius videatur S. Tho. locis relatis n. 12. & in I. dist. 8. q. 4. art. 3. ad vlt. & dist. 32. q. 1. art. 1. & q. 10. de Pot. art. 1. ait S. Tho. *Est autem duplex operatio; quedam quidem trāsiens ab operante in aliquid extrinsecum; sicut calefactio ab igne in lignū: & hæc quidem operatio non est perfectio operatis, sed operati: non enim aliquid acquiritur igni ex hoc, quod est calefaciens; sed calefactio acquiritur calor.* Hæc ibi: quæ verba iā in similibūs ponderata sunt.

18 Non me latet his authoritatibus responderi, quod loquuntur de actione phisice, & consumate; non de illa initiatiūe, seu essentialiter. Sed contra est, primo, quod iuxta hæc explicationē, propositiones negatiuæ S. Tho. essent falsæ. Secundo, quia diminutè processisset, & in efficaciter argumentaretur S. Tho. Tertio ipse S. Th. hic lec. 4. lit. f. ex Phyl. ait, quod *actus motus non est aliud ab actu mobilis: quod falsū est;* si daretur illa duplex actio.

19 Quarto probatur: nā S. Tho. lib. 5. Phys. lect. 3. litt. d. ait: probat Phyl. quod non sit motus in genere actionis, & passionis: *actio enim, & passio non differunt subiectiūe a motu; sed addunt aliquam rationē, vt in tertio dictum est: vnde id est dicere, quod motus sit in agere, & pati, & quod*

quod motus sit in motu. Quæ ratio nil valeret, si una actio causaretur ab alia: cū enim actio physica, seu consumata ponatur ab ipsis causari ab actione essentialiter, & initiatiuè, iam actionis est actio, &c  
 20 Ad ea, quæ in contrariū obiectū tur facile respondetur. Et in genere loquendo, authoritates omnes, vel debent exponi de relatione agentis, quæ in quantum accidens, est in agente subiectu; vel de actione immanente. In particulari illā authoritate ex lib. 2. Contrag. bene declarat Ferrara in fine cap. 9. nā ibi loquitur S. Tho. de actione Dei, quæ est formaliter immanens, & virtualiter transiens, quæ dicitur transiens similitudinarie, & secundū efficacia: & haec formaliter est in agente. Nos autē loquimur de actione formaliter transiente.

21 Ad secundam dicitur, ibi sermonem esse de relatione agentis: quod patet ex titulo atticuli: inquit enim ibi S. Tho. Virum Deus realiter referatur ad creaturam, ita quod ipsa relatio sires aliquas in Deo: In ipsa autem solutione ad primum, quæ obiectur contra nos, docet nostram conclusionē: ait enim, quod mouens, & agens naturale monit, & agit actionem, vel motu medio: ubi pro eodem sumit actionem, & motū. Postea autē cum subdit: Vnde tria q; s; est realis ordo vienius ab alterū: & pricipue cū ipsa actio media sit quadam perfectio propria agentis: & per consequens id ad quod terminatur actio, est bonum eius: congruū sensu habet, quia relatio est perfectio intrinseca, & terminus actionis est perfectio extrinseca, & de isto emo-

lumento exp̄sē loquitur S. Tho. vnde exp̄positio Ferrarensis est omnino ad mentē S. Tho. vt patet totam solutionem legenti, & cōfēdo cū his, quæ docet S. Th. ibi ad 8. & q. 10. ar. 1. & ideo subiectū illius inquantum accidens relatiū est agens; inquantum est idem cum motu, est in mobili.

22 Ad tertiam facile resp̄detur, quod ibi est sermo de actione immanente formaliter, & virtualiter transiente; vel omnino immanente: nam exp̄sē loquitur S. Tho. de agente per voluntatem, &c. Vel dicitur cū Capreolo solut. ad 10. quod est mutatio ex eo quod relatio ut accidens compositionem facit cū subiecto, in quo inhāret, & dat ei aliquem actum, ad quē prius fuerat in potentia, quæ est mutatio communiter sumpta, non vero mutatio physica: de quo videatur S. Thom. q. 7. de Pot. art. 9. ad 7.

## 9. III.

*Ratione probatur, quod actio trās s̄ens subiectetur in passo.*

23 **A**ctiones plures solēt pro nostra sentētia coaceruari. Sex proponit M. Araujo: sed duas pricipias vrgent Mas̄i, & PP. Carm. ambas iam insinuatas inter referendas authoritates S. Tho. à quo sunt desumptae. Altera, quia actio est idem cum motu, qui est in pallo, seu mobili: & ideo actio est in passo. Alia, quia alioquin non erit assignabilis differentia adēquata inter actionē immanentem, & transuentē: quia dantur actiones immanentēs habentes terminum productum, vt intel-

ligens producit verbum: alia etiā, quæ sunt virtualiter transeuntes habent ad extra aliquid operatum, & ipse manent in operāte; ut patet in actionibꝫ diuinis factiūs ad extra: ergo cum negari non possit actiones formaliter transeuntes distinguētionaliter ab immanētibus, dicēdū erit actiones formaliter transeuntes subiectari in passo.

24 Ad has tamen rationes responderē poslunt Authores primæ sententiæ, per distinctiones iam relatas de dupli actione; & quod illa que identificatur cū motu est actio physice, & materialiter sumpta: illa autem quæ est in agente, est actio esse tialiter, quæ est causalitas efficiētis. Ad secundam dicunt, quod actio immanens perficitur, & cōsummatur in agente: transiens vero consūmatur, & perficitur in passo. Et actiones diuinæ esse formaliter transeuntes concedit Cajetanus, & videtur consequenter tenere omnes, qui dicunt omnipotētiam esse attributum ratione distinctum ab intellectu, & voluntate Dei: quod vt probabile videtur admittere S. Tho. 1. p. quæst. 25. ar. 1. ad 4. vel saltem erit in Deo actio transiens eminenter. vt loquitur Nazarius ad 2.

25 Propter probabilitatem hanc, & liniūlūi solutionum, inquit Socinas lib. 5. Metaph. q. 37. quod actionem esse in passo, non potest demonstratiūe probari: quare ipse solam arguit; quia agens in quantum agens, nec patitur, nec trahitur: ergo agens in quantum agens non causat in se nouam entitatem ab isolatione. Antecedens probatur; quia

formalis ratio unius generis, nō conuenit alicui subiecto per formalem rationem alterius: sed ratio actionis, & passionis sunt distinctæ secundum genus: ergo agens non habet in quantum agens, quod patiatur. Et videtur ratio Phylos. hic cap. 3.

26 Rationem hanc efficacissimā reputat Rubio n. 56. Sed meo vide ri non multū vrget. In primis, quia instari potest in actionibus immanētibus, pricipiū quando producūt habitum residentem in eadem potentia eliciente actū quo producitur: in quo casu inquit S. Tho. 1. 2. quæst. 51. art. 2. ad 2. Quod idem ē secundum idem non potest esse mouens, & motum: nihil autem prohibet idem à seipso moueri secundū diuersā, vt in 8. Phys. probatur. Idē que in præsenti dici posset. Deinde, bene respōdet Nazarius ad 1. quod entitas actionis, nec causatur à passo, nec ab alia causa proxima; sed ab ipso agente: non per transmutationem, aut medio motu, aut alia actione mediante, sed per resultatiā, quia causatur vt quæ per modum causalitatis: non verò vt quid; vt si igni apponatur combustibile, resultat actio comburēndi, & sensui approximato sensibili fit sensatio. Præterquamquod non est inconveniens, quod agens creatum vt agens, aliquonodo mutetur in quantum producit in seipso entitatē actionis, & eam recipit.

27 Recurrentem ergo ad rationem Phylosophi, & S. Tho. quæ duplicitē formari potest. Primo, vt indicant 9. Metaph. dantur aliquæ potentiaz, quarum actiones, quibus redu-

### § 3. Probatur quod actio transiens est in passo. 345

reducuntur ad actum, sunt in alio, & non in ipsis potentijs: sed iste agunt actione transeunte: ergo actio transiens est in passo, & non in agente subiectu. Maior patet primo, quia non est cur non debeant dari huiusmodi potentiae ad perfectiō nem vniuersi. Secundo, quia dari debet potentia essentialiter ordinata ad aliquid operatum a se emanans: ergo ordinata ad hoc ut id quo emanat, sit extra se. Tertio: dari debet potentia ad emittendum actū; sicut datur potentia ad illum habē dum: ergo datur potētia cuius actus sit subiectu in alio.

28 Secundo, & vrgentius formaturatio ex illis verbis Phylosophi, & S. Thomæ hic lect. 4. *actus mobilis non est aliis ab actu mouenisi.* Motus vt emanat ab agente, est actio, qua agēs dicitur agere: hæc actio, vt ipsi fatentur, est in passo: ergo omnis actio transiens est subiectu in passo. Probatur maior: primo, quia illi conuenit definitio actionis in Logica assignata. Secundo, quia negari nequit, quod in ipsis illis emanatio ipsius motus accepta prout ab illa causa, est exercitiū, & actualitas illius causæ efficiētis: ergo est ei actio. Pater cōsequētia, quia actio est causalitas causæ efficientis.

29 Dices, dari duplē causālitatē in efficiēte, sicut in fine; quādam inchoatam residentem in agente; & aliam completam, & conflamatam residentem in passo.

Sed contra, supposita illa propositione perse nota, sēpē assumpita, quod non sunt multiplicadæ entita-

tes, nec modi sine necessitate (quæ meo videri est vnicum fundatum huius conclusionis) sic vrgetur: actualitas eiusmila ab agente sufficit actuare agens, vt sit id quo operetur, & actuare subiectum ut patiatur, & sit in via ad formam: ergo illa sufficit vrdicatur agere: ergo alia non est ponenda. Probatur antecedens, nam eo ipso quod illa actualitas sine alio medio resultet, & emanet ab illo, iā non est in potentia: ergo est in actu: ergo agit. Secundo, vt ait S. Th. li. 3. Phys. lec. 1. lit. c. *agens trāsfundit actionē suā in aliud:* sed actio trāsfusa est in illo in quo trāsfunditur: ergo ita est actio trāsfandētis, quod inquantū accidēs in heret in passo, in quod trāsfuditur.

30 Sed dices, rationes istas, mutatis terminis, esse illas cōmunes de subiecto motus, & de differētia inter actiones immanentes, & trāscendentes: ergo si illæ vt inefficaces relinquentur, nec illæ intentū cōuinçūt.

Respondetur, nos rationes illas non relinquere; sed amplectri; quia tamen euacionibus predictis earū vis declinatur; conamur eas amplius vrgere, & earū vim declarare modo predicto, ostendēdo, quod nullitia est necessitas actionis illius inchoatę, quia hic est cōiunctio, & motio per trāfessionē physica, & non per alientiā obiectiū, vt in fine, in quo est hoc peculiare.

31 Instabis re torqueō nostrā rationē: quia eo ipso quod actio trāsfundatur ab agente in passum, videntur, quod à principio sit in agente, et in fine sit in passo: & hoc est esse in agente inchoatiū, & in passo cōsumatiū.

Inflam

Instantia hæc præcupari potest ratione S.Tho.3.p.q.77.ar.1. quia occidentia non transeunt de subiecto in subiectum, vt scilicet, idē accidens numero, quod primo fuit in uno subiecto, postmodū fiat in alio: accidens enim numerū accipit à subiecto (a quo individuatur) unde non potest esse, quod idem numero manēs, sit quādoque in hoc, quandoque in illo subiecto; de quo videātur quæ diximus 2.p. Metap. Cōtr.3.n.59. nec longiori indiget impugnatione, nam supposita doctrina S.Tho. quod iadiuiduatio accidentium sumitur à subiecto, clarum est, quod naturaliter idē accidens numero non potest esse subiectum in agente, & transire idem numero, vt subiectum sit in passo.

Quod totum docet S.Th.3. cōtrag. cap.69. in fine dicens: *Ridiculum autem est dicere, quod idē corpus non agat, quia accidens nō trahit de subiecto in subiectum: non enim hoc modo dicitur corpus caliduna calefacere, quod idem numero calor, qui est in calefaciente corpore, transeat ad corpus calefactum: sed quia virtute caloris, qui est in calefaciente corpore; alius calor numero sit actu in corpore calefacto, &c.*

32 Dices, hoc probare eidēter, si accidens esset in utroque subiecto permanenter, & secundum esse cōpletum; non tamen si in agente sit violiter, & per modum motus, & in passo permanenter, & in termino: sicut species coloris transit per aerem, & virtus causæ principalis deriuatur per instrumentum.

Nec valet dicere non esse eandem numero virtutem in causa, & in effectu; nec eandem speciem in rebus, & in intellectu. Nam licet hoc ita sit, est verum colore transire per aerem, & motionem virtuosam esse transiunter in instrumento, & motus ipse est vialis: ergo non esset inconveniens, quod vialiter prius esset in agente inchoatiue, & consu maretur in passo.

Argumentū hoc recte conclude ret, si agens esset formaliter recipiens: sed tamen emissio actionis non exigit inhærentiam, in emittente; quia ab, vt ab, non est in; quāvis, ex eo quod est accidens, in re non possit esse nisi inhærens; sed non in agente, sed in passo. Vnde instauratur ratio: id quod est viale, est in unoquoque secundum modum suū: sed motus non ordinatur ad mouendum mouens, sed nobile; & vt egrediatur à mouente in motu: ergo non est in mouente subiectum, sed egressus. ¶ Præterquamquod, colores in acre non habent esse physicum, sed intentionale: nunc autem loquimur de subiecto physico in hælonis motus. Et motio instrumenti transit cum motu: vnde est in motu, vt subiecto quo, & in mobili vt in subiecto quod: & sic nunquam affertur exemplū in quo verificetur, quod idem accidens numero secundum esse physicum sit in duobus subiectis adæquatissimis in hæsiue, vel quod naturaliter ex uno trahat ad aliud: vnde S.Thom. ill. c. 69. concludit: *Agens enim naturale nō est traducens propriam formam in alterū sed rediaceens subiectum, quod patet.*

pactur, de potentia in actum.

33 Adhuc dices, probare rationes istas, quod non est idem numerō accidens in agente, & in passo, nec simul, nec successive; cum quo compatitur, quod precedat in agēte aliquid modale, ratione cuius fundetur relatio agētis, & sit ratio causandi motum.

Hoc iam reieciimus ut minime necessarium, quia ipse motus perse ipsum est quo agēs causat: ergo alia causalitate non est opus. Quod iterum virginem: nam motus dicitur egredi a mouente, non obstante, quod nō sit in mouente, sed in moto: ergo posito, quod actio identificata cū motu, egrediatur perse ipsam à mouente hinc alio modo mediante posito in agente, in isto cōsurget relatio mouentis. & vere dicetur causare.

### §. III.

#### Solvuntur argumenta.

34 V Alidior probatio in hac parte est argumentorum solutio: quia sic ostenditur sine necessitate illam entitatem superaddi in agente. Sed quia argumenta antiquorum usque ad sexdecim diligenter diluit Capreolus: & ut plurimi procedunt de relatione, quam cōcedimus esse in agente. Referemus solum argumenta sub forma qua proponuntur à modernis ( in substantia enim antiqua sunt ) & diluemus.

Arguit ergo M. Nazarius, primo: quēadmodum passio dicitur esse

motus in hoc, ita actio dicitur esse motus ab hoc: at in passione tria sunt, videlicet, motus, relatio in hārentibz ipsius motus ad subjectū, & fundamentam illius relationis, quod est essentialiter passio, siue illud sit passiva actuaria subiecti, siue esse formae fluentis, siue quodcūque aliud: ergo etiā in actione tria proportionaliter sunt meditanda, nimirum motus ut emanans ab agēte, relatio motus ad agēs tanquam ad principium, siue causam, & fundamentum illius relationis, quod est essentialiter actio.

Posset retorqueri argumentum, quia passio, præter entitatem motus, & relationem, nullam aliam entitatem dicit, ut constat ex dictis in questionibus præcedētibus probando, quod passio ante operationem intellectus nō differt à motu: ergo pariter dici debet de actione quod entitatue non differt à motu. Deinde dicimus esse differentiam claram, nam motus ex parte agētis est à quo; ex parte passi est in quo: ex illo exigit à quo emanet; ab isto habet in quo sit: & ideo est ab agente egressus; & in passo subjectus.

35 Quod tangitur de fundamento relationis varie soluitur: nā M. Araujo ad 1. cōfir. 1. respondet actio nem esse cōditionem; & rationem fundandi esse potentiam generatiuam ut subest illi cōditioni: quod antea docuerat Scotus s. Metap. & in 4. diū. 6. q. 10. quia actio trāsit, & relatio manet. At vero Suarez disp. 27. Metaph. sect. 12. n. 5. ponit in ipsa substantia fundari relationē.

In quorum sententia vim non habet argumentum.

36 Quia tamen Phylosophus s. Metaph. text. 20. & ibi S. Thomas lect. 17. & 1.p.q. 28. art. 4. & 4. Contrag. cap. 24. & Iepissimè alibi videtur ponere relationes istas fundari in actione, vel passione. Quod repetit hic lect. 1. litt. c. dicens: *Aliæ vero relationes fundantur super actionem. & passionem; vel super ipsum actum, sicut calefaciens dicitur ad ea effectum, vel super hoc quod est egiss. sicut puer refertur ad filium, quia genuit; vel super potentiam agendi, sicut dominus ad seruum, qui potest eum coercere.* Quod & dicit in 3. dist. 8. q. 1. art. 5. & coniunctiter sequuntur Thomistæ.

37 Ideò hac doctrina supposita, respondetur, quod de duplice relatione potest esse dubium: vel de relatione, qua denominatur actus faciens & generans, quæ soluim tribuit hanc denominationem dum ducrat motus; vel de relatione patris, quæ numquam tollitur manente filio: prima fundatur in ipsa actuali egressione motus à mouente; secunda fundatur in determinatione quæ accepit potentia per actionem: quæ determinatio aliquando est, per hoc quod causa aliquam mutationem intrinsecam accepit per aliquid sibi imprestum; sepe vero non est aliquid quæ realiter emississe actionem, ratione cui respicit effectum, ut factum, causa quæ ante respiciebat ut factibilem. Neutra autem relatio exigit quod actio sit in agente. Et præterea haec difficultas adhuc contra eos militat: quia actio, adhuc si sit in agente, non durat: & tamē relatio patris manet.

38 Secundo arguit Nazarius: actio est id quo agens reducitur de potentia ad actum: sed id quo aliquid reducitur de potentia ad actum, est perfectio eius, quod reducitur: ergo est in illo: ergo actio est in agente.

Responderi solet distinguendo minorem; est perfectio eius, extrinseca; cōcedo; intrinseca nego: quia operatio immanens est perfectio agentis; operatio vero transiens est perfectio facti, vt ait S. Thom. lib. 2. Contrag. cap. 1. & cap. 23. ratione 4. & verbis relatis supr. n. 15.

Sed contra: nam implicat contradictionem aliquid esse alterius perfectionem extrinsecā: docet enim S. Thom. 1. p. q. 5. art. 1. *Vnumquodque in tantum esse perfectum, in quantum est actu, & bonum: sed implicat aliquid esse ens, & bonum formaliter entitate, & boritate extrinseca: ergo implicat aliquid esse perfectum perfectione extrinseca.*

39 Respondeat P. Suarez num. 18. quod actio transiens non tamen est perfectio agentis, quam signum perfectionis illius: nam reuera agens ut agens magis declarat perfectiōnem suam, quam perficiatur; nisi ex actione sua aliquid commodum reporteret, vel recipiendo in se terminum actionis, ut in ijs, quæ agunt actione immanente; vel mediante sua actione se conseruādo, & tuendo à contrarijs.

Huic solutioni videtur obstat illud Philosophi 2. de Cælo text. 17. *Vnumquodque est propter suā operationē: & ideo operatio est finis operantis: sed finis est nobilior ijs, quæ sunt*

sunt ad finem: ergo operatio est intrinseca operatis perfectio. Deinde agentia naturalia non agunt propter signum perfectionis, sed propter veram perfectionem. Præterquamquod S. Thom. i. p. q. 25. art. 1. ad 2. ait; *Quod quandcumque actus est aliud à potentia, oportet quod actus sit nobilior potentia.* Sed actiones transientes realiter differunt à potentia: ergo sunt aliquid non solum perfectum, sed perfectius illa.

40 *Quod si peristas in communione dicendo, quod bene potest aliquid dici perfectum etiam perfectione extrinseca, & quod potest esse aliquid propter aliud, ut propter finem extrinsecū: & sic intrinseca agentis perfectio relucet in hoc, quod sit coenactum cū hac perfectione extrinseca, quæ illi prouenit à sua operatione.*

Non videtur adhuc satisfacere hæc solutio, primo: nam intrinseca potentialitas agentis non potest tolli nisi per actum, & perfectione intrinsecam: sed agens est in potentia intrinseca ad agendum actione transiente: ergo actio transiens est perfectio agentis intrinseca. ¶ Secundo: transitus de otio ad operationem est transitus de uno contra dictorio ad alium: sed hoc nequit esse nisi per formam intrinsecam: ergo operatio est forma intrinseca agentis.

Tertio: si agens creatū per actionem non persiceretur, nec mutaretur intrinsece, sequitur, quod in hac parte idem diceretur de illo, ac de Deo, qui operando, alia mutat immotus: sed hoc est falsum cū

agentia transenter imperfectiora sint agentibus immanenter: quæ operando mutatur: & videtur esse contra Philosophum 8. Physic. text. 9.

41 Respōdetur ex Capreolo vbi supra ad tertium, quod actio transiens non est perfectio agētis sicut subiecti; sed sicut principij eliciti: & hoc loquendo de illo quod actio dicit in recto. Conceditur tamen quod actio est perfectio agētis, etiam sicut subiecti, quātum ad illud quod dicit in obliquo, scilicet relationem, eo modo quo conceditur, quod relatio est perfectio, vel actus subiecti. Et iuxta hoc admittendæ sunt relatæ solutiones.

Ad replicas dicitur, quod non solum aliquid est bonū per id quod in se est, sed per comparationē ad extinseca: & in præsenti est elicētia actionis, & receptio relationis intrinseca. Operans autem ut eliciens, & diffundens motum intelligitur, ut quid actualius quam si sine resultantia illius intelligatur, & sic authoritates exponuntur.

42 Ad primam instantiam contra ultimam solutionem dicitur, quod potentialitas potentis agere actione transiente, reducitur ad actum per hoc, quod realiter emittit motum: & ad hoc realiter præmouetur à prima causa: & sic respectu præmotionis diuinæ intrinsece patitur, ut agat suam actionē in aliud transfunderendo; quia non est potentia ad recipiendum, sed ad emittendum realiter. Videatur etiam M. Araujo ad 3.

Ad secundam dicitur, quod eliciens

cientia est realiter, sed forma non est nisi grammaticaliter intrinseca, ut ait S. Thom. q. 7. de Potentia art. 10. ad 8. & ideo cum iste transitus non sit de negatione ad formam in trinsecam non est necesse, quod fiat performam intrinsecam.

43 Ad tertiam dicitur, quod Deus nullo modo mutatur, nec recipiendo relationem, nec præmotionem alterius causæ, cū ipiè a nullo mouatur: at vero creaturæ, & præmouentura Deo, & mutantur secundum quid ut recipient relationem; & si ageret transunter non sit recipere, & hoc videatur perfectio quo ad aliquid; sed aliunde est imperfectio ordinari ad operatum; cū tamen actio immanens sit perfectio operantis intrinseca. ¶ Authoritatem illam Phylosophi exponit Capreolus ad 10. quod Phylophorus forte existimauit, quod non posset Deus creare de nouo nisi per interiorem mutationem voluntatis, & ideo posuit mundum ab aeterno. Alij dicunt illam rationem esse errorum Auerrois, & non Phylosophi.

44 Tertio principaliter arguit Nazar'us: causalitas cuiuscumque causæ coniungitur illi intrinsecè: sed actio est causalitas causæ efficiētis; ergo est intrinsecè in agente. Probatur maior, quia causalitas est quo causat, & a quo dependet effectus: sed hoc est intimum causæ: ergo causalitas est intima causa.

Confirmatur, actio quæ identificatur cum motu, vere causatur à causa efficiente: ergo distinguuntur ab illa ut actu causante: ergo actio

quæ est causalitas causæ efficientis, vere se tenet ex parte illius, & subiectatur in illa.

Dices, actionem illam esse effectum minus proprie, eo modo quo causalitas est effectus causæ; non tamen esse effectum rigurose, eo modo quo effectus distinguuntur contra causalitatem.

Contra: illa actio identificatur cum motu, & passione: sed motus, & passio vere, & proprie causantur, & efficiuntur ab agente: ergo & illa actio: ergo ex parte agentis mediat alia actio in illo residens, ut eius causalitas. ¶ Secundo, ita proprie motus efficienter causatur ab agente actione transente formaliter, ac si causaretur ab agente actio ne virtualiter transente: sed istius esset effectus proprie, & rigurose, ut patet: ergo, & illius.

45 Respondetur maiorem esse veram in materia, & forma, quæ sunt causalitas intrinsecæ; falsa autem in efficiente, & fine, quæ sunt causalitas extrinsecæ. Ad probationem dicitur quod causa efficientis causat transfundendo suam actionem, & causalitatem. Et ideo ipsa actio est causalitas, & effluxus, seu motus ad formam seu terminum.

46 Ad confirmationem respondetur illam solutionem esse legitimam, & iam traditam tractando de causalitate causæ efficientis. Ad primam replicam dicitur, quod motus in rigore est esse fluxus, & eius terminus est effectus; unde actio est causalitas, & causatur ut quo, & terminus efficitur ut quod. ¶ Ad secundam dicitur, ibi esse paritatem in re causata, &

## §. 4. Schuuntur argumenta.

351

& discrimen in modo causandi: nā operans actione immanente forma liter, & transente solum virtualiter, habet in se operationem vt actum intrinsecum constituentem in actu secundo; & ideo hæc est ratio causandi, & quod emititur est effectus; at vero agens actione trāseūte formaliter, ipso motu est actu causans.

47 Ultimo arguit M. Ortiz: formajn hæret intrinsece in illo subiecto, cui prius præbet suam denominationem; vt visio denominat potentiam videntem, & obiectum visum, & quia prius denominat potētiam videntem, quam obiectum visum, denominatio illa prima est intrinseca: sed actio trāsiens prius denominat agens in actu secundo, quam præbeat alteram denominationem passio: ergo denominatio agentis est intrinseca. Probatur minor, quia hæc causalis est vera, quia agens agit, ideo passum recipit, & effectus procedit: ergo actio prius denominat agens: in eo quod agit, resultant cætera omnia ex parte passi. Si igitur est prima denominatio, erit intrinseca.



Respondetur cum Ferrarahic q. 4. §. Quamum ad terciū, & ad 2. quod actio denominat agens extrinsece, & passum intrinsece: quando autē ab una forma istæ duæ denotationes proueniunt, non eadem ratione conueniunt, sed diuersis rationibus: vt superficies (exemplū est S. Thom. 11. Metaph. lect. 9. in fine) in quantum est de genere quātitatis, denominat extensum; & secundum quod prædicatur deno-

minatiue de locato, constituit prædicamentum ubi. Ita pariter in præsentij.

48 Ad argumētum dicitur, quod maior est falsa vniuersaliter, quia denominatio extrinseca principij à quo, est origo vt in alio forma recipiatur: vnde exemplū non tenet, quia visio est actio inmanens, & nō transfallit in aliud. Præterquāquod posset dici, hic esse mutuam prioritatem in diuersis generibus causarum, quia in genere efficiētis prior est actio; sed materialiter, & entitatim prius est subiectum.. ¶ Præterea hoc est peculiare in actione quod sit ab aliquo; & solum quia accidentis, est in subiecto; & ideo non mirum quod formaliter explicetur per ab quam per in quod est communione omniaccidenti.

49 Addit M. Araujo ad confirmationē quarti argumēti, quod actio transiens dat passio denominationē sustentantis actionem; quæ denominatio specialis est; & de nouo illi adueniens cum actione, penuria nominum cōplexè significata.

50 Quia tamen diximus, quod actio vt in passio est passio realiter; ideo melius respondet Ferrara ad secundum, quod actio intrinsece denominat patiens, secundū quod recepta in paciente est idem materialiter quod passio; denominat autem agens, in quantum consideratur in ipso agente respectus originaliter ad id quod est essentia.



QV AE-

## QVAESTIO V.

*Vtrum dicitur posse ut corpus actu infinitum?*

**D**E infinito disputare videtur superare finitam aciem intellectus finiti; eo quod Deus infinitus lucem habitat inaccessibilem; & omne infinitum, in quantum huiusmodi, est *genitum*, vt inquit Phylosophus 1. Phys. text. 35. & 56. & hoc lib. 3. text. 56. quia est sicut materia non habens formam, & materia non cognoscitur nisi per actum, & formam, vt declarat ibi S. Tho. lect. 11. litt. f. & latius 1. p. q. 86. art. 2. Vnde iste tractatus est ex difficultoribus totius Physicæ: quia tamen sine illo imperfecta maneret doctrina, non potuit omitti eius disputatio: curabimus tamē ita questiones Phylosophiæ tractare, quod in Theologiæ difficultates non penitus immergamur; & ideo cōtentierimus in hac questione de infinito secundū magnitudinem tractare, & in sequenti de infinito secundum multitudinem inquirere; determinare reliquas difficultates, Theologis relinquentendo.

## §. I.

*Acceptio[n]es, & definitio infiniti ex Phylosopho.*

**A**Nte omnia tamen præmittendum, quod ut ait S. Th. 1. p. q. 7. ar. 1. infinitum dicitur aliquid ex eo quod non est finitum: est enim vox cōposita ex in, & finitum: & est

ac si dicatur nonfinitum, seu non transibile.

**3** Voce sic exposita, duas infiniti diuisiones trācit Phylosop. tex. 34. & declarat S. Th. lec. 7. lit. c. Quā prima cōmuni est infinito, & omnibus priuatue dictis: nam sicut *invisibile* dicitur tripliciter: vel quod non est aptum natū videri; vt vox, quæ non est de genere visibilium; vel quod male videtur, sicut quod videtur in obscuro, aut à remotis; vel quod natum est videri, & non videtur; sicut quod eit omnino in tenebris. Sic igitur tripliciter accipitur infinitum; uno modo quod non est natum transiri: nam *infinitum idem est quod intransibile*: & hoc est, quia est degener intransibilium, sicut indivisibilia, vt punctus, & forma; per quem etiam modum dicitur etiam vox inuisibilis. Alio modo dicitur infinitum, quod quantū est de se transiri potest; sed eius trāsus non potest perfici à nobis; sicut si dicatur, profunditas maris est infinita; vel si potest perfici, tamen vix, & cum difficultate; sicut si dicamus, quod iter usque in Indiam est infinitum. Et utrumque istorum pertinet ad hoc, quod est esse male transibile. Tertio modo dicitur infinitum, quod est natū transiri, quasi de genere transibiliū existens; quod tamen non habet trāsum ad finem, vt si eset aliqua linea non habens terminum; vel quæ cumque alia quantitas: & sic propriè dicitur infinitum, de quo modo loquimur.

**4** Circa quam diuisionem est ad uertendum, quod cum infinitū, & fini-

# §. I. Acceptiones infiniti.

353

finitum sit proprietas quantitatis, ut patet per Phylos. hic, & li. i. tex. 15. 18. & 23, cum quantitas alia sit molis, quæ est corporū; & alia perfectionis, quæ est propria rerum spiritualium, & à perfectione non distinguitur; iuxta illud S. August. 6. de Trin. c. 8. in his, que non mole magna sunt; hoc est maius esse, quod melius est. Ideo ad hanc omnia comprehensa proprijs vocibus. Distinguit S. Tho. n. lib. 1. Contrag. cap. 43. ad 1. & lib. 3. c. 54. in fine, & 3. p. q. 10. art. 3. ad 1. & in 1. dist. 43. q. 1. ar. 1. & alibi sèpè, quod infinitum dicitur dupliciter; scilicet, priuatuè, & negatiuè; dicitur infinitu priuatuè, quia quantitas nata est finem habere: vocatur infinitu negatiuè, quia est infinite perfectus sine termino, & mensura: & ideo Deus, de quo dicitur in Psal. 144. quod magnitudini eius nō est finis, dicitur infinitus negatiuè, ut etiam notat S. Bonavent. in 1. dist. 43. q. 2. & iam voces istæ sunt frequentissimæ in Scholis: quia licet, negatio non explicet perfectionem, fundamentum tamen, quod hac negatione explicatur, infinitam dicit perfectionem, ut ait Caiet. 1. p. q. 7. art. 1. s. Ad secundum vero. & ante eū S. Thomas in primo distinct. 22. artic. 4. ad 2. loquendo de his nominibus, incorporeus, immaterialis, ineffabilis, & similib: de quib: Theologi.

5 Aliam diuisionem propriam infiniti priuatuè accepti, subiungit Phylosophus illo textu 34. dicens: quod infinitum dicitur per appositionem, sicut in numeris, aut secundum diuisionem, sicut in magnitu-

dinibus; aut ut troque modo, sicut in tempore: de quibus postea textu 56. & deinceps ait intelligi de infinito in potentia, non de infinito in actu: dicitur enim infinitum in appositione, secundum quod potest apponi, vel diuidi.

6 Notant autem Phylosophus, & Sanctus Thomas lectione 10. littera. c. quod dupliciter inuenitur aliquid in potentia: uno modo sic quod totum potest reduci in actu; sicut possibile est hoc esse esse statuam, quod aliquando erit statua: non autem sic dicitur esse infinitu in potentia. Alio modo aliquid dicitur in potentia esse, quod potest fit actu ens, non quidem totum simul, sed successiuè, quia semper una pars eius fit post aliam; per quem modum dicitur esse dies, & ludus agonialis: verificatur enim, quod adueniet dies, vel mensis, vel annus sequens; quamvis impossibile sit esse totum simul: & similiter commedia, vel ludi dicuntur esse, quia quandiu durant, aliqua pars est in fieri, & aliqua est ut in futurum sienda. Et hoc modo dicitur infinitum esse simul, & in potentia, & in actu: omnia enim huiusmodi simul sunt in potentia quantum ad unam partem; & in actu quantum ad aliam. Videatur Sanctus Thomas prima parte questione 7. articulo 4. ad primum.

7 Præmissis acceptioribus infiniti, accedit Phylosophus ad eius definitionem a signandam, & notat antiquos definitiones infinitum dicentes, infinitum esse extra quod nihil est. Ipse vero asserit ē contra dicendum

Z

esse,

esse, quod infinitum est, cuius est semper aliquid extra. Et quod antiquorum definitio non sit conueniens, probat textu 69. & S. Thomas lectio ne 11. littera. c. quia conuenit alijs à definito ; illa enim est definitio perfecti, & totius, illa enim quibus nihil deest eorum, quæ debent habere, dicuntur esse perfecta ; sicut tota domus, & tota arca, vel totū vniuersum. Sed nullum carens sine est perfectum; quia finis est perfec-  
tio vniuersi; finis autem est terminus eius, cuius est finis : nul-  
lum igitur infinitum, & intermina-  
tum est perfectum. Non ergo com-  
petit infinito definitio perfecti, &  
totius.

8 Circa Phylosophi definitio-  
nem notat Ferrara quæstione sex-  
ta in principio, non sic esse intelli-  
gendar, quasi accepta tota quanti-  
tate infiniti, adhuc sit aliquid extra  
accipiendum : hoc enim implicat  
contradictionem, videlicet, quod  
tota sit accepta, & aliquid restet ac-  
cipiendum, seu semper sit quid ac-  
cipiatur, semel tota accepta: sed est  
sensus, quod infinitum est, cuius  
quantitatis partem finitam accipiē-  
tibus semper est aliquid extra acci-  
pere : cum enim infinitum careat  
termino, oportet quod aliquo in-  
finito ei<sup>r</sup> accepto, remaneat aliud  
accipiendum : si enim accepto ali-  
quo finito eius, non restaret aliud  
accipiendum , tunc c̄iset fini-  
tum.

9 Rursus notat Soto textu 63. &  
quæstione 3. 5. Ad propositum, quod  
definitio hæc generaliter compe-  
tit infinito, tam in actu, quam in

potentia, magnitudine, & multitu-  
dine; quamvis modus essendi sit di-  
uersus; sicut differunt esse in poten-  
tia ab esse in actu; licet infinitum  
in potentia partim sit in actu.

## §. II.

Corolaria a explicationem in-  
finiti.

10 Ex dictis deducitur, primo  
fallam esse, & implicare in  
terminis doctrinam P. Arriaga, qui  
disput. 13. sect. 1. num. 4. ait, posse  
vnum infinitū in multitudine, v.g.  
aut in magnitudine, claudi inter  
duas vnitates, vel duo puncta de-  
terminata. Quod afferit probari eni-  
denter, quia inter hominem, & lapi-  
dem clauduntur infinitæ species a-  
nimatum inæquales inter se; respe-  
ctu quarū homo est vltimus, quia  
est perfectissimus illarum. Item,  
vnum infinitura potest esse maius  
alio, vt capilli hominum, si essent  
infiniti, excederent homines: &  
tunc si daretur linea infinita versus  
vnā partē, & diuidetur in duas,  
ambæ essent infinitæ: nam finitum  
additum finito nō facit infinitum:  
& quælibet clauderetur inter duo  
puncta: nam punctum, quod ami-  
fit vniōne, esset assignabile à Deo,  
qui diuisionem fecit, & punctum à  
quo incipit linea: ergo iam habe-  
ret duo puncta determinata, & sig-  
nabilia inter quæ clauderetur, quā-  
uis esset infinitè longa.

Deinde, si Deus ex infinitis gra-  
dibus intensionis tolleret medietu-  
tem, adhuc qui remanerent essent  
inf

## §. 2. Corolaria ad explicationem infiniti.

355

infiniti, & haberent primum, & ultimum, nempe ille, qui amississet unionem cum ablatis.

11 Iste tamen videtur ignorasse propriam vocem infiniti, vt ait S. Thom. Quodlib. 9. art. 1. in fine, quia infinitum dicitur per remotionem terminorum quantitatis: eo autē ipso quod claudatur inter duo puncta determinata, vel inter duas unitates, iam non remouentur termini, nec quantitatis continuae, nec quantitatis discretae: ergo erit finitum: & ex alia parte asseritur esse infinitū: ergo illa positio implicat in terminis. ¶ Secundo, vt ait S. Thom. hic lect. 7. relatus num. 3. infinitum idem est quod intransibile: quod omnes pro comperto supponunt ex vocabuli proprietate, nec ipse Arriaga potest negare, siquidem numer. 6. ait. quod consistit essentia infiniti praecisè in eo, quod ex uno termino ad aliām successivā perueniri nequeat: sed eo ipso quod claudatur inter duas entitates, vel inter duo puncta determinata, ad illos terminos determinatos perueniri potest: ergo sequitur in terminis cōtradictio. Sed non expedit immorari in rei cōienda paradoxa positione, quæ nulli Doctorum in mentem venit; sed nec post eum nulli video placuisse: & est cōtra Phyl. 1. de Cælo tex. 39.

12 Valde etiam notatione dignū est, quod primā rationē vocet eidē; cum assūmat sine probacione propositionem; vel manifeste falsam, & ad summum veram de infinito in potentia; & non assignat terminos intrinsecos illius collectionis: vt latè explicuerat M. Ba-

niz prima parte quæstione 7. articulo quarto ad quintum in prima solutione negans illam maiorem, & M. Soto quæst. 3. ad tertium: & vniuersaliter in omni infinito, nō est signabile primum, & ultimum, nec ab ipso Deo, vt ait Sanctus Thomas prima parte quæstione 14. articulo 12. ad secundum: Et inde est quod infinitum transiri non potest, nec à finito, nec ab infinito: quia infinitum essentia liter dicit esse impertransibile. ¶ Reliqua eius argumenta assumunt alii quid in terminis repugnans, videlicet, quod possit esse infinitum in actu, & esse clausum terminis: & ideo non mirum, quod ex illis sequatur utraque pars contradictionis; vt latissimè probat M. Soto quæstione quarta ad quartum, argumentis numero duodecim, de quibus aliquid tangemus postea: argumenta enim illa probant, quod infinitum in actu repugnet; non tamē quod illo dato, ei non possit fieri additio.

13 Deducitur secundo, nō recte Durandum in 1. dist. 43. q. 2. n. 18. dixisse, quod definitio à nobis approbata est infiniti in potentia, & quod definitio, quā ex antiquis retulimus, est infiniti in actu; ita vt infinitū sit, cuius quantitatē accipientibus nihil est sumere extra: & ideo inquit. n. 17. quod infinito nulla potest fieri additio: alioquin aliquid erit plus infinito: quod est contra eius prædicata, cum mensuram nō habeat; & ubi est plus, vel minus, mensura debet esse. Idem videtur teneare Aureolus, & paucialij in 1. dist. 44. art. 1. p. 1.

14 In primis quoad definitionē, expressē Phylosophus ipse Durandi definitionem impugnat, & nostram approbat: & sic intelligunt S. Thomas, B. Albertus, & omnes quotquot viderim Expositores. Quod autē infinito posuit fieri additio, communis sententia tenet, ut multis relatis eruditē probat P. Hieronymus Fasolus 1. p. quæst. 7. ar. 4. dub. 4. & nō appetet repugnātia, cur si daretur per possibile, vel impossibile corpus infinitum, ibi non posset à Deo creari aliud infinitum cum illo penetratum; vel plura finita. Dato etiam infinito numero Angelorum, non appetet repugnantia in terminis, cur non posset Deus infinitos homines creare.

15 Illud tamen est certum, quod si esset infinitum corpus, occuparet omnia imaginabilia, & illi non posset esse additio alterius corporis, nisi penetrarentur: quia non restaret locus alteri, cum primum occuparet omnia loca, ut ait S. Thomas hic: & si esset infinitum in omni multitudine, nulla esse posset additio. ¶ Nihil tamen vetat esse, vel imaginari infinitum in una ratione, & finitum in alia, & ex illa parte esse posset additio: quod explicat S. Thom. 3. p. quæst. 10. artic. 3. ad 3. nam species numerorum parium sunt infinitae, & similiter species numerorum imparium; & tamen numeri pares, & impares, sunt plures, quam pares. Et ideo cum dicitur esse proprietas infiniti, quod infinito non sit aliquid minus, intelligitur formaliter in ratione infiniti, quia caret ter-

minus; & materialiter ea parte, qua est infinitum; ex parte vero qua nō est infinitum, plus materia potest addi, ut tenent communiter Thomistæ, quos citant, & sequuntur Masius hic sect. 1. quæst. 4. & PP. Carmel. disput. 18. q. 7. item Gregorius Ariminensis in 2. distict. 42. questio ne quarta, & alijs frequenter, & videri potest Rubio hic quæstione quarta.

16 Ad argumentum Durandi posset responderi cum Scoto in 2. dist. 1. quæst. 3. ad ultimum, docente, quod æquale, maius, & minus non conuenient quantitati molis nisi finitæ; quia prius dividitur quantum per finitum, & infinitum, quam sibi conueniat æquale, vel inæquale: de ratione enim quantitatis maioris est excedere, & minoris excedi, & æqualis commensurari; quæ omnia videntur cocludere finitatem: & ideo negatur infinitū esse æquale infinito, quia æquale, & inæquale, & maius, & minus sunt differentiæ quantitatis finitæ, & non infinitæ. Hæc Subtilis Doctor.

17 Secundo dici potest ex Diuo Thoma prima parte quæstione 14. articulo 12. ad tertium, quod in ita, in quantum talia, carent mensura quantitatua, quia contra rationem infiniti est, quod sit mensuratum; omnia tamen infinita creabilia (si essent) haberent mensuram essentiæ, & veritatis; quia esse eorum esset limitatum ad aliquas determinatas naturas: unde mensurabilia essent secundum scientiam Dei: & sic posset esse additio, & substractio modo prædicto.

18 Præterquamquod licet infinito non possit esse mensura proprie, & in rigore, tamen significari potest, & accipiper partes materia liter finitas, & in illis potest esse materia additio; & ideo inæqualitas, & mensura minus proprie, & rigu. rose loquendo, à multis admittitur in infinito, & esse maius materialiter, & immensurabiliter. Vnde si essent infiniti homines, haberent tot oculos dextros, quot sinistros, tot pedes, quot capita, & sic de alijs cōparationibus, quas facimus inter corpora illa, quæ concipimus in infinitis; quamuis id in rei veritate implicet: de quo postea. ¶ Aliam solutionē adhibet Masius ad 3. quod illa proprietas conuenit omni quantitatī finitæ; sed nō soli, quia etiam conuenit infinitæ: nā si dari possēt duæ lineæ infinitæ, illæ essēt æquales, &c. Sed priores solutiones foli diores sunt.

19 Tertio principaliter deduci. tur, qua sit differentia inter infinitum cathegorematicū, & syncathegorematicum? Quæ voces apud modernos sunt frequentissimæ, sed tamen, vt notat M. Soto quæst. 3. 5. At vero, neque Aristoteles, neque veterum vius Phylosphorū, vti. tur his nominibus: quamuis eas usurparint Gregorius in 1. dist. 42. art. 3. initio, & Capreolus in 2. dist. 1. quæst. 1. paulò ante finem, & alij, quos citat Fasolus quæst. 7. art. 1. dub. 2. & quia iā vius dedit his vocib, in materia hac proprietatem, non possumus, nec debem⁹ carum v̄sum negare. ¶ M. Soto ait idem esse infinitum in actu, quod infinitū

cathegorematice: & infinitum in potentia, quod infinitum syncathegorematice: nam sic habet formā adverbij: & est finitum infinite, seu non in actu, sed successiue: idē notant Toletus q. 7. & alij frequēter. Et cum apud Phylosophum, & S. Thom. reperiatur distinctio de infinito in actu, & in potentia, ad eam exprimendam etiam nos in isto sensu voces usurpabimus.

20 Inquirunt autem nonnulli, utrum infinitum cathegorematicū differat à cathegorematico in multitudine, quam continet; an vero solum in diuerso rerum statu?

Muli dicunt infinitum syncathegorematicū secundum id, quod actu habet, esse finitum, & extrinsece, & secundum id quod potest habere esse infinitum. Ita PP. Carm. dist. 18. q. 1. n. 2. & 3. & M. Ioan. à Thom. q. 15. ar. 1. P. Albertinus to. 2. de Quant. dist. 4. q. 2. n. 8. & 11. & alij fr̄quēter, quia ideo dicitur infinitum in potentia; quia secundū id quod habet est finitum; & secundum id quod potest habere, est infinitum. quod est tendere ad infinitatem, seu ad illam ordinari extrinsece.

21 Oppositum docuisse S. Tho. & Scotum, & alios authores communiter, pluribus relatis, conatur probare Fasolus illa q. 7. ar. 2. dub. 2. videlicet, infinitū syncathegorematicū nō differre multitudine ab infinito cathegorematico: ac proinde utrumq; includere entitates infinitas simpliciter, & solū distinguiri p̄enes statu, quia illud totū est in actu; hoc vero partim est in potentia.

22 Nō video qualiter in hac parte posse esse dissidium; nisi de vocibus contendatur: pro quo recolendum ex Phylosopho, & S. Thoma lec. 10. quod infinitum in potentia est duplex; aliud secundum diuisiō nem, vt in continuo; & aliud secūdum appositionem, vt in numeris. Certum est igitur, quod quoad id, quod est actu de infinito syncathegorematico, non est infinitas: alioquin nō distingueatur ab infinito in potentia, & cathegorematico. Ceterū est secundo quod si omnia, quae in infinitum possunt addi, actu adderentur; vel si continuum in omnem partem diuidetur, esset infinitum simpliciter, & in actu, vt bene probat Scotus in 1. diff. 2. q. 2. §. *offerens propositionem*, quia si actu accepta essem finita, non esset ante diuilibile, & multiplicabile in infinitum. Ethoc etiam docet S. Thom. 1. p. q. 7. art. 3. ad 3. loquendo de diuisione: & art. 4. ad 1. loquendo de additione, *quia post quamlibet multitudinem potest sumi: alia multitudo in infinitum.*

23 His admisisse, solum poterit esse dissidium, an infinitum in potentia, & syncathegorematicum significet in recto partes existentes, & in obliquo illas, quae possunt addi? Vel potius significet, quod coalescit ex his, quae sunt, & esse possunt? Et similiter circa infinitum magnitudinis posset in dubio verti, an significet continuum, vt in potentia ad diuisiōnem? An vero ē contra significet partes omnes, in quas potest diuidi? Quae absque dubio sunt infinitæ. Et hæc est quæstio de vñ vo cies; & quianil certi in antiquis habe

mus de his vocibus cathegoremati cum, & syncathegorematicum infinitum; poterit vñquisque in suo sensu abundare. Melius tamen erit cum antiquis distinguere, & dicerre, quod quoad actum est finitum; quoad posse infinitum: & in continuo tota entitas infiniti est actu, sed solū deest status diuisiōnis: in numero vero, & in tempore, quia sūt additione, & successione, etiam ipsa entitas partium est in potentia.

24 Demum deducitur, esse certum dari infinitum in potentia; quia magnitudo diuilibile est in infinitum: quod est de ratione quanti cōtinui, vt patet ex eius definitione tradita in 5. Metaph. & ex Phylosopho, & S. Thom. hic lec. 10. litt. b. & 1. p. q. 7. ar. 3. ad 3. & amplius exponetur lib. 6. ¶ Pariter datur infinitum in potentia in numeris: nā eos esse infinitos certissimum est, vt inquit S. August. 12. de Ciuit. cap. 18. & rationem assignat S. Thomas 1. p. quæst. 7. art. 4. in fine corp. *Quia augmentum multitudinis consequitur diuisiōnem multitudinis: quanto enim aliquid plus diuiditur, tanto plura secundum numerum res. I tant: vnde sicut infinitum inuenitur in potentia in diuisione continua, quia proceditur ad materiam; eadem ratione etiam infinitum inuenitur in potentia in additione multitudinis. De quo optimè disputat Ferrara hic quæstione 6. conclusione 2. & quæst. 8. per totam, et Masius sect. 2. quæst. 1. et 2. cū alijs ab ipso relatis.*

25 *Quia tamen ratio ista procedit de infinito secundum numerum*

§. III.

*Eligitur, & exponitur sententia  
S. Thomæ.*

rum in corporalibus; quod in spiritualibus detur infinita multitudo in potentia, patet. Primo, quia in potentia, & scientia Dei contineri infinita, ut per se notum docet S. Augustin. 12. de Ciuit. cap. 18. & S. Thomas 1. part. questione 14. articulo 12. Vnde inter errores Vviclefi damnatos in Concilio Constatieni scis. 15. ponitur, quod Deus solum posset producere, & creare certum numerum animalium, & non ultra: creature ergo possibles sunt infinita secundum numerum sine termino.

26 Quid nō solum procedit de infinitis individualiis, sed etiam de infinitis speciebus, ut docet Sanctus Thomas questione prima de Potestate articulo secundo ad nonum, ex S. Dyonisi. cap. 8. de Diuinis Nomina: & oppositum estic intolerabile, vel erratum dixit P. Suarez disputat. 30. Metaphys. lect. 17. num. 19. & collat, tum, quia species sunt si cut numeri: tum, quia data quacunque creatura, in infinitum dicitur à Deo; cum eius inter summam creaturam, & Deum infinita distantia sit, ut ait S. Thom. in primo dist. 44. questione prima artic. 2. Et ideo qualibet creatura facta posset Deus facere aliam meliorem, ut ait S. Thom. 1. parte quest. 25. art. 6. & secundo Contrag. ca. 26. quare nullatenus est sufficiendus Arriaga hoc negans hic disput. 13. sect. 3. remanet ergo questione de infinito cathegoriaci, & in actu.

27 In quaestione sic exposita, sententiam affirmatiuam tuetur Ariminensis in 1. dist. 43. quest. 4. & alij Nominales, quos citant, & sequuntur Vazquez 1. p. disp. 26. capit. 2. Hurtado, & Arriaga in praesenti, & ceteris diligentius, Fasolus 1. p. quest. 7. art. 4. dub. 12. & alij.

28 Id tamen implicare contradictionem, docet S. Thomas Quodlibet. 9. art. 1. concludens: Et ideo scilicet Deus non potest facere equum rationalem; ita non potest facere ens actu esse infinitum. Similia habet Quodlib. 12. art. 2. & 1. p. quest. 7. art. 3. ubi loqui de potentia absoluta, constat ex solutione ad 2. & 1. p. quest. 46. artic. 2. ad 8. quare ita tenent omnes Thomistæ. Item S. Bonavent. in 1. dist. 43. Ricardus, & Durad. & Marsilius ibi. Plurimos alios citat Marsilius hic sec. 2. quest. 4. & tenent Toleatus, Conimbr. Rubio quest. 3. Aversa quest. 24. & nostram esse communem, fatetur Fasolus, præter Thomistas, viginti alios Authores pro ea citans, & alios posset referre.

29 Quia tamē Durand. & Richardus, et quidam alij, licet in conclusione conueniant cum D. Tho. eius tamen rationes impugnant; ideo oportet nō tantum S. Tho. conclusionem amplecti, sed vim rationum illius ponderare. Pro quo notandum cum ipso D. Tho. illo art. 3. quod corpus (quod est magnitudo

completa) duplicitate sumitur; sci-  
cet, mathematicè, secundum quod  
consideratur in eo sola quantitas;  
et naturaliter, secundum quod con-  
sideratur in eo materia, et forma.  
De qua divisione vidēdus ibi Caie-  
tanus explicans, quod non differt  
à divisione trimembri tradita à B.  
Albert. i. Physic. sed omissit S. Th.  
corpus metaphysicè acceptū, quia  
quoad intentum, nō ponebat in nu-  
mero cum alijs.

30 Ex triplici ergo capite potest  
imaginari, quod implicet contradi-  
ctionem corpus infinitè magnitudi-  
nis; primo, quia repugnet esse crea-  
tum, & esse infinitum; ne æquetur  
creatori; secundo, quia repugnet  
quantitatì ut quantitas est; & ter-  
tio, ex speciali ratione corporis na-  
turalis, & sensibilis. ¶ S. Bonau.  
vbi supra implicationem adduxit  
ex primo capite, quia, inquit, infinitū  
in actu est nullus purus: alioquin si aliquid  
haberet de limitatione, & arctaione esset  
finitum. At verò S. Thomas hoc ca-  
pite excluso, ex duobus alijs cona-  
tur implicationem deducere: vnde  
eiussentētia tribus explicatur pro-  
positionibus.

31 Dico ergo primo, ex eo quod  
corpus esset infinitum in actu, non  
sequitur immediatè, & per locum  
intrinsecum, quod esset infinitum  
per essentiam, & quod æquaretur  
Deo. Probat S. Thom. oppositum  
dicendi modum impugnans Quod.  
lib. 9. art. 1. ita scribēs: sed illud nō  
videtur rationabiliter dici: nihil e-  
cūm prohibet illud, quod est infinitum  
per unum modum, superari ab  
eo, quod est infinitum pluribus mo-

dis: sicut si esset aliquod corpus in  
finitum secundum longitudinem;  
finitum verò latitudine, esset min-  
corpore longitudine, & latitudine  
infinito. Dato autē, quod Deus fa-  
ceret aliquod corpus infinitum in  
actu, corpus quidem hoc esset infi-  
nitum quantitate dimēsiua; sed de  
necessitate haberet naturam spe-  
ciei terminatam; & esset limitatum:  
ex hoc ipso, quod esset res natura-  
lis: vnde non esset æquale Deo, cu-  
ius esse, & essentia est modis omni-  
bus infinita.

Idem explicat Quodlib. 12. art. 2.  
quia ei quod est infinitum omnibus  
modis non adæquatur illi, quod est  
infinitum uno modo: dato enim,  
quod est ignis infinitus secundum  
magnitudinem, non adæquabitur  
Deo; quia etsi sit infinitus ignis in  
quantitate; tamen est quid finitum  
specie: Deus autē omnibus modis  
est infinitus.

32 Quæ ratio manifesta est ex di-  
ctis; quia infinitas formalis, & nega-  
tiua; & infinitas materialis, & priua-  
tiua non adæquātur, nec se mutuo  
inferunt: nam prima est propria ac-  
tus puri, nullis essentialibus termi-  
nis clausi, qui est Deus. secunda ve-  
rò solū ex proprijs exigit nō clau-  
di terminis quantitatis: ergo ex vi-  
terminorū, qui concederet, à Deo  
fieri posse corpus infinitum, nō cæ-  
sebitur admittere illud æquari Deo  
modis omnibus infinito. Quodite  
rum notat S. Tho. 1. p. q. 7. art. 3. ini-  
tio dicens: quod aliud est esse infi-  
nitum secundum suā essētiā; & se-  
cundū magnitudinem. Dato enim,  
quod esset aliquod corpus infinitū

secundū magnitudinem, ut potè, ignis, vel aer: nontamen esset infinitum secundum suam essentiā: quia essentia sua esset terminata ad aliquam speciem per formam, & ad aliquid individuum per materiam: & ideo habito ex præmissis, quod nulla creatura est infinita secundū essentiam, adhuc restat inquirere, utrum aliquid creatum sit infinitū secundum magnitudinem?

33 Declaratur, & cōfirmatur idē: quia longè diuersæ rationis est quā tias perfectionis, & quantitas molis; adeò ut illa sit quantitas solum metaphoricè, & hæc sit quantitas propriè, ut diximus lib. 2. Log. q. 14. num. 11. & magnitudo quantitatis corporeæ æquare non valet magnitudinem spiritualem. Imò vt ait M. Soto quæst. 4. ad 1. in fine, licet esset lapis infinitæ magnitudinis, nō esset essentialiter perfectior, quam esset lapis pedalis; nec equus infinitæ magnitudinis, esset tantus perfectus, quam homo; nec esset essentialiter perfectior, quam est modo: ergo nullo minus valet ad æquare magnitudinem actus puri: ergo ex hoc capite præcisè nō probatur implicare contradictionem corpus infinitæ magnitudinis.

34 Sed obiectis primo; quia magnitudo illius corporis infiniti in actu suam haberet essentiā: ergo vel finitā, vel infinitam. Si finitā, iam est contradictione, cum ponatur esse infinitum in actu. Si infinitam, habetur intentū, quod corpus infinitæ magnitudinis haberet essentiā infinitam.

Secundo: dato quod magnitudo

illa distingueretur à substantia illius corporis; tamen deberet illi proportionari, sicut propria passio proportionatur subiecto: ergo si propria passio est infinita, essentia à qua dimanaret, esset infinita: ergo de primo ad ultimum, ex data magnitudine infinita, sequeretur creaturam habere essentiam infinitam.

Dices, has consequentias sequi mediatè; & hoc sufficit ut S. Thomas curauerit seorsum exponere radicē vtriusque infinitatis.

Non videtur hæc euasio satisfacere; quia deducere per consequentias mediatas, & de primo ad ultimum, quod creatura sit Deus, satis est ut sequatur implicare contradictionem, & quod à Deo fieri non posset: ergo si ex eo quod repugnet creaturam esse infinitam secundum essentiam (quod erat demonstratum) sequebatur repugnare esse infinitam secundum magnitudinem; hoc debuit S. Thomas assumere pro medio; & ideo inconuenienter hac ratione rejecta aliam quæsiuit.

35 Quod explicatur; nam postea ex eo quod ens naturale habet formam finitam, intulit quod habere non potest quantitatem infinitam: ergo infinitas quantitatis, & infinitas essentias sibi mutuo correspondent. Deinde Sanctus Thomas prima parte quæstione 25. articulo secundo, probat Deum habere potentiam infinitam, quia habet essentiam infinitam: quæ ratio nihil valeret, si non deberent proportionari infinitas proprietatum cum infinitate essentiarum, in qua radicantur. Vnde ait ibi Sanctus Thomas,

*Quod si aliquis calor esset infinitus, habeat utique potentiam infinitam ad calefaciendum. Et quod etiam in conuerso infinitas virtutis inferat infinitatem essentiæ, docere videtur S. Th. lib. 1. Contrag. c. 43. ratione 3. Eo quod potentia non potest alatum excedere: fundatur enim in actualitate essentiæ. Et ibi ratione 8. ait. Quod effectus non potest extendi ultra suam causam: quia effectus debent causis proportionari: ergo manifeste deducitur ex eo quod corpus sit magnitudinis infinitæ, quod sit essentiæ infinitæ, & quod sit infinitum secundum essentiam.*

*36 Hæc argumenta conuincunt, id quod est verū, & nos negare non possumus, quod magnitudo infinita est essentiæ infinitæ, sicut magnitudo finita est essentiæ finitæ; & quod corpus substantiale, cuius esset proprietas, esset quodammodo essentiæ infinitæ, vt illius esset radix, & ad inuicem proportionaretur. Sed tamen qui admitterent nō implicare contradictionem corpus creatum infinitū in actu, distinguerent infinitatem essentiæ per modum actus puri, quæ caret terminis essentialibus, & infinitatem attributorum; & has dicherent repugnare creature, non tamen repugnare dari infinitatem in certis generibus qualitatis, vel quantitatis, quæ claudantur terminis essentialibus, & nō habeant terminos qualitatis, vel quantitatis: & has ponerent cōmūnicari; sicut si creatura permanens fuisse ab æterno, & usque in æternum, haberet durationem infinitam, & non æquaretur æternitati Dei,*

*vt diximus lib. 8. q. 2. Quæ omnia acute indicauit Caietanus i. p. q. 7. art. 3. s. Ad hoc breuiter, docens creaturas illa habituras infinitas essentiæ, infinitate communiter sumpta; nō tamen fore infinitas secundum essentiam, quia his vocibus designatur infinitas stricte sumpta, quæ est propria solius Dei. Et ad hæc genera infinitatum distinguenda, oportuit cū D. Tho. hanc conclusionem propone. ¶ Aliam solutionem argumētorū s. sequēti proponemus. n. 44.*

## §. III.

*Implicitat corpus naturale infinitum in actu.*

*37 Ico secundo, implicat quod corpus naturale sit infinitū in actu. Probat S. Th. i. p. q. 7. ar. 3. incorpore his verbis: omne corp<sup>s</sup> naturale aliquam formam substantialem habet determinatam; cū igitur ad formam substantialem consequantur accidentia; necesse est quod ad determinatam formā, consequantur determinata accidentia; inter quæ est quantitas: vnde omne corpus naturale habet determinatam quantitatem, & in maioris, & in minus: vnde impossibile est aliquid corpus naturale infinitum esse.*

*38 Sed obijcies primo ex Durando n. 23. dicere, quod maior est vera de determinatione accidentium secundum genus, vel secundū species; falsa autem de determinatione extensionis. Et in ratione id nō probatur, sed supponitur; & ideo*

videtur petitio principij. Imò corpora simplicia, & homogenea, vt aer, & ignis non requirunt determinatam extensionem: & possunt esse sub quacumque naturaliter.

Secundo obiectis ex Vazquez n. 3. nam hæc duo genera infinitatis, scilicet, secundum esse, & secundum quantitatē, omnino distincta sunt: ergo ex una nō infertur alia. Quod si ex determinata natura secundum esse, colligeretur necessario determinata quantitas secundum extensionem, heret vt omne corpus naturale, determinatam etiam extensioinem exigeret: quod est absurdū: nam igitur addita materia sine termino augeri posset, vt docet Physiol. 2. de Anima cap. 4. text. 4. & ex perimēto compertum est. Et eiusdem prorsus naturæ est ignis in qua cumque quantitate: & ideo possunt eadem accidentia.

39 Erygetur ex dictis in prima coelusione, quod ex eo quod magnitudo sit infinita, non sequitur, quod essentia cuius est magnitudo, sit simpliciter infinita: ergo à contrario ut sit bene formam, & essentiam esse finitam, & quod qualitas sit infinita: quia est infinitas secundum quid, quæ aliunde potest communicari.

Quarto, quod non oporteat esse omnimoda proportionem inter formam substantialem, & quantitatis extensionem, videtur manifestū; alioquin quo forma esset maior in perfectione, exigeret maiorem quantitatem in extensione; & è contra formarum infima peteret quantitatem minimam. Sed utrumque mani-

festæ aduersatur experientiæ: nam forma hominis nobilior omnium corporum formis non exigit qualitatem montis; & formæ elementorum imperfectissimæ exigunt tam vastæ molis quantitatem.

Denique falsum est, quod quantitas sit accidens consequens formam, cum potius sit accidens consequens materiam, imo prima dispositio materiae, vt docet S. Th. I. p. q. 3. art. 2. in arg. sed contra.

40 Antequam euasiōnes præcludantur, adgertendum, quod M. Araujo lib. 11. Metaph. q. 2. art. 2. putat his rationibus tantum probari impossibilitatem naturalē, & physicam; ad alias vero recurrentum ad probandam impossibilitatem logicalam repugnantiae, & cōtradictionis. Quod aliqualiter, licet à lôge, insinuat M. Soto.

Quia tamen Caietanus in titulo illius art. 3. Bañez, & Nazarius, & communiter Thomistæ, imo, & ipsi, qui à S. Thoma in hoc pûcto discedunt, manifeste supponunt loquide impossibilitate omnimoda: & hoc indubitatum est attenta doctrina solutionis ad 2. et illa quæ relata est ex Quodlibeto; ideo pro ista, et sequenti ratione intelligēdis, diligenter est notandum, quod illa divisione corporis in mathematicum, et naturale, quoad præsens sic est intelligenda: quod magnitudo mathematicæ, explicat essentia quætitatis trinæ dimensionis, quæ est corporis; naturaliter vero explicat aliquid accidētale quætitati vt sic; sed tamē perse conueniens cōposito ex materia, et forma attinente

ad Physicam, & quod est radix motus sensibilis: *Et sic naturale dicitur illud solum, quod monetur; & est ordinatum ad generationem, & corruptionem in rebus, ut expresse ait S. Thom. in 2. dist. 2. q. 2. art. 2. ad 4. & in hoc differunt obiecta Physicæ ab obiectis Metaphysicæ, & Mathematicæ, ut ait S. Thom. locis relatis lib. 1. q. 1. n. 41. id ergo quod est essentiale corpori reduplicative ut naturali, est accidentale corpori ut quantū est absolutē.*

41 Quantitatem autem esse naturalem consistit in duobus; primo ex parte principij, quia est proprietas connaturaliter dimanans à composito ex materia, & forma habente principium radicale motus: secundo ex parte termini, quia est dispositio connaturalis ad accidentia, & operationes quibus esse naturale conseruatur, & exercetur. Si igitur corporis naturalis quantitas esset infinita, sequetur, quod esset naturalis, ut supponitur; & quod non esset naturalis; si quidā quantitas infinita non potest dimanare à corpore substantialiter finito; nec potest esse proportionata ad motum, & operationes corporis sensibilis naturalis.

42 Siggillatina ad primam instantiam dicitur cum Caietano, quod ratio S. Thom. supponit ex 5. Metaph. & secundo Physicorum quod causæ effectibus commensurantur: vnde si formam sequitur qualitas, & determinatam formam determinata quantitas, determinatione secundum extensionem, quæ est propria quantitatis. Quod constat in-

ductione in alijs accidentibus, quia formam naturalem cōsequitur determinatus gradus albedinis, coloris, siccitatis, &c. Deinde quia formani physicam sequuntur accidentia; ergo formas distinctas accidentia distincta. Sed non distincta secundū speciē, quia in diuersis sunt eadē secundū speciē (vt notat Ferrara q. 6.) ergo distincta, & determinata secundum gradum. Demique determinata forma est vis, & radix determinata, & inintelligibile est, quod à forma finita naturaliter sit vis infinita: nihil enim naturaliter consequutū ad finitū potest esse infinitū.

43 Ad secundam dicitur, quod quicquid teneatur determinis magnitudinis, & paruitatis (de quibus dicitur infra lib. 7. q. 6. ratio est efficiax: nam illi sufficit, quod accidentia ab intrinseco dimanantia non possint esse infinita in actu; etiā si ab extrinseco possint augeri sine termino, quæ est infinitas in potentia. Itaque potest contingere quod qualitat, ut quantitas est, non repugnet additio, & quod quantitati ut naturalis proprietas est, additio repugnet: quod notat S. Th. 1. Phys. lect. 9. litt. f. & 3. p. q. 7. art. 12. ad 1. dicens, quod si loquamur de quantitatibus mathematicis, cuilibet finitæ quantitati potest fieri additio; quia ex parte quantitatis finitæ, non est aliquid, quod repugnat additioni. Si vero loquamur de quantitate naturali; sic potest esse repugnatio ex parte formæ, cui debetur determinata quantitas, sicut & alia accidentia determinata: vnde Philosophus dicit in secundo de Anima

§ 4. Repugnat corpus infinitum.

361

ma text. 41. quod omnium natura constantium est terminus, & ratio magnitudinis, & augmenti: & inde est quod quantitati totius cæli non potest fieri additio. Hæc ibi. Nec stante ordine vniuersi, dari potest corpus naturale, cui adhuc ab extrinseco possit esse additio infinita, quia simul sequitur quod aliorum naturales operationes impediret, & ideo talis additio non esset naturalis; & alias supponitur esse naturalis: quod implicat.

44. Ad tertiam præter solutionem traditam n. 36. respondetur cum Ferrara §. Ad primum hinc, quod magnitudo corporis secundū communem rationem magnitudinis non infert infinitatem formæ, & essentiae: & hoc vult S. Thomas locis relevantibus in prima conclusione, propter rationes ibi factas; quia ignis infinita magnitudinis esset eiusdem speciei, & essentiae cum igne corporali, qui modo est finitus. At vero magnitudo in quantum est naturalis (vt nunc de ea loquimur) si sit infinita, infert infinitatē essentiae: effectus enim infinitus arguit infinitatem virtutis; & ex consequenti essentiae: maior autem a sumpta à D. Thom. intelligitur de magnitudine in quantum naturalis est. Pro quo videndus S. Thom. lib. 1. contrag. capit. 43. & alijs locis relatis n. 35.

45. Ad quartam respondetur ex D. Thom. lib. 2. de Anima lect. 8. in fine dicente, manifestum est autem, quod in omnibus, quæ sunt secundum naturam, est certus terminus, & determinata ratio magnitudi-

nis, & augmenti: sicut enim cilibet speciei debentur aliqua accidētia propria; ira, & propria quantitas (videlicet latitudo, & extēsio, & terminatio quantitatis propria) licet cum aliqua latitudine propter diuersitatem materiæ, & alias causas individuales: non enim omnes homines sunt viuius quantitatis: sed tamen est aliqua quantitas tam magna, ultra quam species humana non porrigitur; & alia quantitas tam parua, ultra quam homo non inuenitur. Ex quib⁹ habetur, quod licet quantitas debet proportionari cum forma aqua dimanat; tamen latitudinem habet intra eandē speciem, & maioritas, vel minoritas, desumitur ex diuersitate materiæ, & alijs causis individuationis.

46. Colligitur etiam, quod licet in corporibus, quo formæ sunt perfectiores, eo eis maior debeatur quantitas: vnde docet S. Thom. in Compendio Theologiae cap. 18. quod inter elemen̄ia, quæ sunt superiora, maiora quantitatine inueniuntur: & corpus celeste manifeste apparet totam quantitatem elementorum exceedere. Tamen in viuentibus illa quantitas est magis proportionata, quæ est aptior ad proprias operationes exercendas: & ideo quamvis forma rationalis incomparabiliter excedat formas elementorum, tamen ab illa non dimanat nisi quantitas corporis humani: nam vt ait S. Thom. 1. p. q. 76. art. 5. Cum forma non sit proper materiam; sed potius materia proper formam; ex forma oportet rationem accipere, quare materia sit talis, & non ē conuerso.

Ha-

47 Habemus etiam ex dictis implicare corpus viuum v.g. hominis esse infinitum: nam ut ait S. Thom. ibi ad 3. anima intellectua est multiplex in virtute; & ideo ad diuersas operationes iudicet diuersis dispositionibus in partibus corporis cui vnitur: & propter hoc videmus, quod maior est diuersitas partium in animalibꝫ perfectis, quā in imperfectis, & in his quam in plantis. Stāte hac diuersitate, & determinazione implicant infinitas, quia caput terminatur cute, & capillis, oculus includitur fronte, manus terminantur digitis, corpus pelle cōtegitur; ergo terminatur: ergo finitur. Vnde potest fieri inductio, quod nullum corpus naturale potest esse infinitū, quia elementa sub cælo sunt, & includuntur: quantitat̄ autem totius cæli non potest fieri naturaliter additio: ergo corpus esse naturale, & esse infinitum repugnat.

48 Ad ultimum dicitur primo ex B. Alberto 3. Physic. trac. 2. cap. 13. & ex Ferrara ibi q. 6. concl. 1. quod licet extensio sit materiae existentis sub quantitate, est tamen à forma secundum talem quantitatem, in qua forma suas operationes valeat exercere: huius signum est: nā anima est principium augmenti, cū videamus corpus augeri secundum proportionē, qua operationes suas valeat exercere.

49 Secundo dicitur cū Caietano illo art. 3. quantitatem secundum id quod habet de actu, cōsequi formam: & quia hic est sermo de infinito in actu; ideo mentio est de pro-

pria radice actus quantitatis: secundum autem quod est in ea de potentia; sic sequitur materiam: & sic alijs locis accipitur. Hoc esse ad me tem S. Tho. colligitur ex ipso libr. 2. de Anima lect. 8. in fine, vbi dicit quod determinatio quantitatis in rebus naturalibus est ex forma, quā est principiū speciei; magis quam ex materia. Hæc omnia ideo prosequutus sum, quia doctrinalia sunt, & notāda pro alijs materijs: quamvis perspicacibus ratio S. Th. satis facilis apparere posset, & his non indigens.

## §. V.

*Ponderatur sc̄unda ratio ad idem.*

50 Sc̄unda ratio ad probandum impossibile esse corpus naturale magnitudinis infinitæ, his verbis formatur à D. Tho. s̄epe citato ar. 3. q. 7. 1. p. Omne corpus naturale habet aliquem motum naturalē: corpus autem infinitum nō posset habere aliquem motum naturalē: nec rectum, quia nil mouetur naturaliter motu recto, nisi cum est extra suum locum: quod corpori infinito accidere non posset; occuparet enim omnia loca: & sic indifferenter quilibet locus esset locus eius. ¶ Et similiter etiam nec secundum motum circularē: quia in motu circulari oportet quod una pars corporis transferatur ad locum in quo fuit alia pars: quod in corpore circulari (si ponatur infinitū) esse nō posset: quia duæ linæ protractæ à centro; quanto longius protrahuntur à centro, tanto longius distant ab

### §.5 Ponderatur secunda ratio ad idem. 367

ab intrinsecā: si ergo corp' esset infinitū, in infinitū lineæ distarēt ab inuenientem: & sic vna numquā posset peruenire ad locum alterius. Hæc ibi.

Maior est expressa Phylosophi libr. 1. de Cœlo tex. 5. vbi declaratur à S. Thom. lect. 3. Tota ratio desumitur ex eodem Aristotele ibi tex. 34. vbi prima sex rationum, quibus ostendit omne corpus, quod circulariter fertur, esse finitum; est ista: de qua videatur ipse S. Thom. ibi lect. 9. & seq. & text. 70.

51 Varie ad hoc argumentū conantur respondere. Richardus illa dist. 43. art. 1. q. 3. negat maiorē. Et est communis instantia in cælo empyreō, quod est ens naturale, & est pænitus immobile. ¶ Deinde non est de ratione corporis naturalis, quod actu mouetur, sed sufficit, quod habeat in se principium motus: sicut non est de ratione grauis, quod ubicumque sit mouetur: nō enim mouetur nisi dum est extra centrum.

Sed contra hanc solutionē instat Ferrara: nā de ratione corporis naturalis est, quod habeat in se naturam: sed natura est principium motus, & quietis: ergo oportet naturale corpus, aut moueri, aut quiescere: sed corpus infinitum non potest moueri; cum occupet omnia loca: ergo nec etiam quiescet. Patet consequentia: nam quies est in eo solū quod potest moueri, vt patet apud Phylos. text. 16. ergo infinitum corpus nō potest esse corpus naturale.

Hæc replica non videtur vrgere; quia corpori infinito nō repugnat motus ab intrinseca natura corpo-

ris, sed à forma infinita: & ideo ex illa prouenit impedimentū ad motum. Facile hæc instantia potest præoccupari: quia nō potest ex eadem radice prouenire radix motus, & impedimentum motus: sed natura illius est radix motus: ergo non potest esse impedimentum motus.

52 Adhuc dici potest ex Vazquez cap. 2. n. 11. dicente, quod si quis dicat posse dari corpus infinitum; sed non posse moueri circulariter, etiā de potentia Dei, quia non potest respondere sphaera finitæ magnitudinis, quæ peragat motum, non dicit aliquid absurdum.

Sed contra: nam esse corpus, & esse immobile, etiam à Deo, saltem circulariter, videtur contradictionem implicare: nam agēs, qui illud constituit in loco, potest reuelare in illo loco: quod est circulariter mouere: ergo si implicat corpus quod à Deo non sit mobile circuliter, repugnabit corpus infinitum.

Possēt adhuc replicari, quod hoc corpus localiter immobile, posset alterari, vel alijs motibus moueri: quod sufficeret vt esset ens naturale. Denique, quid obstat quod corpus illud ab intrinseco in quantum ens naturale petat motum, & ab extrinseco impediatur ne moueat?

53 Plures ex ipsis instantijs nō militant contra rationem, prout proponitur à D. Thoma, quia ipse non loquitur de corpore absolute; sed de corpore sensibili naturali: & de isto, maior inductione patet. Ad illam instantiam fatemur Cœlum emp-

empyren esse immobile, ut docet S. Thom. 1. p. q. 66. art. 3. & q. 102. art. 2. ad 1. & 4. Contrag. cap. 87. & lib. 2. de Cœlo lect. 19. in fine. Verum tamen cœlū empyreum nō est ens naturale, in rigore in quo nunc loquimur. Quod egregie notat S. Thom. in 2. dīl. 2. q. 2. art. 2. ad 4. dicens, quod naturale potest dupli citer sumi: vno modo prout diuiditur contra ens in anima: & sic dicitur naturale omne illud, quod habet esse fixum in natura: & sic cœlū empyreum, & Angeli dicuntur naturalia. Alio modo dicitur naturale, secundum quod diuiditur contra ens diuinum (vocat ens diuinū, quod est de consideratione Theogiae, vel Metaphysicæ) quod abstrahitur à materia, & motu: & sic naturale dicitur illud solū quod mouetur, & est ordinatum ad generationem in rebus: & hoc modo cœlum empyreum non est ens naturale, &c. Ipso ergo S. Thom. exponete, habemus quid intellexerit nomine entis naturalis.

54 Ad secundam, approbamus ibi relatam solutionem: cuius rationē assignat S. Thom. 3. Physicorū lect. 4. nam quies, & motus, cum sint opposita, habent fieri circa idem: vnde corpus quiescere non potest priuatius, nisi habeat quantitatem aptam moueri. Quantitatē autem esse naturalem, & dare impedimentum ad id quod est proprium naturæ, prout nunc de natura loquimur, videtur in terminis repugnans.

55 Aliæ instantiæ militant contra rationem prout ab aliquibus applicatur ad sequentem conclusionē.

Sed quia ad illam probandam non proponitur a D. Thom. ideo ibi dicetur quid probent. Solum penultima vrgere videtur contra motū naturalem: quia videtur quod sufficeret alterationis, etiam si repugnaret illi motus localis. Verum tamen Phylosophus, & S. Thom. 8. Physicorum lec. 14. & 1. p. q. 67. ar. 2. ad 3. & alibi saepe late probant, quod motus localis est naturaliter primus motuum: vnde dari nequit corpus naturale, cui motus localis repugnet naturaliter. Nec illud corp' posset alia mouere, quia nullum corpus mouet nō motū, vt patet inducendo per singula, & nat. S. Th. 1. p. q. 3. art. 1.

## §. VI.

*Absolute implicat corpus infinitum in actu, propter rationem s. Thomæ.*

56 **D**ico tertio, implicat contradictionē corpus mathematicē infinitum in actu, quod est dicere; non tantum attenta quāitate vt proprietas est naturaliter dimanans à substantia naturali, sed etiam absolute ipsam considerando quoad essentialia quantitatis, prout catur in rerum natura, implicat contradictionē esse infinitam. Quia de ita conclusione est præcipua difficultas; ideo est diligenter probanda. Primo ostenditur ratione S. Thom. in corpore illius articuli tertii. Si imaginemur corpus mathematicū existens actu, oportet, quod imaginemur ipsum sub aliqua forma; quia

### §. 6. Repugnat corpus infinitum

369

quia nihil est actu nisi per suam formam: unde cum forma quanti in quantum huiusmodi sit figura: operabit, quod habeat aliquam figuram: & sic erit finitum: est enim figura, quae termino, vel terminis comprehenditur.

57 Respondet Arriaga disp. 13. sect. 4. n. 34. corpus infinitum habeturum figuram: posset enim depingi v. g. homo infinita magnitudinis habens omnia membra; verum infinitè inter se distantia.

Non indiget hæc euasio impugnatione; sed terminorum exppositio ne: nam arbitrator, quod quisquis intellexerit, quid Phylosophi disputant in præsenti; deridebit infinitum depictum, seu chimericè excogitatum: unde M. Ortiz tract. 7. conf. 2. in fine ait: posse autem depingi hominem iasinitum, chimericum omnino est; & solum ex cogitatum à P. Arriaga contra communem sententiam Phylosophorum: videantur quæ diximus num. 11. & 12.

58 Occurrunt alij Recettiores eiusdem instituti, asserentes repugnare corpus infinitum infinitè extensem absque vlla penetratōne; & simili ter infinita corpora non penetrata: sed tamen corpus infinitum, ad spatiū finitum redactum, vltimā posse habere superficiem in ordine ad locum; licei illam non possit habere corpus infinitum non penetratum. Corpus autem infinitum penetratū figurā habebit nō infinitā: corpori enim infinito ad finitū spatium redacto, motus, & figura competrere possunt.

Multis reiici potest hæc euasio:

primo, quia divertit à principalī questionis difficultate, quæ est de corpore infinito relisto sive natura; an simul verificari possit habere extēsionem infinitam in actu, & esse creatum: & si hoc repugnat; iā in principali asserto nobiscum consentiunt.

59 Secundo, data solutionis doctrina, solum saluatū infinitū in potentia (quod non negant Phyl. & S. Tho.) dari: & nullatenus verificatur dari corpus infinitum in actu. Quod sic ostenditur, redigatur à Deo illud corpus (quod imaginatur infinitum) ad quantitatem celi: spatiū quod occupat, est finitum; vt patet: ergo portio corporis, quæ illi spatio correspondet, si cum alia non sit penetrata, etiā est finita in actu. Quod evidentissimum est: alioquin ceterum modo esset corpus infinitū in actu: quod nullus cōcedet. Sed omnes aliae pōrtiones cum ista penetrata etiā sunt finitæ: quia nulla est maior quantitate totius celi, vt supponitur: ergo totū corp' est finitum in actu. Probatur consequētia, quia finitū additū infinito, nō facit infinitū; vt est per se notum.

Dices, si penetratio esset partium finitarū, hoc concluderet: casus autē est, quod infinitæ partes penetrētur. ¶ Sed cōtra: nā sic se habet infinitum per appositionē, sicut infinitū per divisionē: & idē est apponere in alio loco, ac penetrare in codē: sed ex eo quod cōtinuū diuisibile sit in infinitas partes sine termino signabili, etiā à Deo, nō sequitur defacto esse infinitas in actu, sed solū in potentia: ergo ex eo, quod

Aa pene

penetratæ ponantur illæ partes, si sunt in spatio finito, & significabili, solum erunt infinitæ in potētia: vel vtraque pars contradictionis ex dato illo impossibili, sequetur.

60 Tertio: corpus est magnitudo completa habens partem extra partem: ergo corpus infinitū erit corpus infinitæ extēsionis: ergo repugnante infinita extēsione in actu, repugnat corpus infinitum in actu.

Dices, posse concedi dari exigen-  
tiam infinitæ extēsionis, etiam si illius terminus implicit: sicut mul-  
ti admittunt dari relationem trans-  
cendentalem ad terminum repug-  
nantem.

Sed contra: nā pari ratione pos-  
set concedi virtus in causa ad pro-  
ducendum id quod cōtradictionē  
implicat: in quo in terminis inno-  
uitur cōtradictionis implicatio. De  
inde, illa infiatiæ est mera æquiuoca-  
tio: nā ad chimera solū est relatio  
trascēdēs, quia intellectus, id quod  
nō est ens, format, & fingit ad mo-  
dū entis, intētionalē esse illi dādo.  
Nūc autē loquimur de reali produ-  
ctione corporis infiniti; & ideo si  
eius infinita extēsio repugnat, etiā  
repugnat infinitum corpus in actu  
productum: nec valet intellect⁹ cō-  
cipere, quod repugnet infinitū spa-  
tium; & quod ex alia parte non re-  
pugnet corpus infinitum illud spa-  
tium replens. Præcipue cum spatiū  
(vt libro sequenti quæst. 1. dicetur)  
nō sit aliud ab ipsis corporibus; quā  
vis nos imaginemur, ac si vacuitas,  
in qua est hæc machina mundialis,  
estet aliquid reale.

61 Melius posset respōderi, extē-

sionē in ordine ad locū nō esse esse  
tialē quantitat⁹; sed solū extēsionē  
in ordine ad se; seu habere partē ex  
tra partem: quod verificatur in cor-  
pore infinito, etiā si illius partes ad  
inuicem sint penetratae: quia benē  
potest Deus stante effectu primario  
alicuius formæ, impedire effectū se-  
cūdariū; vt cū Christus introiuit ad  
Discipulos ianuis clausis; & cū tres  
pueros ignis nil molestiæ intulit, &  
alibi sēpē. ¶ Huic euasiōni fate-  
mur, quod si sola attēdatur essētia  
quātitatis vt sic, ex illa nō habetur  
repugnatiā corporis infiniti in ac-  
tu; sed tamē quia quantitas non po-  
test esse in rerū natura sine aliquo  
termino, & figura; ratione quarum  
terminationū diuiduntur, & dislin-  
guuntur diuersæ portiones quātitati-  
s; si istis repugnat infinitas; quia se-  
quitur esse terminatas, & esse inter-  
minatas; iā repugnabit infinitū cor-  
pus: quia prout ponitur in rerū na-  
tura, debet habere superficiē viti-  
mā, & terminum quātitatis, & infi-  
nitū interminabile est. Totum hoc  
docuit S. Th. q. 7. ar. 3. ad 2. dicens,  
quod l'cer infinitū nō sit cōtrarationē ma-  
gnitudinis in cōmuni; est tamē cōtraratio-  
nē cuiuslibet speciei eius, scilicet, cōtra  
rationem magnitudinis, bicubitæ,  
vel tricubitæ; sive circularis, sive  
triangularis, & similiū. Nō est autem  
possibile in genere esse, quod in nulla specie  
est: vnde nō est possibile esse aliquā  
magnitudinem infinitam: cum nul-  
la species magnitudinis sit infinita.  
De ista ratione iterum quæst. 6.

62 Nunc adhuc posset præcludi  
relata euasio alia via: quia implicat  
cōtradictionē produci formā radi-  
cem

cem alicuius effectus secundarij, quādo iste ab intrinseco implicat cōtradictionē: nā ex parte, qua datur radix illius, supponitūr nō repugnare ab intrinseco; cū cōstet non repugnantia in causa efficiēte esse nō posse, cū obiectiu repugnatiā producibilis, vt sumitur ex dictis li. 2. q. 21.

§. 4. Ex alia parte supponitūr ab intrinseco repugnare: ergo sequitur contradictionē ex eo quod forma sit radix effectus secundarij implicatiā cōtradictionē. Sed corpus infinitē quantū (in casu quo repugnet produci infinitū nō penetratum, & possit produci infinitū corpus penetratū, vt ponitūr ab authore solutionis quā impugnamus) est radix extēsionis infinitæ, quæ ab intrinseco repugnat: ergo ex illo casu duæ cōtradictoriæ erunt simul veræ: videlicet, quod ab intrinseco repugnet infinita extēsio in ordine ad locū, & quod ab intrinseco nō repugnet infinita extēsio in ordine ad locum.

Præterquam quod etiam si Deus possit impedire effectum secundarium formæ; non tamē potest fieri, quod effect⁹ secundarius illi repugnet: ergo licet per miraculum partes corporis possint penetrari; non tamen fieri potest, etiā miraculosè, quod repugnet, quod corpus quod à Deo est producibile penetratum, non sit producibile non penetratū: ergo nō possunt hæc duo simul coherere: ergo secunda principalis solutio implicat contradictionē.

63 Veniam⁹ ad solutiones P. Vazquez, qui illo cap. 2. n. 4. ait, quod ratio s. Thom. hoc pacto dissolui

poteſt: quamvis corpus mathematicum in sola cogitatione infinitū esse non possit, quia semper à nobis apprehēderetur instar alio: um, quæ finita sunt; hinc tamen nō colligitur, recipſa à Deo fieri non posse: multa enim, quæ cogitare non valemus, à Deo fieri non repugnat. Tum etiam ex parte nostræ cognitionis nihil obstat: facile namque apprehendimus vastitatem aliquā, seu magnitudinem extra cœlum si ne vlo termino. Nihil ergo repugnat, quo minus corpus mathematicum infinitū fieri possit à Deo.

64 Ista euasions laborat in equo, & nullius momēti sunt: quia ratio Sancti Thomæ non fundatur in nuda nostra cogitatione, vt ex ipsa clare constat: sed fundatur in natura specierum, & portionum quā titatis, quæ distinguuntur per diuersam terminationem, & figurabilitatem: yl de cum impossibile sit esse aliquam quantitatem in actu, quæ nō sit proprijs terminis limitata, vt ait Sanctus Thomas Quodlibet. 9. articulo primo: ideo repugnat fieri quantitatem actu infinitam: quamvis non repugnet corpus cui Deus addat magnitudinem semper sine termino: sed nunquam perueniet ad actu infinitum; alioquin erit undequaque infinitum; & illi posset adhuc superaddi ex parte ipsa infinita: quod implicat.

65 Maiorem habet verisimilitudinem solutio Durandi, qui n. 24. respondebat, quod figura non est forma essentialis, & intrinseca quātitatis: alioquin quātitas esset cōposita ex aliquo tanquā materia, & ex figura

tanquam forma; sed est forma acci-  
dentalis extrinseca; pertinet enim  
ad aliud genus, scilicet, ad genus  
qualitatis: quælibet autem res po-  
test priuari tali forma, saltem virtu-  
te diuina. Præterquam quod dicunt  
alii figuram solum conuenire quâ-  
titati finitæ, non verò infinitæ.

Dices cum M. Ioann. à S. Tho. q.  
15. art. 2. §. ceterum, & cù alijs Tho-  
misiis, S. Thomam non loqui de fi-  
gura formalis, quæ est modus ex ter-  
minatione quantitatis resultas; sed  
loquitur de figura radicali, quæ est  
id ex quo resultat figura formalis.

Contra: figura radicalis est ipsa  
quantitas, seu ipsum corpus: ergo  
si S. Thomas loqueretur de figura  
radicali, peteret principium; si quidem  
assumeret sine probatione id  
de quo erat tota difficultas, cù cor-  
pus infinitum quâtum in quantum  
tale fig' irabile radicaliter; inquan-  
tum infinitum non esset figurabile  
formaliter.

66 Respondetur ipsum S. Thom.  
se explicuisse illo art. 3. in solutio-  
ne ad secundū, & Quodlib. 9. quod  
loquitur de figura, qua distinguntur  
diuersæ species, & indiuidua  
quantitatis: & cù loquatur de quâ-  
titate existente: quæ esse nō potest  
nisi indiuidua, & indiuiduum dari  
nō possit nisi in aliqua specie; cù im-  
plicet contradictionē species mag-  
nitudinis infinita: implicat corpus  
infinitum in actu. Quod autem ra-  
lis species repugnet, probatur, quia  
non haberet quod distinguatur ab  
alijs quantitatibus; siquidem distin-  
ctio quantitatum est per ultimum  
terminum, & termino careret.

Rursus, data magnitudine corpo-  
ris simpliciter infinita, cōtradiccio  
est aliam esse maiore: alioquin non  
erit magnitudo cōpleta vndequa-  
que infinita: & ideo Phylosophus  
I. de Cælo relatus à D. Thoma 3. p.  
quæst. 10. art. 3. ad 3. ait, quod quia  
corpus est ad omnino partem dimenso-  
num, impossibile est esse plura corpora infi-  
nitæ: sed non tollitur à Deo potētia  
producendi aliud corpus, cum infi-  
nito nō penetratum: ergo sequitur  
quod esset figuratum terminis intrin-  
secis quantitatis; & quod non esset  
figuratum: quod esset terminatum;  
& quod non esset terminatum in-  
trinsece.

67 Et ideo loquendo de figura in-  
trinseca (de qua hic loquitur S. Th.)  
illa autem quæ est species qualitatis,  
est terminus accidentalis extrinse-  
cus, vt diximus lib. 2. Log. q. 26. n.  
44. quamuis non distinguatur ab  
ipsa quantitate, non tamen significat  
totam quantitatem; sed vltimā  
superficiem, vel terminum ei⁹, per  
quem distinguntur portiones, &  
species quantitatis: & de ista loqui-  
tur Sanctus Thomas: & non petit  
principium: immo radicem à priori  
assignat, vnde repugnet absolute  
infinita magnitudo cōpleta, quia si  
caret termino, omnē cōtinebit ex-  
tēsionē; ita vt alia darinō possit: &  
ex alia parte non tollitur, quod à  
Deo alia indiuidua, & species cor-  
porum producātur. ¶ Ethac esira-  
tio S. Thom. indicata in argumēto  
sed contra, & incorpore, & ad 2.  
Et à priori alia melior huculque nō  
est assignata. Et ad istū syllögismū  
reducitur: infinitū est quātū carens  
termi-

## §. 7. Inconuenientia corporis infiniti.

373

terminis quantitatis, sicut infinitū positiue caret terminis essētialib⁹: sed implicat quantitas existens carens terminis quantitatis, quia ultimū terminum habet quo quantitatue dividatur ab alijs: ergo est contra rationem specierum, & individuorum factibilium quantitatis, quod creetur quantitas infinita sim pliciter in genere quantitatis. Est ratio Philosophi 3. Physic. text. 55.

### 9. VII.

*Ab inconuenienti probatur impossibilitas corporis infiniti.*

68 **Q**uit reliquis efficacior; ad exercitium scholæ, illæ quæ sunt ab inconuenienti, solent robustiores apparere; quia adhuc apud minus perspicaces earum efficacia est manifesta. Probatur ergo vrgendoratio nem propositā n. 50. quæ est Philosophi 3. Physicorū text. 48. & S. Thom. ibi totalest. 9. & formando eā ut ducat ad impossibile; non solum procedet de corpore naturali sensibili (de quo loquuntur ipsi) sed etiam de omni corpore absolute. Sic ergo arguitur. Implicit contradictione corpus à Deo creatum, quod à Deo possit moueri localiter, & à Deo nō possit moueri loca liter: sed hoc sequitur ex eo quod dari possit corpus actu infinitum: ergo tale corp⁹ dari actu repugnat. Minor quoad priorem partem videtur manifesta, quia majoris virtutis est posse corpus producere, quā illud posse localiter mouere: ergo Deus qui primum potuit, etiā secū

dum valebit. Quoad secundam vero probatur: nam corpus infinitum nō posset moueri motu recto, quia occuparet omnia loca imaginabilia. Nō posset moueri motu circulari: nā partes in infinitum distarent inter se, & ab imaginabili cētro: distantia autē actu infinita est impertransibilis, quia una pars totius corporis non posset adēquate peruenire ad locum ubi alia fuit: ergo esset illud corpus mobile, & immobile, adhuc attenta diuina virtute, quod implicat.

69 Huic argumento non sufficeret solutionē relatam n. 52. videatur manifestum: quia licet motu recto consequenter teneatur corpus illud, nec à Deo moueri posse defēctu spati⁹ possibilis: quod adhuc aliqui negauerūt; sed male (de quo F. solus art. 4. dub. 7.) tamen motu circulari non facile assignabitur contradictione, quia impedit ne diuina virtute illud corp⁹ circulariter moveatur. Ex alia parte etiam si tempore infinito duret motus, non poterit nec una compleri circulatio; quia infinita distantia, nec infinito tempore, potest pertrāsiri, quia ut ait S. Thom. i. p. q. 14. art. 12. ad 2. *Transfatio impossit quandam successione in partibus: & inde est quod infinitum transire non potest, neque à finito nec ab infinito.* Ergo corpus illud esse diuinissimum mobile circulariter; & repugnaret unam peragi circulationem: quod in terminis repugnat, attenta diuina virtute mouente.

70 Vel aliter potest formari demonstratio ducēs ad impossibile cū Nazar. i. p. q. 7. art. 3. & alijs: nam

maginitudo infinita in actu, est magnitudo clausa inter duos terminos; & est magnitudo quam implicat terminis claudi: sed haec duo implicat contradictionem: ergo & implicat produci corpus infinitum in actu. Maior quo ad secundam partem iam est ostensa. n. 11. & 12. ex definitione, & conceptu essentiali infiniti. Quoad primam vero probatur ex illo principio mathematico adducto a D. Tho. artic. 3.

*Duae linea protractae a centro, quanto logio protrahuntur a centro, tanto logio distant ab insuicem: si ergo corpus esset infinitum, in infinitum distarent ab insuicem. Et ex alia parte finite distarent: quia diuinitus una posset pervenire ad locum alterius.*

Dices, in infinito non esse certum, nec esse signabiles lineas; quia est distantia impertransibilis: & cuius nec est prima, nec ultima pars signabilis: ac proinde nec illius erit mediū.

Hoc in re verum esset. Sed per intellectum disputationis gratia, designetur centrum, & accipientur linearum; vel designabilis a Deo; procedetque de illis argumentum factum.

71 Respondent aliqui, quod illae linea non dicuntur distare inter se infinitè; quia detur aliqua distantia determinata inter illas, quae finita sit; sed quia nulla datur ita magna distantia inter illas ultra quam non sit alia maior, & sic in infinitum: & ideo idem est dicere, quod distantia infinitè; ac dicere, quod inter illas dantur maiores, & maiores distantiae in infinitum.

Hæc solutio penitus satisfaceret, si loqueretur de infinito syntacte,

gorematicè, & in potentia, quia qualibet additione facta, alia super est; quia tamē ut ad rem loquatur, debet solutio intelligi de infinito in actu; nullatenus satisfacit: quia si actu non caret terminis: ergo actus lineæ infinitè distant inter se, & a signabili centro. Et ex alia parte distant distatia a Deo signabili, & pertransibili: ergo sequitur intenta contradictione.

72 Tertio potest sic ad idem argui. Si daretur corpus infinitum, sequitur, quod Deus nullā illius partem posset annihilare, & quod Deus aliquam illius partem posset annihilare: sed istæ sunt contradictiones propositiones, & simul veræ: ergo positio corporis infiniti in actu implicant duas contradictiones simul veras. Afirmatiuam facile omnes cōcedent, quia Deus nil necessario cōseruat, sed omnia in nihilum valet redigere. Et ex suppositione, quod conferuet unam partem quantitatis, non tenetur totam conseruare: quia quantum est divisibile; & ideo ex eo quod qualibet pars ab alia dividatur, nulla est contradictione: præcipue si divisione fiat a Deo. Negatiuam propositionem esse veram, probatur; quia si Deus annihilaret partem corporis infiniti, vel aliæ partes remanentes a Deo vniarentur, vel remanerent non unitæ. Inter ista duo non est cogitabile medium, supposito quod manerent in rerum natura. Si illas vniaret, ergo mouerentur localiter motu recto, ad occupadâ spatium imaginarium, quod partes annihilatae occupabant, ut remaneant non sint discontinuatae; quia eis

## ¶.7. Inconuenientia corporis infiniti.

375

ipso quod essent distantes, vt erant antea, non possent esse continua: ergo corporis partes non erant infinitae magnitudinis; siquidem non omnne imaginabile spatium occupabat antea quam vniuersit. Si non vniueret illas partes: ergo in illis esset significabilis ultima superficies, quæ resultauit per divisionē, & per quas separatae, & discontinuatae sunt: quod repugnat corpori infinito. Et deinde sequitur, quod infinitum, à quo tollitur pars finita, definat habere infinitatem.

73 Occurri potest ex Hurtado disput. 13. sect. 2. docente, Deum non posse viare partes diuisas, nisi per rationem aliarum precedentium, vel per nouam productionem partium supplentiū spatium, quod occupabant partes corruptæ.

Omnes tamen vident hoc gratis, & absque fundamento dici: & ideo haec easio nemini placet: & mārito, quia viuio partium quantitatis nō necessario fit rarefactione; sed alijs mille modis fieri potest. Deinde, si Deus partes mouere potest aliquā non corrumpendo; non video cur eis corruptis, non possit remanentes mouere.

74 Aliter respōdet Cabero tract. 3. dis p. 2. dub. 3. n. 16. dicens, se non videre manifestam contradictionē, si afflatur corpus infinitū moture eto diuinitus moueri: nā licet motus finitus quoad extensionem petat terminum ad quem, & à quo; in finitus tales terminos non petit: licet enim nouū spatii acquiratur, & aliud amittatur; hæc spatia termini non sunt; eo quod spatium illud,

quod occupat infinitū, sit imperfibile; terminus autē nō est, nisi respectu distantie, & spati, quod transiri potest. ¶ Facile tamē reiicitur; primo, quia essentia rerum à Deo mutari non possunt; & eadem sunt in omnibus: sed de essentia motus localis est, quod sit transitus inter terminū à quo, & ad quē: ergo hoc coueniret corpori infinito; vel nō moueretur localiter, nisi equiuocè 75 Secundo, essentia quantitatis eadem esset in quantitate infinita; siquidem esset in genere, in quo sūt quantitates finitæ, vt ipse supponit: ergo pariter ratione eadem idē dicetur de motu illius: ergo haberet essentia motus localis vt sic. ¶ Tertio; nouū spatium, acquirere, & aliud amittere, nō apparet qualiter esse possit sine derelictione viuus termini, & acquisitione alterius. Quo modo autē tota moles mundi sit in loco; libro sequenti dicetur. q. 5. §. 2. & 3. quoad prælens enim sufficit, quod infinitum sit in loco, eo modo quo viuuersū corporeū est in loco.

76 Argumēta, quæ ingeniosè ex cogitauit M. Soto retorquēdo obieciones Ariminēsis, libeter trāscribere; ni timerem, quod disputatio de infinito in infinitū abeat; & tot accumulatis inconuenientibus iubetur ingenia obruātur, nō instruātur. Ipse tamē se excusat, tādem cōcludēs: libuit nānijis istis ratiōnēs per ludere, vt portenta, quæ infinitū, vel vt chimera illa fabulosa parit, in mediū proferre. Hæc ibi. Et S. Th. in 1. ad Antib. dist. 43. ar. 4. ad 3. ait, quod Philosophi ponentes infinitū in actu, pro-

*priam vocem ignorauerunt, qui a eorum pe-  
nitio sibi met repugnat.*

## QUAESTIO VI.

*Vtrum possit esse multitudo in-  
finita in actu?*

§. I.

*Quid de multitudine corporali?*


**I**X dictis quæstione præcedēti  
E habetur repugnare infinitam  
multitudinem corporum: quia cū  
ostensum sit implicare contradictionē  
infinitum corpus continuū; etiā  
ostensum manet implicare infinitū  
quantitatuum; quia numerus ex divisione  
continui causatur, vt ait Phylosophus,  
& S. Thom. 10. Metaph. lect.  
2. litter. c. & nulla est repugnantia,  
quod qui valet producere partes  
continuas, poscit eas producere ab  
inuicem diuisas. Et solum de infinito  
in rebus materialibus loquitur  
Phylosophus hic: ut patet ex textu  
68. & ex D. Thom. lect. 12. litter. c.  
& ex eodem. Phylosopho 1. Coeli  
text. 33. vnde Sanctus Thomas li-  
bro secundo Contrag. cap. 82. ad  
tertium, ait, quod Phylosophus in 1.  
Physicorum, & in 1. Cæli, probat infinitum  
non esse aliud in corporibus naturali-  
bus: non autem in substantiis immateria-  
lis. Quia de istis hic nō disputa-  
bat. Loquendo autem de infinito  
quantitatibus multitudinis, bene deducitur  
eius repugnantia, ex impli-  
catione infinitæ quantitatis, seu mag-  
nitudinis, vt eam deducit Phyloso-  
phus.

Obijcies hoc argumentum mani-  
feste instari: nam in continuo sunt

infinitæ partes, & ramen licet in in-  
finitum diuidi possit, non sequitur  
diuisum esse in omnem suam par-  
tem; alioquin daretur infinita mul-  
titudo in actu: ergo ex eo quod re-  
pugnet infinitum corpus, non sequi-  
tur repugnare infinitam multitudi-  
nem. Maior in lib. 6. ostendetur: &  
ex tera patente.

**2** Respondetur infinitatem con-  
tinui, quod in illo cument daretur,  
esse infinitatem in actu; & ideò in il-  
lo essent infinitæ partes æquales nō  
communicantes; at verò infinitas  
continui, quod modo est, est infinitas  
secundum quid, & in potentia  
ad divisionem: & ideò solum ha-  
bet infinitas partes proportionales  
ad inuicem cōmunicantes: & ideò  
illud diuidi in infinitam multitudi-  
nem actualem, non repugnaret. At  
verò continuum diuidi in omnem  
suam partem, implicat contradic-  
tionem; eo quod de ratione qua-  
ntitatis est esse diuisibilem, & de ra-  
tione partis continui est esse qua-  
ntam: & ideò quantumvis minima à  
Deo diuidatur, vel designetur, ad-  
huc remanet diuisibilis, vel non e-  
rit pars, nec quanta. ¶ Restat er-  
go quæstio de multitudine trans-  
cendentis, an poscit diuinus dari  
infinita in actu? Quia ad com-

plementum doctrinæ non  
possumus non etiam  
de ista tracta-  
re.



¶. II.

*Prima implicatio multitudinis infinitae in actu inspiritualibus.*

3 R Espondetur implicare cōtradictionem dari in creaturis infinitam multitudinem actu exittem. Ita S. Tho. & alij Authores. q. 5. relati. Quamuis nonnulli admittant posibilem multitudinem infinitam in spiritualibus, & negent in corporalibus; sed nostra conclusio vniuersalis. Probatur primo ex D. Thomā in 1. dist. 43. q. 1. art. 1. ad 5. dicente: *Et ideo non sequitur, quod Deus possit facere esse in actu omnia infinita, quæ potest; quia iam infinita essent finita.* Cuius rationis sensus est (vt patet solutionem cōferenti cū argumēto) si De° actu infinita fecisset; aut aliquid posset facere amplius? Et sic infinito esset aliquid maius. Vel nihil amplius facere posset? & sic im potens ex his, quæ faceret reddetur: & sua potentia ad opera eius si niretur; & infinita nō esset: quæ omnia impossibilia sunt. Potentia autem infinita non se extendit ad ea, quæ implicant contradictionem; vnde sicut non potest facere omnes partes motus esse simul; ita nō potest actu facere omnia, quæ sunt in infinita potentia Dei, quia sic im pertransibile transiret, & infinita essent finita. Et est ratio Alēsis prima parte quæstione 21. memb. 2. ad 3.

4. Hæc ratio non procedit, nec vim habet de multitudine in spe-cie determinata, qua esset infinita ex una parte, & finita ex alia: & ex hac parte materialiter illo infinito

posset esse maius. Cæterū loquendo (vt loquitur S. Tho. expreſſe) de multitudine in omni genere fa-cibili, videtur manifestam inuolue-re contradictionem; sicut enim, si magnitudini corporali vndique in infinitæ, posset fieri additio alterius corporis cum ipsa non penetrati, se quitur primum corpus non esse ex tēsionis simpliciter infinita versus omnē partē; ita si esset multitudo vndique infinita in ratione multitudinis, nec una addere posset vni-tatem.

5 Adhuc autē loquēdo in specie, vel genere determinato rerū indi-uitibiliū, seu spiritualiū, ratio facta sic vrgetur à M. Soto hic q. 4. & latius lib. 3. summularum cap. 6. lect. 4. ad 6. Datis infinitis Angelis, vel Deus potest piures alios producere; vel non? Si nō, potētia Dei esset exhausta. Si potest producere plures, sequitur, quod una multitudine simpliciter infinita, potest dari alia maior: quod rationi infiniti re-pugnat.

6 Respōdet Vazq. disp. 26. c. 3. n. 17. & post eū Arriaga disp. 13. n. 33. & alij, quod sicut potentia Dei ex-hauriri, ita etiā minui, aut restringi repugnat:icut ergo mundo produ-cio, nō minuitur, aut restringitur, ita etiā si omnia producerētur, nō exhaūrīretur, sed esset in perfectissimo actu. Secūdo, producta semel omniū rerū multitudine, quā Deus cognoscit, posset adhuc totā, aut partē destruere, & iterum creare: aliquid igitur faciēdum superesset potentia Dei. Tertio, illa multitu-do penderet à Deo conseruante.

Hæc

7 Hæc solatio, ex parte qua admitit omnia creabilia celestia posse creari, dicit M. Soto *sibi nō esse probabilem*. Et M. Ioannes Vincetius in Relectione q. 3. cōcl. 2. pag. 212. ait, quod manifestam præfert absurditatem, nec ab ullo, vel mediocriter sapiente, ut probabile admittetur. P. Suarez tom. 1. in 3. p. disput. 22. sect. 1. column. 6. §. *Et specia iter*, dicit id esse absurdissimum: & esse contra Theologorum communem, probat Fasolus 1. p. q. 7. art. 4. dub. 13. recolantur, quæ diximus q. 5. n. 25. & 26.

8 In particulari, primæ instatia solutionē poterant legere in D. Th. 1. p. q. 25. art. 4. ad 2. vbi ait, si attēdatur immutabilitas diuinæ potētiae, quicquid Deus potuit, potest. Aliqua tamen habuerunt rationē possibilium, dum erat fienda, quæ iam deficiunt à ratione possibilium, dum sunt facta. *Ei sic dicitur De' ea nō posse*, quia ea nō possunt fieri, ex suppositione, quod facta sūt; *sicut De' est omnipotēs*, nec potest implicantia contradictionē, quia deficiunt à ratione possibili, & non continentur sub obiecto omnipotentiae, non defectu virtutis causæ, sed defectu possibilitatis obiecti.

Quod si respondeant, ex suppositione, quod Deus omnia possibilia produixerit, non posse amplius prodicere, quia iam non dantur plera possibilia. Hæc est petitio principij (vt notat M. Soto) quia creabile solum dicit ex nihilo producibile: ergo quibuscumque ex nihilo productis, cum nulla materia consumatur, adhuc restant infinita creabilia. Et ratio est, quia non exigit poten-

tiam materiæ, quæ patiatur; sed solum potentia ex parte Dei, qui per nullam productionem fit minoris potentia: cum igitur non sit repugnantia ex parte virtutis, sed ex parte materiæ; quotquot dentur creaturæ, non sunt causa, vt non possint plures produci.

9 Secunda instantia dupliciter retorquetur ab eodem M. Soto libr. 3. summiularum vbi supra. Primo, quia si Deus possit creare tot Angelos vt non possit plures, eadem ratione potest eisdem annihilare, & reproducere toties, vt non possit pluries: nam qua ratione datur numerus entium possibilium, debet admitti numerus productionū possibilium. Sed illo dato, sequitur quod ille Angelus, nec manebit, nec non manebit: & sic duæ contradictoriæ erunt simul falsæ: quod implicat id sequi probatur: nam dato quod nō maneat, sequitur, quod datur res, quam non potest producere. Et dato quod maneat, sequitur quod datur res, quam Deus non potest annihilare.

Secundo, omnibus illis possibilibus datis, Deus potest quocunque illorum annihilare, & reproducere, vt ipsi concedant: ergo potest unum nouum producere: cum non appareat maior repugnatio, in uno quam in alio. Et sic celat terri probatio, quia ex illo impossibili sequitur, quod penderent, & non penderent a Deo conseruante; quia supponitur iam Deum fecisse omnia factabilia, & nil faciendum restare.

10 Hinc iam clarescit argumentum

## §. 2 Non potest dari magnitudo infinita. 379

tum ab inconuenienti, quod proponit M. Soto hic q. 4. Corolario decimo, in hac forma. Si Deus posset producere infinitos homines, producat eos cū singulis pileis præcise: in isto euentu sequitur, quod possit Deus auferre ab illis infinitos pileos, imo infinites infinitos, & tamen quilibet maneret cum suo píleo: quod facile patet si auferat omnes pileos hominum parium, manet tibus imparibus; & tamen tertius det pileum suum secundo, & alij duo impares, scilicet, quintus, & septimus dent pileos suos tertio, & quarto; & alij quatuor impares dent pileos suos paribus: & ita fiat per omnes partes proportionales horæ: in fine sublati erunt infiniti, & quilibet manebit cum píleo.

11. Vel aliter. Si singuli illi homines infiniti haberent singulos præcessaureos, posset ex illis unusquisque tantum ditescere, quātum vellet. Et disputationis gratia, ponatur quod illos infinitos aureos cōicerent in unum cumulum (in hoc enim quæ est cōtradiccio?) & postea quilibet resumeret centum, omnibus sufficeret cumulus: nā tot sunt in cumulo centenarij, quot sunt homines (cum infinitum infinites centenarijs constet; alioquin numero determinato finiretur.) Et rursum, si iterum facerent cumulum, & quilibet vellet accipere decies centena millia, abunde itidem haberent in cumulo, unde possēt extrahere. Quod si rursus facerent cumulum, & unusquisq; parce acciperet unum tantum aureum, exhaūsirent totū cumulum, perinde ac si quicunque,

acciperet decies cētena millia. (Si quidē supponimus à principio singulos tantum habuisse aureos:) si hæc non est contradic̄tio, nescio quam existimant isti contradictionem. Hæc M. Soto, cui haecem̄ video plene satisfactum: nā quod aliqui negant illös homines posse coniçere aureos in vnum cumulū; gratis assentunt. Et ne ad hæc deuoluatur quæstio, ponatur casus in infinitis Angelis; quia isti mole corporis non impediuntur: vel penetrantur illi infiniti homines diuinitus. Sed de similibus, sat sit vnum casum insinuasle.

## §. III.

### Ponderatur ratio S. Thomæ.

12. **D**Vas alias rationes proponit S. Thom. i. p. q. 7. art. 4. primam his verbis: omne multitudine oportet esse in aliqua specie multitudinis. Species autem multitudinis sunt secundum species numerorum. Nulla autem species numeri est infinita, quia quilibet numerus est multitudo mensurata per unum. Vnde impossibile est esse multitudinem infinitam actu, siue perse, siue per accidens. Hæc ibi S. Th.

13. Respondet Durandus nu. 12. quod multitudo non est alia species præter ipsas res, quæ multæ dicuntur. Secundo, quod multitudo se extendit ad plura, quam numerus (est enim de transcendētibus) non quicquid est de ratione meri, est de ratione multitudinis. Propter quod cum de ratione numeri sit

estè mensurabile, vel numerabile; & ideo nulla species numeri possit esse infinita; tamē nō oportet quod hoc sit de ratione multitudinis, quim possit aliqua species eius esse infinita.

14 Occurrit etiam Vazquez c. 3. dicens in ratione S. Thomæ assumi id quod nō probatur; & si negetur, probari non potest. Quia omnem multitudinem debere esse in aliqua specie numeri, vnde constat? Multitudo rationem numeri accipit ab intellectu numerante.

Respondet Caietanus, S. Thom. non dixisse quod multitudo debet esse in specie numeri; sed solum afferrit quod species multitudinis sunt secundum species numerorum. id est, debent habere proportionem cum species bus numerorum: nam eodem modo numeramus Angelos ac res corporeas, & sic de alijs.

Sed iustit Vazquez primo: nam in Angelis etiam est numerus stricte sumptus: nam mathematicæ demonstrationes, ita in Angelis, sicut in rebus coporeis procedunt. ¶ Secundo: quis dicat infinitam multitudinem estè aliquam speciem numeri? Quia infinita numerari non possunt. ¶ Denique gratis assumitur omnem multitudinem debere proportionari cum species bus numeri: & licet de factis id teneatur; vnde probari potest, nullā multitudinem fieri posse, quæ proportionem non habeat cum numero?

15 His addit Fasolus dub. 12. nū. 21. quod multitudo dividitur in multitudinem finitam, quæ est nu-

merus; & in multitudinem infinitam, quæ, vt minus nota, non habet numerum. Quod videtur indicari s. Metaph. text. 18. propositiones assūmptæ à D. Thom. procedūt de multitudine, quæ est numerus, vel illi proportionatur; non vero militat de multitudine infinita, quæ nō est in specie numeri.

16 Cæterum vt euasions præcludantur, & vis rationis appareat, aduertendum aliquos facere vim in eo quod numerus est eas perse, & vera species quantitatis. Iste tamen licet verum assumant, vt diximus lib. 2. Logicæ; tamen non possum in hoc vim facere, quia loquimur de multitudine etiam in spiritualibus, in quibus est multitudo, quæ est aliquid transcendens, & non est numerus, qui est vera species quantitatis, vt ait S. Thom. in 1. dist. 24. q. 1. art. 3. & q. 9. de Potentia art. 7. & ostendimus lib. 2. Logicæ q. 16. n. 35. & ideo in Angelis numerus nō est aliquid perse vnum.

17 Recurendum ergo ad expositionem Caietani, & Nazarij ibi, & Ferrarensis lib. 2. Contrag. cap. 81. ad 3. dub. 1. & hic q. 7. qui bene probat rationem Philosophi hic lect. 7. solum procedere de numero quantitatiuo; rationem vero S. Thom. vniuersalius vrgere de omni multitudine. Cum autem omnis multitudo sit vnum unitate ordinis; non possunt autem plura ordinari, nisi quædam se habeant vt determinabilia, & aliud vt determinans: id circa si non datur aliqua ultima unitas reddens multitudinem certæ determinationis, sequitur quod non

non habeat formam, nec terminū, nec speciem multitudinis. Et hæc est contradic̄tio multitudinis infinitæ, quia in quantum facta terminū habet, & in quantum infinita termino caret: & ideo S. Thom. ad 3. ait: *Quod infinita poni opponitur cuilibet specie multitudinis: quia non valet produci multitudinem ut sic nisi in aliqua specie multitudinis, quæ per ultimam unitatem distinguatur specie in esse numerabilis ab alijs numeris.*

18 Formatur ergo ratio à Ferrara sic. Numerus est multitudine facta per unū: sed omnis numeri species est huiusmodi: ergo omnis multitudine facta, & factibilis est finita. Minor constat, quia unitas addita vni speciei numeri, aliam speciem constituit; qua substracta non est amplius illa species; sicut unitate addita binario, fit ternariꝫ; & si illi addatur unitas, fit quaternarius, & sic deinceps. Maior autem probatur: multitudine facta per unum habet unitatem, qua addita alijs constituitur eius species; & qua substracta destruitur: sed in multitudine infinita non est dare talem unitatem; quia ibi nulla ultima est: ergo nulla multitudine infinita est facta per unum: ergo nulla facta per unum est infinita.

19 Velsic proponi potest, vt indicat S. Thom. Quolib. 9. art. 1. si posset dari in rerum natura multitudine infinita, posset dari multitudine, quæ numerari non posset, nec à Deo: sed omne à Deo factum, & factibile est à Deo numerabile: ergo implicat contradictionem infinitæ.

nita multitudine actu existens. Maior videtur ex terminis nota; quia infinitum dicitur, quod non finitur; & non finitur multitudine, cum ultima unitatem non habet: nam si habet, iam finitur: eo autē ipso quod numeretur, īā peruenitur ad ultimā, vel totum numeratum non est. Minor vero probatur: vbi est unitas, & unitas existens actu, & realiter non communicans cum alia, potest intellectus illas unitates accipere, vel simul, vel vnam post aliam: ergo potest illas numerare: & ex alia parte infinita multitudine est innumerabilis multitudine: Ergo multitudine infinita in actu est multitudine numerabilis, & innumerabilis. Simplificiter. Vnde concludit S. Thomas, quod *Philosophi, qui posuerunt infinitū esse in actu, propriam vocem ignoraverūt.* Et rationem assignat in 1. ad Anib. vbi supra; quia eorum positio fibinet repugnat.

20 Per quæ cessant instantiae adductæ n. 14. & 13. quæ ibi assumuntur (quod numerus quantitatius non sit vera species quantitatis, & quod in Angelis sit numerus vt pertinet ad Mathematicas) satis confutata sunt lib. 2. Logicæ q. 16. Nunc quāvis gratis daremus, quod numerus non est ens perse, & quod numeratio intellectus facit species numero rum, ratio S. Thom. suam vim habet, quia unitates rerum, quæ numerantur, in rebus dantur: quia non distinguuntur ab entitate individuali rerum. Inquirimus ergo, vtrū sint numerabiles istae unitates, vel non? Si numerari possunt, ergo non sunt infinitæ. Quod numerari possint, patet;

patet; quia acta sunt in rerum natura ad inuicem distinctæ. Vnde in terminis implicat species multitudinis conditincta à speciebus numerorum, & actu infinita. Et oppositū nec leuiter indicatur<sup>s</sup>. Metaphysicæ, ut legenti S. Thomi lect. 15. erit manifestum.

## s. III.

*Explicatur alia ratio S. Thomæ.*

21 **V**ltima ratio S. Th. his verbis proponitur ab ipso 1.p. q.7. art. 4. omnis multitudo in rerū natura existens est creata: & omne creatum sub aliquacerta intentione creatis comprehenditur: nō enim in vanum agens aliquod operatur. Vnde necesse est, quod sub certo numero omnia creata comprehendātur. Impossibile est ergo esse multitudinem infinitam in actu etiā per accidens.

22 Dices cum Durando n. 13. sufficiere, quod quælibet res certa intentione comprehendetur: quia multitudo nō est aliud præter ipsas res, quæ multæ dicuntur. Deinde, data infinita multitudine, cognoscetur à Deo, cuius scientiæ nō est numerus: ergo & omnes simul, & nō solum singulæ à Deo certitudinaliter intendi possunt.

Respondet Caietanus s. Ad secundum vers. totam multitudinem existentium in actu posse accipi ut unum creatum; quoniam tota est universum quod est unum à Deo intentionum.

23 Instat tamen Vazquez n. 15.

quoniam tota rerū universitas non potest habere rationem unius rei creatæ; siquidem non una, sed pluribus productionibus, singularū rerum producitur. Secundo, in universo solum eū unitas ordinis, qui tantum in multitudine finita reperi potest. Tertio cum Deus agat per intellectum omnia comprehendēdantem, & voluntatem intendentem, & decernentem quid facturus est, non est vnde probetur quod in vanum operaretur. ¶ Et addunt alii quod hinc esset ostensio suæ bonitatis, & aliorum attributorū. Potest enim Deus, inquit Arriaga n. 34. ad ostendendam suam potentiam velle infinitum producere. Nec video cur magis Angeli finiti possint habere finem certum, ob quē creētur, quam infiniti.

24 Enasiones illæ non penetrant subtilitatem rationis Angelici Doctoris, illa enim perspecta, facile enanciant. Egregie eius vim declarat Ferrara hic q. 2. supponendo ex dictis lib. 2. quod duplex est finis: alter operationis; alter rei operatæ; sicut finis domificationis est domus; finis vero domus est in habitatio ad vitam congrue transigendā. Agens debet habere intentionem faciendo aliquid certum, & determinatum; sicut qui intendit facere domum, intendit quod sit talis figuræ, & tot camerarum, seu habitationum. Et hoc verificatur in Deo, qui agit intendens finem rei operatæ, qui ipsius rei est finis intrinsecus. Cum ergo creans non possit in vacuū operari, oportet ut certū, & determinatum aliquid intendat: ergo intendere debet

bet certā, & determinatam multitudinē: multitudo autē infinita est indeterminata: ergo nō potest multitudo in actu existens esse infinita. Et sic patet (inquit Ferrara hanc S. Thom. rationem, quae superficialiter intellecta, videtur parum efficax; si bene intelligatur, efficacissimam esse.

25 Secūdo possumus eius viam de clarare, supponendo ex D. Thom. 1.p.q.15.art.1. quod necessitas ponendi ideas in mēte diuina est, quia in agentibus per intellectum p̄æ-exiit forma effectus in mente agētis, cui intendit assimilare effectū: *Et quia mundus non est casu factus, necesse est, quod in mente divina sit forma ad similitudinem cuius mundus est factus.* Et in hoc consistit ratio ideae. Artifex autē non solum debet habere ideam singularum partium; sed multo magis ideam totius operis ut partes ideæ ordinentur inter se, & ad totum opus: & ut totius operis forma, & paleritudo intendatur.

26 Ex quo sic arguitur: implicat contradictionem, quod Deus faciat ad extra multitudinem, cuius ideam, & formam intellectualē nō habeat. Quod patet: nam sicut agē naturale non potest formam naturalem intendere, nisi eius similitudinem in virtute habeat; ita nec agens intellectuale, nisi ideam, & formam intelligibilem p̄æconcipiat; sed implicat contradictionem multitudinis infinitæ in actu, esse ideam, & formam intellectualē; quia forma intellectualis non est rei, quæ terminum, speciem, & ultimum non habet, nec habere po-

test saltem ordinis unitatem: quia si ordinari posset, posset finiri, & numerari: ergo implicat fieri infinitum in actu ab agente intellectuali.

Ne aliquis suspicetur ex me hanc rationē emanasle, subijcio ipsius D. Thom. verba, ex quibus illam didici, in *Quodlib.* 12. art. 2. ita ait; si consideretur modus quo Deus agit, nō est possibile (fieri aliquid infinitum in actu, vt ex contextu patet) Deus enim agit per intellectū, & per verbum, quod est formatum omnī: vnde oportet, quod omnia, quæ agit sint formata: infinitum autem accipitur sicut materia sine forma: nam infinitum se tenet ex parte materiae. Si ergo Deus hoc ageret, sequeretur, quod opus Dei esset aliquod informe: & hoc repugnat ei per quod agit, & modo agēdi, quia per verbum suum omnia agit, quo omnia formantur. Hactenus S. Thomas.

27 In hoc ergo consistit contradic̄tio, quod multitudinis factibilis à Deo debet Deus habere formam, & ordinem: alioquin nec illius haberet ideam; nec ex parte effectus aliquid formatum, & determinatum intenderet: ex alia parte ordo determinatus repugnat multitudini infinitæ: ergo repugnat infinitum in actu. Instaurant laborant in æquiuoco; & ideo facile corrunt, quia non procedunt de fine effectus, nec de forma ordinis, cuius Deus etiam ideam debet habere: alioquin opus à Deo formatum esset informe: quod implicat contradictionem.

Confir-

**28** Confirmatur, quia Deus non tantum haberet ideam rerum quoad substantiam, sed etiam quoad ordinem, & modum: sicut artifex creatus, qui non producit materiam dominus, ut illam faciat, debet habere ideam ordinis, & dispositionis; omnis autem ordo creatus ex Dei idea dimanat: sed implicat quod multitudo infinita ordinetur: ergo implicat, quod multitudo infinita ideatur ergo implicat quod multitudo infinita in actu producatur.

s. V.

*Soluuntur argumenta.*

**29** *Vamus melior in hac parte* Argumentorum solutio, sit implicationum explicatio; tamen nonnullas instantias, ad maiorem confirmationem doctrinæ, oportet soluere. Primo arguitur auctoritate S. Thomi, qui Opusc. 27. in fine ait, *Quod adhuc non est demonstratum, quod Deus non possit facere, ut sint infinita alia: sine manifesta autem probacione non est hoc denegandum diuinæ potentiae.* Et in q. 2. de Verit. art. 10. eandem pertractans difficultatem, indecisam videtur relinquere re: ergo ex mente S. Thomi, non repugnat infinitum in actu de potentia absoluta. ¶ Respondetur hanc secundam auctoritatem parum probare; quia ibi questionem indecisam relinquere, non fuit quia de response dubitaret; sed quia non erat ibi locus opportunus de hac questione disputandi. *Quod euidenter fieri articulū legenti;* ibi enim

concludit dicens: *Vix autem esse actu repugnet infinito secundum rationem suam, vel non?* Quia incidenter hic motu est, discontinguum alias, relinquatur ad præsens.

**30** In Opusculo autem solum docet, vel quod ibi non erat haec veritas demonstranda; sed alibi: vel quod certius est mundū non fuisse ab aeterno, & quod ex parte potuerit esse; quam sit certa haec veritas de impossibilitate infiniti. Vel tandem, solum docere voluit, quod ita suam opinionem veram iudicat, quod aliq. nolit præjudicare: quia in re adeo occulta, impossibile est demonstrationes omnes homines concordantes adiuvenire. Nec in hac parte posse dubitari de mente S. Tho. ea quæ ex ipso adducta sunt, & unanimis discipulorū ipsius consensus, satis declarant.

**31** Instabis: nam in questionibus de potentia absoluta, eo ipso quod clare non constet de impossibilitate obiecti, & quod duæ contradictiones sequantur, inclinandum in favorem diuinæ omnipotentiae: ergo si fatetur S. Thomas adhuc non esse demonstratum hoc implicare, dicendum est hoc à Deo fieri posse. Asumptum probatur ex doctrina, non minus subtili, quam pia, sapientissimi M. Ioannis de Neapoli, qui q. 5. Variarum puncto 2. opinione secunda, ita ait: *Quia potentia Dei est incomprehensibilis, i.e. per omnia definiri non, nec in aliquo derogandū: negare autem Deum posse, quod potest, magis derogat potentia Dei, quam concedere eū posse, quod non potest; quia primū ponit aliquam impotentiam in Deo; secundum au-*

tem ponit in re possibili impossibilitatem; quia quicquid est possibile simpliciter, Deus potest, idcirco debet nos esse largissimi in concedendo Deum posse quacumque nisi manifeste implicem contraventionem. Hæc ille.

Respondetur concedendo assūptum; & eius probationem, neā admittimus; sed quantum potius comendamus, & optimus melioris commendari pro similibus quæ si onibus. Ceterum S. Thomas in hoc pūcto nō semel allearuit, quod Philosophi ponentes infinitum in actu propriam vocem ignorauerunt, & quod eorum positio si met reprobatur; & quod eis posse facere equum ratiōnalem; & alia huiusmodi: quoniam clariss pro repugnantia de potentia absoluta, quam cum Dico Thoma docet M. Ioannes de Neapolit.

32 Nec approbo, quod contendit Fasolus, quod in questionibus de potentia absoluta non possint Authores opinatiæ, vel problema tice procedere: nam in hoc puncto vtramque opinionem probabilem censem. Gabrielib. 2. dñi. 1. q. 3. & Coninib. hic. q. 2. ar. 1. & psalmi in Physica, & Theologia occurruunt questiones, in quibus nec alteres, nec negantes, hucusque demonstراتiones convincentes protulerunt: vt patet in illa questione, vtrū materia possit esse sine forma? Vtrum idem effectus possit esse à duplice causa? Vtrum idem corpus possit esse in duplice loco? & sexcentis alijs, quia omnes Catholicis supponētes Dei omnipotentissimam virtutem; de illa non disputant; sed de

repugnantia, vel possibilitate obiecti: quia vt ait ad intentum S. Tho. Quodlib. 9. arr. 1. Cum dicatur Deum non posse aliquid facere, hoc non est properter affectum diuinæ potentiae; sed properter incompossibilitatem, qua importatur infatatio. Quæ incompossibilitas quandoque est manifesta, quādoque occulta; & ideo opinionibus patens: unde notauit P. Rubio de Loco. q. 6. non esse necessarium evidenter ostendere repugnantiam, vt opinetur aliquid non esse factibile: nam si id foret necessarium, non posset in controvèrsiā vocari; an hoc, vel illud sit a Deo factibile? Sed pateret ita tim, quod esset, vel non esset.

33 Secundo arguitur cum Recētioribus: de facto sunt simul possibiles omnes partes quantitatis; & infinitæ vnitates Angelorum, & hominum, vt supponimus; quia creaturæ possibiles sunt infinitæ: ergo saltem in statu possibilitatis possunt simul coniungi infinita: ergo potest dari multitudo infinita in actu. Probatur consequentia: quia ea quæ sunt possibilia habent non repugnantiam, vt diuina virtute fiant existentia.

Dices, isto arguento probari, esse multitudinem infinitam in potentia, possibile esse, siue in divisione continua, siue in additione multitudinis, vt expreſſe concedit S. Thom. 1. p. q. 7. art. 4. in corpore, & alijs locis relatis; non tamen inde inferri dari posse multitudinem infinitam in actu, de qua tolum est questione.

Sed cōtra primo: non est impossibile, vt id quod est in potentia re-

ducatur ad actum; hoc enim est esse possibile: ergo si numerus, Angelorum. v.g. est in infinitum multiplicabilis, non erit impossibile illum sumerum reduci ad actum.

Secundo: in statu possibilis coniunguntur simul infiniti Angeli: ergo infinitum in actu rerum existentium non repugnat præcisè ex eo quod implicet simultanea coniunctio infinitarum entitatum; quādoquidem hæc datur in possibilibus. Si autem ex hoc capite nō repugnat infinitum rerum existentium; ex nullo alio repugnare potest: neque enim existentia alicuius Angeli, vel hominis, quatenus ex se sit, opponitur contradictione cum existentia alterius, vt se patet.

34. Confirmatur primo: Angeli, qui de facto sunt possibles, ita sūt possibles, vt in statu possibilis nullus sit possibilis, ultra quem nō sit aliis possibilis sine termino: ergo Angeli possibles de facto sunt infiniti. Probatur consequentia, quia si Angeli existentes ita se habent de facto, essent infiniti in actu: ergo si id habent Angeli possibles, de facto in statu possibilis erunt infiniti in actu: ergo etiam de facto poterunt in actu dari infiniti.

Confirmatur secundo, quia de facto dantur simul existentes infinitæ negationes: ergo ex simultanea coniunctione infinitorum entium non potest deduci repugnantia infiniti rerum existentium. Antecedens est certum, quia de facto datur negatio omnium entitatum, quæ, cum sint possibles, non existunt: at istæ

sunt infinitæ; siquidem creaturæ possibiles sunt infinitæ: ergo dantur negationes actu infinitæ.

35. Respondetur, nedum argumentum, sed etiam eius replicas, in terminis sibi obiecisse S.Tho. & eis satisfecisse: ad argumentum quidē solutione data. Quæ adhuc explicari potest ex D.Thom. quæst. 2. de Veritate artic. 10. in principio, vbi ait; distinguitur infinitum per potentiam, & actum: & dicitur infinitum potentia, quod semper in successione consistit; vt in generatione corporum, &c in diuisione continuo, in quibus omnibus est potentia ad infinitum, semper uno post aliud accepto: actu autem infinitū, sicut si poneremus linearū terminis carentem. Et illud admittimus; & hoc dicimus repugnare in magnitudine, & in multitudine.

Ad primam replicam respondet S.Tho. illa q.7.art.4. ad 1. quod vñuquodque, quod est in potentia, reducitur in actum, secundum modū sui esse: dies enim non reducitur in actum, vt sit tota simul, sed successione: & similiter infinitum multitudinis non reducitur in actu, vt sit totum simul, sed successione: quia post quanilibet multitudinem potest sumi alia multitudo in infinitum.

36. Ad secundam replicam respōdet S.Thom. ibi ad tertium, quod licet quibusdam positis, alia ponit non sit eis oppositum; tamen infinita ponit oppositum cuilibet speciei multitudinis: vnde non est possibile esse aliquam multitudinem actu infinitam. In forma distinguendū erit antecedēs, in statu possibilis coniungūtur in

infiniti, ex parte causæ, & potentie  
Dei, à qua dicuntur possibiles; con-  
cedo: coniunguntur ex parte obie-  
cti; nego. Et ratio est, nam ut docet  
S. Anselmus de Casu Diaboli cap.  
12. & S. Thom. 1. p. quæst. 9. art. 2.  
Omnes creaturæ antequam essent, nō erat  
possibiles esse per aliquam potentiam crea-  
tam (nec actiuan, nec passiuam) cū  
nullum creatum sit aeternum; sed per so-  
lam potentiam diuinam, in quantum Deo  
poterat eas in esse producere.

37 Loquendo autem de non re-  
pugnantia obiectiva (quæ à quibus  
dam dicitur non repugnantia lo-  
gica, & nos appellamus esse reale  
metaphysicum, & quidditatum)  
non solum constat simul esse possi-  
bilia, quæ implicat contradictionem  
non ponit simul; ut lux, & tenebre;  
mensis iste, & sequens, & alia huiusmodi;  
quæ simul sunt possibilia,  
& implicat contradictionem con-  
iungi. Sed etiam est alterendum,  
quod si omnes quantitates possibi-  
les coniungantur cogitatione, &  
omnes Angeli possibiles obiectivè  
simul cogitentur facient infinitum  
in potentia, & non in actu. Et arbit-  
tror quod ita, obiectivè distincta  
cogitari, & simul coniungi, solum  
eis conuenit prout sunt in intelle-  
ctu diuino: nam realiter non ha-  
bent aliam simultatem; & ideo  
creaturæ possibiles sunt quidem ab  
solutè appellandæ infinitæ, ut vo-  
cantur à Diuo Thoma prima parte  
quæstione 14. articulo 12. non ta-  
men infinitæ in actu; sed in po-  
tentia: quia earum esse potentia-  
le, realiter simul coniungi, & poni,  
implicat.

38 Ad primam confirmationem  
concessio antecedenti; distinguen-  
dum est consequens: & conceden-  
dum de infinitis syncathegorema-  
ticè, idest, non tot quin plures; &  
negando de infinitis cathegorema-  
ticè, & in actu completo. Ad pro-  
bationem; vel eodem modo respó-  
deatur; vel dicatur, quod si om-  
nia possibilia essent actu, utraque  
pars contradictionis apertè seque-  
retur: nam in actu ponit non pos-  
sunt nisi in aliqua specie multitudi-  
nis; & aliquo ordine. & sic iam e-  
runt finita: ex alia parte possibilia  
sunt infinita sine termino; & ideo  
utrumque sequitur, quod infinitū  
finiretur: & esset infinitum, & fini-  
tum.

39 Ad secundam confirmationem,  
vel dicatur, quod negationes  
sunt infinitæ in potentia, & non in  
actu. Vel quod negatio nihil est; &  
ideo minus est curandum de eius mul-  
tiplicatione, quam de multitudine  
entitatum realium; de quibus est  
quæstio. Videatur in simili Iauell<sup>o</sup>  
in quæstione 10. ad tertium. Nec  
ex non ente ad ens potest argumen-  
tum validum desumi: quia nō po-  
test maior distantia imaginari, quā  
inter non esse, & esse; & ideo par-  
itas non tenet: cum in uno ente sint  
plures negationes entium.

40 Tertio solet obisci: Deus cog-  
noscit infinita, ut docent S. Augu-  
stinus 12. de Ciuitate Dei cap. 18.  
& communiter Theologi: ergo po-  
test facere infinita. Probatur con-  
sequentia. Primo, quia exceptis  
malis, quicquid Deus extra se cog-  
noscit, potest facere.

Secundo, quia eadem inconuenientia, quæ obiciuntur contra pos sibilitatem infiniti in actu, posunt retorqueri contra cognitionem in finiti: & cum cognitio infiniti Deo negari non possit, in illa posunt omnia nostra argumenta i stari.

Hoc argumentum (quia Theologicum) non potest hic latè pertractari. In primis vim non habet in sententia assertente Deum cognoscere infinita in potentia, & syncathethogramaticè; non vero infinita in actu, & cathethogramaticè. Ita Durandus in 1. dñi. 39. quæst. 2. Suarez tom. 2. in 3. p. disp. 26. sect. 3. & alij, quos citat, & sequitur Aversa 1. p. quæst. 14. sect. 8. & ex Thomistis Viguero, & Araujo 3. p. quæst. 10. & Malius hic sect. 2. quæsitione 4. ad 5.

Et quantum ad infinitam magnitudinem, haec solutio traditur à er rara 3. Physicorum quæsitione 6. ad secundum, dicente: sicut non valet, quocumque numero dato, potest dari maior, & sic in infinitum: ergo potest dari numerus actu infinitu: ita non valet: cognoscit Deus aliquam quantitatem, & maiorem illa posse dari; & illa aliam maiorem, & sic in infinitum: ergo cognoscit magnitudinem actu infinitam. Similia docet de mul titudine infinita à Deo cognita libro primo Contrag. cap. 69. 9. Considerandum postremo.

41 Sed quia Sanctus Thomas libro primo Contragent. cap. 69. ratione nona, ait: si intellectus diuinus non cognoscet infinita. etiam actu, seque retur, quod vel pluriū esset cognoscitius

intellectus humanus, quam diuinus; vel quod intellectus diuinus non cognoscet omnia actu, quorum est cognoscitius in potentia: quorum etiam que est impossibile. Et quæsitione fecunda de Veritate articulo nono, concludit: Unde concedo simpliciter, quod Deus cognoscit actu infinita absolute. Et similia indicat prima parte quæsitione 14. articulo 12. ad primum. Et tertia parte quæsitione 10. artic. 3. Ideo communis sententia Thomistarum, & aliorum plurium eisdem locis est concedere antecedens, etiam loquendo de infinito in actu. Quod latè confirmat Rubio hic quæsitione secunda. Et hoc concessio, neganda est consequentia. Ad priam probationem, bene respondet Ferrara negando antecedens: quia Deus actu simul cognoscit contradictoria non tanq; ea potest simul producere; eo quod producibilia non sint.

42 Ad secundam probationem Nazarius prima parte quæst. 14. artic. 12. controverbia vi ica, & alij distinguunt interhas propositiones: Deus actu cognoscit multitudinem infinitam: & ifian: Deus cognoscit multitudinem infinitam actu: & cœunt priam esse veram; quia in illa denotatur, quod in Deo omnia sunt simul, representatio speciei, cognitionis, & aeternitas, in qua emissa sunt praesentia; in secunda vero denotatur, quod obiectivus, & in re sit infinita magnitudo, vel multitudo infinita in actu existens: quod implicat.

43 Et videtur hoc omnino ad mentem S. Tho. qui illo art. 12. ad 3. loquendo obiectivus, & ex parte ei cogni-

cognitæ, non concessit absolute Deum cognoscere infinita; sed sub conditione, si infinita multitudo, vel magnitudo esset possibilis, à Deo cognoscetur. Et ipse S. Tho.  
1. Contrag. cap. 69. in fine ait: *Quæcum ad questionem de cognitione singularium pertinet, responderi posset per interpositionem majoris: non enim singularia sunt infinita: si tamen essent, nihilominus Deus ea cognoscet.* Si ergo Deus cognoscet infinitum esse in actu fatemur eadem inconuenientia sequi, quæ nos obiecimus si tamen in se solu sit infinitum in potentia; & in Deo sit actu; nullum est inconueniens: quia *alius est modus intellectus in intelligendo, & rei in essendo;* de quo S. Tho.  
1. part. quest. 14. art. 6. ad 1. & alibi saxe.

44 Quarto est vulgare argumentum: nam in qualibet hora sunt infinita instantia, vt dicetur libr. 6. sed in qualibet instanti Deus potest producere unum hominem, vel Angelum, quia Deus non indiget tempore ad operandum: ergo in fine horæ erunt infiniti homines, vel Angeli in actu. Probatur consequētia; quia in fine horæ præcesserunt infinita instantia: ergo si cuilibet correspondet unus Angelus, vel unus homo, in fine erunt actu infiniti.

Respondetur cum Caietano illa quest. 7. art. 4. in fine, & cum Ferrara hic quest. 7. ad 2. & cum communis, quod Deus in qualibet instanti diuinam potest producere unum individuum, vel plura; quia assignato unoquoque instanti perse, Deus potest in illo quicquid vo-

luerit producere: non tamen potest in omnibus coniunctim, nō propter defectum virtutis diuinæ; sed quia repugnat ex parte facti: sicut enim repugnat magnitudinem diuidi in omnem suam partem; ita & instantia alicuius successiui numerari; vel quod in omnibus collective unum individuum producatur. Nec hoc est sola distinctione ex modo significandi; sed est diuersitas iam explicata infiniti in potentia, & in actu. Vnde ait Caietanus quod potest Deus in singulis diuisim; sed non in omnibus collectiue; quia nec simul, nec successiue potest producere infinita actu existentia.

45 Ultimo arguitur: vt docet S. Thomas Opusculo 27. & 1. part. quest. 46. art. 2. & nos ostendemus libr. 8. mundus potuit esse ab æterno: ergo potest dari infinita multitudo in actu. Probatur consequētia; quia dato mundo ab æterno, iam præcesserunt infiniti dies: sed in qualibet die produci potuit unus Angelus, vel unus homo: ergo iam essent infiniti Angeli, vel infinitæ animæ in actu.

Respondet Masius lib. 8. cap. 2. q. 12. ad vlt. coacessio antecedenti, negando consequētiam. Ad probationem negat maiorē, quia dies non fuerunt infiniti; alias non fuissent transacti: eo quod infinitum per transiri non potest, vt docet Philosophus, hic text. 56. & hæc videtur solutio Sancti Thomæ illa questione. 46. artic. secundo ad sextum.

46 Hanc tamen euasionem recte impugnat Ferrara lib. 1. Contrag. cap. 81. §. Ad secundum dubium, quia data æternitate mundi, & generatione hominū ab æterno; licet descendendo possit signari ultima anima producta; ascendendo numquā poterit perueniri ad primā: & hoc sufficit ut verificetur esse actu infinitas animas: quia illæ, quæ in illo euentu sunt, terminis non clauduntur. Nec S. Thomas hoc negavit; sed solum asseruit, ut notat M. Soto hic quæst. 4. ad 5. quod in illo euentu nō fuissent infiniti dies sigillatim numerati inter duo extrema; quia posita æternitate, non est unde sumatur principium numerandi: & ut ait S. Tho. *Transitus semper intelligitur a termino in terminum: videtur in 2. dist. 1. q. 1. art. 5. ad 17.*

47 Aliter respödēt prædicti Ma-

gistri, quod licet mundus potuerit esse ab æterno; non tamen potuit qualibet die creari una anima, & conseruari: quia est repugnatiā ex parte obiecti, ut inquit Scotus in 2. dist. i. q. 3. ob idque ea ratione, qua Deus in una die, vel uno instanti, non potest producere infinita; non potest illa producere in infinitis diebus præteritis.

48 Quia tamen animæ natura sua sunt immortales; & non est causa exigens annihilationem aliarum, istarum productio; ideo melior est secunda solutio Ferrariensis, quod mundus potuerit esse ab æterno quo ad res alias permanentes; non tamē quoad hominum generationē. Et ita respondet S. Tho. vbi supra ad 8. & Opusc. 27. & in 2. dist. 2. q. 1. artic. 5. ad 6. & examinabitur infra libro ultimo. q. 2.

## LIBER QVARTVS PHYSICORVM ARISTOTELIS.

**C**Vm egisset Phylosophus de motu, qui est actus mobilis, intendit nunc de utriusque mensura tractare, nēpe, de loco in primis quinque capitibus, & eius occasione in alijs quatuor capitibus tractat, an sit vacuum? Et in quinque subsequentibus disputat de tempore: & sic sunt huius libri capita quatuordecim.

*Summa capitinis primi.*

**P**Ræmittit quod ad Physicū pertinet determinare de loco: primo, quia omnes cōmuniter opinantur, omnia quæ sūt, in aliquo loco esse. Secundo, quia ad Naturalem pertinet considerare de motu: sed loci mutatio est, notus maxime cōmunis. Igitur Naturalis debet considerare de loco. Quia multæ dubitationes sunt de loco, non bene solutæ ab antiquis.

In

3 In secunda parte inquirit Philosophus an sit locus? Et pars affirmativa probatur, primo ex ipsa transmutatione corporum, que ex perimur moueri secundum locum; ac per consequens oportet esse aliquid, ubi sibi corpora succedant, quod sit terminus motus localis a quo, & ad quem. Secundo probatur ex motu grauium, & leuium: videmus enim, quod unumquodque horum fertur in suum proprium locum, quando non impeditur: graue quidem deorsum; leue autem sursum. Ex quo patet, quod locus habet quandam virtutem conseruandi locata: & propter hoc locatum redit in suum locum desiderio sua conseruationis. ¶ Tertio, idem constat ex antiquorum opinionibus: illi enim, qui affirman<sup>t</sup> vacuum esse, necesse est, quod dicant esse locum: cum vacuum nihil aliud sit, quam locus priuatus corpore. Idem tenent qui dixerunt a principio factum esse chaos quasi receptaculum corporum.

4 Ex alia parte videtur, quod locus non sit. Primo, nam si locus est aliquid, oportet, quod sit corpus, quia locus habet tres dimensiones: sed impossibile est locum esse corpus; quia cum locus, & locatum sint simul, sequeretur duo corpora esse simul: quod est inconveniens.

Secundo, omne quod est, aliquo modo est causa respectu alicuius: sed locus non potest esse causa secundum aliquem quatuor modorum, ut inductione patet: videtur igitur, quod locus nihil sit. ¶ Dein arguit Zeno: omne, quod est,

est in loco: si igitur locus est aliquid, sequitur quod sit in loco; & ille locus in alio loco: & sic in infinitum: quod est impossibile. Demum, quia cum locatum crescit, oportet, quod crescat, & locum: sed hoc videtur impossibile, cum locum sit quoddam immobile: non ergo locus aliquid est.

### Summa capituli secundi.

5 Inquit in hoc capite, quid sit locus? Et primo videtur, quod locus sit forma: nam id quod primo, & perse continet unumquodque, est perse locus eius: huiusmodi autem est terminus ad quem res terminatur: sequitur ergo, quod locus propriè, & perse sit terminus eius. Forma autem est terminus uniuscuiusque: ergo videtur quod locus sit forma. ¶ Secundo arguit ex Platone ad probandum, quod locus sit materia: eodem quod locus videtur esse spatium, quod est inter terminos rei continet, receptuum locati: unde cum materia sit receptuum formarum, sequitur quod materia sit locus:

6 Per oppositum, quod locus non sit, nec materia, nec forma, probatur primo: quia forma, & materia non separantur a re cuius sunt: sed locum contingit separari, quia in loco in quo erat aer, postea est aqua; & etiam alia corpora ad iunctum mutantur loco: ergo non est pars rei, ut materia, vel forma. ¶ Secundo, omne quod dicitur esse aliquid, distinguitur ab eo in quo est: unde cum aliquid dicitur esse in loco, sequitur, quod locus sit extra

locatum. Materia autem, & forma non sunt extra rem: ergo nec materia, nec forma est locus. Nec conuenienter poterit assignari quomodo aliquid mouetur secundum locum; si materia, & forma sint loci: nam sequitur, quod locus erit in loco: quia omne, quod transmutatur secundum locum, est in loco.

*Summa capituli tertij.*

**7** A determinandam veritatem de loco, tria præmittit Philosopher in hoc capite. Primo, quod octo modis aliquid in aliquo dicitur esse. Primo, sicut digitus dicitur esse in manu, & pars in suo rotulo. Secundo, prout totum dicitur esse in partibus. Tertio, prout species est in suo genere. Quarto, sicut genus dicitur esse in speciebus. Quinto, sicut forma in materia, vel subiecto; siue sit accidentalis, siue substantialis. Sexto, sicut omne quod mouetur est in primo motore; & est in me, quod est in mea potestate, ut faciam illud. Septimo, dicitur aliquid esse in aliquo, sicut in diligibili, & fine; & sic dicitur esse cor in re desiderata, & amata. Octauo dicitur aliquid esse in aliquo, sicut in vase; & sicut locatum in loco. Ad quod reducitur modus quo aliquid est in tempore, quod est mensura motus.

**8** Deinde inquirit, vtrum aliquid possit esse in seipso? Respondeat, quod dupliciter potest intelligi aliquid esse in seipso: uno modo primo, & perse: alio modo secundum

alterum, id est, secundum partens & isto secundo modo potest dici aliquid esse in seipso: cum enim alcuius totius, duæ partes ita se habeant, quod una sit in quo est aliquid, & alia sit, quod est in illa; sequitur quod totum dicatur, & in quo est, ratione unius partis; & quod est in hoc ratione alterius: & sic totum dicetur esse in seipso.

At vero primo modo nihil est in seipso primo, & perse: alioquin idem secundum idem erit quod est in alio, & id in quo est, & erit continens, & contentum. Nec est idem primo in seipso, etiam secundum accidens, hoc est, non est in eo propter aliquid aliud in eo existens: nam sequeretur, quod sit in seipso propter hoc, quod aliquid aliud sit in ipso: & sic sequitur, quod duo corpora sint in eodem, scilicet, illud corpus, quod est in eo, & ipsum met, quod est in seipso.

**9** In terria parte soluit Philosopher quasdam dubitationes. Et primo soluit rationem Zenonis, quia nil prohibet dicere, quod locus est in aliquo; non tamen est in illo sicut in loco, sed per quendam alium modum, sicut accidens in subiecto: unde non procedetur in infinitum.

Secundo soluit dubium motum, vtrum locus sit forma, & materia? Et respondet negatiuè ex dictis: oportet enim primo, & perse alterum esse, quod est in aliquo, & in quo est aliquid: unde sequitur, quod nec forma, nec materia sit locus, sed aliquid alterum à locato.

*caro sit locus: materia enim, & forma sunt aliquid locati, sicut partes intrinsecae eius.*

## Summa capitinis quarti.

10 **A**ccedit ad determinandū iā quid sit locus? Ad quod p̄mittit quasi quasdam suppositio-nes, seu principia perte nota circa loci affectiones, quae sunt quatuor. Prima, quod locus contineat id cuius est locus. Secunda, quod est æqualis locato, non maior, nec minor. Tertia, quod locus non deficiat vnicuique locato: nam quando locus vnum deficit alicui locato, tunc locatum sit in alio loco. Quarta, quod in omni loco inueniatur quædam differentia loci sufficiunt, & deorsum: & quod natura-liter vnumquodque corpus, cum est extra proprium locum, fertur ad ipsum; & cum est in eo manet in ipso.

11 Rursus p̄mittit, quod nunquam fuisse inquisitum de loco, nisi esset aliquis motus secundum locum. Et quod id in quo est aliquid primo, videtur esse extrellum corporis continentis. Et possunt esse continens, & contentum æqualia, quia ultima contingētū se, sunt simul: vnde oportet eorum ultima esse æqualia.

12 His p̄missis, inuestigat genus loci: nam secundum ea, quæ consueuerunt de loco dici, oportet, quod locus sit vnum de quatuor, scilicet, vel materia, vel forma, vel aliquod spatiū inter extrema continentis; vel oportebit.

dicere, quod extrema corporis cōtinentis sit locus. In primis locus non est materia, & forma, quia illæ sunt partes rei, & forma eu terminus eius cuius est forma; locas autem est terminus corporis cōtentis ipsum: & licet sint si nul termini continentis, & contenti; non tamen sunt idem.

Quod spatium non sit locus, probatur primo: nam si posset esse aliquod spatium medium, p̄ter dimensiones corporis cōtentis, quod semper maneret in eodem loco, tequeretur hoc inconueniens, quod infinita loca simul essent: quia erunt infinitæ dimensiones le inuicem penetrantes. Si igitur dimensiones corporis continentis penetrantes locatum, sit locus, sequitur, quod sint infinita loca simul: quod est impossibile. Deinde sequitur, quod locus transmutetur; & cum moueatur ad locum; locus erit in loco. Relinquitur ergo, quod locus sit ultimum ex quatuor nominatis, scilicet, quod sit terminus corporis continentis.

13 In tertia parte inuestigat differentiā loci, scilicet, quod sit immobilis. Quod sic explicatur: nam sicut res potest dici locus trāmutabilis; ita locus potest dici vas immobile. Est igitur accipere locum nauis in aqua fluente; non secundum hanc aquam, quæ fluit; sed secundum ordinem, vel situm, quem habet hæc aqua fluvius ad totum fluum: qui quidem ordo, vel situs; idē remanet in aqua succedente.

**14** Concludit ex præmissis definitionem integrum loci: videlicet, *Terminus continentis immobilis, primus, locus est.* Et propterea quod locus est terminus, dicitur esse quædam supericies & sicut quoddam vas continens; non autem sicut spatium vas continentis: & propter hoc simul est locus, & locatum, quia æquatur secundum extrema.

### Summa capituli quinti.

**15** **D**icitur in hoc capite. Primo ostendit, qualiter aliquid sit in loco? Secundo ex data definitione soluit dubitationes positas de loco. ¶ Circa primum, quædam sunt in loco secundum partes; quædam secundum totum. Quædam sunt in loco secundum actum; quædam secundum potentiam. Quædam sunt in loco per se, quædam per accidens. Per se sunt in loco, quæ mouetur secundum locum; siue secundum totum, siue secundum partes; ut cælum, & uniuersum. Per accidens autem sunt in loco, ut anima, & cælum, id est, ultima sphæra: quia oportet dicere, quod omnes partes unius in aliquo modo sint in loco; ultima quidem sphæra per accidens; alia vero corpora per se, in quantum ab exteriori corpore continentur.

**16** Circa secundum soluit dubitationes. Et in primis, quod aucto corpore, augeatur locus, solum sequetur, si locus esset spatium; non autem si sit terminus continentis; quia in ista sententia omnia consonant: nec oportet dicere duo corpora esse in eodem loco; nec quod loco-

sit in loco; quia est in corpore continente sicut terminus in aliqua re finita.

Ex prædicta definitione assig-nat rationem proprietatum loci. Et primo quantu ad hoc, quod corpus naturaliter fertur ad proprium locum: proximitas enim naturæ, quæ est inter corpus continens, & contentum, est causa quare corpus naturaliter mouetur ad suum locum: quia oportet, quod gradus naturalium locorum, respondeat gradui naturalium locatorum. ¶ Secundo patet, cur corp' naturaliter quiescit in suo loco; quia corpus locum se habet ad corpus continens, sicut quædam pars ad totum, diuisa tamen. Sicut igitur pars naturaliter quiescit in toto; ita & naturaliter corpus quiescit in suo loco naturali.

### Summa capituli sexti.

**17** **I**ncipit determinare devacuo; sicut enim ad Phylosophum naturalem pertinet determinare de loco, ita, & de vacuo, quia persimiles rationes aliqui crediderunt, & discrediderunt esse locum, & vacuum.

Aliqui ad demonstrandum vacuum non esse, ostendebant quod aer sit aliquid & ita, cum vacuum sit, in quo nil est, sequetur, quod plenum aere non sit vacuum. Quod autem aer sit aliquid demonstrabant experientia: in clepsydris, id est, in vasibus furantibus aquam, in quibus cum attractione aeris attrahitur aqua, vel etiam impeditur introitum aquæ,

**A**qua, nisi exeat aer. ¶ Quæ ratio erat ineficax, quia ad deitruendā positionē vacui, non sufficit ostendere, quod aer sit aliquid: sed oportet ostendere, quod non sit aliquid corpus, vel aliquid spatiū sine corpore sensibili; secundum quod duplicitate aliqui ponebant esse vacuum, uno modo sicut separatum à corporibus, ut si diceremus spatiū, quod est infra extremitates alicaius domus esse vacuum; alio modo sicut actu existens inter corpora, quod distinguit corpora ab inuicem, ut dixerunt Democritus, & Leucippus.

18 Deinde subiungit rationes ponentium esse vacuum. Prima, motus secundum locū non esset, si vacuum non esset: quia locus plenus vno corpore non potest recipere aliud; alioquin duo corpora essent in eodem loco: sed motus est: ergo vacuum est. ¶ Secundo: eorum quæ inspissantur, partes se inuicem compriauunt: ergo densato corpore partes subintrant in quasdam vacuitates. ¶ Tertio, duo corpora non possint esse in eodem loco: ergo oportet esse alias vacuitates in corpore augmentato: & sic necesse est esse vacuum ad hoc, quod recipiat alimentum. ¶ Quarta ratio sumitur ex vase pleno cinere, quod tantum recipit de aqua, quantū si esset vacuum: quod non esset, nisi essent aliqua vacuitates inter partes cineris.

### Summa capituli septimi.

19 **D**uo præstat in hoc capite: primo proponit communes

opiniones de vacuo: secundo instatrationes supra factas. Secundū opinionem hominum videtur Vacuum nihil aliud significare, quam locum in quo nihil sit; quia proprie vacuu dicitur esse, in quo non est aliquid corpus, quia soli corpori conuenit quod sit in loco: & vacuum nihil aliud potest significare, quam locū absque locato. Vacuum secundum usum Platonicorum dicitur esse, in quo non est hoc aliquid, nec aliqua substantia corporea. Secundū vero propriam sententiam, *Vacuum est locus priuans corpore.*

20 Instat deinde rationes capitis sexti, ostendens non ex necessitate concludere. Non prima: tunc quia nil prohibet, id quod est plenum alterari: tunc quia potest motus localis esse per hoc quod corpora subintrent se inuicem, permodum inspissationis: & sic aliquid in plenum mouetur, & non in vacuum; sicut si proieciantur lapis in aliquam magnam latitudinem aquæ.

Nec secunda cōcludit; quia posset dici, quod erant aliqua foramina plena aliquo corpore subtili, quod facta condensatione elabitur. Nec tertia, quia augmentum fieri potest alteratione: & quia alimentum convertitur in substantiam eius; sicut ligna apposita igni convertuntur in ignem. ¶ Ultima, si probaret, cōcluderet, quod totum esset vacuum; si vas plenum cinere recipit tantum de aqua. Non est igitur hoc propter vacuitatem: sed propter commixtionem in aqua: aqua enim cōmixta cineri condensatur; & aliqua pars eius exalat; & iterum partes cine-

cineris magis inspissantur humefactione: cuius est signum, quia non potest extrahit tantum de aqua, quantum prius fuit.

*Summa capitinis octauis.*

21 Probat vacuum non esse dupli via; prima ex parte motus; secunda ex parte velocitatis; & tarditatis in motu. Ex parte motu arguit primo, quia natura unius cuiusque corporis, est causa motus localis, & non vacuum. Secundo, si ponatur vacuum esse, non potest assignari causa motus naturalis, & quietis naturalis: quia vacuum non habet aliquam naturam propter quam possit conuenire, aut discounenire a corpore naturali. Tertio, si est vacuum, non est motus; quia non erit assignare quare magis moveatur ad unam partem, quam ad aliam; quia vacuum, in quantum huiusmodi, non habet differentias in suis partibus: non enim entis sunt differentiae. Et ideo nullus motus erit violentus. Nec projecta moveri possunt in absentia projecti. Nec erit ratio quare magis quietat in una parte vacui, quam in alia.

22 Probat deinde non dari vacuum ex parte velocitatis: nam unum, & idem corpus graue propter duas causas velocius fertur; aut propter differentiam medij, per quod fertur; aut propter differentiam ipsius mobilis, quia est grauius, vel leuius ceteris paribus. Ex differentia medij sic arguit. Proportio motus ad motum in velocitate est, sicut pro-

portio medij ad medium in subtillitate: sed spatij vacui ad spatum plenum nulla est proportio: ergo motus per vacuum non habet proportionem ad motum, qui fit per plenum: ergo si aliquod corpus fertur per quocumque subtilissimum in tanto spatio, talique tempore; motus qui est per vacuum, transcendet omnem proportionem data. Quæ ratio efficax est ad homines; licet absolute non sit demonstrativa. Videatur S. Th. lect. 1.2. litt. g.

Idem constat ex differentia mobilis; quia in vacuo non est assignare aliquam causam propter quā unum corporalio velocius feratur: vacuum enim diuidi non potest citius, vel tardius: unde sequetur quod omnia æquale velocitate movebuntur per vacuum: quod manifeste apparet impossibile: patet igitur ex velocitate motus, quod vacuum non est.

*Summa capitinis noni.*

23 **D**icitur in hoc capite. Primo probat non esse vacuum absque consideratione motus, ex parte ipsius vacui. Secundo ostendit non esse vacuum corporibus inditum. Primum ostendit, quia vacuum sonat aliquid inane, & quod non est; & inaniter absque ratione, & veritate dictum est, quod vacuum sit: quia si aliquis ponat in aqua ali quod corpus cubum, quod habet sex superficies quadratas, oportet, quod tanta qualitas aquæ recedat à loco suo, quanta est quantitas cubi: & sicut est de aqua, ita est de ae-

re; licet non sit ita manifestum; eo quod aqua est magis sensibilis quā aer: & eadem est in similibus ratio: ergo vacuum non datur. Deinde si ponatur vacuum, vel locus erit quoddam spatiū separatum; vel non erit necessarium corpora esse in loco. Denique, quia numquam apparet vacuum infra mundū; aer enim est aliquid; licet visu non percipiatur, quia tactu percipitur calidus, vel frigidus.

24 In secunda parte probat non esse vacuum corporibus inditum: quia dupliceiter potest illud ponī: uno modo quod in quolibet corpore sint multa, quasi foramina vacua, quae sunt separata secundum situm ab alijs partibus plenis, sicut videre est in spongea, vel in pumice, vel in aliquo alio humano: alio modo ut vacuum non sit separatum secundum situm ab alijs partibus corporis; vt si dicamus quod dimensiones, quas dicebant esse vacuum, subintēt omnes partes corporis. Primo modo, vacuum iam est improbatum, quia illud vacuū caret omni corpore.

Quod nec secundo modo vacuū possit poni, probatur primo; quia vacuum non erit causa omnis motus focalis, vt ipsi intendebant; sed solus motus, qui est sursum; quia rarum inuenitur esse leue, vt patet in igne. leue autem est quod mouetur sursum: & secundum eos vacuum est causa raritatis. Deinde iuxta hoc, vacuum moueretur: & esset aliquis locus vacui. Nec erit assignare quare gratia deorsum ferantur. Et si corpus sit om-

nino vacuum, velocissime feretur; quod est impossibile.

25 Rationi antiquorum dicentium, quod rarefactio, & cōdensatio fiat per vacuum, respondet, quod eadē numero est materia contrariorum; magnum autem, & parvum sunt cōtraria circa quantitatem: ergo eadem numero est materia magni, & parvi: sicut etiā aliquid sit magis calidum; non propter hoc, quod aliqua pars materiæ fiat calida, quæ prius non erat calida, cum esset minus calidum; sed quia tota materia reducitur in actu magis, vel minus calidi. Similiter ergo rārum, & densum non fit per additionem partiū subintrantium; sed per hoc quod una est materia rari, & densi: unde rarum, & densum diuersificant qualitates, & non quantitates.

### Summa capituli decimi.

26 A isto capite incipit tractare de tempore: & primo disputando, an sit? Et quid sit? Videtur ergo quod tempus non sit: quia cōponitur ex his quæ non sunt: præteritum enim iam non est; & futurū non dum est: ergo impossibile est tempus aliquid esse. Secundo: cuiuslibet diuinibilis existens, necesse est, dum est, aliquam partem, vel partes esse: sed temporis non existit nunc, quod non est pars, sed indiuisibile: tempus igitur non est aliquid.

27 In secunda parte inquirit, vt sit idem nunc in toto tempore? Et pars affirmativa probatur: quia inter quælibet duo nunc sunt infinita nunc;

nunc; non enim poslunt esse imme-  
diata, sicut nec duo puncta, ut libr.  
6. dicetur. Si ergo prius nunc cor-  
rumpatur in aliquo posteriori nūc,  
sequitur, quod illud nunc, quod est  
ante, simul sit cum omnibus alijs  
nunc intermedij: quod est imposs-  
sibile. Impossibile est igitur esse  
aliud, & aliud nunc.

Pars negativa probatur primo:  
nullius diuisibilis finiti potest esse  
vnus terminus tantum; sicut vnius  
lineæ termini sunt duo puncta: sed  
ipsum nunc est terminus tēporis;  
ergo non est tantum vnum, sed ne-  
cessè est ponere plura nunc. ¶ Se-  
cudo; illa sunt simul tempore, quæ  
sunt in eodem nunc: ergo si est idē  
nunc permanens in toto tempore,  
sequitur, quod illa, quæ fuerunt an-  
te mille annos, sint simul, cum his,  
quæ sunt hodie.

28 In tertia parte disputatiue in-  
quirit, quid sit tempus? Et primo  
improbat duas opinones, primam  
dicentiū, quod tēpus est motus cæ-  
li, alteram aſterentium, quod est ip-  
sa sphæra cælestis. Contra primā ar-  
guit; quia pars temporis tēpus est:  
sed pars circulationis non est circu-  
latio: ergo tempus non est circula-  
tio. Secundo nam sequeretur, quod  
essent multa tēpora simul, si essent  
plures circulationes cælorū. ¶ Se-  
cundam improbat, quia omnes par-  
tes sphærae sunt simul; non autem  
partes temporis. Secundo, quia nō  
vniuoce dicitur esse aliquid in tē-  
pore, & in loco.

29 Tandem inquirit, quomodo  
se habet tempus ad motum? Respo-  
det, quod tempus non est motus;

quia iste est intransmutato, vel in  
loco: sed tempus est ubique, &  
apud omnia. Motus est velox, aut  
tardus; sed tempus non est huius-  
modi: ergo tempus non est motus,  
vel mutatio.

### Summa capitinis vndecimi.

30 **V**T tēpus definiat, præmittit,  
quod quāvis tempus non sit  
motus; nō tamen est sine motu: cu-  
ius signum est: nam quando homi-  
nes mutationem non percipiunt,  
non videturis, quod per transeat  
aliquid tempus. ¶ Hoc præmisso,  
manifestat quid sit temp⁹? Et in pri-  
mis ait, quod tēpus est aliquid mo-  
tus, quia simul sentiunt motum,  
& tempus: nam primum motum  
consequitur tempus: quātus enim  
est motus primus, tātum fieri mo-  
tus videtur. Tempus autem sequi-  
tur motum ratione prioris, & poste-  
rioris; quia tunc dicimus fieri tem-  
pus, quādo accipimus sensum prio-  
ris, & posterioris in motu: tempus  
ergo sequitur motum, secundum  
quod numeratur: vnde tempus est nu-  
merus motus: & sic motum esse mai-  
rem, vel minorē iudicamus tempo-  
re. Ergo tempus est numerus, no n  
quod numeratur; sed quo nume-  
ramus.

31 In secunda parte determinat  
de nunc: & ad illam quæſtionem,  
vtrum sit idem nunc? Ait, quod  
nunc est idem subiecto; sed alte-  
rum, & alterum ratione: nam in nu-  
meratione motus, quæ fit per tem-  
p⁹, id quod distinguit pri⁹, & poste-  
rius tēporis, est ipsum nunc, quod  
est

est terminus præteriti, & principium futuri: sic igitur nunc se habet ad tēpus, si cut mobile ad motum. Cū igitur id quod mouetur sit alterū secundum rationem, in eo quod est alibi, & alibi; licet sit idē subiecto: ita dicendū de nunc tēporis: ipsum enim nunc, inquantum respondet mobili se habenti aliter, & aliter, discernit prius, & posterius in tēpore, & suo fluxu tempus facit, sicut punctus lineam.

32 Denique hinc patet verificari omnia, quæ dicuntur de nunc. Primo, quod si non sit tempus nō erit nunc; & si non erit nunc nō erit tēpus; quia ipsum nunc comparatur ad id quod fertur, sicut unitas ad numerū. Secundo patet, quod tēpus continuatur, & diuiditur secundū nunc; quia mobile dat unitatē motui. Tertio patet, quod nunc nō est pars temporis, sicut nec pūcta sunt partes linea; sed est terminus quidā temporis, & est numerus omnium mobilium, quæ mouentur in tempore.

### Summa capititis duodecimi.

33 IN duas partes diuiditur hoc caput. In priori explicat proprietates temporis: in secunda determinat de tēpore per cōparationē ad ea, quæ mensurātur tēpore, seu sūt in tēpore. Prima proprietas est, quod in tēpore inuenitur minimū secundū multitudinē, scilicet, vñū, vel duo; non tamē minimū secundū magnitudinē, quia quaelibet eius pars est in alias diuisibilis. Secūda, quod tempus non dicitur tardū

aut velox; sed dicitur multū, & paucum, breue, & lōgum: dicitur enim velox motus eo quod paruo tēpore numeratur; tardum autē ē cōtra. Tertia, quod temp⁹ est idē ubique, & solū diuersificatur secūdū diuersas partes eiusdem motus. Quarta quod idē tēp⁹ reddit, nō numero, sed specie; sicut reddit hyems, aut ver, aut aestas. Ultima, quod non solum mensuramus motum per tēpus; sed etiam mensuramus tempus per motum; propter hoc quod inuinīti definiuntur.

34 In secunda parte comparat tēpus ad motum: nam tempus est mēsura ipsius motus, & durationis ei⁹. Cōparat etiā ad ea quæ mensurātur tempore: nam res, quæ nō sunt aliquid tēporis, dicuntur esse in tēpore, sicut numerata in numero, inquantū esse eorū mēsuratur tēpore. Rursus ait, quod quia tēpus mēsurat motū per se, erit etiam peraccidens mēsura quietis; quia & omnis quies est in tēpore, sicut, & omnis motus: quies enim nō est negatio motus, sed priuatio ipsius, ac per cōsequēs in subiecto apto nato moueri, & ideo mensura tempore, non inquantum est quiescens, sed inquantū est mobile: & ideo tēp⁹ est mensura motus per se; quietis autē per accidens.

### Summa capititis 13.

35 D VO pr̄eflat in hoc capite: primo exponit adverbia, quæ pertinent ad tēpus, vel illud connotat: secundo quomodo corruptio attribuitur tēpori. Circa primū dicit, quod nō cōtinuat tēp⁹ præteritum

tum futuro; & quod tempus diuiditur secundum nunc, sicut & linea diuiditur secundum punctum; & quod est idem subiecto. Alio modo accipitur nunc pro tempore propinquum praesenti nunc. Et etidem ac iam *Tunc* significat tempus determinatum per aliquod prius *nunc*. Hoc quod dico *modo* significat preteritam propinquum praesenti nunc. Olim dicimus quando est remotum. Repente quando tempus in quo sit est insensibile propter paritatem.

36 In secunda parte exponit quo modo corruptio attribuitur temporis, dices, quod tempus perse magis est causa corruptionis, quam generationis, quia est numerus motus; mutatio autem perse est destruictiua, & corruptiua. Cuius signum est, quando aliquid corrumpitur, & corruptionis causa non appareat, corruptio temporis attribuitur: non quod tempus faciat ipsam; sed quia sit in tempore; & corruptus latet.

### Summa capitinis 14.

37 In ultimo capite duo facit: & explicat, quod dixerat, quod omnis mutatio sit in tempore: & soluit tres dubitationes. Primū probat dupliciter. Primo, quia in omni mutatione inuenitur velocius, & tardius: hæc autem determinantur tempore. Secundo, quia prius, & posterius sunt in tempore; ad omnem autem motum sequitur prior, & posterius; ergo necesse est quod omnis motus sit in tempore.

38 In secunda parte inquirit pri-

mo, quare tempus videatur esse ubique? Respondet quod tempus est quoddam accidens motus; quia est numerus eius: unde ubicunque sit motus, vel actu, vel potentia, oportet quod ibi sit tempus.

39 Inquirit secundo, vtrum non existente anima, esset tempus, aut non? Et videtur quod non: nam si non esset aliquid potens numerare, non esset aliquid numerabile, nec esset numerus: sed nihil aliud natum est numerare quam intellectus; quia conferre rationis est: si ergo non est anima intellectiva, non est numerus, nec tempus. ¶ Respondet, quod aut oportet hoc dicere, quod tempus non sit, si non est anima. Aut oportet hoc verius dicere, quod tempus est ut cuncte ens sine anima.

40 Denique mouet questionem de unitate temporis, sive de coparatione temporis ad motum. Cui respondet, quod tempus primo mensurat, & numerat primum motum circularem; & per eum mensurat omnes alios motus: unde est unum tempus tantum propter unitatem primi motus. Et tamen inquit, sentit tempus quemcumque motum, sentit tempus, eo quod ex primo motu causatur mutabilitas in omnibus mobiliis.



## QVAESTIO I.

*Vtrum locus sit spatiū; an vero  
ultima superficies corporis  
ambientis?*

**L**ocum dāri; vt pērse notūm, supponimus: nam non minus est certam, quam dari motū localem; quem, qui negat, sēsū indiget, non intellectū; & solum ambulando conuincetur. Totū hoc notā runt Phylōsophus, & S. Tho. hoc libro 4. lect. 5. lit. c. dicētes, quod nū quā fuisse inquisitū de loco, nisi esset aliquis motus secundūm locū: ex hoc enim necesse fuit ponere locum aliud à locato; quia inueniuntur in eodem loco successiū dūo corpora, & similiter vñ corpus in duobus locis: sicut etiam translatiō formarum circa vnam matēriam, induxit in cogitationem matēriæ. Supposito ergo quod locus corporeus sit, ad cognoscendum quid sit? Primo inuestiganus eius quasi genus; in sequentibus disputatur de eius differentia.

## §. I.

*Sententia asserens locum esse spatiū exponitur varie.*

**O**mīssis Antiquorum opinionib⁹, quia antiquatē iam sunt, & param habent verisimilitudinēs; examinare oportet ultimā opinōnem relatam, & reiectam à Phylōsopho; sed quæ nonnullis Antiquis & Modernis valde fuit grata. Dixe

runt ergo nōnulli interiuallū, vel spatium aliquid, intra quod corpora recipiuntur, esse omnium corporum naturalium locum. Tribuitur Stoicis, Platonicis, Galeno, & Phylopono, Vallesio, & Scaligero à M. Masio hic cap. 5. sect. 1. q. 3. qui & ait: *Ego vero, nisi me authoritas Aristote lis, & D. Thoma compellerit, manibus, pedibusque in sententiam de interiuallō libenter abirem.* Et probabiliē esse docet Cardinalis Toletus q. 3. concl. 3. & PP. Conimbr. eodem cap. 5. q. 1. art. 2. censem eam à nullo hactenū rationibus satis firmis esse impugnatam. Et amplectuntur Auerfa q. 27. sect. 1. & 2. & alij.

**C**eteruni, quia non facile percipitur, & difficile explicatur, quid sit hoc spatiū? Dividuntur in tres dicendi modos: nam Proclus, relatus à Simplicio, dicebat spatiū esse corpū inanimatum, indiuisibile, immobile, & immateriale. Phyloponus verò existimat hoc spatiū non esse substantiam, sed sola quantitatē, & dimensiones; quem nūquam erat sine corpore uno, aut altero; esse tamen distinctas à dimensionib⁹ corporum singulorum. Fāsiētque Albertinus, qui tom. 2. de Prēdicamento Vbi. q. 2. asserit spatiū imaginariū dari à parte rei, & esse capacitatem positivam recipiendi corpora. Et Conimbric. 8. Physicorum cap. 10. q. 2. art. 4. & Fonseca 5. Metaph. cap. 5. quatenus dicunt spatiū imaginariū non esse quid fictū per operationem intellectus; sed esse aliquid verum, æternum, & immutabile, quia in eo vera intelligitur ca-

pacitas ad recipienda corpora, & extensionem eorum.

Vltimo defenditur communio hæc sententia, adhuc supponendo, quod spatum, vel interuallum illud, non est aliquid reale posituum; sed negatio, vel priuatio corporis, cū capacitate, & vacuitate ad corpus recipiendum.

4. Quia tamē hæc sententia, quo cumque modo exponatur, rejicitur à Phylosopho, & Sancto Thoma hic lectione sexta, & ab omnibus Peripateticis, docentibus locum non esse spatum, seu interuallum; sed esse vltimam superficiem corporis ambientis locatum; ideo ad hæc in concordiam redigenda, est inuenta, quædam opinio, quam exponit, & in eam omnino inclinat Toletus libro quarto quæstione octaua, distinguens duplē locum; alium intrinsecum rei ipsi; alium extrinsecum. Extrinsecus est circumambiens ipsum corpus locarum, videlicet, corpus continēs, aut eius superficies vltima; de quo locutus est Aristoteles. Intrinsecus verò locus rei est spatium illud ipsum, quod ipsa res verè intra se occupat, secundum suammet corpulentiam; & est quantitatis extensio in ordine ad locum extrinsecum, & est proprietas ad quantitatem consequuta, sicut ad motum consequitur tempus.

5. Nec ab ista tententia in re discrepant, qui dicunt corpora esse in loco per vbi intrinsecum, non prouenientem à superficie ambiente, sed solu[n]te respectum secundum dici ad spatum imaginarium. Ita

Suarez disput. 51. Metaphis. sect. i. num. 18. Cardinalis de Lugo disputation. 5. de Eucharistia sect. 5. numero 140. & Auersa dicta lectione secunda, & prima parte quæst. 8. sect. 4. Quamuis quoad modum loquendi aquerat Suarez sect. 2. nu. 4. quod nomen loci magis videtur impositum loco extrinsecō reali, qua vbi seu præsentia intrinsecē corporali.

## §. II.

*Quid sit spatum imaginarium?*

6. HAEc quæstio non admodum difficultis eset, si id quod imaginatur esse, intellectu corrigemus, & spiritualia non intelligemus corporaliter, & quæ nil sunt, ac si essent aliquid; cum tamē dicat S. Boetius lib. 1. de Trinitate cap. 2. quod oportet in intellectualibus non deduci ad imaginationem. Ut hæc vitemus, distinguere debemus locum verum, & realem, qui de facto datur in omnibus, quæ sūt sub prima sphera cælesti, dum sint corporalia; & locum imaginariū, quæ cogitam⁹ in conuoxo Cæli Empyrei, & vltra; & loc⁹, qui eset, si tatum essent creatæ sub statu spirituales; & similiter, si Deo anihilaret totum aerē, & relinquaret aues, & alia corpora in eadem distantia dicuntur esse in distantia eadem, & in eodem loco imaginatio. Quam distinctionem loci veri, & imaginati, reperio in D. Thoma Quodlib. 11. art. 1. & in 1. ad Anib. dñi. 37. q. 2. art. 2. ad 3. & in M. Santo lib. 4. Physicorum quæst. 1. ad 2. & à nemine potest negari: quia rō tollitur, quod ablato vero loco, nos

nos imaginemur aliquid ad modū veri loci: & iste est locus imaginatus, vel imaginari⁹; & cum alias ad sensum pateat, ex transmutatione corporum secundum locum, dari verum locum corporeum, iam habetur distinctio loci veri corporei, & loci imaginati. Habetur hæc distinctione in D. Aug. lib. 7. Cofel. c. 1. & 5. & lib. 11. de Ciuit. Dei c. 5. & frequentissimè in alijs Patribus, & Theologis inquiretibus, an, & qualiter De⁹ dicatur esse in spatijs imaginatis? De quo Theologi cum D. Thom. 1. p. q. 8. & cum Magistro in 1. dist. 37. Hinc nascitur occasio æquiuocationis, quia ea, quæ attribuuntur loco vero, eadem existimantur cōuenire loco imaginato: & quia non appetet quid sit locus imaginatus? id est ab ito exordium dicendi capiemus.

7 Dico primo, spatum imaginariū realiter est non ens, & nihil; quod tamen cum fundamento in re accipitur à nobis, ac si esset aliquid. Ita docent Phylos. 4. Phys. tex. 39. & S. Tho. ibi lect. 6. litt. f. vbi ait: *Dicit, quod hoc non est verum, quod ali⁹ quid si ibi infra extremitates corporis cōtinens, præter corpus contentum, quod transfertur de loco in locum. Latus idē habetur, & probatur Opusc. 52. apud D. Thomam in principio his verbis: nihil est infra terminos corporis cōtinentis, circumscripta magnitudine corporis contenti. Cuius ratio est, quia si circumscripta magnitudine corporis contenti esset aliquod spatum infra terminos corporis cōtinētis, tale esset dimenſionatum longitudine, latitudine,*

& profunditate: dimensiones autem sunt accidentia; cum sint quātitates, ergo nō possunt esse in subiecto, nisi in corpore. Si ergo esset aliquod spatiū infra terminos corporis continentis præter magnitudinem corporis contenti, sequitur quod esset aliquod accidens sine subiecto: quod est impossibile. Hec ibi.

8 Cuius rationis vis sic explicatur: nam si spatiū imaginariū est aliquid reale, vel erit substantia; vel accidens: inter hæc enim latissimè accepta (vt nunc accipiuntur) nullum datur medium. Si est accidens: erit in aliqua substantia: quia naturaliter non potest esse sine subiecto; nec migrare de uno in aliud. De hac substantia in qua est, vel quæ est spatiū, inquiremus, an sit incorporea; vel corporea? Si primū; nec potest esse spatiū corporum; & erit tota in toto, & tota in quilibet parte; & ita per se non erit extensa, nec erit spatiū tantæ, vel tantæ latitudinis quantitatī molis correspondens. Si est corporea, vel erit extensio corporis loci, vel locati; vel duo corpora erunt natura liter in eodem loco: quod est impossibile.

9 Aliam rationem indicat Sanctus Thomas in primo distinctione 37. quæst. 2. artic. 3. in argumento sed contra; quia est certum secundū fidem, nihil præter Deum existere ab æterno extra Deum; & omne contrarium est sciri hereticum refutandum; vt ait Sanctus Thomas prima parte quæst. 51. art. 2. sed spatiū, in quo imaginamur insundum productum,

fuit ab æterno; quia capacitas ut mundus esset, mundum præcessit, & nunquam incepit: ergo spatum imaginatum non est aliquid reale physicè existens extra Deum, ut etiā docet Sanctus Thomas prima parte quæstione 46. articulo primo ad octauum.

10 Tertio: omne reale creatum est à Deo annihilabile; quia omne, quod est ex nihilo, vertibile est in nihilum; & continuo desinet, nisi continuo libere à Deo conseruetur: quod esse de fide, notat S. Thom. i. p. quæst. 104. art. 3. ergo si spatium imaginarium sit aliquid reale existens extra Deum, poterit à Deo annihilari. Illo autem annihilato, intelligeremus, seu in imaginatione possemus formare eadem infinita spatio sine termino extra cælū empyreum, ac modo imaginamur: ergo spatum imaginatum physicè, & realiter est nihil.

11 Quarto: spatum imaginariū, aut est aliquid reale, ut essentia posibilis sunt quid reale metaphysicè; aut est quid reale physicè, ut rosa existens est quid reale existens extra causas, ut ego existo. Si hoc secundum; militant argumenta facta, quæ extorquent aliquid creatum esse Deo coæternum, & ab ipso inannihilabile: quæ heretica sunt. Si primum teneatur; non respondetur ad propositum; quia loquimur de spatio in quo modo imaginamur esse nūdum; & quod modo concipitur extra conuexum Cœli Empyrei: & haberemus intentionem, quod omne spatum existens, prout existens, non est aliud, quam

extensio eorum, quæ sunt in loco, vel ipsius loci ambientis. Bene noi ui conari aliquos his argumentis respondere: sed irrito conatu; verbis solis nitente, & per se corruente.

12 Inter innumera argumenta, quæ ex Phylopho referri solent, quæ tangunt speciales difficultates postea discutiendas; duo sunt, quæ dictæ conclusioni videntur obtinere. Primum, quia intellectu concepimus, & vocibus verè significamus distantiam, & spatum inter latera valis, nullo concepto corpore, ex his quæ illuc sunt: ergo spatum in sua ratione est aliquid, quod præbet fundamentum ad nostram conceptionem, & modum loquendi; & distinguitur à corpore; & ita erit dimentio. ¶ Secundo: mensura debet esse una distincta à corporibus mensuratis: sed ablato omni corpore, ut enluramus distantiam; ut si Deus annihilarer elementa; dicimus tantam mansisse distantiam, & corpora que yasis mensurantur, nō solum quoad superficies, sed quo ad profunditates ipsorum totam mensurantur: ergo revera est aliquid spatum mensurans dimensiones corporum distinctum ab ipsis.

Confirmatur: nam diuinitus dicemus posse dari vacuum; & quod de facto vacuum repletur, quia corpora contigua sunt: ergo contiguitas corporum replet vacuitates, quæ replete non essent, si non continuarentur: ergo revera datur spatum, interallungi, seu distantia illa, quæ corpore repletur.

Dices,

13 Dices, daretur spatiū in rerum natura ut ens negativum, ut priuatio, seu parentia corporis: priuatio autem est non ens reale: & ideo solum sequitur, quod spatiū sit ens rationis, seu à ratione factum.

Contra hanc solutionem instant Albertinus n. 16. & alij, quia si spatiū imaginariū esset quid negativum, esset negatio repugnantiae corporis ad existendum in illo: sed repugnantia est negatio: ergo esset negatio negationis: quod implicat: quia nō esse negationis est esse formae, cuius est negatio. ¶ Secundo: negatio corporis praesentis destruitur adueniente corpore praesente: sed spatiū imaginariū, nō destruitur, sed occupatur à corpore praesenti: nam vere corpora dicuntur esse in spatio: ergo vel spatiū erit aliquid reale, vel erit purum figmentum habens esse factum à ratione.

14 Iterum respondet Lugo num. 150. quod spatia extra cœlum empyreum sunt vocationes possibles in infinitū magis ac magis distantes a nostro spatio.

Sed contra primo: nam ipse dixerat, quod nostrum spatiū est purum nihil: inter nihil autem, & nihil, non est distantia nisi chimericē ex cogitata: ergo spatiū erit quid chimericum. ¶ Secundo ipse n. 150. dixerat, quod vbi dicit respectu ad spatiū imaginariū: ergo vbi possibile distinctum quid concipitur à spatio imaginario existente, vel possibili. ¶ Tertio ipsa vocatione possibilis apprehenditur ut alicu-

ius corporis, cuius est vocatione, & alicuius spatij, & ut in alio spatio; & plures vocationes in eodem spatio: ergo aliud quid est spatiū ab vocatione possibili. Nam si spatiū quod modo est, non est vocatione, quae est; nec spatiū, quod cogitatur, erit vocatione possibili.

§. III.

*Quod fundamentum habeat in re spatiū imaginariū?*

15 Hanc solutionem iudico sa-  
tis his replicis labefactari.  
Quia tamen prima solutio ex parte est vera; ut argumenta radicibus enellantur, probanda, & explicanda est secunda pars conclusionis;  
supponendo ex D. Thom. I. 2. q. 3.  
art. 1. ad 3. *Quod illud quod non est ens in rerum natura, accipitur ut ens in ratione negationis, & priuationes entia dicuntur rationis.* Ac per consequens duo formaliter in his sunt consideranda: primū est illud nō esse quod est in rebus: & hoc in spatio imaginario, ut dictum est in prima parte conclusionis, est nihil: secundum, illud quod formatur à ratione: & hoc est eius obiectiu habens esse in ratione. Quando igitur enti rationis nullum in re correspondet proximum fundamentū, solet esse ens chimericū. Cū igitur dicam spatiū imaginariū concepi: cū fundamento in re manifestum est, non esse quid chimericum. Sed quia fundamentū est valde latens, & varie solet assignari, mārito desiderabis ut nos clare illud exponamus.

16 Pro quo notandum, quod spatiū imaginariū duplēciter potest significari; uno modo ut correspōdet vacuo; alio modo ut correspōdet corpori locato, & loco. Inter quæ hæc est differentia; quod ut correspōdet vacuo, vere concipitur ut negatio, seu ut priuatio: eo quod *vacuum est locus priuatus corpore*, vt cum Phylosopho definit S. Thom. lect. 9. & 10. vt autem correspōdet corpori, & loco vero, significatur ut positiva extensio siue corporis circundat̄is, siue illius quod extendit̄ur, & ab alio circum datur: quia tamen priuatio per positivum cognoscitur; ideo pariformiter de spatio vacuo, & de spatio re pleto corpore iudicandum: vnde S. Thom. lect. 10. litt. f. ait: *Si ergo locus non est aliquod spatiū prater corpus, nec vacuum potest esse spatiū prater corpora*. Et S. August. lib. 11. de Ciuitate Dei cap. 5. ait: *Cum locus nullus sit prater mundum, &c.*

17 Ulterius aduertendum ex D. Tho. q. 2. de Malo art. 1. ad 9. quod non omnis negatio fundatur super affirmationem realē; quia vt Phylosoph⁹ dicit in Postprædicamentis c. de oppositis, non sedere vere dici potest, & de eo quod est, & de eo quod non est: sed tamen omnis negatio fundatur in aliqua affirmatio ne intellecta, vel imaginata: necesse est enim esse apprehensum, id de quo aliquid negatur. Et præcipue quando concipitur, non per modum simplicis negationis; sed per modum priuationis (quæ est carentia formæ in subiecto apto nato) necesse est concipi subiectum illius ne-

gationis, quæ concipitur. Cum igit̄ tur verum vacuum sit *locus priuatus corpore*; vacuum imaginariū significari debet ut locus corpore priuatus, & capax illud recipendi.

18 Ex his elicitur, quod spatiū, quod vocatur reale, quia intelligitur defacto repleri corpore loci, & locati, nō est aliquid realiter distinctum ab extensione, & dimensionibus corporum: quia eo ipso quod ex parte corporum est extensio, intelligitur aptitudo ad occupandū spatiū, & ex parte ipsius est non repugnantia vt occupetur tam à locato, quam à loco: & ideo ab utriusque dimensionibus in re non differt.

19 Secundo deducitur, quod spatiū pure imaginariū, non est aliud quam non repugnantia, vel possibilitas extensionis corporum locabilium, & possibilitas locorū: quia imaginatur ad similitudinē locatorum, & locorum, quæ fieri videmus apud nos: & hoc est funda mentum remotum: & proximè compleetur quia cognoscimus ibi non dari corpora, nec loca; & ad illa esse non repugnantiam. Nunc enim loquitur tātum de spatio imaginario corporum: quia de isto agere pertinet ad Physicū, de Deo vero, & Angelis tractare attinet ad Theologos.

20 Ultimo deducitur, quod spatiū vacuum, si intelligatur, vel fiat à Deo incorporib⁹ de facto existētib⁹, est vera priuatio corporis: prout posset replere locū; si vero intel ligatur vacuum in locis imaginarijs, intelli-

intelligetur ut priuatio corporis in loco imaginato: & ideo locus imaginatus se habet ut subiectum priuationis, & carentia corporis imaginati, se habebit ut formale illius vacui cui imaginati: eo quod illa imaginatur ad modum vacui, quod est in vero loco. Quæ onania complexus est S. Thomas i. part. quæst. 46. art. 1. ad 8. docens quod cum dicitur Deus prior mundo duratio ne, ly, prius designat aeternitatem temporis imaginati, & non realiter existentis: sicut cum dicitur supra calum nihil est; ly supra designat locum imaginatum tantum secundum quod p̄ sibile est imaginari dimensionibus caelstis corporis dimensiones alias superaddi. In quibus verbis summatione perstringit S. Tho. quæ late docuimus.

21 Per quæ probata manet secunda pars coclusionis; & aperitur via soluendi argumenta. Ad primū dicimus, quod de facto in vase est ultima superficies concava, & illam dicemus esse locum succedentium corporum, siue aquæ, siue vini, siue aeris. Et propter dimensiones corporis locantis, & loci, est distantia, & spatium inter lattera vasis, quod non differt à dimensionibus corporum. Si vero, vel mente præscindatur, vel in re auferantur omnia corpora, erunt locata imaginaria; & locus ex parte superficie verus; & spatium erit verum ex parte extentionis vasis; & imaginariū ex parte eorum, quæ desunt; quia concipiimus similem distantiam, ac si corpora tantæ distantiae adessent: nam priuationes per formas metimur, sicut tantam dicimus esse tene-

bram, quanta erat lux, quæ debuit esse.

22 Ad secundum respondet ex D. Tho. 4. Physic. lect. 7. & Opusc. 52. circa finem, quod locus accipitur dupliciter, & pro loco in actu; de quo dicemus esse ultimā superficiem terminantem, & diuidentē locantem à locato; & pro loco in potentia; sicut una pars continuū respectu alterius: sicuti humerus potest dici locus brachij tanquam continuans humerum cum brachio. Et per hunc modum, inquit S. Thom. partes continuū mouentur in loco: & hoc maximè apparet in continuis humidis, quæ sunt facilis diuisionis; sicut aqua, cuius partes inueniuntur moueri infra totam aquā. Vnde mensuram profunditatem per dimensiones ipsas intrinsece, & per alias dimensiones extrinsece; & hæc mensuratio aliquando est in actu; aliquando vero solum in potentia, & per designationem numerantis cogitatur ac si esset reducta ad actuū.

23 Confirmatio potest pro nobis retorqueri; quia posse dari vacuū, non est aliud, quam quod inter corpora, inter quæ mediat corpus, vel pars extensa corporis, non detur corpus, nec alia corpora ibi continentur, vel contiguentur: & hoc vacuū repletur ibi posito corpore: ergo spatium existēs est ipsa extensio corporū, & capacitas, seu vacuitas est capacitas habendi corpus.

24 Solutio relata n. 13. est vera de spatio cōdistincto à corpore extenso nā ultra extēsionē, solā dicit nō repugnantia extēsi corporis: unde


S. III.

*Locus verus est ultima sa-  
perficies.*

spatium imaginariū ex parte cor-  
poris, quod cogitatur possibile, cō-  
cipitur vt posituum; ex parte vero  
illius quasi in quo est, etiam cogita-  
tur vt in superficie possibili; sed in  
vtroque debet cogitari non repug-  
nantia, ne cogitetur implicans con-  
tradictionem. Quando vero cogitatur  
spatium vacuum completiuē concipi-  
tur, vt priuatio: nam va-  
cuum verum realis remotio cor-  
poris est, cum sit locus corpore pri-  
uatus.

25 Ad primam replicam respon-  
detur ex doctrina allata S. Thomæ  
num. 17. quod negatio debet cogi-  
tari in subiecto reali, vel in aliquo  
ad modum subiecti imaginati, ac si  
esset subiectum: vnde negatio cor-  
poris cogitatur in alio vt in superfi-  
cie, quæ imaginatur esse locus, cui  
debetur corpus.

26 Ad secundam respondetur,  
quod priuatio, quæ est de ratione  
spatij vacui, destruitur ponendo  
corpus, vel illud ibi cogitando, de-  
struitur in cogitatione; at vero nō  
repugnantia vt aliqua extensio sit,  
ipsa positione extensionis exerce-  
tur: sicut possibilitas creaturarum  
per existentiam ad actum reduci-  
tur. Et nos in alio sensu non ponim-  
us negationem, aut priuationem  
esse de ratione spatij veri, aut ima-  
ginati in corpore, & in va-  
cuo, vt abunde expo-  
situs est.



27 Dico secundo, locus imagina-  
rius est id quod cogitamus  
correspondere loco vero, si esset.  
Vnde non est spatium locabilis ex-  
tensionis, quia hæc intelligitur cor-  
pori quod locatur correspondere;  
& locatum disinguitur à loco: sed  
est illa superficies, quæ imaginatur  
ambire corpus, quod cogitatur.  
Hæc conclusio sequiturex dictis:  
& dicenda eam comprobabunt,  
quia mons aureus imaginatus, est  
id quod esset, si in re à Deo mons  
aureus produceretur: & ideo locus  
imaginatus est alias locus cogita-  
tus similis loco vero, qui modo est.

28 Dico tertio, locus verus cor-  
porum, non est interuallum, sed ul-  
tima superficies corporis ambien-  
tis. Ita S. Th. Quodlib. 6. art. 3. & li-  
br. 4. Physicorū lect. 6. litt. f. & lect.  
7. litt. a. vbi relata sententia de spa-  
tio ait: sed hæc positio est impossibi-  
lis: qui vel oportet dicere, quod  
locus non sit aliquid præter loca-  
tum; vel quod aliquæ dimensiones  
spatij sint perse existentes; & tamē  
subintrantes dimensiones corporū  
sensibilium; quæ sunt impossibilia.  
Idem habetur Opusc. 52. apud D.  
Tho. in principio. Et esse Doctorū  
communē, innumeris relatis, pro-  
bat, & sequitur Masius q. 3. & addit.  
Rubio q. 1. Oppositiā de interuallo senten-  
tiam, quoniam modo explicatam, omni pro-  
babilitate prorsus carere; & ita marita  
fuisse à schola philosophica depulsam.  
29 Yisrationis prædictæ, & fun-  
da-

damentum huius conclusionis in hac forma proponitur. Locus est aliquid reale realiter distinctū à locato: sed interuallum non est aliiquid reale realiter distinctum à locato: ergo interuallum non est locus. Sed non est aliud quod rationē loci possit habere, nisi ultima superficies corporis ambientis: ergo hęc vere habet rationem loci. Ita ultima consequentia est manifesta à sufficiēte partium enumeratione. Minorem ostendimus §. 1. solum restat probanda maior: quæ sic ostenditur à Phylosopho text. 3. & à D. Thom. lect. 1. litt. c. Ex ipsa trāsmutatione corporum, quæ mouetur secundum locum, manifestum est quod locus aliiquid sit: sicut enim transmutatio, quæ est secundū formas, homines induxit ad cognitionem materiæ: quia scilicet oportet esse aliiquid subiectum, in quo sibi formæ succedant; ita transmutatio secundum locum, induxit homines ad cognitionē loci; oportet enim esse aliiquid ubi sibi corpora succedant: & hoc est quod subdit, quod exente aqua inde, ubi nunc est, sicut ex quoddam vase, iterum subintrat aer: cum igitur eundem locū quandoque aliud corpus detineat; ex hoc manifestū videtur esse, quod locus sit aliud ab ijs, quæ sunt in loco, & transmutantur secundum locum: quia ubi nunc est aer, prius aqua ibi erat: quod non esset si locus non esset aliud ab aere, & aqua. Relinquitur igitur, quod locus est aliiquid, & quodam receptaculum alterum ab utroque locatorū: & est terminus mot⁹ localis à quo,

& in quem. ¶ Idem probat ex eo, quod videmus corpora naturaliter ferri in suum locum proprium quando non impediuntur; graue quidem deorsum; leue autem sursum. Ex quo patet, quod locus habet quandam virtutem conseruandi locata: & propter hoc locatum tēdit in suum locum desiderio suæ conseruationis: ergo locus est aliiquid reale distinctum à locato.

30 Sed obijc̄ies: locus est æqualis locato: sed locatum est corpus trinam habens dimensionem: ergo locus nō est ultima superficies; sed erit totum corpus.

Respondent Phylosophus, & Sātus Thomas lectione sexta in fine, quod quia locus est terminus, propter hoc simul est locus, & locatū; quia simul est finis locati, & terminus continentis, qui est locus, quia tangentium ultima simul sunt. Et secundum hoc etiam intelligitur, quod locus æquatur locato, quia scilicet æquatur secundum extrema. ¶ Alijs terminis respondet Auerrois comm. 77. quod duplex est æqualitas; & secundum dimensionem, & secundum continentiam: locus non debet esse æqualis æqualitate dimensionis; quia sic deberet esse eiusdē profunditatis: sed est æqualis secundū cōtinētiā: de quo latē Masi⁹ q. 5. & alij ab ipso relati.

31 Sed in slabis; quia sequitur, quod corpus ut corpus nō est in loco, nec ut corpus æquatur locato; quia tantū est in loco secundū superficiē, & secundū illā æquatur locato: corpus autē non solu dicit superficiem, sed trinam dimensionem.

Respon-

Respondet B. Albertus tract. i. c. 10. & ex ipso Toletus quæst. 3. ad 1. quod superficies dupliciter potest considerari: uno modo ut superficies est: & sic non est aliud, quam latitudo sine profunditate: alio modo ut terminus est totius profunditatis ante se: & quod conuenit superficie ut sic, toti corpori dicitur conuenire: unde dicimus corpora se ad invicem tangere; cum tamen tactus solum sit secundum superficies, alioquin corpora penetrarentur. Corpus igitur non est in loco ratione superficie, ut superficies solum est, sed ut totius corporis ultimus terminus est. Et hec corpora sunt in loco, & æquantur locato secundum extrema. Videatur in simili S. Tho. 1. 2. q. 17. art. 5. ad 2.

32 Adhuc virgebis: si corp<sup>s</sup> est in loco ratione superficie, sequitur, quod primum, & per se superficies sit in loco: sed superficies non est in loco primum, & per se, sed potius ratione alterius, & per aliud: ergo superficies non est ratione cuius corpus est in loco.

Respondetur ex Ferrara quæst. 1. ad 4. quod dupliciter potest unum alteri conuenire, per aliquid: uno modo per aliud quod est in tale ut quod; alio modo per aliud, quod est in tale ut quod. Exemplum primi, sicut crispitudo conuenit homini per ea pillos: exemplum secundi, ut homo est albus per albedinem. Id per quod unum conuenit alteri primo modo, oportet primo, & per se esse tale, quia enim capilli sunt cripi, homo dicitur crispus: sed id per quod unum conuenit alteri secundo modo

do, non oportet, quod primo sit tale; quia albedo propriæ non est alba. Igitur superficies est ut quo corpori ratio existendi in hoc; non autem est ut quod in loco: & ideo non oportet, ut ipsa primo, & per se sit in loco; sed quod sit corpori ratio existendi in loco. Quod si aliquando ambæ relatae propositiones conceduntur; non est in rigore; sed quia accipitur quod pro quo; sicut, & concretum pro abstracto solet accipi, iuxta dicta lib. 1. Logicæ quæst. 15. n. 25.

33 Præterea arguitur: proprium est loci conseruare locatum, ut ait S. Thom. relatus n. 29. & patet ex communione. Sed superficie non conuenit conseruare, sed hoc est proprium qualitatum: ergo locus non est superficies.

Vt respondeatur, notanda est illa distinctio loci, quam bene declarat M. Soto text. 5. & initio questionis primæ: sicut enim corpus uno modo accipitur mathematice (ut tantum dicit quantitatē) & alio modo physice, ut dicit copolitū alicuius certæ naturæ, ut ex D. Th. diuinus li. 3. q. 5. n. 29. ita loco uno modo accipitur mathematice, & simpliciter, pro superficie ambiente aliud corp<sup>s</sup>, albedo aquacūque qualitate naturali conseruatim locati; alio modo accipitur pro loco naturali: & sic exigit non secundum superficiem, sed formam, & proprietatem naturaliem conseruatam locati: & sic dicitur quod locus patrio est cuique salubris, & quod unum conservatur in canernisterre, & non super aere. Luxta hoc er-

go posset exponi maior de loco naturali, in quantum naturalis est: & negari quod hoc sit de ratione loci absolute. Vnde Capreolus in 2. dist. 2. q. 1. ad 2. Autem contra 2. ait: qualitas non est de ratione loci simpliciter, sed de ratione loci physici, & naturalis. De quo iterum q. 3. n. 16. & 17.

34 Secundam solutionem addit Ferrara q. 3. ad 6. dicens, quod superficies naturalis dicitur conseruare, quia id cuius est superficies, habet conseruare: vnde conuenientius diceretur, quod corpus locans conseruat; quam quod locus conseruat. Nisi accipiat locus simul cum forma, & qualitatibus.

Reliqua, quae tangebantur in prima sententia, speciali quæstione examinanda reseruantur infra quæst. 4. & q. 5. n. 19.

## QVAESTIO II.

*Vtrum locus sit immobilis?*

*Conclusio affirmativa certa.*

Locum esse immobilem, docet Phyletophorus in his verbis: *Est autem sicut via locus immutabilis, sic locus via immobile.* Elleque, & semper fuisse commune axioma Phylophororum testatur Simplicius. Et ratio est manifesta: quia omne quod mouetur localiter ad acquirendum locum, est in loco: vnde si loc' moueretur, esset

in loco, & daretur locus loci infinitum. Secundo, locus est terminus motus localis: termini autem est immobile manere: alioquin vix posset attingi. Nec gratia, & leuita naturaliter tenderent in propria loca: nam si locus ignis v.g. mouetur, posset contingere, quod descendisset, cum ignis ascenderet; & ascendisset locus terræ, cum ad eam moueretur. Merito ergo Philosophus in definitione loci quasi ultimam differentiam posuit, quod sit immobilis, ut declarat S. Thos. lect. 6. litt. l. & omnes communiter. Unde sustinendus non est Arriaga disp. 14. sec. 1. n. 3. pro libito contra omnium sensum assertens, quod forte illa particula est superflua.

12 Non est autem facile loci immobilitatem exponere, quia diximus quod locus realiter est ultima superficies corporis ambientis; sed hæc mutatur ad mutationem corporis: vnde aer succedit aqua, & aquæ aer: ergo locus non erit immobilis.

moenibus. §. II.

*Varie exponitur loci immobilitas.*

3 Quidam admittunt locum per accidens moueri; sed ideo dici immobilem; vel quia non mouetur ad motum corporis locati: vel quia non mouetur illo motu quo mouetur corpus ad ipsum locum: non enim est sicut albedo, quæ mouetur aliquo modo motu tendentis ad albedinem. Ita Averrois com. 41. Landinus q. 6.

4 Hoc licet sit verum : quia dicit S.Thom.q.1.de Verit.art.6, quod locus est immutabilis terminus continentis; eo quod per localem motum non dicitur esse successio locorum in uno locato; sed magis successio locatorum in uno loco. Tamen non sufficere ad immobilitatem loci probatur Opusc.52.apud D.Th. quia Phylosophus vult, quod sicut vas est locus mobilis ; ita locus est vas immobile: maiorē ergo immobilitatem oportet dare loco naturali, quam vasi: constat autem vas esse immobile motu eius quod est in vase. Deinde, circa aliquid contentum manens immobile, ut circa domum, vel arborem contingit fieri mutationem continentis aeris: si ergo locus moueretur motu continentali, sequitur quod idem manens immobile, fieret in diversis locis: quod est impossibile. Locus ergo non solum est immobilis motu locati, sed etiam motu continentali.

5 Quia propter Pereira lib. 11. c. 3. contedit de ratione loci in communi non esse immobilitatem, sed solum continere locatum: immobilitas autem solum conuenit loco elementorum: nam istorum loca fixa sunt, & immobilia; secus vero loca eorum quæ ex elementis constituantur.

6 Sed contra primo: quia Phylosophus hic in communi de omni loco tractans, per immobilitatem definiuit. Secundo, de immobilitate loci elementorum fere eadem est difficultas , quia cælum continens mouetur, & partim mouetur aqua,

& aer. ¶ Deinde, locus datur vel cognoscitur propter motum localē: ergo & immobilitas loci in omni, quod mouetur localiter, est suo modo querenda. ¶ Quarto, quæ sunt in elementis, & ipsa elementa tantum differunt sicut locus partialis, & totalis: eiusdem autem rationis quoad hoc debent esse locus totalis, & partialis.

7 Alia via loci immobilitatē explicat Scotus Quodlib. 11. & in 2. dist. 2. q. 6. ar. 1. §. Ad questionem, quæ sui sequuntur, dicentes locum esse immobilem per æquivalentiam; quia uno abeunte succedit alter in eodem situ, qui ita se habet in ordine ad motum localem, ac si esset idem numero.

8 Sed multis rejecitur à Rubio hic q.3. in primis, quia videtur contra Phylsophum hic text. 42. negantē nauem esse ut in loco in aqua decurrente, sed potius in situ fluuij: quod verum non esset, si sufficeret, quod superficies succedentes æquivalerent abeuntibus. Deinde, quia ex immobilitate per æquivalentiam, solum habetur locum vague esse immobilem; quia semper succedit alius, non tamen, quod quodlibet individuum loci sit immobile: quod tamen essentialis definitio videtur exigere. ¶ Demum, quia cuique loco accidentale, & extrinsecum est, quod alter ei succedat, vel non; cum multi sint quibus nullus succedit, ut patet in toto loco elementorum, &c.

9 Occurrit eideni difficultati Scoto q.1.ad 5. dicens, quod quamquam locus sit res mobilis, non tamen in qual-

quantum locus est mobilis: quamquam enim in esse quantitatis mutetur; non ramen in esse loci, quia est in eadem distantia; quia, ut in Phylosophus, Metaph. text. 7. res quae in uno genere est una, in alio est plures: unde etiam si Deus destruat omnem superficiem, & omnes relationes, dum maneat formaliter eadem distantia secundum considerationem rationis ad puncta imaginaria fixa, erit idem locus. Quod in re tenet etiam Coniunct. hic q. 1. art. 2. & alij; qui immobilitatem explicant per ordinem, vel connotationem ad spatium imaginariu, vel ad presentias fixas.

10. Adhuc tamen non videtur animus quiescere. Primo, quia locus est aliquid reale physicum; & ideo debemus assignare physicam, & realem loci immobilitatem, & non solum fidam, & imaginariam. Secundo: nam à parte rei datur unus numero locus ab alio distinctus numero: & ideo causa unitatis numericae à parte rei inquiritur. Tertio contra istam, & praecedentem solutionem videtur esse, quod iuxta eas, est assignata immobilitas loci per rationem, & in morali hominum estimatione; & tamen Physicus praecepit debet inquirere de unitate numerica reali, & physica, & de immobilitate physica loci; vel physice locus erit ens per accidentes, vel absolute saltus per accidens mobile.



s. III.

*Expositio s. Thom. & difficultates circa eam.*

11. Thomæ solutionem eius verbis proponemus, inquit ergo lect. 6. litt. m. est igitur accipere locum natus in aqua fluente, non secundum ordinem, vel situum, quem habet hæc aqua fluens ad totum fluuium, qui quidem ordo, vel situs, idem remanet in aqua succedente. Etidem licet aqua materialiter preterfluat, tamen secundum quod habet rationem loci, prout scilicet consideratur in tali ordine, & situ ad totum fluuium, non mutatur. Et per hoc similiiter accipere debemus, quomodo inter extremitates corporum mobilium naturalium, sit locus per respectum ad totum corpus spirituali celi, quod habet fixationem. & immobilitatem propter immobilitatem cœtri, & polorum. Sic igitur, licet hæc pars aeris, quæ continebat, vel hæc pars aquæ effluat, & moueat in quantum est hæc aqua; tamen secundum quod habet hæc aqua rationem loci, vel situs, & ordinis ad totum spiritualem celi, semper manet. Sicut etiam dicitur idem ignis manere quantum ad formam; licet secundum materiam varieatur consumptis, & additis quibusdam ligatis. Et infra concludit: ex quo patet, quod tota ratio loci in omnibus continentibus, est ex primo continente, & locante, scilicet calo. Habetur idem Opus, s. 2. apud D. Thomam quem sequuntur

tur Thomistæ communiter. Insuper AEGIDIUS, SUELAVUS, & alij relati à MAURO sec. 1. q. 4. TOLETUS q. 5. RUB. q. 3. & alij multi.

12 Sed contra hanc solutionē videntur insurgeare non leues difficultates. Prima, quia idè locus materialiter non manet idem, & immobilis, quia variato corpore variatur superficies, quæ est accidentius; sed illæ relationes, vel habitudines sunt accidentia superficie: ergo variata superficie etiā variantur. Deinde; quia unius numero accidentis, debet assignari unum subiectū numero, cum ab illo accipiat unitatē: ergo impossibile est naturaliter non manente una numero superficie manere unam numero relationem.

Tertio & urgentius: nam locus est species quantitatis, & non est formaliter in genere relationis: ergo adhuc dato quod relatio est ea- dē, si quantitates, & superficies variantur, variabitur locus.

Quarto: manentibus sublunari- bus in eodem omnino loco, potest Deus anihilare cælum, vel alio trâ ferre: ergo ordo ad primum conti- nens non est essentialis locato. Quod si tunc recurritur ad distâtiām fixā imaginariam, etiam modo per illā possemus explicare lccī immobi- litatem.

Vltimo, admissa solutione S. TH. videtur quod solis vociibus ab una ex iis refutatis differat: ergo non est quas illas repudiemus, & hæc ad- mittamus.


13 Ut hæc diluantur, aduerte non eodem modo solutionem S. TH. ab eius discipulis accipi: nam Ca-

preclus vbi infra, Ferrara 4. Physi- corum q. 1. ad secundum, expresse concedit locum non semper esse immobilem secundum numerum; sed solum secundum speciem. Quod & tenet RUBIO n. 42. licet alio modo explicet.

14 Similiter MASIUS quæst. 4. in fine 5. conclusionis expresse tenet nihil differre in hoc punto inter opinionem S. THOMÆ, & SCOTI; quia immobilitas per equivalentiam, nihil aliud est quam successio diuer- sarum extremitatum, quæ sibi in- uicem succedunt in eisdem mune- ribus. Quod alijs verbis significat S. THOMAS dicens superficiem trâ- fire materialiter, & manere for- maliter eandem relationem distan- tiæ.

15 At vero CAPREOLUS in 2. dist. 2. q. 1. ad arg. cōtra 2. IAUELLUS quæst. 13. & multi alij, quos citant, & se- quuntur MASIUS q. 8. concl. 5. & OR- TIZ tract. 8. confer. 1. intelligunt, & sequuntur S. THOM. de loco immo- bili eodem numero manente: cuius unitatem dicunt defini ab unitate ordinis superficierum ad cen- trum, & ad polos cæli: quia ista unitas numerica non est unitas simplitatis, sed unitas ordinis. De quo plura PP. CARMELITANI disput. 19.

quæst. 2. §. 3. & 4. & M. IOAN. a  
S. THOMA. quæst. 16. art.  
1. & alij.



§. III.

## Resolutio, &amp; opinionum concordia.

**16** *F*orsitan inter Thomistas solum est differentia in modo loquendi: sed propriis loquuntur, qui dicunt immobile manere eundem numero locū: quod exprestē habetur Opusc. 52. apud D. Thom. illis verbis: quāuis enim moueatur superficies aeris, vel aquæ secundum quod est ultimum huius corporis, vel illius; succedit tamen aliud corpus, quod eundem situm, & ordinem secundum naturam habet ad primum ordinans, siue locans; quod est cælum: *Propter quod manet idem locus numero.* Hæc ibi.

**17** Clare autem totum exponetur recolendo ex dictis lib. 2. Logice quæst. 16. n. 29. quod esse unum perse multis modis contingit: & quæ sunt unum unitate ordinis, vel unitate artificiali, vel unitate perfectionis in proprio genere sunt simpliciter unum; & in genere materialiter præsupposito sunt simpliciter plura: ut una domus, unum coniugium, unum Sacramentum, & sic de alijs. Dicemus postea locum materialiter esse in genere qualitatatis, & formaliter esse in genere mensuræ contentiæ, vel solum, vel simul conservatiæ locati, sed est mensura illi extrinseca in esse entis. Diffinximus etiam locum verum, & locum imaginariam. Quibus positis, iam apparet rei veritas, & iudiciū de relatis sententijs.

**18** Dico ergo primo, locus realis materialiter, & in esse entis non est idem numero; sed idem per equivalentiam. In haec cōcordant S. Th. & Scotas, Soto, & Ferrara, & patet ex dictis.

**19** Dico secundo, locus realis in esse mensuræ extrinsecæ, seu in esse loci, est unus numero; unitate desumpta ex ordine coordinationis superficierum ad eandem distantiam, quæ in esse mensuræ est eadem, eo quod correspondet eidem centro, & eidem cælo fixo in polis, & in virtute influendi, & conservandi, & ex parte termini adhuc materialiter est relatio, & distantia eadem; quod sufficit ut formaliter locus, & distantia sit eadem.

**20** Dico tertio, locus imaginari, qui est in alio euentu, sumitur penes distantiam ad terminum imaginatum immobilem ex parte centri, & polarum. Hæc probatur quarto argumento supra factò: & in illo euentu communiter eam fatetur authores. Sed cum ille casus sit imaginarius, & non verus; & nunc principiè disputemus de unitate veri loci, explicanda est per secundam conclusionem; quam docet S. Th. & communiter Thomistæ. Et quāuis inter eos sit differētia, quod Capreolus, & Ferrara agnoscunt unitatem numericam quāi extrinsecā termini illius ordinis, quia centrū, & cælū manet semper idem numero: & hoc sufficit ad hoc, quod dicatur locus unus, & immobilis absolute: quia proprium est relationis distantiae ( inquit Ferrara ) quod unitas specifica eius cum unitate numeri

numerali eius à quo aliquid distat, sufficiat ad hoc ut dicatur una sim-  
pliceret, & eadem distantia.

21. Alij vero non solum locū esse immobilem, & vnu terrena inueniuntur; sed etiam esse vnum numero, & immobilem subiectiue contendunt; quia superficies, & relationes distantiae sunt una vnitate ordinis ad vnu numero terminum. Et hoc verum est de vnitate formalī loci in esse lo- ci, & in esse mensuræ; primum ve- ro etiam est verum loquendo de vnitate in esse entis, & metaphysi- ce; quia sic nil manet idē numero, nisi termini distantiae. Et sic possint sententiæ cōcordari; exceptis dua- bꝫ primis Auerrois, & Pereiræ, quas nullatenus admittimus.

22. In forma ad primum argumē- tum, concessa maiori, distinguitur minor, sunt accidentia superficiei per ordinē ad intrinseca, & in esse entis; nego: sunt accidentia illius, in esse mensuræ extrinsecæ, conce- do: vt sic autem non variantur su- perficies, quia termini distantiae sunt fixi; & fundamentū corresponditæ est formaliter idem.

23. Ad secundum distinguitur ma- ior; de vno subiecto formaliter in esse subiecti; concedo: materialiter in esse rei; nego: sicut enim vni rela- tioni patris secundum numerum possunt correspondere in filiis plu- res numero relationes, & relationi- bus filiorum non correspondet si- si vnu numero pater; ita pariter in præsenti. Quod adhuc probatur di- go Opus. 52. dum dicitur: quod au- tem diuersitas superficerum non impedit vnitatem loci; patet, quia

vni locato secundum numerū cor- respondet vnu locas secundū nu- merum simul, & semel: sed baculus vnu, dimidiū existens in aqua, & dimidiū in aere, est aliquod vnum locatum secundum numerū: er- go est in aliquo vno loco secundū numerū: sed est in diuersis superfi- ciebus aeris, & aquæ: ergo diuersi- tas superficerum non impedit vni- tatem loci: vnitatis ergo loci acci- pienda est secundū ordinem, & si- tum ad primum locans. Hæc ibi. Imò addit Flandria lib. 5. Metaphy- sica q. 14. art. 10. in fine, quod ille respectus est subiectiue in primo lo- cante, & in locatis est sicut in men- suratis; & in alijs locantibus sicut in mensuratis secundarijs: nec opor- tet mensuras extrinsecas variari ad variationem mesuratorū. Forte ta- men hoc non exigitur ad loci vni- tatem saluandam.

24. Ad tertium respōdetur, quod locus est species quantitatis, no for- maliter in esse extentionis; sed in esse mensuræ: potest autem exten- sio esse diuersa; & mensura eadem: sicut in ponderibus, tabula magnæ extentionis potest æquari à ferro in extensione inæquali; quia quod est formale in vno genere, se habet ma- terialiter, & prætuposituue ad gen- mensuræ. Id quod probare inten- dunt alia duo argumenta, admitimus in sensu exposito.



## QVAESTIO III.

*Vtrum locus sit vnum perse? Et  
in quo genere colloctetur?*

## §. I.

*Ratio dubitandi pro parte veraq;*

1 Idetur ex dictis inferri, quod locus non sit vnu perse: quia id quod constat ex rebus diuersorū Prædicamentorum, non est vnum ens perse; & ideo diximus libro 1. Logicæ, quod ex subiecto, & accidente non sit vnum ens perse: sed locus constat ex rebus diuersorū, prædicamentorum, nempè, ex superficie, quæ est species quantitatis, & ex distantia, quæ est relatio, & virtute conseruativa, quæ est qualitas: ergo locus nō est vnu ens perse.

2 Respondebis cum Suarez disputat. 51. Metaphi. sect. 2. num. 10. quod sub diuersis rationibus ad diuersa prædicamenta reducitur: nā vt mensura, est proprietas quantitatis: vt terminus, est negatio; habitudines, quæ inter locum, & locatum resultant, sunt de generere relationis; habet etiam rationem causæ: & tandem est forma extrinseca locati; quæ videtur esse propria ratio eius: & ideo posset ad prædicamentum habitus reuocari.

3 Non satisfacit hæc responsio: quia in sententia ipsius Suarez, & communis, quantitas, & qualitas cōseruativa non sunt idem, sed realiter distinguuntur: & in nostra sententia, relatio differt realiter ab

vtrisque: ergo sola rationis distinctione non sufficit ad occurrentium difficultati. ¶ Secundo, nequedam finitio, nec species habitus, & loci coincidunt: nec vllus hucusque locum, & habitum pro eodem accepit: ergo si ad aliquid genus propriè esset reducendus locus, non viretur cur ad prædicamentum habitus formaliter debeat pertinere.

4 Dices iterum, cum PP. Carmelitanis disput. 19. quæst. 4. num. 33. non esse inconueniens concedere, quod locus non est vnum ens perse: quandoquidem Phylosophus, & Sanctus Thomas quinto Metaphis. lect. 15. non numerant inter species quantitatis, ut potè quantum peraccidens, sicut album est quantum: vnde solum vniintur secundum quid, sicut subiectum, & forma: & ideo non oportet quære vnum prædicamentum, in quo collocetur.

5 Sed contra primo: id quod vna definitione essentiali definitur, est vnum perse; quia definitio est oratio rei naturam exponens; & ideo vna definitione declaratur res essentialiter vna: sed locus vna definitione essentiali definitur, ut ex dictis patet: ergo est aliquid vnum ens perse. ¶ Secundo, Phylosophus, & Sanctus Thomas non dicunt, quod locus est quantum peraccidens, sed quod quamvis sit quantum perse; non est species distincta à superficie in esse extentionis; quamvis sit distincta in esse mensuræ, ut patet ex verbis relativis quæst. 19. libri 2. Log. num. 2. sed bene potest

non esse species distinctas in esse extensionis à superficie, & esse unum perse: ergo non est cur locus non sit unum eas perse: & ita videndum in quo genere debeat collocari?

## §. II.

*Locus est unum perse.*

**N**ihilominus, dico primo: loc⁹ est unum ens perse, formaliter loquendo. Hanc iudico Doctorum communem, ut patebit ex dicēdis; quia solum differunt Authores in explicando ad quod prædicamentum pertineat? Et supponunt ad unum pertinere. Et probatur ex Philosopho, & Sancto Thoma hic lectio sexta in principio, docentibus, quod locus constat genere, & differentia: quod non esset, nisi locus denotaret aliquid unum perse.

Secundo: ad homines arguitur: nam PP. Carmelitani fatētur, quod numerus est viuum ens perse, ut dividimus libro 2. Logicæ: sed minorē unitatem habet numerus hominū, & lapidum, quam habeat locus: ergo & locus debet dici unum ens perse. ¶ Tertio: ubi est unum numero, est unum specie: sed iuxta communen Thomistarum sententiam iam explicatam, & probatam, loc⁹ est immobilis, & aliquando unus numero: ergo & habet unitatē specificam unius entis perse.

7. Ratio à priori est; quia, ut sè pè diximus libro secundo Logicæ loco citato hic quæstione 2. num. 17. nō solum est unum perse, quod est inuisibile, & quod est conti-

nuum; sed etiam, quod integratur ex plurib⁹ perse adunatis ad unum lineam, vel ad unum ordinem; vel perfectionem; sicut unum sacramentum, una domus, unus numerus, una oratio, & sic de alijs entibus artificialibus: ergo adhuc dato, quod locus non habeat unitatem continuatatis; cum manifestum sit ei nō esse eam unitatem, quæ est in numero, vel in entibus artificialibus, absolute debet dici unum ens perse: unde, & perse pertinet ad considerationem Physicæ; tūm ut terminus motuum corporum naturalium, ut in principio hui⁹ libri dixit Simplicius: tum, quia motus secundum locum, non potest cognoscini si cognoscatur locus, ut ait Sanctus Thomas lect. 1. litt. c. ac per consequēs est de consideratione scientiæ naturalis: quod non esset, si non esset aliquo modo ens perse, quia de ente peraccidens non est scientia.

## §. III.

*Eſt in genere quantitatis.*

**D**ico secundo, locus est in genere quantitatis; metaphysicè quidem, non ut quid distinctū specie à superficie corporis locantis; logicè autem in ratione mensuræ, numeratur locus ut quantitas specie distincta à superficie. Prior pars sumitur ex D. T. in 2. dist. 12. q. 1. a. 5. ad 2. ubi ait: *Locus est idem per essentialiam, quod superficies corporis locantis.* Vtramque satis clare indicat libro primo de Cælo lectio 18. littera f. & libro quarto Physico.

sicorum lectio 6. littera. m. iiii si-  
ne. Et Quodlibeto 6. artic. 3. & cla-  
rias libro quinto Metaph. lect. 15.  
& Opusculo 52. in fine, vbi dicitur:

*Alia est ratio mensurandi aliquid extrin-  
sece. & intrinsecè; & ideo ultimum conti-  
nentis, ut mensura est continentis intrinse-  
ce, dicitur superficies; ut autem mensura  
contenti, & loci extrinseca est locus; &  
ideò superficies, & locus, licet sint  
vnum materialiter, quantum ad id  
quod quodlibet est ultimum conti-  
nentis; tamen diuersæ sunt species  
constitutæ per diuersas formales ra-  
tiones. Hæc ibi. Quod latè sequun-  
tur Flandria libro 5. Metaph. quest.  
14. art. 9. Soto hic quest. 1. artic. 2.  
Toletus quest. 4. concl. 4. Conimbr.  
Rubio, & eam fere omnes Phyloso-  
phos complecti multis relatis osté-  
dit Masius hic sect. 1. quest. 1. con-  
clus. 4.*

9 Sumitur ex Phylosopho, qui ca-  
pite de Quantitate, inter eius spe-  
cies in ratione mensuræ, locum nu-  
merat. Et hic locum definit dicēs,  
est ultimam superficiem immobi-  
liter continentem; est ergo locus  
essentialiter superficies connotata,  
& relationem continentia loci ad  
locatum, & relationem distantia  
loci à centro, & à polis mundi.

Deinde, locus est æqualis loca-  
to, & est eius mensura extrinseca,  
& eum ambit, & continet: sed om-  
nes istæ sunt proprietates quantita-  
tis: ergo locus essentialiter est quā-  
titas. ¶ Ultimo: quia cum locus  
sit vnum perse, vt ostensum est; de-  
bet in aliquo prædicamento dire-  
ctè collocari; quia aliæ condicio-  
nes, ad hoc requiri, ei non desunt;

sed non apparet in quo alio possit  
collocari; vt patet discurrendo per  
singula: ergo est in genere quanti-  
tatis.

10 Dices cum Aureolo in 2. dist.  
2. esse in eodem loco est esse in eo-  
dem situ: ergo locus potius est in  
prædicamento situs, quam in Præ-  
dicamento Quantitatis.

11 Hæc responsio fuit Auicenæ,  
quam refert, & impugnat S. Thom.  
lib. 4. Physicorum lect. 7. duplice ra-  
tione. Primo, impossibile est, quod  
motus sit perseloquendo in aliquo  
genere, cuius specierum ratio in in-  
dubibili consistit; propter hoc o-  
nim in substantia non est motus, vt  
dicitur lib. 5. text. 18. quælibet au-  
tem species situs habet rationem  
in indubibili consistenti; ita quod  
si aliquid additur, vel minuitur, nō  
est eadem species situs: vnde im-  
possibile est, quod in genere situs  
sit motus. Locus autem est termi-  
nus ad quem motus localis. Præte-  
rea, prædicamentum situs impor-  
tat ordinem partium in loco; licet  
secundum quod ponitur differen-  
tia quantitatis, non importet ordi-  
nem partiū in toto: ergo prius res-  
 intelligitur esse in loco, quā quod  
situari intelligatur.

12 Aliter respondebis, vt sumi-  
tur ex Scoto quæstione 21. & 22.  
Prædicamentorum, & Fonseca 5.  
Metaphis. cap. 13. quæstione 7. se-  
ctione 2. & alijs, dicentibus locum  
esse in prædicamento Vbi; quia lo-  
ci, & vbi eadem sunt differentiæ, ac  
proinde sunt idē. ¶ Vnde Phylos.  
3. Phys. tex. 45. ait, loci species sūt  
sursum, & deorsum; ante, & retro;

dextrorsum, & sinistrorum: quæ sunt differentiæ loci.

13 Vnico verbo solutionem hæc impugnat M. Soto ad 4. quia ubi non est locus, sed effectus loci, id est, prædicatum quod conuenit locato ratione loci. Et Soncinas libro 5. Metaph. quæst. 40. post securdam conclusionem ait, quod materialiter coincidunt locus, & ubi; tamen ratione distinguuntur, quia supposita locatione, & continentia, res contenta dicitur ibi esse. Indicatque S. Thomas lib. 11. Metaph. lect. 12. litt. a. dicens, *Phyl sophus. loco, ubi, ponit locum, quia nisi in aliud significari esse v. i. nisi esse in loco; & moueri secundum locum, nihil est aliud, quam moueri secundum ubi.* iam autem diximus in Logica, diuersas distinctiones rationis sumptas ab ipsis respectibus extrinsecis sufficere ad hæc prædicamenta distinguenda. Alijs quinque rationibus solutionem impugnat Masi<sup>o</sup> concl. 3. sed pendent ex dicendis sequenti quæstione: nunc sat est distingam valde esse definitionē loci à definitione ubi, & est ubi aliquid posterius loco; quia à loci circumscriptione prouenit.

14 Vrgētrus obijcies: nam vt diximus lib. 1. Log. q. 18. accidentia licet in cōcreto supponant pro subiecto materiali; tamen essentialiter solam formam significant, iuxta illud Phylosophi relatum ibi quæst. 15. num. 14. *nomen albi, nisi qualitatem, nihil significat.* sed sèpè allerit S. Thomas locis relatis, quod locus materialiter est superficies, & formaliter est relatio continentia, vel immobilitatis; & ideo hæc ponit

tur ut completiuia definitionis loci: ergo dicendum erit cum Scoto Quoclibet 11. quod locus materialiter, & ex parte subiecti, est superficies, & formaliter est relatio extrinsecus adueniens.

15 Sed contra primo: nam vt dicetur libro 5. q. 1. ad relationem non est per se motus: fecus vero ad locū, & ad ubi. Secundo, æquari locato, & ambire, & cotinere sunt proprietates loci, & non proprietates relationis. Tertiū superficies continens non est formaliter relatio; cù igitur ostēsum sit superficiē ambiē teni esse locū extrinsecū, sequitur, quod non significat in recto relationi, sed secundario, vel in obliquo.

Ad argumentum dicitur, maiore veram esse de subiecto *quod*; non vero de subiecto *quo*: superficies autem solum est subiectum *quo* relationis: cù subiectum *quod* sit corpus de genere substatiæ. Præterquam quo, iam dictu est, quod locus non significat directe relationem, sed fundatim ad quod consequitur relationem.

16 Ultimo obijcies: nam vt diximus quæstione prima num. 33. locus naturalis addit supra locum absolutè, & mathematicè acceptum qualitatem conservatiuam locati; & ideo ibiretulimus, & approbamus illam propositionem Capreoli, quod qualitas non est de ratione loci simpliciter, sed de ratione loci physici, & naturalis: ergo locus naturalis continetur in prædicamento Qualitatis: ergo non omnis loc<sup>o</sup> est in linea, & genere Qualitatis.

Intentum huius argumenti concedit Masius, nempe, quod locus ut naturalis est in prædicamento qualitatis: nam ut sic trahit corpora, & ea conseruat. Et quia si nulla esset superficies, adhuc esset locus naturalis terræ centrum. Et rursus niaior affinitas, & conuenientia locorum naturalium, non est ratione superficiem; sed ratione qualitatum.

17 Nihilominus Flandria illo anno 9.ad 3. expresse ait, quod non est dividendum quod locus in sui essentia includat virtutem conseruatiuam, sed concomitanter tantum: & sic intelligitur, quod habetur Opusc. 32.apud D.Th. quod loc⁹ naturalis non nominat solum aliquid continens; sed etiam conseruans, & formans locata. De quo videatur S. Thomi. libr.4. Physicorum lect. 8. litt.b.& c. Idem docent Soto ad 3. & Toletus q. 4. conclus. i. vbi & aliam addit rationem, quia si locus esset qualitas conseruativa, susciperet magis, & min⁹; quod patet esse falsum: locus enim nō est magis locus; sed est maior, & minor sicut, & quantitas. Adiuit etiam per hoc non negari esse in loco naturali qualitatem conseruatiuam; sed solum asleri non esse illam essentiā loci; sed proprietatem adiunctam, & concomitantem locū ratione subiecti, in quo illa superficies, quæ locus est, inest.

18 Iuxta hoc facile argumētum soluitur, dicendo locū naturalem esse differentiam accidentē loci ut sic; si tamen accipiatur locus reduplicatio ut naturalis, id quod ac-

cidit loco, erit essentiale huic concreto accidentalī, sicut corpori ut albo est essentiale quod sit coloratum. Et hoc solū probat quæ adducuntur pro alia solutione.

19 Quod si omnibus supradictis non obstantibus, quis adhuc contēdat, quod locus constat ex superficie ut materia, & respecta ad locatum ut quasi forma, & quod hæc determiniatur ultimata per qualitatem conseruatiuam; adhuc potest defendere locum esse unum perse, eo modo quo entia artificialia dicuntur unitatem perse habere, & unica definitione definiri; ut unum Sacramentum consistat rebus, & verbis, & numerus est unum perse: & si-  
cū id quod est forma respectu unius se potest habere ut materia deter-  
minabilis ab alia forma: exēpla ha-  
bentur libr. 1. Dialecticæ c. 7.n. 15.  
& 16. nec in omnibus entib⁹ perse,  
querenda est eadem unitas. Et quā  
uis hoc non sit improbabile, facili-  
or, & communior est sententia,  
quam in secunda conclusione su-  
mus prosecuti, & ideo huic est pre-  
ferenda. Et ex dictis excludi possunt  
omnia, quæ §. 1. sūt adducta, quatenus contra nostras assertiones possunt militare.

### QVAESTIO III.

*Vtrā corpora sint in loco per Vbi intrinsecum; vel per præsen-  
tiā realiter distinctā a loco  
extrinsecū?*

§. I.

*Sententia affirmativa.*

1 P R oponit ad examinandam sententiam, de qua mentione

fecimus quæst. 1. n. 5. quæ valde in-  
valuit apud Modernos. Dupli-  
ciamen via defenditur. Quidam asse-  
runt hoc Vbi esse modum quædam  
causatum ex motu locali, & ex cir-  
cumscriptione extrinseca loci am-  
bientis. Quo sensu id docuit Ca-  
preolus in 2. dist. 2. q. 1. art. 3. & vt  
probabilem latè, & acutè eam tue-  
tar Soncinas lib. 5. Metaph. quæst.  
41. & sequuntur alij iam relati lib.  
2. Logicæ quæst. 27. n. 8. & M. Ioā.  
à S. Thoma hic quæst. 16. artic. 1. &  
secundo.

2. Alij verò dicunt vbi nō prouenire ab extrinseco corpore, nec ab  
illo resultare, sed esse quid ab illo  
independens; & hanc dicūt præsen-  
tiā localem, seu vbi intrinsecum.  
Ita Suarez disp. 51. sect. 1. n. 18. latè  
Lugo disp. 5. de Euch. sect. 4. & 5.  
& Arriaga hic disp. 14. sect. 2. dicēs  
communem inter suos. Item Cabe-  
ro hic tractatu 4. disput. 2. dub. 1. &  
Auersa in præsenti, & in Logica q.  
21. sect. 4. & alij. ¶ Communiter  
huius tentatiæ Authores hoc vbi  
modum appellant: è contra Arriaga  
tota subsec. 7. prolixè conatur olicē  
dere, non esse modum, sed accidens  
perfectum. Alij verò merito censem  
differētiā esse merè nominalem;  
quæ pro vniuersitatisq; arbitrio pos-  
set dirimi, nisi in his quæstionibus  
communis modus loquendi debe-  
ret præualere.

3. Fundamentū Capreoli, & Tho-  
mistarum (quod sola denominatio  
extrinseca non sufficit ad nouū præ-  
dicamentum) iam diluimus lib. 2.  
Logicæ quæst. 27. §. 3. ostendentes  
probabilius esse, ex mente S. Tho-

mæ, & plurium Thomistarū, quod  
sex vltima prædicamenta, ultra en-  
titatem aliorum entium, solum ad-  
dunt extrinsecam denominationē:  
quare de hoc puncto generali non  
oportet iterum hic disputare: sed  
solum opus erit aliorum fundame-  
ta librare, vt videatur quo funda-  
mēto modus, vel entitas ista intro-  
ducatur.

4. Aliud etiam quorundam argu-  
mentum, quia experimur nos vide-  
re præsentia (quod à quibusdā mag-  
nificatur, & ab alijs inefficax me-  
rito reputatur; de quo Lugo à nu-  
mero 86. vsque ad 100.) non poslu-  
mus nunc examinare, quia tangit  
plura pertinentia ad libros de Ani-  
ma: & cum non sit ostendens radici-  
cem necessitatis huiusmodi præse-  
titæ; ideo non possum in illo præci-  
pue vim facere.

5. Duo sunt illorum cōmunia, &  
validiora argumenta. Primū, quia  
motus localis est vera actio: ergo ve-  
ra productio: ergo habet aliquē ter-  
minū positiū de novo productū;  
omnis enim productio est produc-  
tio alicuius. Sed non est assigrabi-  
lis alias terminus huius productio-  
nis: ergo per motum localē produ-  
citur præsentia localis, qua Petrus  
est hic.

Solet responderi motum localē  
esse actionem adductiū mobilis  
ad locū extrinsecum; nō vero ali-  
cuius termini productiū.

Sed contra; nā hæc sunt purè ver-  
ba, re vacua: eo quod ex vi huius ac-  
tionis mobile est adductum ad lo-  
cum; sed esse adductum, non est nu-  
da termini entitas: ergo aliud distin-  
ctum,

### §. I. Sententia affirmativa.

423

Etum, quod modo est, & antea non erat: ergo vbi intrinsecum, seu præsentia est aliquid à mobili, & à loco distinctum.

6 Secundo arguitur: quæ realiter separantur, realiter distinguuntur: sed vbi, seu præsentia realiter separatur à re vbi cata, & à loco: ergo realiter ab eis distinguitur. Probatur minor, quia manente entitate Petri, & entitate loci, in qua modo est, potest esse alibi, ut experientia patet: ergo per suam entitatem est indifferens ad omne presentiam: ergo illi debet superaddi aliqua res vel modus quo determinetur, ut sit hic præsens. ¶ Nec sufficit recurrere ad negationes, vel cōdītiones extrinsecas: quia negationis fūdamentum inquirimus; & formam à qua prouenit formaliter determinatio, ut hoc corpus, quod per suā entitatem possit alibi esse præsens, sit præsens huic spatio? Et illa forma erit præsentia, vel vbi intrinsecum.

7 Dices, ad hæc omnia sufficere, quod vbi, seu præsentia localis sit noua realis denominatio extrinseca; quamvis vbi non sit modus, vel forma intrinseca.

Sed contra primo, quia noua denominatio realis extrinseca aduenire non potest sine alterius extremitate intrinseca; & per hæc mutationem acquiretur vbi intrinsecum. Secundo, nam si ab aliquo extrinseco denominatio illa proueniret, maximè à corpore circundante: sed variato corpore circundante, & huc manet præsens, vbi erat antea: ergo præsentia nō est de-

nominatio extrinseca à corpore circundante.

8 Confirmatur primo: nam etiā si omne corpus extrinsecum anhilaretur à Deo, posset manere Petrus, hic, vbi nunc est, & moueri etiā localiter ad aliud spatiū: ergo hæc denominatio prouenit ab aliquo intrinseco ipsi Petro, tunc enim nullum esset aliud extrinsecum.

Secundo id confirmat Suarez. ii. 21. quia ultima superficies Celi Empyreū verè est præsens ibi vbi nunc est: & posset à Deo moueri localiter; & non esset ibi, sed alibi. Cōstat autem, quod non denominatur esse ibi ab aliquo extrinseco, cū nullum detur corpus cælum Empyreū circundans: ergo denominatur esse ibi ab aliqua forma intrinsecè inherente. Idemque argumentum fit in casu, quo à Deo moueretur corpus per vacuum. &c.

### §. II.

*Sententia negativa omnino vera,  
est S. Thomæ.*

9 Dicendum tamen est, corpora non indigere vbi intrinseco, nec vt sint in loco, nec vt sint præsentia in spatio imaginario; sed in loco sunt per suam quantitatēm vt circumscrip̄tam à superficie loci, à qua prouenit extrinseca denominatio, vel relatio vocationis. præsentia autem sunt ad spatiū imaginariū per suam extensionēm fundamentaliter, & formaliter per relationem, quæ ibi co-intelligitur, proximè fundata in actione, vel motu corpus producentis, vel mouentis

hic, & non alibi. ¶ Conclusio quo ad partem negatiuam (in qua direcione opponitur prioris sententia) est omnium illorum Thomistarum, quos retulimus in Logica, vbi oīc dimus sex ultima prædicamenta addere solam denominationem extrinsecam. Sed in proprijs terminis conclusionem docent Soncinas libro 5. Metaph. quæst. 40. conclu. 1. cum Herueo, quem ibi citat. Soto lib. 5. Physic. quæst. 2. art. 2. ad 3. Ferrara 3. Physi. q. 2. Masius in Logica quæst. 5. de sex Prædicamentis, & libro 5. Phys. sect. 1. quæst. 6. Iauellus lib. 3. Metaphis. quæst. 23. & lib. 3. Phys. quæst. 2. ad 2. dubium. Et Caietanus referendus solutione ad ultimum. Ex alijs docent Scotus Quod lib. 11. & in 2. dist. 2. q. 6. & Aureolus in 1. dist. 30. p. 1. artic. 3. prop. 2. & Coninch. 3. p. quæst. 75. artic. 4. dub. 1. & alij. Omnes enim hi concordant in rejciendo vbi intrinseco ab soluto; quamvis Scotus contendat esse relationem extrinsecus aduenientem. & Aureolus vocet relationem rationis: & omnes alij melius asserant esse extrinsecam denominationem à corpore locante de sumptam.

10 Habetur expressè Opusculo 48. apud D. Thomā tractatu de Prædicamento Vbi cap. 1. illis verbis: *Nihil acquiritur in re mobili, nisi vbi, quod est respectus loci ad locatum, ut circumscribit illud.* Et autea dixerat: *Vbi nihil aliud est secundum rem, quam locum ad denominatum denominatione extrinseca.* In quibus verbis, nō solum habetur, quod vbi extrinsecum est respectu locati denominatio ex-

trinseca; sed etiā quod nihil aliud per motū in re mobili acquiritur: quod falsum eslet, si acquireretur aliud vbi, seu præsentia intrinseca. Idem clare indicat S. Tho. lib. 11. Metaph. lect. 12. lit. a. verbis relatis q. 3. n. 13.

11 Præterea S. Thom. quæst. 16. de Malo art. 10. ait: *Per motum localis variatur corpus solum secundum aliquid extrinsecum, scilicet secundum locum.* Et quæst. 6. de Potentia art. 3. dicit: *Motus localis est primus, & perfectissimus omnium, ut potest, qui non variat rem, quantum ad rei intrinsecas; sed solum quantum ad exteriorem locum.* Et 1. p. q. 110. art. 3. asserit: *Mobile secundum locum non est in potentia ad aliquid intrinsecum in quantum huicmodi, sed solum ad aliquid extrinsecum, scilicet locum: quod verificari non posset, si eslet in potentia ad præsentiam intrinsecam distinctam ab vbi extrinseco.* Alias autoritates S. Thomæ retulimus, & euasionē impugnauimus lib. 2. Logic. q. 27. n. 14.

Respondent aliqui mentem Sancti Thomæ esse, quod per motū localem nil producatur intrinsecum mobili, tendens, seu disponens ad eius destructionem.

12 Sed euasio hæc destruit textū; quia S. Tho. solum cōcedit per hunc motum acquiri aliquid extrinsecum, & negat acquiri aliquid intrinsecum: sed forma, & præsentia illa perfectiua est intrinseca: ergo hæc negatur à D. Tho. ¶ Secundo: si non intelligatur hoc modo, non taluatur universaliter differentia inter motum ad locum, & motū ad qualitatem: quia iste non est perse loquendo ad destruc-

destruendum, sed ad acquirendum: ergo non saluaretur differentia intenta à D. Tho. ¶ Denique S. Tho. in 2. dist. 8. ar. 2. ait, quod per motum localem nullam formam ponitur in re mota: quæ propositio contradictriorie opponitur priori sententia; iuxta quam præsentia localis est forma intrinseca, quæ per motum acquiritur in re, quæ mouetur. Et in 4. dist. 44. q. 2. art. 2. quærituic. 5. ait S. Tho. quod motus localis non est secundum aliquid intrinsecum.

13. Denique in hac parte argumētū negatiū valde vrget: quia imm̄ini est, quod S. Tho. innumeris locis tangens hanc quæstionē nūquā fecit mentionē de vbi intrinseco, de quo tam anxiè curant Recentiores; & totam arbitratuſ est se diluisse per solum vbi extrinsecū: quod illi iudicant fere nihil ad rem facere: nos ergo ad mentē S. Tho. loquimur, qui fatemur ignorare, quod ipse nō agnouit; imo reiecit.

Dices S. Thomā expresse docere, quod vbi est iu[m]mobilis, vt patet in Opus. 48. tractatu de Vbi cap. 1. & in quærit. 4. de Virtutibus art. 11. ad 3. ait: Dicimus corpus essentialiter moueri, quando mouetur secundum locū, quia de loco ad locum eius subiectum irascerunt. Non ergo negat S. Tho. præsentiam locū vbi inhærens.

14. Cæterum prima authoritas, non indiget interprete, sed lectore; quia ibi nō semel aſterit Author Opusculi, quod vbi est respectus, & denominatio ex trinseca. Quod autem in vtraque authoritate dicatur, quod motus loci subiectū est in eo quod mouetur, nos non negamus, sed ex profecto docuimus li. 3. q. 2. n.

20. quod motus realiter differt à mobili, & in eo subiectatur: cū quo compatitur, quod vbi sit aliquid ex trinsecum; quia constat, quod vbi realiter differt à motu; quæ diximus motū distingui à termino ad quē, & à subiecto in quo est.

## §. III.

## Rationes conclusionis.

15. R Atione probatur primo à patritate: nam sic se habet duratio ad rem durantem, sicut præsentia ad rem præsentem: sed multi ipsorum fatentur, & nos infra ostendimus, durationem non addere aliiquid intrinsecum ipsi rei duranti: ergo nec præsentia addit aliiquid intrinsecum supra rem præsentem.

Secundo; sicut se habet obiectū ad præsentiam obiectuam, sic se habet simultanea coexistētia duorum, inter quæ nil mediat, ad præsentiam physicam: sed res per seipsum est præsens obiectuē: vnde ait Sanctus Thomas prima parte quæstione 8. artic. 3. Per præsentiam suam dicuntur aliquid esse in omnibus, quia in propriebus illius sunt: ergo locatum, & locus, inter quæ nil mediat, per seipsum dicuntur esse præsentia fundante taliter, & per relationē formaliter.

16. Terrio; si præsentia esset accidentis intrinsecum superadditū, poterit à Deo res aliqua sine præsentia produci: in hoc enim nulla apparet contradictione. Et quod Deus possit factere aliquid corpus, quod non esset in loco, expresse docet S. Tho. in 4. dist. 44. q. 2. art. 2. quæst. 3. ad 3. & tunc omnia-

omnia argumenta sententia contrarie instantur: quia licet à nobis non possit res illa concipi nisi in spatio imaginario, & quod Deus est intime in illa, & quod distat ab alia alibi creata, vel creabili; tamen omnia ista explicantur negatiue, & per relationes à nobis confictas ad spatia imaginaria: quæ nūl sunt. Ergo pariter possumus dicere de facto; & ideo sine causa modus ille introducitur.

17 Scio Suarez lib. 4. de Angelis cap. 3. negare creaturas, adhuc de potentia absoluta, posse conseruari sine aliqua præsentia. Sed tamen etiam noui nullam conuincitatem ipsum adducere implicationem; & ideo reiicitur, non solum à Thomistis, sed à Vazquez tom. 2. in 1. p. disp. 195. c. 3. & 4. & ab alijs frequenter. Deinde, si intelligatur de præsentia locali, nō video quo modo possit sustineri: quia vt Deus conseruet unum corpus, non teneatur alia conseruare: præsentia autem ad spatum imaginarium, potius est indistantia negatiua, quam aliquid rei superadditum: & ideo non mirum, quod sine illa res non possit concipi.

18 Quarto posset de illo modo inquire, an sit diuisibilis, vel indiuisibilis: Et quodcumque dicatur ei⁹ difficile, quia modus diuisibilis non potest conducere ad immobilitatem loci, & indiuisibilis nō potest produci successiue per motum.

19 Quinto, & vrgétius; quia esse etus formalis illius modi, seu præsentia intrinsecæ omnino est inexplicabilis, nisi dicatur esse relatio-

nē, vel denominationem extrinsecam, vel indistantię, vel circumscriptionis ab alio corpore ambiente, vel indistantie: sed hoc ipsi non ponunt; alioquin in nostram sententiam inciderent, quam explicamus in secunda parte conclusionis: ergo talis modus nō est cōstituēdus. Probatut maior, quia si dicatur esse de ratione præsentia reddere corpora distantia, vel approximata; constat hoc secluso illo modo corporibus conuenire, quia extensio propria vnius quantitatis facit hāc ab illa distare: vnde S. Thom. in 1. dist. 37. q. 1. art. 1. ait: *Quia enim corpus per essentiam suam, que circumlimitata est terminis quantitatibus, determinatum est ad situm aliquem, non potest esse, quod corpus mouens, & motum sit in eodem situ.* At per consequens per proprias dimensiones ad inuicē distant secluso illo modo superaddito: ergo ad hoc sine causa ponitur. Approximantur etiam corpora actiue a mouētibus, passiue ab ipso motu passiue in illis recepto: ergo nec ad distantiam, nec ad approximacionem corporum, oportet præsentias superadditas ex cogitare, & pone: sicut enim quālibet res per se ipsam transcendenter non est alia, quia limitatur per propriam essentiam; ita, & quantitas tinitur, & limitatur, & distat ab alia situat liter radicaliter per se ipsam.

## §. 4. Soluuntur argumenta.

42

§. III.

### Soluuntur argumenta.

20 **V**ltima, & efficacior probatio est argumentorum solutio: quia s<sup>e</sup>p<sup>e</sup> diximus esse per se notum, quod non sunt ponendi modi, vel entia sine necessitate; & ideo solutio argumentorum est noua validior nostrae cōclusionis probatio. Ad primū in simili respondeo. l. i. q. 14. quod nō omnis actio est productio; nam s<sup>e</sup>p<sup>e</sup> non agit aliud quam seipsum: sicut in operatione sensuum externorum, qui videt non aliud agit quam videre; & illa operatio habet terminum quem respiciat, ne<sup>m</sup>pe, obiectum, non terminum, quem faciat. ¶ Secundo diximus, quod actio transiens debet habere nouum terminum totalem; non vero nouam effectiōē alicuius partis entitatis, vel modi.

21. Et iuxta hoc, legitima est solutio in argumento relata, quia actio transiens, quæ identificatur cū motu, & passione, & distinguitur realiter a mobili, in illo recipitur; & illa mutatur mobile, & de loco ad locū transfertur: & sic entitas superficie loci, quæ erat in potentia, & in actu primo potens ambire locatum, ambit in actu secundo; eo ipso, quod mobile per motum mutatur, & ad illū locum transfertur. Ethāc translatio, & motus, & passio mobilis antea non erat, & modo sit actiue a mouente, & passiue a motu, & passione & motu, & passionē nos fatemur esse subiectiue in-

mobili, & ab illo realiter differre. Et relationes prædicamentales inde consurgentēs etiā docemus realiter à subiecto, imo, & à ratione fundandi differre. Ex quibus omnibus potius excluditur, quā adstratur vbi intrinsecum, in sensu in quo à priori sententia adstruebatur; præcipue iuxta modum dicendi Suarez, & aliorum contra quos nūc disputamus.

22. Alterum argumentum (in quo tantam vim faciunt, quod evidensimum s<sup>e</sup>p<sup>e</sup> simē vocatur ab Arriago) possumus contra ipsum, & fere omnes suæ sententiæ Authores retorquere: nam illo nos ostendimus lib. 2. Log. q. 23. §. 4. relationē realiter distingui à fundamento, quia ab illo separatur: ergo quod ipsi ibi responderent, possumus cum maiori fundamento nos hic respondere. Imo ibi locum nou habet solutio, qua hic manifestè satisfaciemus argumento: vade videant ipsi qua cō sequentia negent distinctionem realis relationis a fundamento; & adstruant hoc vbi superadditum esse necessarium, propter fundamentū, quod ibi contenunt?

23. Dicimus ergo maiorē esse veram; & minorem faltam; loquendo de loco formaliter, & in actu secundo; veram autem loquendo de loco materialiter, & in esse rei: sicut enim ego omnino inuariat<sup>o</sup> possū alicui esse dexter, qui antea erā respectu illius sinist<sup>r</sup>o, si ipse moueat<sup>ur</sup>, & realiter mutetur: ita locus, qui erat in actu primo potens ambire locatum, ambit in actu secundo, per hoc quod locatum, media

te

te motu, transferatur de alio loco ad istum: vnde quantitas, & extensio, quæ ex se est indifferens ad hanc, & illam relationem præsentia; media actione, & motu mouētis recepto, immobili, determinatur ad hanc relationem, vel indistinctiæ, vel præsentia; & hoc est generale in omni relatione fundata in motu, & actione. Quæ solutio adeò mihi manifesta videtur, vt nō possum non mirari, quod in argumen-  
to adeò faciliter solubili, euidentia iactetur.

24 Ad primam replicam concedimus antecedens, & negamus consequentiam; quia nouus motus localis habet nouum terminum extrinsecum, quem acquirit mobile eo ipso quod in medio motu ad illum locum transfertur: & hinc consurgit denominatio extrinseca vocationis, & relatio præsentia, distantiæ, & indistantiæ.

25 Ad secundam replicam cœdo maiorem, & distinguo minorē, ablato corpore circundatē manet præsens negatiæ, & quasi in actu primo; concedo: manet præsens positiæ, & in actu secundo; & localiter nego: quia ubi nil est, nullus est locus; & præsentia in vacuo est præsentia imaginaria ex parte extremi; quāquis ex parte propriæ extensionis sit quid reale; sed non realiter diuiditūtū à dimensionibus, & extensio-  
ne proprij corporis, quibus in se extenditur, & de una parte spatiij imaginarij ad aliam transfertur. Quod totum significat optime S. Thom. i. p. q. 57. art. 4. ad 2. dicens: Nihil prohibet corpus Christi esse extra-

tam continentiam celestium corporum, & non esse in loco continente. Nec tam in operet quod extra Cælum sit vacuum, quia nō est ibi locus; nec est ibi aliquid potentia susceptiva alicuius corporis; sed potest ita ut perueniendi est in Christo. Hæc ibi; vbi omnia hucusque dicta est complexus S. Thom.

26 Per quæ cessat prima cōfirmatio: quæ posset contra plures illorum retorqueri: nam si à Deo nō solum atihilaretur corpus circumlias, sed etiam illa præsentia superaddita; imaginamur corpus esse in spacio, & Dei immensitatē ad illud quasi penetrandum extendi: ergo non opus est nunc aliam præsentiam, præcipue nō relatiuam, super addere.

27 Idem respondemus ad secundam confirmationem, quod ultima sphera non habet aliā præsentia distinctā à dimensionibus sui corporis; & si alio in loco in imaginario poneretur, motū in se recipere, sed acciperet aliā præsentia imaginariā; nō vero realē; quia non est relatio realis entis ad nō ens. Et adhuc Thomistæ, qui probabile iudicant ex circumscriptione loci resultare ubi, negant ultimam spharam habere ubi: vnde Soncinas lib. 5. Metaph. q. 41. ubi illam sententiam vt probabilem tueretur, in solutione ad tertium ait; quod cælum non habet locum à quo cōincidit; & per consequens nec habet aliquod ubi. Etiam si habeat sitū, vt est præcipua pars universi, & præsentiam, seu indistinctiam negatiā ad spatia imaginaria: sicut Caietanus i. part. quæst. 52. art. 1. q. Ad exemplum, docet, quod substantia abla-

ablate quantitate nusquam remaneret; quia nullam habitudinem haberet ad locum: sed maneret cum negatione distantia ab illo loco, & quo cumque alio. Et ibi aduertit, quod oppositis imaginationibus non est credendum. Vnde potest Caietanus pro nostra conclusione merito refferriri, non solum ibi, sed i.p.q. 110. ar. 3. & AEgidius Columna Quodlib. 2. q. 17. bene notat, quod includi loco non est substantiae, ut substantia; sed hoc est ipsius quantitatis. De motu corporis vacui, infra citetur q. 8..

## QVAESTIO V.

*Vtrum omnia corpora sint actu in loco?*

§. I.

*De loco sublunari.*

DE omnibus corporibus praeter primam spharam (quaecumque illa sit) videtur ex dictis manifestum, illa esse in loco; quia omnia ab alio corpore circumscribuntur, & ambiantur; cum vacuum naturaliter non detur; & ideo locus corporis contenti erit superficies corporis continentis loquendo de loco absolute, & mathematice.

2. Loquendo etiam de loco naturali docet ex Phylosoph. S. Th. lib. 4. lect. 8. litt. b. quod proximitas naturae, quae est inter corpus continens, & contentum, est causa, quare corpus naturaliter mouetur ad suum locum: quia oportet, quod gradus naturalium locorum respondeat gradui naturalium locatorum: ordo

enim situs in partibus uniuersi attributus secundum ordinem naturae: nam corpus celeste, quod est supremum, est nobilissimum: post quod inter alia corpora secundum nobilitatem naturae est ignis, & sic deinceps usque ad terram: & ideo corpus superius naturaliter est locus corporis inferioris.

3. Ex quo patet, quod unum elementum est locus naturalis alterius: vnde Sacrobosco cap. 1. de Sphera ait: etenim terra tanquam mundi centrum, in medio omnium est positum, circa quam aqua, circa aquam aer, circa aerem ignis ille purus, & non turbidus orbem Lunae attingens sic enim ea dispositum Deus gloriosus, & sublimis. Hæc ille. Sed merito Phylosophus inquirit horum naturalem causam?

4. AEgidius Columna hic cap. 5. post text. 48. inquit, causam ordinis elementorum esse qualitatem symbolam in qua elementa conueniunt; quia locus naturalis supra locum absolute addit qualitatem conservatiuum locari: vnde videtur quod minus bene S. Th. recurrat ad nobilitatem formarum substancialium, omissis his qualitatibus.

5. Radicitus tamen, & melius id explicatur S. Th. quia ordo in partibus uniuersi attributus secundum ordinem naturae; & ex substanciali diversitate diversa accidentia diminant: & scilicet radicale principium loci naturalis est nobilitas naturae, proximum est extensio, cui conueniunt qualitates symbolæ; & ista habent rationem loci ex influentia corporis celestis. Quid explicitum S. Th.

S.Thom.in fine lect.8.dicens. Cōsiderandum tamen est, quod Phylosophus hic loquitur de corporibus secundū formās substancialēs, quas habent ex influentia corporis cælestis; quod est primus locus, & dās virtutem locatiuam omnibus alijs corporibus. Ratioque assignatur Opus.52.apud D.Thom. quia locus naturalis, non solum est continens, sed est continens, & conservans: nihil autem habet rationem conservantis alium, nisi per virtutem, & influentiā corporis cælestis, quam recipit secundum quod est in determinato situ, & in determinata distantia. Qui plura hic de his legere desiderat, adeat lauellum q. 16. & Masium sect. 2. q.3. late de his disserentes; nos non immoramus, quia de numero, & loco elementorum alibi est proprius locus disputandi.

6. Eadem ratione non detinemur in explicando numero, & loco orbium cælestium; quia de his disputatur in libris de Cælo, & Mundo, & nunc obiter notandum cum M. Soto hic q.2.concl.3. quod sphæra rum cælestium(citra suprēmā) quælibet est in sibi proximē superiori tanquam in loco, scilicet Luna in Venere, Venus in Mercurio; Mercurius in Sole, Sol in Marte; Mars in Iude; Iupiter in Saturno; & ille in octaua sphæra. ¶ Ut autem videatur, quæ sit vltima? Sufficit supponere, quod secundum S. Basiliū hom.2.Exameron, & S. Thom. 1. p. quæst.66.ar.3. vltima sphæra est cælum Empyreum lucidum totum, & immobile, ut sit sedes, & domi-

cium Beatorum: quod non fuit agnatum à Phylosopho; quia nec motu subiacer, nec visu viatorum, vt ait S.Thom.in 2.dist.2.q.1.artic. 1. & ideo quamvis secundū Theologos cælum Empyreū sit in veritate vltima sphæra; quia tamen Phylosophus reputat vltimam primum mobile; ideo de illo quæstio procedet, ac si esset vltimum, quia physicè re tractamus, & quia specialem continent difficultatē propter eius mobilitatem.

## §. II.

## De loco vltima sphærae.

7. Missis antiquorum opinionibus, quia clarissimè à S.Thom. confutantur, & ex dictis facile corruant; conclusio S.Thom. & communis fere apud omnes, est, quod vltima sphæra est in loco ratione suarum partium; non in actu, sed in potentia: & ideo simpliciter, & in actu tota sphæra non est in loco. Rationē vltimæ partis assignat Phylosophus text.45.dicens: Cælum autem non est alicubi totum, neque in aliquo est: siquidem nullum corpus continet ipsum. Ac si dicat: locus est vltima superficies corporis ambientis: sed nulla datur superficies corporis ambientis totum cælum, seu vltimam sphærā; alioquin si aliud corpus cā amittit, non erit vltima sphæra: ergo vltimasphæra secundum se totam non est per se actu in loco.

8. Priorem vero partem docet S. Thom.in 2.dist.2.q.2.art.1.ad vlt. & art.3.ad 1. & Quolib.6.art.3. &

Physicorum lect. 7. eam probat, quia ut supra diximus ex Phylosopho-text. 32. non quereretur locus nisi propter motum, qui de non strat locum, ex hoc quod corpora succedunt sibi in uno loco: iuxta modum ergo quo corpora mouentur localiter, necesse est eis assignare locum, secundum quod in illo motu consideratur successio diuersorum corporum in eodem loco. In his igitur quæ mouentur motu recto, manifestum est, quod duo corpora succedunt ibi in loco secundum totum; quia dimittit totum locum, & in ipsum totum subintrat aliud corpus. In motu autem circulari totum manet in eodem situ, sed partes mutant locum: attreditur ergo in motu circulari successio in eodem loco, non totorum corporum, sed partium eiusdem corporis: non igitur corpori, quod circulariter mouetur, debetur ex necessitate locus secundum totum, sed secundum partem. Ultima autem sphæra, vel non mouetur, vel mouetur solum circulariter: ergo ultima sphæra est in loco per suas partes.

9 Hinc iam ab eodem D. Thom. ibidem probatur secunda pars conclusionis: nam partes totius continui, licet non sint in loco actu; sunt tamen in loco in potentia, secundum quod continuum est diuisibile; pars enim, si sit diuisa, erit in toto sicut in loco: unde per hunc modum partes continui mouentur in loco. Et hoc maximè apparet in continua humidis, quæ sunt facilis diuisioonis, sicut aqua, cuius partes

inueniuntur moueri infra totam aquam. Sic igitur, quia aliquid dicitur de toto ratione partium, inquantum partes vltimæ sphæræ sunt in loco in potentia, tota vltima sphæra est in loco peraccidens ratione partium: & sic esse in loco sufficit ad motum circularem. Hec ibi.

10 Obijcies: nihil mouetur in loco, quod non sit in loco: ergo nihil actu mouetur in loco, quod non sit in loco actu: sed secundum Phylosophum vltima sphæra actu mouetur in loco: ergo est actu in loco.

Respondetur ex dictis, concedendo primam consequentiā: & disinguendo primum antecedens secundæ, mouetur ad acquirendū locū; nego; mouetur ad mutandum locū partium, concedo. Et ideo magis dicitur motus circa locum, quā ad locum: unde Opusculo 52. apud Diuum Thomā in fine dicitur; motus non dicitur localis eo solum, quod sit in loco; sed etiam dicitur motus localis, eo quod est circa locum. Propter quod dixit Phylosophus 1. Cæli, & mundi, quod motus localis est triplex; scilicet, à medio; ad medium; & circa medium: motus à medio est levium; motus ad medium est grauium; motus circa medium est corporis cælestis. Addit Ferrara quæst. 2. circa finem, quod ut insinuat S. Thom. lect. 6. littera. h. & littera. m. licet partes vltimæ sphæræ sint in potentia quoad diuisiōinem, per designationem, & non repugnantiam; sunt tamen actu quoad ordinem, quem illa superficies habet in uniuerso; ex quo

quo ordine superficies rationem loci habet: vnde eadem superficies cum diuersos ordines, & situs partiales accipiat, idè mouetur secundum locum, & unum locum dimittere, & aliud acquirere valet.

11 Instabis: corporum nobilissimo debet conuenire nobilissimus modus esseendi in loco: sed nobilissimus modus esseendi in loco, est cū corpora sunt actu in loco, & mouentur actu ad locum; & non cum solum peraccidens, & ratione partium, & in potentia sunt in loco: cuius ratio est, nam id quod est in actu, est prius eo quod est in potentia: & sic videtur inconueniens, quod primus motus localis sit corporis existentis in loco per partes, quæ sunt in potentia in loco.

Ad hoc egregie respondet S. Th. lectio 7. litt. a. in fine, dicens, quod hoc optime cogruit motui primo: necesse est enim, quod gradatim ab uno immobili descendatur ad diuersitatē, quæ est in mobilibus. Minor est autem variatio, quæ est secundum partes existentes in loco in potentia; quam quæ est secundum tota existentia in loco actu: vnde primus motus, qui est circularis, min⁹ habet de difformitate, & plus retinet de uniformitate, propinquior existens substantijs mobilibus. Hactenus S. Thom. Imò addit Soto q. 2. art. 1. in fine, quod est in loco in actu dicit imperfectionem, nempe continerib alio; & est perfectius, vt prima sphæra a nullo corpore contineatur, sed omnia contineat.

12 Sed arguit Auerrois commē-

to 43. per id corpus est in loco, per quod habet immobilitatem, & fixionem: sed corpora circulariter mora habent fixionem per immobilitatem centri: ergo ultima sphæra est in loco ratione cœtri. Quod Confirmat Pereira lib. 11. capit. 9. quia motus circularis à reliquis dissinguitur, quia est circa mediū, seu circa centrum: ergo corpus motum circulariter erit in loco ratione centri.

Hæc tamen reiciuntur à D. Tho. quia non dicitur aliquid esse in loco per accidens, ex hoc quod aliquid, quod est omnino extrinsecū ab ipso, est in loco. Cum igitur centrum sit omnino extrinsecū à sphæra ultima, ridiculum videtur dicere, quod sphæra ultima sit in loco per accidens, ex hoc quod centrum est in loco.

13 Etratio est, quia loci est cōtinerere, centri autem est contineri. Deinde locus, & locatum distinguunt omnino: centrum autem est locutū: ergo non est locus. Denique non est cur potius centrū debat dici locus ultimæ sphæræ, quam corporum aliorum, nempe elementorum.

Vnde ad argumentum negatur maior, quia locatum non debet habere immobilitatem. Nec Cælum habet immobilitatem à centro; sed ex proprio situ, & natura. Motus etiā specificatur à termino ad quē: motus autem rectus, & circularis inter se differunt, quia in uno, mobile transfertur ad alium locum secundum totum; in circulari autem secundum partes. Vnde multo conuenienter.

### §.3. Vtrum sit in loco definitiuè?

433

uenientius est dicere, quod ultima sphæra sit in loco propter partes suas intrinsecas, quam propter centrum.

#### §. III.

### Vtrum sit in loco definitiuè?

14 Sed adhuc remanet dubium, videtur enim, quod omnia hucusque dicta solum probent, quod ultima sphæra secundum se totam, non sit in loco circumscriptiuè; quia non datur aliud corpus eam continens, & circumscribens; cum quo compatitur, quod secundum se totam sit in loco definitiuè; quia ita est ibi, quod non alibi: & haec posset esse facilior solutio difficultatis, dicendo nimirū ultimam sphæram non circumscribi à loco; elle tamen proprie in loco definitiuè.

Et augetur difficultas; quia motus circularis circa locum, mutat ubi partium: ergo acquirunt partes aliud ubi: ergo cum non sit ubi circumscriptiuum, defectu externi corporis ambientis, erit ubi definitiuum internum. Antecedens patet, quia mobile primū, ex cuius motu diu no causatur dies, non est vespere quoad omnes suas partes, ubi erat primo manē.

15 Respondent PP. Carmelitani disputat. 19. quæst. 6. num. 53. quod ubi aliquando resultat ex loco in actu, & aliquando ex loco in potentia: ad motum autem circularem sufficit mutare locum in potentia, & inadæquatè; quia pars continens non est actu diuisa à parte contencta.

16 Sed cōtra: nam ubi in actu non resultat ex loco in potentia; sed ex loco in actu: ergo si admittunt ibi acquiri ubi in actu, non debet esse locus in potentia. Deinde, ut ipsi tentur, vbi cōsideratio obsui imperfectio nem requirit adiacentiam alicuius continentis: sed ibi nullum continentis adiacet: ergo vel nullum est ubi; vel est tale ut sufficiat ad locum totius corporis cælestis in actu.

17 Iterum respondebis ex doctrina Ferrariæs iam approbata num. 10. quam sequitur Masius sect. 2. q. 2. concl. 4. & M. Ioannes à S. Thoma quæst. 16. art. 3. ad 2. quod licet ibi non sit ubi circumscriptiuum; est tamen ubi actuale quoad acquisitionem propinquitatis, vel distantia ad alia corpora, circa quæ mouetur: & hoc pertinet ad ipsum ubi saltem inadæquatæ. Vnde ad ultimum concedit M. Ioann. à S. Thoma, quod partibus cæli conuenit habere ubi determinatum, & designatum, quantum ad id, quod definitio nis est in ubi; non quantum ad id, quod est circumscriptionis; vnde erit in toto cælo ubi definitiuum; licet non sit ubi circumscriptiuum.

18 Huic tamen doctrinæ videtur obstat, primum; quia confundit modum estendi in loco proprium rerum corporalium, cum modo esse di in loco rerum spiritualium: nam proprium corporum est esse in loco circumscriptiuem; proprium vero Angelorum esse in loco definitiuem. Quod testatur Sanctus Thomas prima parte quæst. 52. artic. 2. dicens: sic igitur patet, quod esse in loco, diversum de conuenit corpori, &

Ee Ange-

Angelo, & Deo: nam corpus est in loco circumscrip<sup>t</sup>ione; quia cōmensuratur loco. Angelus autem nō circumscrip<sup>t</sup>ione, cuia non cōmensuratur loco; sed diffinitiue; quia ita est in vno loco, quod non in alio. Deus autem, neque circanscrip<sup>t</sup>ione, neque diffinitiue, quia est ubique, propter immēritatem suæ virtutis. Cū igitur vltima sphæra sit corpus; si non est in loco circumscrip<sup>t</sup>ione, nullo modo erit in loco; & ideo nec diffinitiue.

Secundo obstat, quod diximus in fine q. 4. quod vltima sp̄era non habet locū; & ideo non habet vbi, quod resultat ex circumscriptione loci: quando autem nō est vbi, nec potest esse locus diffinitiue.

19 In hoc punc<sup>t</sup>o (supposita doctrina principalis conclusionis) nō potest esse diffensio, nisi de modo loquendi. Ut autem vocum contētio vitetur, notandum valde cum Ferrarab<sup>c</sup> q. 2. §. Sciendum secundo, quod loci nomine duplíciter vti possum<sup>b</sup>. Vno modo proprie, eo modo quo est ab Aristotele definitus; & est ultimus terminus corporis continens immobilis primus; id est, vltima superficies proxima, & immediata corpori cōtentio. Et de loco in isto sensu verificantur, quæ hucusque diximus. Alio modo accipitur locus communiter, & minus proprie, pro determinatione cuiuscumque ordinis, vel cuiuscunque situs in toto; sicut dicimus binarium in totalitate numerorum corporis primū locum tenere, post vnitatem; & epar hominis tenere locum dextrum in homine; caputque esse sur-

sum; pedes vero deorsum. In quo sensu acceperunt nomen loci ex antiquis Damascius, Theophrast<sup>s</sup>, & Iamblicus relati à Ferrara; imo Toletus, & alij, quos retulimus q. 1.n.4. qui distinguunt locum extrinsecum, ab Aristotele definitum; & locum intrinsecum, de quo modo loquimur: & hęc quidem acceptio apud rigorem physiologicum impropria, in vulgari loquutione est satis vſitata. ¶ In isto sensu non est dubium, quod vltima sphæra sit in loco: est enim totius vniuersi pars præcipua; & habet determinatum ordinem, & sitū in ordine ad alias partes vniuersi: nam circum circa omnes anicit, & continet. Et in ista acceptione tota sphæra non est in loco ratione partium; sed ē contra partes ratione totius: ex eo enim quod sunt partes supremæ sp̄æræ, habet vt in tali distātia sint ad alias vniuersi partes.

20 Ex his ad dubium respondeatur, quod loquendo de loco proprie in rigore physico, non datur locus intrinsecus; quia hoc est cōtra eius definitionem, & essentia: alioquin coincident locatum, & locus. Nec est vbi corporum prædicamentale, nisi circumscriptuum, vt habetur Opusculo 48. apud D. Thom. & diximus libr. 2. Logicæ quæst. 29.n.6. Nec vltima sphæra est actu secundum se totam in loco definitiue; quia quod non est actu in loco, non est actu in loco definitiue; sicut non potest actu esse homo, qui nō est actu animal.

21 Loquendo autem de loco in minus

minus propria, & vulgari acceptione, admitti potest illa acceptio loci intrinseci, & quod ipsa extensio ut sit sub tali distatia ad corpora contenta, vocetur locus, & ubi: & quia per terminos extensionis quantitatis, ita est hic, quod non alibi, dici potest ratione illius esse in loco definitiue; quamuis reuera non sit totius corporis locus in actu, nisi imaginatus, & locus verus solum sit per accidens, & in potentia. Et sic omnia consonant: nam S. Thom. loquitur de loco in rigore physico, & nos quæstione præcedente loquebamur de ubi prædicamenta li; in quo sensu S. Thom. i. p. q. 52. art. 1. ait: *quod a quatuor dicitur Angelus esse in loco, & corpus.* Et in 4. dist. 10. q. 1. art. 3. q. 1. ait: *Quod nil perse, & proprius loquendo est in loco, ut in loco, nisi quod loco circumscribiatur.* Loquendo autem de loco in latiori significacione bene aduertit M. Soto hic q. 2. art. 2. ad 4. corolario 1. quod esse definitiue in loco est superius ad esse circumscriptrue, ut quicquid sit circumscriptrue, sit definitiue; & non est conuerso: unde si non adsunt omnia requisita ad circumscriptionem, possunt adesse ex parte extensionis requisita adesse definitiue in loco extrinsece imaginatio, & in potentia in partibus designatis in toto.

22. Hic intempeste disputant non nulli de ubi, & presentia Dei, & Angelorum, & Christi sub Sacramento: sed has disputationes Theologorum Theologis relinquamus: videatur tamen S. Thom. 3. p. q. 76. art. 5. ad 1. probans, quod corpus

Christi non est in Sacramento definitiue; quia potest esse alibi; nec circumscriptrue; quia non est localiter, & secundum commensurationem propriæ quantitatis; sed est sacramentaliter, & indivisiibiliter per modum substantiarum.

s. III.

Vtrum tot sint ubi, quot entia?

23. V Num dubium est huius loci proprium, utrum cuilibet parti, & accidenti corporeo correspondat proprium ubi ab aliorum ubi cationibus distinctum?

Tot esse ubi in composite, quot sunt entia adiunici separabilia, docent Suarez disp. 51. sect. 5. Valeria, & Hurtado, quos citat, & sequitur Cabero tract. 4. disp. 2. dub. 3. Probat primo, quia quando compositeum de loco in locum mouetur, omnia accidentia mouentur: sed per motum localem acquiritur aliquis terminus intrinsecus: ergo quodlibet ens suum habet ubi. ¶ Secundo: substantia separari potest à quantitate, & reliquis accidentibus; & accidentia in Eucharistia sunt sine substantia: sed tunc habent proprium ubi; quia alicubi sunt: ergo antea proprium ubi habebant.

24. Oppositum docuit Cajetanus 1. part. quæst. 52. artic. 1. s. Ad exemplum, & Vazquez tomo 2. in 1. part. disput. 195. capit. 3. & 3. part. disput. 199. numer. 29. & Albertinus de Prædicament. quantitatis quæstion. 6. Magister Frat. Ioann. a Sancto Thoma hic

quæst. 16. artic. 2. difficult. 2. & alij communiter. Et probant eo quod docet S. Thomas in 4. dist. 10. q. 1. art. 2. ad 5. quod *nullum corpus compa- ratur ad locum, nisi medianibus dimen- sionibus quantitas: de quo in 4. dist. 44. quæst. 2. art. 2. quæst. 5. & Quod lib. 7. art. 8. & 3. p. quæst. 76. art. 5.* vnde sicut sufficit una quantitas ex tendere omnes partes, & acciden- tia, quæ sunt in subiecto: ita sufficit vnicum vbi, cum resultet ex circu- scriptione loci in re locata. ¶ Se- cundo, quia res sunt in loco media vltima superficie, qua taguntur, & commensurantur locus, & locatū: hæc autem una est in uno composi- to: ergo & vnicum vbi.

25 Hæc tamen argumēta (nisi am- plius vrgentur) non videntur præ- mere sententiam P. Suarez: nam ip- se sect. 5. n. 7. distinguit duplex vbi; vnum circumscrip̄tuum, seu po- tius circumscrip̄tibile; aliud defi- nituum. Primum contuenit substā- tiæ ratione quantitatis; & ideo in una re quanta non est nisi vnum; & hoc probant argumēta facta. At ve- rò vbi definitium tantū cōsistit in presentia ad certum spatiū defini- ta; & substantia, & accidentia, non per quantitatē; sed ex hoc solum, quod sunt tales entitates in rerū na- tura existentes, talē modūm essēdi postulant, quod sint præsentes, & habeant unaquæque suum vbi.

26 Idcirco vt penitus reieciatur illa sententia, recurrentum est ad ea, quibus quæst. 4. impugnatæ sunt illæ præsentia superadditæ. Et ulterius, quia si vt non multiplicen- tur entia sine necessitate, ipse ne-

gat relationem à fundamento di- stingui; non video, quæ hic vrgat necessitas tot modos multiplicandi; cum in spatio imaginario quælibet entitas per seipsum intelliga- tur fundare præsentiam; & motu mediante, poterit præsentias muta- re. ¶ Tertio poslet argui; quia in corporibus omnibus ( citra primā sphærā) præsentia circumscrip̄tua est simul definitua; si loquamur pro- priè de præsentia locali: vnde, si v- num tantum adiūtit vbi circun- scriptuum; nec erunt plura defini- tiua; quia non multiplicata ratio- ne inferiori, & contractua, non multiplicatur ratio superior, cum separata ab inferiori non de- tur.

27 Ad primum facilè responde- tur, quod cum dicit Phylosophus secundo Topycorum capite ter- tio, quod *motis nobis, mouentur ea, quæ sunt in nobis*, verificatur de motu peraccidens, vt ait Sanctus Tho- mas tertia parte quæstione 76. articulo sexto ad primū, quod ad mo- tum nostri mouentur ea, quæ in no- bis sunt: vnde adhuc si daretur, quod illo motu acquireretur vbi intrinsecum (quod iam reieciimus) vnum vbi sufficeret, quo omnia v- bicarentur. In veritate autem sola est extrinseca denominatio proue- niens à circumscriptione superfi- ciei; & ideo vbi una est duarum su- perficierum commēsuratio, vnum est vbi.

28 Ad secundum iam diximus, quod substātia sine quantitate non est in loco (sicut nec est figura- ta, & colorata, &c.) & ideo nec pro-

proprie haberet vbi reale; sed tantum imaginatum: vocationes autem imaginatae, cum ab imaginatione formentur, non inconuenit ad multiplicationem entium multiplicari; quia etiam non quanta imaginamur, ac si essent quanta, & extensa: sed iam diximus imaginacionibus istis non esse credendum; & ideo non esse affirmandum habere reales presentias a proprijs entitatibus (quibus sunt partes universalis) distinctas. Et ideo quantum res a Deo possit conseruari sine ullo vbi locali; non tamen sine omnibz imaginario; quia nec potest non contineri ab immensitate Dei: nam ut ait S. Thom. in I. ad Anib. dist. 37. q. 2. ad 3. Non est possibile imaginari locum aliquem ubi Deus non esset, illo loco posse quod, & docet Quodlib. 11. articulo primo.

## QVAESTIO VI.

*Vtrum duo corpora possint esse in eodem loco?*

I Certeum est, non esse possibile secundum naturam duo corpora esse simul in eodem loco, qualiterque corpora sint, ut ait S. Th. 1. p. q. 67. art. 2. quia contiguum requirit distinctionem in situ. Quod & docuit Philosophus 2. de Anim. text. 69. & ibi S. Thom. lectio. 14. litt. f. & 4. Physic. lec. 6. litt. f. & lect. 8. litt. a. & lect. 13. & quotidiana experientia est adeo compertum; quod ipsa sola sufficere videatur, ut nullus habeat dubium audeat reuocare.

Huic experientiae universalis, quedam particulares solent opponi: nam vas plenum cinere recipit tantum de aqua, quantum recipere, si esset vacuum: ergo nil obstat quod duo subtilia corpora sint naturaliter in eodem loco.

2. Respondeat facile S. Th. hic lec. 10. in fine, quod aqua commixta cineri condensatur, & aliqua parse eius exhalat, & iterum partes cineris magis inspissantur humefactione: cuius est signum, quia non potest extrahitum de aqua, quantum prius fuit: & ideo nec ibi datur vacuum, nec duo corpora naturaliter in eodem loco.

## S. I.

*Inquiritur causa incompossibilitatis duorum corporum.*

3. Hoc cum certum sit, in dubium vocatur, quae sit causa huius incompossibilitatis, & in quo genere causae unum corpus aliud expellat ab eodem loco? Quidam dicunt hoc provenire ratione corporalitatem, quae est modus, vel qualitas corporum nostrorum, quae afferetur ab eis per dotem subtilitatis. Quae videtur sententia Aegidij Romani in tertio distinctione octaua quaestione prima articulo tertio: vbi ait, non fuisse miraculum, quod Christus ad Discipulos post resurrectionem ianuis clavis intravit; quia habebat autem subtilitatem, ut posset sustinuere aliud corpus, non scisso, vel non cedente alio corpore.

Hoc tamen refert, & impugnat S. Tho. in 4. dist. 44. q. 2. ar. 2. quest. 2. tum, quia incompatibilitas duorum corporum in eodem loco, non est defectus corporum: nam quod corpus sit repletum loci, & expulsum alterius ab eodem loco, habet per id quod est de integritate naturae eius; & non ex aliquo defectu auferibili per qualitatem gloriosam. Secundo, quia omni qualitate sensata a corpore sensibili, adhuc habent duo corpora incompatibilitatem ut sint in eodem loco.

4 Concludit ergo S. Tho. quod necessitas distinctionis duorum corporum in situ, causatur a natura quantitatis dimensione; cui per se conuenit situs; cadit enim in definitione eius, quia quantitas dimensiona est quantitas habens situm: & inde est, quod remotis omnibus alijs, quae sunt in re, talis distinctionis necessitas invenitur in sola quantitate dimensiona. Hac ibi: quod & prosequitur questione 3. & 4. & Quodl. 1. art. 21. dicit oppositam sententiam esse inintelligibilem: quia explicari nequit quid sit illa corpulentia, vel grossities distincta a quantitate; relinquitur ergo, quod propter dimensiones diversa corpora dissinguuntur secundum diversa loca. Situs enim (de quo hic loquimur) nihil est aliud, quam ordo partium quantitatis, ut ait S. Tho. Opusc. 70. q. 5. art. 3. extensio enim, quantitatua non solum facit quod una pars sit extra aliam, sed etiam, quod uniantur secundum extremitates, & non se totis: & ideo extensio, situs apertitudinalis, & impenetrabilitas sunt

de ratione quantitatis; eo modo quo explicuimus li. 2. Log. q. 14. id circa in hac parte facile Authores concordant, quod duo corpora sunt incompatibilia in eodem loco ratione ipsarum quantitatum, etiam secluso omni alio accidente, ut ait S. Tho. vbi supra, & Durandus in 4. dist. 44. q. 5. n. 12. & q. 6. n. 8. & 17.

5 Dissident vero in secunda dubia parte: nam Masius hic cap. 5. sect. 2 q. 4. in 2. probat. 2. concl. & Recensiones multi censem vnum corpus aliud expellere solu in genere cause efficientis impulsu imprimendo: quia causalitas formalis causa non habet, nec exercet oppositionem cum alia, nisi in ordine ad commune subiectum; quod hic locum non habet. Deinde corpus non est forma expulsionis, ut patet. Nec concurrit in genere causae materiae ex qua; cu expulsio non fiat ex corpore. Clarum etiam est, quod non concurrit ut finis, cum corpus unum aliud non moueat intentionaliter, sed pure phytice. Relinquitur ergo quod vnum corpus aliud expellat solum in genere causae efficiens. Tribuitur Scoto; sed immixto.

6 At vero Rubio de natura loci q. 5. n. 68. in fine, licet dicat formas substantialia in genere cause formalis esse expellere ab eodem subiecto; dicit tam, quod quantitates genus fortale materialis causae exercent in tali expulsione; cum ex parte extensionis partium, que quasi materialia cententur, proueniat. Quare non videntur hunc Authorem legisse, qui pro ultima sententia, mox explicanda, eum referunt.

### §. I. Incompossibilitas duorum corporum.

439

7 Tertio Seoras in 4. dist. 1. q. 5. & alij tam ex Thomistis, quam ex extraneis, dicunt unum corpus non expellere aliud ab eodem loco effectuè; sed tantum formaliter ratione incompossibilitatis, quam includit unaquantitas cum alia in eodem situ fundante presentiam ad idem spatium diuersum à situ, & praesentia alterius.

8 Addunt Ioanni. à S. Tho. quæst. 16. art. 4. ad 1. secundæ sententiaz, & Ortiz tract. 8. confer. 2. in prob. 3. conclus. Quod actualis expulsio non fundatur in sola quantitate, aut formalis eius effectu quomodo cum que; sed in quantum habet contactum actualem in ordine ad alterū, qui contactus sit penes ipsas superficies: nam vt dicitur 5. Physicorum cap. 3. ea se tangunt, quorum extrema sunt simul. ¶ Sed quia de isto contactu inquire adhuc potest; in quo genere causa sit; & quæ sit in coposibilitatis radix? Ideo per hoc non tollitur, quod unam ex relatis sententijs debeamus eligere. Ut ergo in puncto obiter ab antiquis disputato, vel tacto, nostrum iudiciū proferamus.

9 Notandum, quod aut potest esse quæstio de incompossibilitate quasi sumpta in actu primo; aut de incompossibilitate seu actuali expulsione, quæ est in actu secundo: & rursus, aut potest inquire de causalitate requisita in actu primo, vel secundo perse; & essentialiter; aut de causalitatibus, quæ ibi possunt admisceri.

10 Dico ergo, quod perse, & essentialiter incompossibilitas duorum

corporum in eodem loco est in genere cause formalis. Probatur ex dictis: per id formaliter corpora non possunt esse in eodem loco, per quod non possunt esse in eodem situ; sed formaliter haec repugnatio prouenit ratione quantitatum, quæ ex se ipsis sunt accidentia, & formæ incompossibles in eodem: ergo repugnatio perse, & formaliter est in genere cause formalis. Minor est probata lib. 2. Log. explicando ratione formalis quantitatis. Et maior patet ex dictis de natura loci.

11 Secundo; sicut se habet species constitutuum ad distinctionem essentiale, ita se habet extensis, & terminacionis forma ad distinctionem situalem: sed formæ per se ipsis fundant distinctionem essentiae, & specificam; quia actus naturæ constitutius est eius distinctiū: ergo quantitas extensus corpus per proprias dimensiones dat incompossibilitatem in eodem situ. Cum ergo incompossibilitas, quæ est inter duas formas, non possit non esse formalis; ideo genus causalitatis formaliter, & perse hic debet relucere. Rationem hanc indicat S. Tho. in 1. dist. 37. q. 1. art. 1. dicens: quia enim corpus per essentiam suam, quæ circumscripta est terminis quantitatis, determinatum est ad situm aliquem, non potest esse, quod corpore mouens, & motum sit in eodem situ. Hæc ibi.

12 Tertio, si daretur duæ quantitates à materia separatae, non possunt esse naturaliter in eodem loco; ut docent Phylos. 4. Phys. text. 47. & S. Th. in 4. dist. 44. q. 2. quæst. 2. a. 2.

Ecce 4

& duæ

& dux species sacra & vertentes non sunt immutabiles, quamvis ibi nulla reperiatur materia, quæ sit in loco: ergo ex natura dimensionum prouenit incompositibilitas, seclusa causalitate materiali rigurose sumpta.

13 Dico secundo: multis titulis hæc incompositibilitas reduci potest ad genus causæ materialis. Primo, quia quantitas se tenet ex parte materiae, & qualitas ex parte formæ, ut ait S. Thos. in 4. dist. 12. q. 1. art. 2. quæst. 1. inde deducens, quod quantitas non agit nisi mediante qualitate, quæ est per se actionis principium. Vnde cum incompositibilitas sit ratione quantitatuum, est incompositibilitas materialis. ¶ Secundo, quia quantitas est speciali ratione individuationis principium, & aliorum accidentium subiectum, in quo assimilatur materia: de quo S. Thos. in p. q. 77. art. 2. & alibi sápè. ¶ Ter tio, hæc incompositibilitas non est in aformando aliquod intrinsecum subiectum; sed in extendendo, & si tuando in ordine ad se per correspondenciam ad extrinsecum, à quo continetur locatum, sicut materia à forma terminatur.

14 Dico tertio, actualis expulsio est primo, & per se incomposititas terminorum quantitatis; & ideo est duarum formarum: solet tamē admisceri causalitas effectiva mouentis, vel impellentis. Prima pars sequitur ex dictis, quia in actu secundo est expulsio per exercitium incompositiū ex se in actu primo. Quod & indicatur à D. Thos. in 4. dist. 44. q. 2. ar. 3. ad 3. vbi explicat, quod locus opponitur formaliter

loco. ¶ Deinde, quia ut ait S. Thos. in 4. dist. 10. quæst. 1. art. 4. quæst. 1. tactus corporalium coniequitur quantitatem, quia nil aliud est quam coniunctio terminorum duarum quantitatuum; & ideo non penetrantur, quia termini unius quantitatis circunscribunt eam, & inde habet alteri resistere.

15 Secundam partem ad minus intendit M. Soto 2. Physic. q. 4. ad 3. 9. Sed revera, dicens: mirabile esset sanè, quod cum ego cupiens essem in loco, in quo est alius, expello illum humeris, tunc non concurrat effectiū: & quod serra, vel gladii effectiū non separat partē corporis ab alio. Et hinc sumitur ratio, quia agens imprimens impulsum, vel qualitatem, est causa effectiva, vel principalis, vel instrumentalis: sed unum corpus potest, & solet aliud expellere causando impulsū, violentiam, & qualitates alias: ergo interuenit causalitas effectiva.

16 His ergo statibus, non potest manere difficultas nisi de modo loquendi; quia posset aliquis dicere, quod est incompositibilitas formarum, quia est inter formas: non formalis, quia in multis assimilatur materia. Et cum isto, qui sic loqueatur, non potest nisi de voce contendit: sed melius omnia clarescunt distinctione data.

17 Ad argumentum primæ sententiae dicitur, quod cum oppositio exerceatur successione quantitatū in eodem loco, non datur una forma communis distincta ab ipsis formis succedentibꝫ. Nec oppositio formarū, quæ sunt quantitates, & per informationem

## §. 2. Tractatur quæstio de p- tentia abso'uta. 441

mationē in eodē subiecto, sicut est oppositio qualitatū; sed per repugnantiam terminorū vtriusque: nec hoc est mirum, sed necessarium; eo quod quātitas genere supremo differt à qualitate; & ideo eorū diuersae sunt differentiae; & distinctio si- tualis alijs nō conuenit nisi ratione quantitatis.

18 Argumentū secundæ sentētiæ probat secundā cōclusionē; & alijs no opponi per se notū est. Argumen- ta tertiae sentētiæ fauēt nostræ pri- mæ cōclusioni. Nil autem vetat, quod causalitati formali admiscea tur causalitas effectiua. Vnde Iauel lus lib. 4. q. 18. §. Secundū autē, docet vñū corpus expellere aliud forma liter, & efficiēter. Quāvis solut. ad 4. magis vim faciat in causalitate ef- ficiēte. Imò nisi quantitas esset ac- cidens se tenēs ex parte materiae, il la forma, quæ est quātitas, posset es se perse actionis principium: sed ad minus ibi adiungunt qualitates medijs, quibus est efficientia.

### §. II.

#### Tractatur quæstio de potentia abso'uta.

19 IN isto sensu hæc quæstio, & proximè ventura, directe atti- nēt ad Theologos; sed propter im- portunitatē Phylosphorū hui' tē poris (vt de suo sacerdoce dixit M. So- ro. q. 2. ar. 3) nō possunt nō hic dispu- tari. Potest autē hæc quæstio in du- plici sensu moueri. Primo, vtrū re- tēta eadē extēsione quātitiua, & præsentia locali vtriusq; corporis, possint ita penetrari, quod partes vtriusq; corporis subintrent se in-

uicē? Secūdo, vtrū possit Deus ab uno, vcl ab vtrōq; corpore aufer- re extensionē in ordine ad locū, & ponere vtrūq; in eodem spatio? Et quia penetratio est existentia duo- rū corporū in eodē loco; ideo in- xta hoc duplex debet esse penetra- tio: alia propria, & rigurosa. quando duo corpora extensa in ordine ad locum ab inuicē subintrātur, ita vt cum in se sint duo, correpondeat eidē loco: alia est penetratio im- propria, & lata, quādo duo corpo- ra sunt simul, sed alterum nō est ibā localiter, & quātatiuē; sed indi- sibiliter, & per modum substantiæ: & hoc modo corpus Christi est in speciebus cōsecratis: de quo S. Th. 3. p. q. 76. art. 4. & art. 5. ad 2.

20 In hoc secūdo sensu indubita- tū est diuina virtute posse duo cor- pora simul cōstitui. Quod in primis declarat mysterium Eucharistiæ, in quo tota quātitas corporis Christi est indissibiliter vbi est quātitas panis, iuxta certā Theologorū setē tiā. Secūdo, id declarant Natiuitas Christi ex intemerata Virgine, Re- surrectio eius ianuis clausis, & alia exēpla poslea proponēda pro afser- tione principali: quæ hanc ad mi- nus euidenter cōuincunt. Nec ob- stat, quod Gotfredus Quidli. 7. q. 6. & alij plures dicunt hoc fieri po- tuisse ponendo corpus Christi trāsi- re de extremo ad extremū, nō per transito medio; sicut de facto cor- pus, quod est in Cælo ponitur in Eu- charistiæ; non per transito medio. Hoc inquā nō obstat primo, quia Sanctus Thomas id implicare satis indicat prima parte quæst. 53. ar. 2. quia

quia corpus mensuratur, & contineatur sub loco: unde oportet, quod sequatur leges loci in suo motu. Secundo, quia eandem continet difficultatem iste transitus, ac impedi extensionem localem vias corporis: unde si primum fieri potest miraculose, etiam secundum.

21. Et omnium ratio est, quia esse etum formæ secundarium ei conuenientem per ordinem ad extrinsecum, Deus potest impedire, seruat, & praedicatis quidditatibus ipsius formæ. Idcirco nullum Theologum reperi, qui hoc neget, nec assertive, nec opinatiue: vt patet ex Durando (cui immixto oppositum tribuitur) in 4. dist. 44. q. 6. nam n. 16. ait: quando autem querimus utrum virtute diuina unum corpus possit esse cum aliis, intelligimus hoc de existentia quantitatibus. utrumque corporis, videlicet, utrum duas quantitates duorum corporum sibi inuicem quantitatibus comparare possint esse simul in eodem loco? Quod late prosequitur in sequentibus: & n. 19. concludes: unde non est absolute, & simpliciter dicendum, quod duo corpora nullo modo possunt esse simul virtute diuina; sed solum quando sibi inuicem comparantur quantitatibus, & ad locum. Hæc ille.

22. Remanet ergo difficultas de priori sensu quæstionis. In qua partem negatiuam problematice tetur Durandus dicta q. 6. sed in numero 19. concindit: huic conclusioni sic intellectæ non obuiant dicta Scriptura, nec auctoritates Sanctorum, quas usque nunc viciimus. Et si quis contendat oppositum esse ve-

rum; ego salua fide, & veritate me huiusdicto alieno intellectui cedere, quam contentionibus deserui. Hæc ibi. Quam modellam debent multi emulari, vt à rigidis censuris abstinerent; precipue contra partem inauditaam. Quare idem tuetur Paludanus ibi q. 3. & tribuitur Scoto in 4. dist. 49. quæst. 16. ad 2. & alijs. Et seclusis quibuldam solutionibus Durandi (quæ mihi videatur penitus improbandæ) sententia ipsa non video cur sit censura digna; quia tantum consistit in subtilitate quadam circa modum quo duo corpora possunt, vel non, ponim simul; quam in absoluta negatione, quod hoc à Deo fieri posse.

23. Nihilominus omnino verum iudico, quod Deus possit ponere duo corpora quantitatibus, & loco simili in uno loco. Ita S. Tho. 3. p. q. 57. art. 4. ad 3. dicens: quamvis de natura corporis non sit, quod possit esse in eodem loco cum alio corpore; tamen potest hoc Deus facere per miraculum; quod in eodem loco possit esse simul cum alio corpore: sicut, & fecit quod corpus Christi de clauso utero B. Virginis exiret; & quod intravit ianuis clavis ad discipulos suos, sicut dicit B. Greg. hom. 26. in Euangelia. Idem docuerat S. Thom. ibi q. 54. art. 1. ad 1. citans B. August. ser. 149. & tract. 121. in Ioannem. Et videatur S. Thom. ibi q. 28. art. 2. ad 1. & 2. & q. 35. art. 6. ad 1. & q. 1. de Potentia art. 3. ad vlt. & Quodlib. 1. art. 22. ad 2. & communiter alijs Theologis, quibus in huiusmodi quæstionibus

nibus omnimoda fides adhibenda est.

24. Euasiones aliquæ his exemplis solent adhiberi minus consonæ sacrae Scripturæ iuxta communè expositionem; quæ à P atribus, & Theologis latius confutantur. Nobis sufficiat euasione magis metaphysicam referre, & impugnare: inquit ergo Durandus n. 14. quod Christus potuit figuram corporis mutare in angustam; & sic intrare per quamcumque rimam. Et quāuis aliqui dicant hoc non fuisse conueniens; nullus tamen dicit quin fuerit possibile: conuenientius autem videtur ponere modo, qui ab omnibus coeditur possibilis; quā ponere illum, qui à pluribus impossibilis reputatur. Præterquam quod ex Scriptura, & Sanctis colligitur duo corpora fuisse simili; quod verum est: sed non alterius quod ambo corpora fuerūt simul localiter: de quo solo est quæstio.

25. Propter hæc non censuramus priorem sententiam. Sed non ideo veram aliquo modo reputamus. In primis euasione hæc refert, & impugnat S. Thom. in 4. dist. 44. q. 2. art. 2. quæstiuncula 5. quia repugnaret recte dispositioni corporis humani; quæ requirit determinatum situm, & distantiam partium: vnde nec per miraculum vñquam hoc fieri: & ideo dicendum, quod corpus gloriosum semper erit in loco sibi æquali. Ratione eadem vtitur ibi S. Bonav. dist. 29. 2. p. art. 2. q. 1. & alij.

Secundo, non negamus quod miraculose potest corpus gloriosum,

& non gloriosum, quātūvis magnuni, ita variare situm, vt totum possit intrare per minimum porum alterius corporis: sed alterius, quod Deus, qui hoc potest efficeret, etiam potest causare, quod manente extensione vtriusque corporis, partes ad invicem penetrentur.

26. A priori ratio esset facilis, si una quantitas aliam expelleret efficerent, quia hoc genus causa Deus valet impedire conseruando causam, & non præbendo concursum ad efficientiam. Sed adhuc si expulsio fiat (vt nos fieri diximus) per incompositatatem formalem, & aliquo modo materiali; ratio locū habet, quia sicut extensio in ordine ad locū consequitur extensionem in ordine ad se; & potest dari quantitas in se extensa; & non extensa in ordine ad locū, vt patet de quantitate Christi in Eucharistia; ita quod corpora extensa in ordine ad locū, expellant alia; consequitur hæc extensionem localē: ergo illa conservata, potest Deus alterius corporis expulsionē impedire. Patet consequentia, quia prius in quantum prius non dependet à posteriori.

Dices actualem expulsionem nō esse effectum secundarium positionum quantitatis; sed esse effectum primarium, quoad positionem quod dicit; & priuatio, seu impenetrabilitas, impediri nequit, semel communicata quantitate quoad extensionē in ordine ad locum; quia vel nō differt à terminis quantitatis, vel est cū eis essentialiter, aut intime connexa: ergo licet Deus possit si-

in illo ponere duo corpora non quātitatiue, & localiter; ex suppositio-ne, quod unum sit quantitatue, est in penetrabilitate cum alio: conseruata autē impenetrabilitate, patet quod duo corpora non possunt penetrari: ergo nec possunt duo simul in eodem situ localiter consti-tui.

27 Sed contra: nam impenetrabi-litas in actu primo nō differt ab ip-sa quantitate; ceterum in actu secūdo dicit carentiam alterius corporis in eodem situ; & aliquando in-cludit positivam resistentiam per contactum, & impulsu[m]: hoc vi-tium clarum est posse impediri manente utraque quantitate extē-sa; quia operatio potest non esse, & penitus non est Deo suspendente concursum. Negatio vero illa, vel priuatio, secundum potentiam na-turalem ad positionem unius quātitatis consequitur, quod alia nō sit ibi, sed secundum potentiam obe-dientiale[m], hoc quod naturaliter consequitur, potest supernaturaliter impediri. Et tunc solum priuatio non potest non poni ad positionem politiui, quando est illius care-tia, vel ita intima quod arguitur sequatur esse, & nō esse illius quod hic non contingere iam expositum est.

28 Indicat aliam rationem S. Th. in 4. dist. 44. q. 2. art. 2. q. 3. dicens: & similiter diuina virtute fieri po-test, & ea sola, quod corpori rema-neat esse distinctum ab alio corpo-re; quamvis eius materia non sit dis-tincta in situ ab alterius corporis materia. & ut miraculo fieri po-

test, quod duo corpora sint in eodē loco. Quod magis declarat ad 4. di-cens, quod diuina ab alijs est de co-sequentibus rationem unius. Expli-catur vis huius rationis; quia nulla est contradic̄tio, quod aliquid sit unum in se, & ab alijs distinctum quoad intima, & non sit distinctum quoad aliquid extrinsecum, vel per correspondientia ad extrinsecū: sed duæ quantitates se ipsis distingun-tur in situ quoad extensionem, & localiter quoad correspondentiam cum corpore ambiente: ergo non est impossibile, quod diuina virtute retenta distinctione extensionis propriæ, penetrantur, & correspo-deant eidem loco.

## §. III.

## Soluuntur argumenta.

29 **V**ltima probatio, reliquis effi-cacior in his questionibus, est argumentorum solutio. Primo ar-guit Durandus n. 8. quia de intrinse-ca, & essentiali ratione quantitatis, sine qua esse, & intelligi nō potest, est quod habeat partem extra par-tem, & quod distinguatur positi-one, vel situ: sed si duæ quantitates possint penetrari, possint etiā par-tes eiusdem quantitatis non distin-gui positione, vel situ: ergo sequi-tur contradic̄tio, quod una esset ex tra aliam; quia sunt quantæ, & quod una non esse extra aliam, quia sunt pe-netrantæ.

Secundo arguit n. 9. quia sequi-tur, quod maximus mons posset transire per foramen acutum; & totum cælum esse posset in minimâ buria, salua-

saluata extensione quantitativa vtriusq; corporis. Quod videtur plane absurdum. Denique obiecit n. 10. sicut partes quantitatis successivæ (vt sunt tempus, & motus) habent inter se ordinem durationis, sic partes quantitatis permanentis habent inter se ordinem positionis: sed implicat contradictionem partes temporis simul durare; ergo & implicat partes quantitatis penetrari.

30 Hæc argumenta bene diluit Capreolus in 4. dist. 44. q. 3. ad argumenta Durandi contra tertiam, & breuiter dicitur, quod à quantitate numquā tollitur eius essentia, quod extēdat partes in toto; imo hic eas extendit in loco; sed cum penetrantur, fit ut minori loco corraspondent; vel quod duo corpora corraspondent eidem, quia cum distinctione intrinseca potest esse unio in intrinseca. Ad secundum S. Tho. illa dist. 44. exprestè concedit sequelam; licet dicat non decere ut de facto fiat incorpore gloriose. Quod autem hoc concedere sit absurdum, arguens non probat.

31 Ad tertiam dicitur maiorem esse veram, si comparatio fiat cum extensione in se; non vero si comparetur cum extensione, & correspondientia ad diuersa loca: unde concessa minori, negatur consequētia. Ratio disparitatis est, quia ordo prioris, & posterioris est de essentia successivæ; at vero expulsio alterius quantitatis non est de essentia quantitatis; cum consequatur extensionem in ordine ad locum, & Deus haec extensionestante possit impedire resistentiam cum alio, & ea penetrare valet.

32 Praeterea arguunt alij: si duo corpora possint diuinitus penetrari, sequeretur quod illa corpora naturaliter possint moueri; vt pote entia naturalia; & quod naturaliter non possint moueri, alioquin duo corpora simul se possint ponere in uno loco; vel si unum moueretur, & aliud non, naturaliter se possint cum alijs penetrare: quod est aper- te falsum: ergo, non possunt etiam diuinitus duo corpora penetrari.

Deinde sequitur, quod naturaliter possint videri, ut supponimus; & naturaliter non possint videri: quod probatur: nam penetrantur duæ tabulæ eiusdem extensionis, & figuræ; quarum alia est alba, & alia nigra: nec videtur nigra, quia tota alba locum occupat, & immutat visum: nec videtur alba, quia nigra est per totum extensa, & etiam immutat visum. Ergo, &c.

33 Respondet Vazquez tom. 3. in 3. p. disp. 189. cap. 8. n. 73. & alij Recentiores, cum Hurtado dis. 14. sec. 5. & Cabero tract. 4. disp. 1. dub. 6. n. 14. quod si duo lapides penetrarentur, & ponerentur in medio aere, non possint naturaliter moueri; quia si mouerentur simul, sequitur quod virtute naturali possint duo corpora esse in eodem loco: & si unum moueretur, alio immoto, daretur naturaliter penetratio; quia cum unum corpus exiret ab alio, percurreret eius partes: quod fieri non posset sine noua penetratione. Nec est inconueniens quod miraculum impedit motum naturali corporum.

34 Displacet hæc solutio, quia pene-

penetratio corporum non tollit, nec impedit eorum naturalem gravitatem, & levitatem: & ideo eodem modo poterunt, vel simul, vel seorsum moueri, ac si penetrata non essent. Mirum namque est, quod lapides duo seorsum descenderent, & cum sunt simul, in aere permanarent; & quod unus solus descenderebat, & penetratus cum alio, descensus impedirebat auctam gravitatem? Cum tamen verum sit, id quod nat. S. Thom. 3. Contraq. cap. 69. in fine, quod *supposita gravitate aequa inessa*, quanto magis fuerit corpus grane, tanto velecius mouebitur motu naturali. Rursus, si colligati naturaliter descenderent; etiam penetrati.

35 Ad argumenta facile responderetur, quod supposita penetratio, nullum est miraculum, quod duo corpora acquirant nouam presentiam in uno loco; quia cum sint quoad extrinsecum per modum unius, naturaliter ab una superficie corporis loci ambi posunt. Supposita etiam totali penetratione, posset unus corpus naturaliter moueri, alio immoto; quia est ablata resistentia; secus vero esset, si ex una parte penetrati non essent, quia nisi pars illa diuidetur, non posset per illam corpus, alias non penetratum, transire.

36 Ad ultimum respondetur, quod naturaliter oculis corporalibus non posset discerni corporum penetratorum distinctio; dependet autem ab auctore miraculi, ut haec potius, quam illa superficies, & sub isto, & non sub illo colore appareret: sicut de corpore glorificato ait S.

Tho. in 4. dist. 44. q. 2. art. 2. q. 5. ad 3. quod potest quando vult videri; et quando vult non videri; quia quod agat in visum, vel non agat, nihil variat in ipso corpore; & corpus videtur ex hoc quod agit in visum: unde ex hoc nulla sequitur contradictione.

## QV AESTIO VII.

*Vtrum vnu corpus possit esse circumscripsione in duobus locis?*

1 **A**ffirmant Alensis 4. p. quæst. 11. art. 1. & quæst. 41. mēbro 7. Scotus in 4. dist. 10. q. 2. ibi Richardus, Gabriel, & Argentinas q. 1. art. 2. & alij, quos citant, & sequuntur Suarez tom. 3. in 3. p. disp. 48. sec. 4. Lugo de Eucharistia disp. 5. sect. 1. & sequentibus. Conim. Hurtado, & alij in præsenti. Aueria q. 27. sect. 5. Licet autem cōcordēt in affirmando, quod diuina virtute unum corpus potest circumscripere in duplice loco contineri. Dissident tamen in explicādo, quæ accidētia corpori in vitroque loco possint conuenire? Et rursus Suarez censet suam sententiam adeo cōnexam cū mysterio Eucharistie, vt miretur quomodo Catholici Doctores oppositum docere potuerint.

2 De eius tamen dicendi modo, quatenus admittit corpus in diversis locis posse esse viuum, & mortuum, vivens, & cæcum, dicit Rubio q. 6. nū. 98. non esse illo modo probabile. Quatenus autē opinionem istam vult cōnexam cum mysterijs fidei,

fidei, bene probat Albelda 1. p. dis. 19. esse cōtra communem omnium, & iniuriam Sanctis Patribus, & grauissimis Doctoribus, quos pro nostra sententia referemus: imo nō consonare Concilio Tridentino ses. 13. c. 3. quod respondet hæreticis, non iusta opinionem Suarez; sed fere eisdē verbis, quibus respōdebimus ex D. Thoma.

§. I.

*S. Thomæ sententia eius ratione probatur.*

¶ It ergo conclusio, implicat cōstradictionem, quod vnum corpus localiter, seu circumscrip̄tive ponatur in dupli loco. Hęc opinio priorem absque dubio authoritate superat: siquidem est ad mentē S. Augustini lib. 10. contra Faustum c. 11. vbi si non loqueretur de potentia absoluta, inefficaciter argueret contra hæreticum aſſerentem posse Christum simul esse in Cruce, & in Sole, & Luna. S. Anselmus in Monologio c. 20. idem ad aliud intentum docet. Et pr̄ter S. Tho. & Thomistas omnes, idem docent S. Bonaventura in 4. dist. 44. art. de Dote Subtilitatis. Durandus, Henricus, Gotfredus, Dionysius, & Abulensis, & AEgidius vbi infra. Et quod inter veteres hęc erat communior opinio, testatur Masius hic sect. 2. q. 5. referens B. Albertum in 4. dist. 13. art. 12. & alios; quos sequuntur Vazq. to. 3. in 3. p. dis. 189. cap. 4. Lorca ibidem, & alij in pr̄senti.

4. Ex professo eam docet S. Tho. Quodlib. 1. ar. 22. ad 1. dicēs: *Vnū cor pus est localiter in duobus locis implicat contra litionē*: quia de ratione loci est, quod sit terminus locati: terminus autē est extra quē nihil estrei: vnde nihil locati potest esse in loco exteriori. Quod si ponatur esse in duobus locis, sequitur quod sit extra suū locū: & ita sequitur, quod sit locatū, & nō sit locatū. Nec est instantia de corpore Christi, quia nō est in Sacramento altaris localiter; sed per copuersionē. Hęc ibi S. Th. Idē prosequitur Quodl. 3. toto ar. 2. cōclūdēs: *Ponere quid sit localiter in hoc loco; & tamen si in alio loco, est posse contradictione esse simul; vnde secundā pr̄missa hoc à Deo fieri nō potest.* ¶ Rues in 4. dist. 44. q. 2. art. 2. q. 3. ad 4. ait, *quod vnum corpus esse simul localiter in duobus locis, nō potest fieri per miraculū.* Et infra rationē assignat; quia esse in pluribus locis simul repugnat in diuiduo ratione eius, quod est esse indiuīsum in se; sequerit enim quod esset diſtin̄tum in ſtu. Et cōcludit: *Vnde quod idem corpus sit simul localiter in diuersis locis includit contradictionē, sicut quod homo careat ratione.* Videatur in 4. dist. 10. q. 1. art. 1. ad 5. 6. & 7. & lib. 4. Cōtrag. c. 63. & 64. & Opusc. 70. q. 4. ar. 4. & 3. p. q. 75. ar. 1. ad 3. 5. Ratio S. Th. in omnibꝫ istis locis, in substātia est eadē; licet forma filologistica sit diuersa. Formatur ergo primo ex parte loci sic: loc⁹ circūſcribēs locatū ita ipsum cōprehendit, quod nihil illi⁹ extra relinquit: sed si eset in alio loco, aliquid, vel totum illius extra relinqueret: ergo implicat contradictionem esse localiter

localiter unum corpus simul in duplice loco. Maior patet, quia circulus cribere est totum comprehendere, finire, & ambire, ut amphora usque ad summum repleta uil vini circumscripti extra relinquat. Minor est ipse casus de quo est disputatio. Consequentia vero videtur legitima, quia terminus est extra quem nihil est rei: & hoc quod est terminari, & finiri, & ambiri includit non remanere aliquid extra terminum: sicut implicat viam esse per motum finitum, & aliquid percurrentum restare.

6 Formatur secundo ex parte locati corporis: non potest aliquid esse in loco circumscripione, nisi ita habeat situatas partes, quod illarum ultimi termini per extensionem situalem corraspondeant ultimæ superficie corporis ambientis: sed inuoluit contradictionem corpus unum situari ita, ut totum corraspondeat situaliter unius loco adæquato; & totum corraspondeat situaliter alio loco adæquato: ergo & contradictione est posere unum corpus localiter in duobus locis. Maior patet, quia esse corpus localiter, & circumscripione, est quod superficies concava, & conuexa æquuntur, & una alteram ambiat, & ambæ adæquentur, & sint continuæ. Minor vero probatur, quia situs localis omnis formaliter est extensio, & distantia unius partis extra aliam, & est effectus formalis secundarius dimensionis, seu extensiois partium in toto: sed idem situs dans extensionem huic corpori ut imaginem occupare tantum spaci-

tu: n. & æquari situ loci, non potest esse situs etiam alterius loci, & alterius spatij, quia realiter non est aliud ab ipsa distantia, & distinctione dimensionum: ergo idem corpus non potest localiter correspondere situali locorum duorum diuersitatibus.

7 Rursus probatur illa minor: non minus repugnat idem corpus situaliter correspondere diuersis locis, quam quodidem corpus situaliter diuidatur à seipso: sed hoc implicat contradictionem, quia esset unum corpus continuum, ut supponitur; & non esset unum; quia esset discontinuum, & distans situaliter; ita ut si coniungerentur tangerent se, & illorum ultima essent simul; quod non est continuorum, sed cōtrigorum. Ergo repugnat quod idem corpus situaliter correspondat diuersis locis. Probatur maior: non minus distant corpora in diuersis locis, quam distant loca inter se situaliter: sicut corpus positum in Cœlo situaliter distat à corpore posito in terra, quantum distant cœlum, & terra: sed loca non possunt esse diuersa situaliter, nisi diuidantur in situ, vel per continuationem diuersorum corporum mediantium: ergo unum corpus non potest correspondere situaliter diuersis locis nisi vel diuidatur à seipso, vel eius dimensio crescat usque ad situm alterius loci. Et hæc est ratio S. Thom. illis verbis: *Sequereatur enim quid esset disjunctum insu.*

8 Tertio potest ratio formari ex parte utriusque, nempe, ex parte loci,

## §. 2. Solutiones præcluduntur.

449

**L**oci, & locati: non potest dari esse effectus formalis sine forma; nec effectus formalis crescere, forma non crescente; quia effectus formalis, vel est forma communicata, vel quod formaliter prouenit ex forma communicatione ad subiectū: sed extensio, & situs in ordine ad locum est effectus formalis secundarius corporis extensi, & quanti: ergo nisi habeat duplēm quātitatem, non potest esse in dupli loco ad aquato. Vnde sequitur contradic̄tio, & quod esset in loco uno, quia est unum corpus una quātitate extensem; & quod non esset unum, quia duplēm habet situātionem localem. Et sumitur hæc ratio, non solum ex D. Tho. sed etiā ex S. Bonau. Durando, & alijs antiquis.

### s. II.

## Solutiones præcluduntur.

**S**ed alij respondent, primo, quod in quæstione de re adeò proximè conducente ad explicandū mysterium Eucharistiæ, non debet fieri vis in illa voce circumscrip̄tione: nā sufficit, quod Deus me hic existentem possit simul ponere Romæ cū tota mea quantitate. Quod autem & hic, & ibi diceretur me esse circumscrip̄tuē, parum resserret, & esed quæstio de nomine.

**9** In hoc latet tota æquiuocatio oppositæ sententiæ: quia Doctores nostræ non negant, sed exprofesso docent, quod totam substantiam, & totam quantitatem unius corporis potest Deus alibi ponere; vt de facto substantiam, & quantitatem

corporis Christi manentis in cælo realiter ponit in innumeris speciebꝫ sacramentalibus. Sed cū hoc supponant, totam quæstionem mouet de modo, & non de re, quæ subtiliter præsens est; & inquirunt, an modo illo quo corpora locantur, & circunscribūtur à loco uno, possit unum corpus a duobꝫ locari, & circumscribi? Et hoc non est mouere quæstionem de voce; sed suppositis vocibus, quibus in scholis explicamus quomodo locentur corpora, in dubium vocamus, utrum isto modo extenso, & locali, unum corpus realiter, & physicè possit esse localiter in duobus locis?

**10** Secundo frequentior solutio est, quod de essentiali ratione locationis circumscrip̄tuæ solum est, quod locus, & locatū habeant partes extra partes, quæ ita cōmensurētur, vt naturaliter nulla sit extra ambitum corporis circumscribentis: cum quo compatitur, quod secundum potentiam obedientiale, & supernaturaliter pars, vel totum possit alibi esse localiter.

Sed cōtra: nam vel sermo est de potentia actiua; vel de potentia, & non repugnantia passiua? Si primū, non dubitamus, quod Dei potētia est infinita. Sed difficultas est, si est repugnantia ex parte facti, quod in uoluat contradictionem in modo: vnde dum non explicatur, quomodo in modo non est contradiction, est petere principium dicere, quod hoc potest fieri secundū potētiā obedientiale, nō verò secundū potētiā naturalē. Secūdo, aut agès supernaturalē mutat modum quo-

Ff corpo-

corpora circunscribuntur à loco? Vel seruato hoc modo, vnum corp<sup>o</sup> ponit in dupli loco? Si primū; nō est casus præsens, quia per cōuer sionē alteri<sup>o</sup> corporis, vel alio mo do nobis ignoto, fatemur Deū pos se vni corpori dare plures præsen tias substanciales, vt in Eucharistia fit. Si secundum; manet argumentū in sua vi; quia est cōtradictio, quod aliquid sit terminatum, & circun scriptū, & aliquid remaneat extra; seu totum intra, & totum extra.

11 Tertio occurrit Suarez dicen do, hæc omnia procedere, si corp<sup>o</sup> poneretur in dupli loco cum vni ca præsentia locali, & vnico vbi; quia in hoc manifesta est contradic tio. Ceterum poterit Deus eidem corpori dare duplex vbi circunscri ptiū: & tunc omnes cōtradictio nes cessant, quia non conuenirent secundum idem vbi.

Attrētē tamen rē cōsiderādo, præ cludi facile potest hæc euasio: & assūmo pro maiori, id quod ipse fa tetur (& nemo negare potest) quod nō potest fieri, quod idē corpus sit in duobus locis, nisi ei dentur duo vbi, & duæ præsentia circunscripti ux. Sed eidē corpori nō possunt si mul, & semel dari duæ præsētiæ cir cūscriptiuæ, vel duo vbi (quicquid sit illud in quo ista cōsistunt) ergo nec potest fieri diuinitus, quod idē corpus localiter ponatur in dupli loco. Probatur minor, non potest Deus dare relationē sine fundamēto (sive ponatur, quod relatio di finguatur, sive quod sit idē cū fundamēto) vt nō possim ego esse si milis in albedine, si albus nō sum,

nec possum esse pater, sine genera ratione, nec agēs dici, si nil ago, vel egi, & sic de alijs: sed relatio præsē tia circunscriptiuæ fundatur in quā titate, vt situata, & extensa: ergo si quatitas, & extēsio nō additur, im piicit contradictionē, quod præsen tia circunscriptiuæ multiplicetur.

12 Secundo: idē probatur retor quēdo ipsorum frequētissimā instā tiā: implicat Christū, rebus vt hūc, fieri præsentē sacramētaliter, si nō multiplicetur, vel diuidat species cōsecratæ, quia ista fundat̄ relatio nē, & qui panē cōuertit in Christū, cauat præsentia illius ad species; & idē cēsātibus speciebus præsētia sacramētalis cēsat: ergo pariter re latio præsētiæ circunscriptiuæ, nec aduenire, nec augeri potest, nō au cta quantitate extensa localiter, in qua per situationē correspondētē lo co, fundatur præsentia circunscrip tiua.

¶ Tertio, nō potest ens non quantum figurari, nec vniō (dato quod esset modus superadditus) po test vnu solum vniare, sed extrema: ergo adhuc dato, quod vbi esset modus superadditus, nō posset super addi iste modus, nō superaddito su damēto, & radice illius. Et in veri tate cum sit denominatio extrinse ca, desumpta à circumscriptione, & situatione vtriusq; corporis, cū im plicet vnu corp<sup>o</sup> diuidi, & vnu ma nere, implicat in duob<sup>o</sup> locis situa ri, aut duas vbcationes circunscri ptiuas simul habere.

13 Quarto, admittere (vt Suarez solut. ad s. admittit) in eodē corpo re posse esse presētias solo numero diuerias in ordine ad idem omnino spatiū,

spatium, quæ distinguerentur (inquit) ex suis modalibus entitatibꝫ. Videtur cōsequi ex sua solutione; quia si eidem possint cōferri plures præsentig, nō est cur istæ non conseruantur. Hoc autem manifestum videtur absurdum: primo, quia sicut in eadē distantia implicat cōtradictionē esse diuersa loca; ita repugnat, quod idē locatum per ordinē ad idē spatium sit in eodē loco circumscripsię. Secundo, quia illius secundæ vocationis in eadē, & in ordine ad idem, nullus est excogitabilis, nec factibilis effect⁹ formalis: ergo sine fundamento cosingitur.

14 Denique tertię nostrā rationi responderet Lugo. n. 18. extensionē localē actualem, esse quidem pafſionem quātitatis; non tamen esse effectū formālē quātitatis: alioquin si esset eius effectus formalis, nō posset poni à Deo corpus quantum sine extensione actuali; sicut non potest poni calor in subiecto, quin reddat illud calidum.

Ex dictis tamē hoc manet exclusum; quia effectus secundarius non sēper ponitur posita forma; vt gratia Christi non cōmunicat eius animæ omnes secundarios effectus; & vnum corpus cum alio penetratū non exercet cīnīm impenetratiō nem, quam exerceret quātitas suæ naturæ relicta. Exemplum autem de calore non tenet, quia facere calidum est effectus formalis primarius. ¶ Et vltterius, nos supponim⁹ corpus localiter manere extēsum, & inquirimus, per quid situetur in dupli loco, cum in ordine ad se, non habeat nisi vnum situm?

Præterquā quod dlatō, quod extensio localis sit passio quātitatis, dari nequit sine quāitate, quia ista sunt accidentia, vel modi adeo imperfecti, quod sine subiecto proximio non conseruantur: vt figura sine quantitate, nec vno sine extremis, nec existentia sine essentia, & sic de alijs huiusmodi: ergo nec dari potest vbi circumscriptuum nouum sine noua quantitate: ergo idem corpus cum eadē quantitate non potest circumscripsię confliti in dupli loco. Quicquid tecumneatur de separata conseruatione passionum sine subiecto.

## §. III.

## Inconueniens ponderatur.

15 Inconuenientia multa, quæ se inquit ex positione vnius corporis in dupli loco, solē hinc accumulari; à quibus non facile Autores partis opposite se expediūt: eis tamen omīssis, libet vnum paullulum ponderare. ¶ Si vnum corpus posset poni circumscripsię in dupli loco, posset fieri, quod aliquis curreret, & nō moueretur: sed hoc implicat cōtradictionem: ergo & cōtradictionem implicat, quod vnu corpus circumscribatur à dupli loco. Minor est manifesta; quia cursus est species motus velocis; & idē sicut non potest dari homo, qui non sit animal; nec albū, quod non sit coloratum; nec potest dari cursus sine motu: quod vt perse notū supponit S.T. i. p. q. 86. a. 3 dicens: Habitudo cursus ad motum est necessaria: necessarium est enim sortem moueri, si curri. Sola ergo maior pri-

mo assumpta restat probanda; quæ sic ostenditur, supponendo, quod Deus Petrum. v.g. constitutus in omnibus, & singulis totius plateæ locis, tunc si ipse curreret in platea, (vt poterat currere quando erat in uno loco) curreret, vt ad sensu apparet; & quia si hoc ficeret antea, erat cursus; & per hoc, quod in omnibus platea sit, definitio huius, quod est currere, eadē est, vt patet. Quod igitur tūc nō mutaretur localiter, probatur: illud corpus nō mutatur localiter, quod manet in eodem loco circumscripitu, in quo erat antea: eo quod essetialiter motus localis restans est recessus a termino a quo, & accessus ad terminum, quem acquirit; & implicat moueri, quod ut sic in eodem termino, & loco manet. Sed corpus in isto casu manet in eodem loco adæquato, ac erat antea: quia manet in platea, quam diximus esse eius locum circumscripitu: & alias supponimus in platea currere ex uno angulo ad alium: ergo sequitur, quod aliquis posset currere, & quod non moueretur.

16 Dices: in isto casu Petrum nō posset currere; atque adeo non mirum, quod non moueretur. Hoc effugium videtur sine fundamento excogitatum. Primoque reiicitur ex dictis quæst. 6. nu. 34. Secundo, quia sequeretur, quod ex eo quod corpus Christi esset in Eucharistia, nō posset naturaliter moueri in cælo; nec in cælum ascēdere, si illis diebus aliquis Apostolus consecrasset. Quod satis apparet esse falsum. Tertio, nemo negare potest, quod Deus corporibus penetratis, vel in

diuersis locis positis, possit superaddere vires ad se mouendum, vel quod, si Deus vellit, potest ea mouere. In hoc ergo casu urget argumentum; quia ex una parte est spatiam ad motum, & ad velocissimum cursum; & aliunde corpus, quod in eodem loco adæquato permanet, non mouetur.

17 Respondebis, Deum posse illud corpus mouere motu recto (de isto enim solum procedit argumentum, ne recurratur ad circularem) vel tollendo illas præsentias ad alias loca, vel educendo ab illis; ex suppositione tamen primi miraculi, non mirum, quod in platea non possit illud corp' moueri, nec currere: propter implicationem in argumento inductam.

Sed contra primo: nam ad sensu apparet illum hominem currere; & penetratio, vel locatio in pluribus locis, non facit sensus decipi: ergo adhuc in platea existens curreret. Deinde mirum videtur, quod equo currente (suppono, quod equus est in uno loco naturaliter) sessor in eodem loco permaneat. Et quod alius eius socius currens simul, qui nō est in pluribus locis, iste qui id est spatium in eodem tempore percurrat, non moueat: cum tamen tempus sit mensura motus amborum: ergo uterque moueretur.

18 Aliam fortè fugam excogitabis dicendo, illum moueri, & currere; quia licet permaneat in eodem loco adæquato; non tamen secundum eandem præsentiam; & ideo ex una præsentia ad aliam, posse esse cursum, & motum.

Minus apparētiæ habet hæc euāgio, quā præcedentes: quia supponimus, quod à principio erat in tota platea, vt in pluribus locis adæquatis: & idèò cū in qualibet parte plateæ sit, nō acquirit locū nouū, nec priorē anittit: ergo manet in eodem loco adæquato: ergo nō mouetur localiter motu recto.

¶ Secundo, additio vel ablatio præsentia, si prima nō deseritur successiue, nō sufficit ad motū localē: alioquin corpore immoto, si Deus daret vñā præsentia, & aliā tolleret, moueretur localiter: que in terminis implicat: ergo implicat, quod vñū corp⁹ circunscriptiue ponatur in duplici loco adæquato.

19 Denique dices, argumētū æque militare contra mysterium Eucharistiæ, quia Christus in una hostia posset quiescere, & in alia moueri.

Sed nullā habet, vel apparentē similitudinē; imo ex illo mysterio explicatur vis argumenti: docet enim S. Th. 3. p. q. 76. ar. 6. quod ad motū specierū consecratarum nō mouetur per se corpus Christi, quia nō est in Sacramento localiter. Cōredit tamen ad primū, ad motū specierū moueri per accidens, quia motis nobis, mouentur ea, que sunt in nobis. Ex quo sic arguitur: in casu nostro corpus illud est in loco perse, & habet spatiū, & omnia requisita ad cursū: ergo posset currere: & alias non potest intelligi, quod moueat localiter, id quod est in loco perse, & locū non anittit, nec locū de nouo acquirit: ergo implicat contradictionē vñū corpus esse. cir-

cunscriptiue perse localiter in duobus locis.

§. III.

*Aliæ rationes examinantur.*

20 Sferri hæc ratio ab inconuenienti; quia si posset corpus ponī in pluribus locis, posset ponī in omnib⁹: ergo erit vbiique: ergo erit in infinitum. Cōstat autem immensitatem, creaturæ non posse communicari, vt docent S. Augustinus lib. 6. contra Maximum cap. 22. & S. Fulgentius lib. 7. contra Trasimūdum cap. 17. & communiter Theologi.

21 Hoc argumentum ego in Diuino Thoma quaesiui, & non inueni. Quia potius reperi illius doctrinæ non consonare; quia adhuc dato, quod corpus est in vbiique, nō adæquaret Dei immensitatem: quia est in vbiique per repetitionem præsentia finitæ, non per immensitatem essentiæ, vel virtutis. sicut docet S. Thomas 1. part. quest. 8. art. 4. ad 4. quod si est corpus infinitum, est in vbiique, sed secundū partes; & idèò Deum non adæquaret, qui solus est in vbiique primo, & per se: vt etiam docet S. Thomas in 1. dist. 37. & Quodlib. 11. ar. 2. & alibi sape.

22 Argumentum etiam, quo solo, reliquis spretis, vtitur Vazquez capit. 6. par. m. vrgere facile constat ex dictis hu. 16. & quest. præced. num. 34. & idèò nec in illo vim facimus, cum efficaciora sint ponderata.

23 Demum notandum, quod Aegidius Columna Quodlib. 1. q. 1. & Quodlib. 2. q. 17. sicut & alibi sèpè d. Tho. sequitur, & eius conclusio nem triplici via probat. Prima sumitur ex eo quod quantitas corporis concluditur, & comprehenditur à loco: secunda, ex eo quod ad eum quatur loco: tertia ex eo quod corpus per quantitatem determinatur ad locum. Et quia secunda, & tertia facile ad nostras rationes reducuntur. Sufficiet referre primā. Inquit ergo, quod quantitas corporis clauditur intra terminos loci, sicut natura rei clauditur intra principia definitiva: sicut ergo extra principia definitiva nihil est de natura rei; sic extra locum in quo est res, nihil est de quantitate rei: sed si una res esset simul in duobus locis, oporteret, quod extra locum esset de quantitate rei: quod est contra proprietatem loci. Hæc ibi.

24 Ad hoc argumentum Scotus negat maiorem. Et Argentinus ad 13. negat minorem, quia idem potest esse in diuersis prædicamentis. ¶ Alij vero nituntur hanc rationem sustinere impugnata ratione S. Tho. Irrito tamen cōnatū, & contra utriusque mentem; quia solis vocibus differt hæc à ratione S. Tho. nisi quod seclusa comparatione, S. Thom. à priori implicationis radicem assignat; Aegidius vero sumpta proportione ex eo quod sicut definitio est terminus, ita loco terminat; & ideo paritas non debet in omnibus tene re; sed iuxta dicta in prima ratione facile valet explicari.

§. V.

*Quid de corpore cum duplice quantitate?*

25 Occasione huius rationis, & ut facilius argumenta diluat, solet inquiri. Primo, utrum si eidem corpori duplex quantitas tribuatur à Deo, posset esse in duplice loco?

Affirmatiuam partem indicant Aegidius ubi supra, & tenet expressum Masius sect. 2. quæst. 5. in 3. prob. 3. concl. Ioann. à S. Thom. quæst. 16. art. 5. ad 3. Ortiz tract. 8. conf. 3. in fine. Afferri solet S. Thomas Quodlib. 3. art. 2. sed melius posset afferri S. Thom. in 1. dist. 37. quæst. 3. art. 2. ad 1. illis verbis: *Manet quantitas utriusque panis, & per consequens locus viriusque: nam hæc illatio non est formialis, si ad multiplicationem quantitatum, non multiplicaretur id ratione cuius corpus est circumscriptionis in loco.* Et ratio est, quia sic non currunt implicaciones allatae. Et hic urget paritas desumpta ex mysterio Eucharistiae: de quo S. Thom. in 4. ad Anib. dist. 10. art. 1. ad 2. & art. 2. Quare ita tenendum est, quia quæstio præcipua, de corpore quanto una quantitate procedit.

26 Sed inde secundo inquires, utrum de potentia absoluta eidem corpori tribui possit duplex quantitas per inherenteriam intrinsecam?

Respondet M. Ioann. à Sancto Thoma ubi supra, se non inuenire aper-

## §. 5. De corpore cum dupliquantitate. 455

apertam repugnantiam, ut sicut alligatur aliena quantitas panis corpori Christi; ita ei inhærente possit alia simili figuræ, & extensionis cū sua propria. ¶ Quod confirmari posset ex dictis in simili 2.p. Metaphis. Controu. 16.art.5. §.3. & dein de Caietalius 3.p.q.3.artic.6. §. Ad confirmationem, docet non repugnare eandem albedinem constitui in dupli subiecto distincto: ergo à contrario duæ quantitates poterunt eidem corpori tribui.

27 In contrarium autem duæ videtur obstat difficultates. Prima, quia sic se habet extensio in ordine ad locum, ubi & præsentia circumscripitiua ad quantitatem; sicut qualitas ad substantiam: sicut enim hæc accidit substantiæ, ut eius dispositio, proprietas, vel effectus, ita illa accidunt quantitati: cum non conueniant substantiæ, nisi media qualitate. Sed eidem quantitati simul, & semel non possunt dari dux præsentia, nec duæ vocationes circumscripitiæ, ut dictum est: ergo nec eidem corpori potest tribui duplex quantitas per inhærentiam intrinsecam.

Secunda, & urgentior difficultas est; quia videtur in illo casu esse manifestam contradictionem: quod illæ quantitates distinguuntur numero (ut casus supponit) & quod essent una numero; quia accidentia indiuiduantur à subiecto: unde Sanctus Thomas in quarto distinctione 12. quest. 1.art. 1. quest. 3. ait: quod duo accidentia eiusdem speciei sint in eodem subiecto, est contradictione esse simul; quia accidentium eiusdem speciei numero

ratio, non est nisi ex subiecto: unde si subiectum sit unum, sequitur illa accidentia esse plura, & non plura. Quod & communiter sequuntur Thomista suo loco referendi: ergo contradictionem implicat, quod eidem corpori duplex quantitas intrinsecè inhærens tribuatur.

28 In hac parte distinctione operatur. Si enim sermo sit de quantitate seruato modo connaturali, quod accidentia indiuiduantur à subiecto, ut modo indiuiduantur; videatur casus in terminis implicare, ut probant hæc ultima argumenta: præcipue secundum: nam primum posset dilui negando maiorem, quia non est pars ratio de quantitate, que est accidens perfectum, & aliorum subiectum; ac de præsentia, & ubicatione, & alijs accidentibus imperfectissimis, & forsitan modalibus, ut si quantitas conseruatur sine substantia, ista accidentia possint conseruari sine quantitate, ut dictum est. ¶ Et ideo etiam si admittetur, quod eidem corpori tribui possit duplex quantitas; non illico inferatur eidem quantitati tribui possere simul duas præsentias, aut vocationes in duobus locis adæquatis.

29 Si autem loquamur in alio ordine rerum; in casu, quo illæ quantitates aliunde indiuiduantur, quia à subiecto: Quem casum esse possibilem docet S. Thomas Quodlib. 7.art. 10. & indicat 3.p. quest. 77. art. 2. quia quantitas non indiuiduantur solum ex subiecto, sicut alia accidentia, sed etiam ex situ, qui est de ratione ipsius quantitatis: unde

possimus imaginari plures lineas separatas eiusdem speciei numero diversas secundū diuersum sitū. In isto, inquit, casu possēt duæ quātitates solo numero differentes conferri eidem corpori de genere substantiæ: vnde si illæ quantitates penetrarentur, substantiā illā, cui alligaretur, vel in qua inhārerēt, in uno loco cōstituerēt; sicut duo corpora penetrata sūt in eodē loco. Si autē illæ quantitates sine penetratione inter se, adunarentur in una substantia ( sicut modo species sacramentales continent substantiam corporis Christi ) illam cōstituerēt in loco duplici, in quo essent quantitates; eo modo quo substantia corporeā est in loco media quātitate. Et per hæc utriusque partis extrema argumenta soluta manent.

## 5. VI.

## Soluuntur argumenta.

**30** PRIMO arguitur ad probādū, quod de facto factū fuerit à Deo, quod unum corpus fuerit circumscripsit in duplice loco. Ex historijs Ecclesiasticis, in quibus refertur, quod B. Ambrosius simul fuit celebrans Mediolani, & Turonis interfuit exequijs B. Martini. Et de S. Frontonio refert S. Antoninus 1. part. Hist. tit. 6. c. 20. quod celebrans apud Petragoricas, simul solemniter sepelivit corpus S. Marthæ apud Terrasconā. Similia multa refert Bellarminus libr. 3. de Euch. cap. 3. & 4. & latius Iacobus Beda in miraculis Eucharistia; ex qui-

bus constat sēpe ibi Christum ostendisse suam carnem, vel in toto, vel in parte: & tamen cælum corporaliter non deseruit; iuxta illud Augustini, quod habetur cap. prima heresis, de Consecrat. diss. 2. donec finiatur sacramentum sursum est Dominus. Ergo potest Deus ponere unum corpus in duobus locis.

Respondeat AEgidius ubi supra, dupliciter; velquod hæc contingunt solum per intellectualē, aut imaginariam visionē: potuit enim virtute diuina in visione ostendi totus ordo exequiarum Beati Martini; & ita clare, quod videretur B. Ambrosio, aperte fuisse in illis exequijs. Potuit etiam aliquis Angelus ibi in exequijs representare personam B. Ambrosij. Eodem modo respondet Richardus in 2. dist. 17. art. 1. q. 4. ad 4. & S. Antoninus illo cap. 20. s. 1. in fine ait: Non est credendum quod Frontonius in propria persona, utrobiusque esset, & in sede dormiens apud Petragoricas, & officium exercens sepulchure Terrasconæ sed cum in propria persona dormitasset; in sororibus vidi se illæ officio sepultura interessere; non quod ipse fuerit præsens, sed Angelus domini in effigie eius officium illud exercens, qui & chirotheos, & annulum asportauit illuc. Ad quod opime facit, quod habetur 26. q. 5. c. Episcopi, ubi dicitur, quod Ezequiel propheta visiones domini in spiritu, non in corpore vidiit. Et Paulus non anderse dicere raptū in corpore. Hucusque S. Antoninus. Et ambabus istis solutionibus, vel singulis, multæ, vel omnes historiæ intelligi commodè possunt.

**31** In apparitionibus autem miracul

raculosis Eucharistiae, ostendit S. Thomas 3. part. quæst. 76. artic. 8. in cor. & ad 2. quod non videtur propria species Christi, sed species miraculose formata, vel in ocalis intuentium, vel in speciebus sacramentalibus, ad representandum id quod latet sub Sacramento.

Instabis, nam Apostolus 1. ad Corint. 15. ad confirmandam resurrectionis fidem, dicit se vidisse Christum sicut viderunt alij Apostoli: dicentes: *Novissime omnium tanquam aborium vius est, & mibi.* Quare quidem viatio veritatem resurrectionis non probaret, nisi verum Christi corpus visum fuisset ab eo: ergo in illo evanescere corpus Christi fuit localiter in duobus locis.

32 Respondetur primo, quod Paulus in terra existens eleuatus est ut Christum in Cælo regnante in videret etiam corporaliter: & sic posset esse idonea testis resurrectionis. ¶ Velmelius dicatur cum D. Thoma 3. part. quæst. 57. ar. 6. ad 3. quod non derogat iuri, & dignitati Christi, quod ex dispensatione quādoque corporaliter ad terram descendat, vel ut ostendat se oculis, ut in die iudicij; vel ut ostendat se alicui specialiter, sicut Paulus.

33 Secundo arguitur: diuina virtute duo corpora quantitatim modo coassitui possunt in eodem loco, ut dictum est q. 6. ergo, & unum corpus modo quantitatim valet collocari in duobus locis. Consequentia patet, quia eadem videtur utriusque ratio, cum locus proportionaliter respondeat locato.

Respondet S. Tho. in 4. dist. 44. q. 2. art. 2. q. 3. ad 3. negando consequētiā: & ratio di' paritatis est, quia esse in pluribus locis simul, repugnat iudicatio ratione eius, quod est esse individuum in se; sequitur enim quod esset distinctum in situ: sed esse cū alio corpore in eodem loco, repugnat ei quantum ad hoc quod est esse diuisum ab alio: vnde in hoc non invenitur contradictionis, sicut in alio casu: eo quod ratio viuus perficitur in iudicione, ut patet 4. Metaph. sed diuisio ab alijs est de cōsequētibus ad rationem viuus.

34 Sed contra arguit Lugo n. 15. dupliciter. Primo, quia si solutio aliquid valet, probaret etiam vauum corpus non posse esse definitum in pluribus spatijs, quia tunc etiam diuidetur a se ipso. ¶ Contra secundo, quia tam repugnat ad rationem veræ unitatis non esse diuisum hoc ens, quod est unum, a quolibet alio ente, quam esse diuisum in se: ergo etiam repugnat duo corpora esse in eodem loco: vel si non repugnat simultas localis duabus corporibus, neque etiam repugnabit diuisio localis eidem corpori.

35 In priore tamen replica ego non invenio quid indigeat solutio ne: quia si loquimur de existentia in plurib' spatijs simul, probat nostra conclusio n. Si de existentia successiva, nullam continet apparientiam, quia ut corpus successivum sit in pluribus spatijs, non opus est quod dividatur, sed quod id, quod modo est in uno, a mouere in aliud spatiū

spatium transferatur, ut quotidie experimur absque diuisione corporum fieri.

36 Secunda instantia videtur in æquiuoco laborare, quia sensus solutionis S. Thom. est, quod vt vnu corpus ponatur in duplice loco, opus esset quod indiuolum manes, intrinsece diuidetur, ut cum alio distantia situaretur: ut autem duo ponantur in uno loco, sufficit unio in extrinseco, non per diaisionem internam, sed per hoc quod impeditiatur effectus secundarius distinctionis localis ab alio; quod potest esse salua utriusque essentia, quia impenetrabilitas radicalis manet etiam cum actuali penetratione; & haec fit solo impedito aliquo secundario. Argumentum autem militat de distinctione transcendentia utriusque quantitatis penetratae; quam distinctionem numquam negat S. Thomas: quia si quantitas conuerteretur in quantitatem, iam non esset utriusque penetratio; nec maneret locorum distinctio, ut notat S. Thom. Quodlib. 3. art. 2. in fine. Nec negamus quod si duo corporaliorum penetrarentur, unum corpus esset in duobus locis materialiter ex parte superficierum; sed quia distantia esset eadem, non esset in duplice loco adæquato formaliter sumpto; de quo solo est disputatio.

37 Tertio arguitur argumento, quo præcipue nititur P. Suarez, nam Christus Dominus est substantialiter, & realiter in celo, & in speciebus consecratis: ergo unum corpus potest diuinitus esse in plurib<sup>o</sup> locis.

Respondetur verbis S. Thom. 3. part. quæst. 73. art. 1. ad 3. quod corpus Christi non est eo modo in hoc Sacramento sicut corpus in loco, quod suis dimensionibus loco commensuratur; sed quodam speciali modo, qui est proprius huic Sacramento: unde dicimus quod corp<sup>s</sup> Christi est in diversis altaribus, non sicut in diversis locis, sed sicut in Sacramento, per ineffabilem presentiam substantialiem sacramentalis. Ut etiam respondet Concilium Tridentinum sesi. 13. cap. 3. Unde non est cur Catholici reputent insufficientem solutionem, qua S. Thom. hereticis respondet, quando Ecclesia universalis in Concilio AEcumenico scriptorum S. Thomæ clypeo hereticorum tela felicitate cludit, ut dixit Suminus Pontifex Paulus V. Et minus reddetur intelligibile mysterium, si ponatur multiplex presentia localis in eodem corpore: cum hoc Philosophi dicerent contradictionem implicare.

38 Instant tamen primo: nam magis opponitur presentia definitiva cum circumscripitione, quam duplex circumscripitione inter se: ergo si Deus potest vincere illam oppositionem, poterit, & haec. ¶ Secundo, nam difficultius est unum corpus esse in duobus Sacramentis modo supernaturali, quam quod sit in duobus modo circumscripitione, & naturali: sed primum competet Christo sub duobus Sacramentis: ergo & secundum illi competere potest extra Sacramentum. Maior patet, quod alia difficultatem ponendi substantialiam substantialiter in diversis spatiis,

tijs, & difficultas in modo super-naturali: ergo facilius eset ut trobi-que ponere modo circumscrip-tio, & naturali.

39 Respondetur ad priam negā-do antecedens. Et rationē radicalē assignat S. Th. in 4. dist. 10. q. 1. art. 1. ad 5. dicens, quod *nullum corpus cō-paratur ad locum, nisi mediatis dimensionib⁹ quantitatis*. Et ideo locus pro-prius naturalis, & circumscrip-tiuus tribuitur Christo tātum vnuus, quia vnam habet quantitatem in cālo modo naturali. Sed quia conuersa est in corpus Christi substantia pa-nis, quæ prius erat in loco media quantitate, & corpus Christi succe-dit substantiæ panis; ideo est ibi Christus, nō localiter, sed sacramē-taliter, ut in continēte ipsum ex vi conuersio[n]is factæ.

40 Ad secundā dicitur, Deo om-nia, quæ contradictionem non im-plicant, esse & que facilia; sed tamen iam diximus implicare contradic-tionem, quod localiter vnum cor-pus circumscribatur; & aliquid, vel totum corpus sit localiter extra. Hoc non sequi in Sacramento, op-time declarat S. Thom. dict. solut. ad 5. concludens: *Et sic paret, quod cor-pus Christi non est extra terminos sui loci, secundum quod ei competit esse alicubi in-tus, vel extra ex dimensionibus propriis; quod est perse alicubi esse intus, vel ext[er]ius; sed et extraterminos loci quasi peracci-dens; secundum quod competit ei esse alicubi ratione illarum dimensionum, que remanent ex illo corpore, quid conuersum est in corpus Christi.* Hæc S. Thomas: quasidicat; ubicationes, vel præ-sentiæ possint multiplicari, quan-

do multiplicari possunt rationes illas fundandi: vnu corpus cū vna quantitate tantum habet fundame-tum vnius præsentiaæ circumscrip-tiū: si autem aliquæ substantiæ cō-uertantur in istam, & eis succedat in munere substantiæ, quantitate, seu dimensionibus remanentibus; istæ erant fundamentū nouæ præ-sentiæ substancialis sacramentalis, quæ se habet quasi per accidēs, seu per aliud ad præsentiam naturalē: & ideo nullatenus cum illa est in-compositibilis.

41 Quarto arguitur ex eodem Suarez, & Lugo n. 14. quia non re-pugnat idem accidens ponи in du-plici subiecto distincto, vt omnes admittūt. Nos admisimus eundem effectum posse prouenire à duplici causa totali. Et S. Th. 3. p. q. 3. art. 6. docet tres personas diuinas posse vnam numero naturam aslumere: ergo potest vnum corpus ponere in multis locis: quæ enim maior est in hoc repugnantia?

Respondetur ad primum, negā-do antecedens. Et falsum est, quod ab omnibus admittatur: imo ex-præst̄ negant Flādria lib. 8. Metap. q. 8. ar. 2. ad 3. & PP. Carmel. tract. 1. in 1. p. dis. p. 2. dub. 3. n. 62. & Or-tiz hic ad 3. quia si vna forma infor-maret plura subiecta adequa[t]a, mul-tiplicaretur effectus formalis non multiplicata formi. Et deinde, quia cum albedo, & accidētia cor-poralia sint in substātia, & in loco media quantitate, si hec non po-test in alio ponи localiter, nec valebit vna albedo in duplici subiecto constitui.

42 Quod si antecedēs velis admittere, cū Caetano relato n. 26. id debet intelligi de albedine non secundū modū extensum quantitatiū, & locale, iuxta dicta. n. 29. nā in alio se: su nullatenus potest cōcedi: alioquin esset admittere casū contradictionum nostra sententiae: quia cōcesso, quodvna albedo esset in diob: locis, idem inferri posset de omni alio accidente quanto, & extenso: & inconsequēter id negaretur de omni corpore. Quamvis si subiecta illius albedinis penetrarētur, secunda ratio assignata n. præcedente non militaret.

43 In secundo casu admisso ante cedenti, neganda est consequētia: & disparitas petēda est, quia implicationes assignatae hic, non militat ibi, vt vtriusq; qualioris rationes recolenti erit perspicuum: vnde s. Th. a unquam hic recurrat ad hoc quod idem effectus nō possit prouenire à duplice causa: sed ex principijs specialib: loci arguit; & ex circumscriptione: nā vt dicit in 4. tent. dist. 10. q. 1. ar. 3. q. 1. *Locus diciatur circulo: ibere locū ex eo quod in circuitu describit figurā loci, quia loci proprij, est locati op̄ ortet esse vna figurā.* Et ita nū illius est extra, sed totum intra: & ita repugnat, quod secūdum eandē quātitatē, & figuram totum sit extra.

44 In tertio exēplo est specialis ratio: quia sunt personae eiusē naturae; & vna nō se excludit ab aliis, vt ait s. Th. Vel vt dicit Caetanus ibi 9. *Ad minorem, tres personalitates diuinæ sunt diversarū rationam, & idēcō in natura humana est potentia*

obediētialis, & capacitas vt simul ab illi terminetur: sicut subiectum habet capacitatē ad simul recipienda accidentia specie distincta.

45 Ultimo arguit Lugo n. 13. quia potest corpus quantum priuari à Deo omni vbi catione circumscrip̄tiua: ergo poterit etiā corpus quātum habere simul duas vbi cationes circumscrip̄tiua. Antecedens supra admisimus. Et probatur conseque tia, quia magis repugnat corpori quanto priuari omni vbi catione circumscrip̄tiua, quā habere duas illud enim esset carere passione, quā postulat: hoc autē solum est accipe re, quod non postulat. Ergo si Deus potest facere primum, poterit, & secundum.

Respōdetur concedendo antece dēs: nā ait s. Th. in 4. dist. 44. q. 2. ar. 2. q. 3. ad 3. *Quod Deus possit facere ait quod corpus, quod non esset in loco: vel quia locus non esset; vel quia imp̄ dire potest extēsionē in ordine ad locū.* Et iuxta hoc negāda est cosequentia. Ratio disparitatis est, quia nō est idē impedire effectum secūdariū, ac ponere effectum formalē nouum, sine noua forma; vel nouā relationem sine novo fundamēto.

46 Secūdū responderetur distinguē do cōsequens: potest dare duas vbi cationes, collatis duabus quātitati bus, iuxta dicta n. 29. cōcedo. Uni cantantū existēte quātitate, nego: quia sequeretur, quod vna quātitas essa distincta in sū: quod implicare ostendimus cū d. Tho. Aliorum argumenta eadem sunt cum illis; & idēcō non oportet earefferre.

## QVAESTIO VIII.

De Vacuo an sit, &amp; quid sit?

§. I.

Quid sit vacuum?

**i** A d ampliorem notitiam loci, sequitur tractandū de vacuo. Vacuum definitur à Phylosopho 4. Physic. text. 58. & à D. Thom. ibi lect. 10. litt. b. *Est locus in quo nullū est corpus; seu locus priuatus corpore; in quo insinuatur, quod sit capax habere; sicut cæcum dicitur carēs visu, & capacitatem habens ad habendū.* Vnde de materiali, & quasi pro genere, vacuum significat locum; & de formalī, & completiue, importat priuationem locati. Ex quo sequitur, quod supponit pro ipso loco, quod replebile est corpore; & significat ipsam carentiā de formalī: sicut dicitur de ly cæcum, & de omni concreto accidentalī diximus lib. 1. Logicæ. q. 15.

**2** Solet autem distingui, quod vacuum accipiatur dupliciter: vno modo *negative*, pro vacuo interminato; alio modo *priuative* pro vacuo terminato: & illud est vacuum improprie; quia correspondet loco imaginario, & non reali: quare proprie, & in rigore, vacuum accipiatur priuative. Vnde S. Thom. i. P. q. 45. art. 1. ad 4. ait. quod ad rationem vacui, non sufficit, in quo nil est; sed requiritur, quod sit spatiuni capax corporis, in quo nō sit corpus, vt patet per Aristot. in 4.

Physic. Nos autem dicimus non suffit locu*m*, aut spatiu*m* ante mundū. Hæc ibi. Et ad 8. ait, quod cū dicitur, supra cœlum oīl est, ly *supra*, designat locum imaginatum tārū. Et in 2. dist. 1. q. 1. artic. 5. ad 4. ait, quod ante creationem mundi non fuit vacuum; sicut neque post: vacuum enim non est tantum negatio; sed priuatio: vnde ad positionem vacui oportet ponere locum, vel dimēsiones separatas, sicut ponentes vacuum dicebant; quorum nullum ponimus ante mundū. Igitur vacuū, seu inane, *negative* sumpturn, est vacuum improprie, & imaginarie; & solam vacuum *priuative* est vacuum proprie, & in rigore physico, de quo deinceps loquemar.

**3** Ut autem doctrina de vacuo tradita à Phylosopho intelligatur, vñterius notandum cum M. Soto 4. Physic. q. 3. concl. 5. quod tripli-citer potest imaginari vacuū. Vno modo si accipiatur pro vacuo simpliciter; ita quod intra concavitatem alicuius loci realis nihil prorsus sit corporale. Et isto modo Doctores nūc disputat de vacuo. Secundo modo potest intelligi esse vacuum, vt sint dimensiones quedam degenerē quantitatis separate à subiecto: & hoc ab antiquis vocabatur vacuum separatum, id est, abstractum à corpore, & extra corpora. Tertio modo Democritus, & alij ponebant *vacuum* in poris intrinsecis corporum. De quibus opinionibus agunt Plutarchus libr. 1. de Placitis Phyl. c. 18. & D. Theod. lib. decretorū, agens de Materia.

Quia

4 Quia igitur vacuum his duobus ultimis modis (ut ponebatur ab antiquis) latissime confutatur à Phyllopho, & S. Thom. lect. 11. vñque ad 14. & rei sciendum esse constat ex dictis contra ponentes locū esse inter uallum; ideo solum restat tractandum de vacuo simpliciter.

## §. II.

*An possit dari vacuum sim-  
pli citer?*

5 In primis indubitatum est, per Dei potentiam, supra naturam cursum operatem, dari posse vacuum: quia potuit creare cælos tantum, ita ut nil crearet intus: & eadem ratione potest nunc, cælis manentibus, elementa annihilare: & similiter valet destruere aquam dolij impediendo motum aeris ad replendum vacuum. Nec in hoc punto oportet amplius immorari. Tum, quia hoc communiter Phyllopho, & Theologi sapponunt, vel docent. Tum quia ut inquit M. Soto concl. 6. *Res est manifesta magis, quam vi testimoniis indigat.* Quare absque ullo fundamento (ut a suis refertur) id negat Vulpes tom. 1. disp. 18. art. 3. n. 6. contra omnes Theologos, & Phyllophos: nam qui pro ea de absurdâ existimatione citat Bañez, ipsum non legisse manifestum est: videatur 1. p. q. 8. in fine. Et q. 104. art. 1.

6 Quod autem per virtutem naturæ vacuum non detur, varijs experientijs cōprobatur: nā cœpysdra aqua plena, opplecto superiori orificio,

nihil aquæ deorsum demittit, ne detur vacuum: quādo autē est semiplena, non nihil emittit; eo quod aer, cum sit facillime rarefactionis, rarefit in parte superiori.

Alia experientia est de follib⁹, quorum si obstruant foramen ne aer ingrediatur, nulla vi, potest alterum latus ab altero dimoueri, ante quam rumpatur: huius autē non est alia causa, nisi ne detur vacuum. Similiter in fistulis, attracto aere, aqua velocissime ascendit. Multa alia ad huius veritatis comprobationem congerunt Masius q. 1. Cōimb. & alij in præsenti.

7 Ratio huius necessitatis assignatur communiter ex Phylloph. 1. Metereorum cap. 2. dicente: *Est autē ex necessitate continuus iste (mundus) superioribus latioribus, ut omnis ipsius virius gubernetur inde.* Vbi S. Th. lect. 2. lit. b. notat, quod cōtinuum ibi accipitur pro contiguo, ut scilicet, nihil sit medium inter ea. Cui quidē necessitatis ratio est, non solum quia impossibile est locum vacuuni esse, vnde corpora oportet corporibus contiguari. Sed etiam propter finē, ut scilicet, tota virtus inferioris mundi gubernetur superioribus corporib⁹: quod nō esset, nisi se tageret: oportet enim quod agens corporale tangat pastum, & motum ab ipso. Hæc ibi. Cum igitur elementa patientur, & influentias continuas calorū recipient, oportet omnia contiguari, & sic non dabitur vacuum.

8 Hæc ratio, quæ omnib⁹ placuit, Arriagæ displicuit disp. 14. lect. 11. quia licet daretur aliquod vacuū, poterit

possent corpora cælestia per latera influere in sublunaria. Deinde, quia non continentè influunt cælestia in ea corpora: vnde per breue tēpus recte possit esse vacuum. Quid enim? Abibit ne statim in nihilum lapis, si per medianam horam nō accipiat influentias Lunæ, aut Solis?

Ratiōnē vero à priori ipse assig-nat, quia vt esset vacuum, deberet corpora penetrari: quia Deus ab initio condidit materiam, quæ totum mundum repleret: vnde non potest vacuum manere, nisi corp°, quod relinquit illud vacuum, pe-netretur simul cum alio.

9 Videtur hæc ratio Xuthi relata à Phylosopho text. 79. dicebat enim ille, quod si vacuū non esset; aut motus localis non esset possi-bilis: aut esset penetratio dimensio-num; aut re vna mota, cuncta mouerentur vsque ad cælum. Cui fa-cile respondet Aristoteles text. 62. & 84. motum localē fieri per hoc, quod partes aeris, vel aquæ, per quas res mouētur, aliæ condensan-tur, & aliæ rarefiunt: sicut si lapis proiec-tatur in magnam latitudinē aquæ: de quo S. Thomas lect. 10. litter. h. & lect. 14. fere per totam. Et cum tot quotidie corpora ge-narentur, & corrumpantur, non alia via potest explicari quomo-do concludantur in vniuerso sine penetratione, nisi per condensatio-nem aeris, & aquæ. Vnde assignan-da restat ratio cur in condensatio-ne ista vacuum non possit dari? Et ita recurrentia ad rationes com-munes, quod vacuum non datur, quia est superfluum (vt quidam di-

eūt) vel melius, quia contigua ele-menta melius conseruantur. Et fi-nis huius cōtigationis est, vt pos-sint conuenienter cælestes influē-tias recipere.

10 Quæ in contrarium obijcit Arriaga parui momenti sunt. Ad primum dicitur corpora vndique indigere cælesti influentia: & mi-nus conuenienter natura prouidisset, si vndique recipere nō pos-sent.

11 Ad secundum respondeo ex Angelico Doctore in 4. dist. 43. quæst. 1. art. 4. quæst. 1. vbi ita ait: vt in 8. Physicorum dicitur: mo-tus cæli est vita quædam natura existentibus omnibus; sicut etiam motus cordis totius corporis quædam vita est: vnde sicut cessante motu cordis, omnia membra mor-tificātur; ita cessante motu cæli, nō potest aliquid viuum remanere in illa vita, quæ ex influentia illi⁹ mo-tus conseruabatur: talis autē est vita qua nunc degimus. Ac perco-sequens, cessante motu cæli, nisi per miraculum, animalia non pos-sent vivere. Quod autem cessante motu cæli, non possit esse actio, & passio in elementis, late probat S. Thomas quæst. 5. de Po-tentiā toto art. 8. & affirmat alibi s̄pē.

12 Præterquamquod adhuc da-to, quod inferiora non semper in-digerent actuali influxu superio-rum corporum; ratio assignata solida permaneret: quia da-to vacuo non haberent quo def-ferretur influentia, quando eāindi-gerent.

**13** Illud vero prætereundum nō est, quod ratio prædicta directe à Phylosopho, & S. Thom. nō adducitur ad probandum, quod nō detur vacuum: imo in illa supponunt aliunde probatum non dari vacuum, quia superfluum, & quia bonum vniuersitatem partium contiguatione consurgit. Illo tamen supposito, contiguationis fine assignant, ut mundus inferior à superioris influentia gubernetur. Et cum Phylosophus non agnouerit cælos nō influentes in inferiora, nec motum cæli vñquam cessaturum potuit suspicari; ideo physice loquendo, ratio est vñiuersalis. Et per hæc intelligi pollunt, quæ dicit M. Ioann. à S. Tho. q. 17. art. 1. §. Nihilominus, alioquin vera non silent.

### s. III.

*Vtrum Angelii possint causare vacuum?*

**14** Adhorm maiorem explica tionem, inquirēdum retiat. Primo, vtrum virtute Angelorum possit dari vacuum?

Affirmat Suarez disp. 35. Meta ph. sect. 4. n. 27. quod attentia virtute intrinseca, potest: eo quod corporalia obediunt Angelis ad motū localem, vt docet S. Thom. 1. p. q. 110. art. 5. & sicut mouet primum mobile ab oriente in occidens, poscent illud mouere ab occidente in oriens, nisi obstatet ordo à creatore positus, quianon possunt operari, nisi quod Deus permiscerit, vt docet S. August. 18. de Ciuitat.

cap. 18. Et ideo authore naturæ impidente, numquam vacuum Angelii causabunt. Eandem sententiam alij Recentiores sequuntur. Imo absolute, quod virtute Angelica possit dari vacuum, docet Ioannes Pontius disp. 45. q. 1. D. 16.

**15** Dicendum tamen est, vacuum ab Angelis causari nō posse; nec ad illud causandum virtutem naturalem sufficientem habere. Est cōmunitatis Thomistarum. Imo esse cōmunitatem Doctorum testantur PP. Carmelit. disp. 20. q. 2. & bene probat Rubio q. 2. Conimb. Hurt. & alij. Sumit ex D. Tho. q. 16. de Malo art. 10. ad 8.

**16** Solet hoc probari, quia supposito ordine vniuersali; quod in illo detur vacuum, est opus miraculosum: sed nulla creatura virtute naturali potest operari miracula, quia solus Deus facit miracula in genere ut dicuntur in psalmo: ergo attenta virtute angelica naturali non potest causari vacuum.

Occurri potest huic rationi ex D. Tho. 1. p. q. 110. art. 4. ad 4 dicente, quod licet Angelii possint aliquid facere præter ordinem naturæ corporalis; nonnamen possunt aliquid facere præter ordinem naturæ at naturæ. Sed ad causandum vacuum sufficit agere præter ordinem naturæ corporeæ; quæ subditur creaturæ spirituali: ergo hæc poterit vacuum causare: quod erit miraculum secundum quid; & quoad nos, non vero erit miraculum simpliciter, vt ait S. Tho. ibi ad 2. in finibus casibus.

**17** Defendenda tamen est communis ratio ut ethica. Et ut euasio præ-

præcludatur, & argumenta soluan-  
tur, notandum, quod ordo corpo-  
ralis causæ potest sun. i. dupliciter;  
vno modo vt est ordo particularis,  
& ex peculiari inclinatione proue-  
niens: & sic à causa superiori immu-  
tari potest. Alio modo vt est pars  
principalis ordinis vniuersi; & ad  
eius ordinem conseruandum mo-  
uetur ab Authore totius naturæ:  
& sic solus naturæ Author potest  
præter, vel supra ordinem rebus in-  
ditum agere.

18 Sic ergo instauratur ratio. Da-  
ri vacuum est tollere colligationē  
partium vniuersi; & est agere con-  
tra inclinationem, qua omnes par-  
tes tendunt ad conseruationem to-  
tius: sed Angeli non poslunt vniuer-  
sum immutare; iuxta illud ad Hebr.  
2. Angelis non subiecit Deus orbem ter-  
rae. Quia vna pars quantumvis prin-  
cipalis, nō habet virtutem actiuam  
eminentiorem inclinatione omniū  
creaturarum ad bonum vniuersi: er-  
go nulla virtute creata poslunt mi-  
racula fieri: & hoc quod est dari va-  
cuum, est miraculum simpliciter:  
quia est contra ordinem totius crea-  
turæ; cum inuertatur ordo crea-  
turæ corporeæ, vt pars vniuersi: sicut  
nec Angelus potest vnum cæcum  
illuminare: nec vnam passionē ab  
vno subiecto separare. ¶ Perquæ  
facile argumenta diluentur: quia li-  
cet posint Angeli vincere vim pe-  
culiare corpoream: non tamen  
vini totius naturæ: & hanc opor-  
tet vincere ad cansandum  
vacuum.



## 6. IIII.

*Qua virtute nouantur corpora  
ne detur vacuum?*

19 M oueri tatum à causa extrin-  
seca, & non ab intrinseco,  
expressè docet Scotus in 3. dist. 27.  
quæst. vñica, §. Illustrationes: quia for-  
ma naturalis est determinata ad v-  
nam actionem: vnde manens eadē  
non potest esse ratio formalis agen-  
di oppositam actionem: ipsa igitur  
aqua non se mouet sursum; sed so-  
lum mouetur ab aliquo exteriori  
mouente extrinseco; cui, & nihil  
confert quantum est ex natura sua:  
& ideo violenter mouetur compa-  
rando ad propriam naturam aquæ.  
Quis autem sit hic motor exterior?  
Scotus ibi nō determinat.

20 Id determinat Vazquez 1. 2.  
dis. 25. c. 4. ad 4. & disp. 62. c. 4. §. Ad  
rationem, docens, moueri ex virtute  
corporis contigui trahentis aliud:  
sicut magnes trahit ferrum per im-  
pulsum illi impressum. Et ideo aqua  
violenter ascendit contra nitendo,  
& grauitando. Quod probatur ex  
perientia, quia si per fistulam ascen-  
dat aqua, aere respiratione attrac-  
to: quo plus aquæ ascendit, eo ma-  
gis fistula grauat manum: ergo sig-  
num est, quod aqua grauitat: & quo  
maior est, maiori indiget impulsu:  
ergo non mouetur ab intrinseco,  
sed ab extrinseco attrahente, & ini-  
pellente. Idem sequuntur Arria-  
ga disputatione 14. sectione 11. du-  
bio 2. & Cabero tract. 4. disput. 3.  
dub. 3. & alij Recentiores.

21 Asserendum tanien est, corpo-

Gg ra

ra ab intrinseca inclinatione natura  
liter indita, moueri naturaliter ad  
impediendum vacuū: ideoquè mo  
tus ille est naturalis. Ita M. Soto q.  
3. in fine s. conclus. Masius c. 9. q. 1.  
post 3. concl. Medina 1. 2. q. 6. ar. 4.  
5. Illud eiam. Et ecce certissimam, &  
communem Phylosophorum, & Theologo  
rum, docet, & latè comprobat M.  
Baptista 1. 2. disp. 87. fragmento 2.  
Et tenent Comimb. & Rubio hic ca  
pit. 9. q. 1. & alij. ¶ Videturque  
ad mentem S. Thom. 1. p. q. 60. art.  
5. vbi ait: Vnumquodque in rebus  
naturalibus, quod secundum natu  
ram hoc ipsum quod est alterius est,  
principalius, & magis inclinatur in  
id cuius est, quā in teipsum. Et hæc  
inclinatione naturalis demonstratur  
ex his, quæ naturaliter aguntur; quia  
vnumquodque sicut agitur natura  
liter, sic aptum natum est agi, vt di  
citur in 2. Phys. text. 78. videmus e  
nī, quod naturaliter pars se expo  
nit ad conseruationem totius cor  
poris; sicut manus expouirur itū  
absque deliberatione ad conserua  
tionem totius corporis.

22. Ex quo sic probatur: naturales  
operationes demonstrant a poste  
riori virtutes naturales, à quib⁹ cau  
santur: vt inductiū patet: & quia  
existētia virtutis ex operatione op  
timē probatur. Sed videamus corpo  
ra cōtra peculiares inclinationes af  
cēdere, vel descendere, ne detur va  
cuū: ergo datur iniplis vis naturalis  
ad has operationes. ¶ Secūdo: Au  
thor naturæ non tantū dedit inclina  
tionē ad conseruandum in diuidū;  
sed etiam ad conseruandam specie  
per generationem sibi similis: sed

bonum vniuersi est diuinius, & me  
lius: ergo omniibus, & singulis eius  
partib⁹ prouidit de inclinatione ad  
decentem naturalem illius conser  
uationem.

23. Secunda pars probatur primo,  
vt diximus lib. 2. ex D. Tho. 8. Phy  
sic. lect. 7. litt. b. & 1. 2. quæst. 6. art.  
5. ad 3. mot⁹ aliquis animalis est vio  
lentus secundum quid quantum ad  
mēbrū particulare; non tamen est  
violētus simpliciter quantū ad ipsū  
hominē, propter inclinationē prin  
cipalē, iuxta quam fit: ergo pariter  
motus ad supplendum vacuū, erit  
naturalis propter inclinationem ad  
bonū commune totius naturæ.

24. Secundo; ip̄i fatentur, quod  
naturalis dispositio vniuersi exigit,  
quod vnu corpus habeat virtutē at  
tractiū alterius, ne impediatur cō  
tiguitas, & detur vacuū: quod non  
minus nocet toti vniuerso, quā no  
ceat continuo diuisio in partes; vel  
quod animal mēbratim scindatur:  
ergo in quolibet corpore est natu  
ralis capacitas, vt ab alio trahatur  
pro bono vniuersi. Patet conseque  
tia, quia potentiae naturali actiū, de  
bet correspondere potentia natura  
lis passiua: ergo (adhuc in illo mo  
do explicandi causam impedientē  
vacuu per vim attractiū) deberet  
dici motum ad vitandum vacuū,  
nō esse violētū, sed naturalē, vt do  
cuit Tolet⁹ 4. Phys. q. 10. Probatur  
consequentia ex D. Tho. 1. 2. q. 6. ar  
tic. 5. ad 2. dicente, quod dicitur ali  
quid naturale dupliciter: uno mo  
do, quia est à natura, sicut à prin  
cipio actiū, sicut calefacere est natu  
rale igni: alio modo secundum prin  
cipium

cipium passuum; quia, scilicet, est  
imata inclinatio ad recipiendum  
actionem a principio extrinsecus; si  
cū motus cœli dicitur esse natura-  
lis, propter aptitudinem naturalem  
cœlestis corporis ad talē motum;  
ergo motus ad supplendum vacuū  
est naturalis eadē ratione, adhuc  
dato, quod esset per attractionem.

25 Ad argumentum Scoti facilē  
responderetur, si cum Conimbricē  
sibus, & alijs diceretur hāc esse qua-  
litatem naturæ superadditam; quā  
satis colligimus ex naturali opera-  
tione. Et quia si non superfluit illa  
vis attractiva (quam ipsi Authorē  
contrarij cōfingunt) minus cēsen-  
da est superflua inclinatio positiva  
in partibus ad bonum totius vniuer-  
si. Iuxta hoc enim dicitur, quod na-  
tura in qualibet operatione est de-  
terminata ad vnam inclinationem;  
sed iuxta varias inclinations, varia-  
tur genera operationum.

26 Sed tenendo (quod frequēti)  
alij supponunt, vel docent quod  
hāc inclinatio non est aliquid super  
additum naturali inclinationi: res-  
pondetur, quod nulla est oppositio,  
quod vt natura particularis incline-  
tur ad bonum proprium, & vt pars  
vniuersi inclinetur ad bonum to-  
tius; quia hāc inclinatio est vniuer-  
salis, & in omni parte vniuersi imbi-  
bita: sicut partes corporis humani  
incluantur magis ad obediendum  
voluntati, quam ad proprios actus:  
quia ex bono communi pendet cō-  
scrutatio boni particularis.

27 Ad secundum responderetur,  
quod agens proximū solum habet  
vim ad attrahendū, quādo propor-

tionatam virtutem habet ad trahē-  
dum corpus cōtiguū: quod vero se-  
cū alia corpora mediatē trahat, nō  
est ab ipso nisi occasionaliter, sāquā  
a remouente prohibens, sed ab Au-  
thore naturæ (radicaliter, & princi-  
paliter) qui dedit inclinationem; &  
proximē ab ipsa inclinatione intrin-  
seca conseruationis vniuersi. Nega-  
mus autem, quod illo euentu aqua  
grauitet: & idē, vel negetur abso-  
lutē, quod ibi sit grauitatio: vel di-  
catur cum M. Ioann. à S. Thoma  
quæst. 9. artic. 2. difficult. 1. in fine,  
quod aqua, quæ ascendit, non graui-  
tat actu, sed illa, quæ adhæret lateri  
bus fistulæ madidādo ipsam, vel per  
poros intrando; quia talis aqua nō  
ascendit, grauitat, & reddit fistulam  
aliqualiter magis ponderantem: vi-  
deatur idem Author quæstione 17.  
articulo primo in fine.

## QV AESTIO IX.

*Vtrum corpus in vacuo posset mo-  
veri? Et vtrum motus efficit  
in instanti?*

1 D Væ difficultates de vacuo e-  
xaminandæ restant. Prima, an  
in vacuo dari possit motus? Secun-  
da, an si daretur, esset successivus,  
vel instantaneus?

### §. I.

*Prior pars quæstionis dirimitur.*

C Irca primum, sententiam nega-  
tivam indicat Scotus in 2. dist.  
2. quæst. 9. ad 4. 5. Et cum arguitur y-  
bi aliter: Dico, quod si vacuum ponere-  
tur, gravis non moueretur in ipso secundum

*Phylosophum.* Quamvis hæc ultima verba indicent non loqui ex sua, sed ex Phylosophi sententia. Hanc tamen tuetur Pereira libro 11. capite 12. quia ubi non est locus, non potest esse motus localis, qui est ad locum: sed in vacuo locus non est; nec est ubi, nec distantia: ergo in vacuo non potest esse motus. ¶ Et ad minus, dicunt quidam motum progreßuum nullum posse dari in vacuo; quia in medio illius animal non posset se sustinere.

2 Distinguunt alij, dicentes virtute Dei, & Angelorum posse dari motum corporis in vacuo; quia in hoc nulla est repugnantia. Cæterum non posse causari motum in vacuo virtute sublunarium, eo quod omnes alij motus pèdant à motibus cælestibus, vt docet Phylos. 8. Physicorum capite 7. & 8. & S. Thom. 1. 2. q. 9. articulo primo, & prima parte quæstione 115. articulo 3. Sed dato vacuo, non possent cælestes influxus ad sublunaria peruenire: ergo non haberent virtutem ad causandum motum, vt etiam dicit Sanctus Thomas relatus quæst. 8. numer. 11. Hanc sententiam tenet Masius cap. 9. q. 2.

3 Supposita distinctione loci veri, & imaginarij, & quod vacuum indeterminatum est vacuū impropriæ, & reuera est nihil. ¶ Dico primo, in vacuo interminato, seu negatione sumpto, non datur, nec dari potest motus localis strictè, & positivè; sed solum impropriæ, & imaginariæ. Ita notat Bañez 1. p. q. 8. ar. 2. in fine, & Conimb. hic c. 9. q. 4. a. 2.

¶ *Ad rationes.* Et hoc probant argu-

menta primæ sententie. Et ulterius probatur, quia in inani nō est sursū, & deorsum, nec est ubi, nec distantia nisi imaginaria, nec sunt locorum differentiæ: ergo nō est motus localis propriè, & in rigore. Probatur consequentia, quia vt ait S. Tho. in 4. dist. 44. q. 2. art. 3. q. 3. *Ita successio locorum est motus localis.*

4 Et ideo si Angeli crearentur ante mundum corporeum, non essent in loco, nisi imaginario; quia in nihilo nullam operationem exercere posunt: & iuxta S. Tho. 1. p. q. 52. art. 1. Angeli sunt in loco corporeo per operationem qualitercumque.

Vnde, si tori vniuerso Deus impulsum imprimeret, si crearet aliud corpus in spatio imaginario distantì, esset motus propriè, iuxta sensu sequentis assertio: is; at vero nullo alio corpore creato, non esset motus localis, nisi impropriè; quia nec totus mundus est in loco secundum se totum; nec locū aliquem acquireret de nouo.

5 Dico secundo, in vacuo propriè sumpto, si daretur, potest dari motus localis, no tantū virtute Diuina, & Angelica; sed etiā virtute agentium corporalium. Fauet S. Th. 3. p. q. 57. ar. 4. ad 2. & *Quodlib.* 6. art. 3. & 4. Phys. lect. 11. litt. e. & est communis Authorum, quos poitea referemus. Et ratio est, quia corpus ab intrinseco esset mobile: possentque distantiae, & vicationes designari per ordinem ad locum communem, & ad primum locans: ergo licet non esset in loco proximo, & immediato, defectu corporis immediatè ambientis, haberet tamen

tamen distantiam, & ubi medium: & hoc sufficeret ad motuolum calem.

6 Secunda pars patet; quia licet miraculosum esset, quod sublunaria conseruarentur sine influxu superiorum, ut probat, quae adducta sunt n. 2. pro posteriori sententia. Tamen supposita illa miraculosa conseruatione, non video cur, si lapis proiiceretur sursu, non esset motus violentus; & naturaliter descenderet. Inquit notat Rubio q. 3. n. 17. si Deus foramen quoddam efficeret a superficie terrae usque ad certum eius, nec permitteret partes terrae coniungi ad replendum vacuum, negari non posset quod illud spatium aqua, vel aere natura literre repleretur: ergo in vacuo dampno posset virtute naturali motus localis.

7 Quinimo cum corpus Christi sit supra omnes caelos, non est in loco; & tamen moueri potest localiter, non solum loquendo, sed ambulando; quia Iesu motus non derogant perfectioni glorificati corporis; de quo S. Thoni. 3. part. quest. 57. art. 4. & latius in 4. dist. 44. q. 2. artic. 3. q. 2. Per quae de facili argumenta diluuntur.

## §. II.

*An in vacuo motus esset in instanti?*

8 Circa secundum, valde disidebant antiqui: nam Auerrois comm. 71. & sequentibus. B. Albertus tract. 2. cap. 6. & 7. Arimi. in 2.

dist. 6. q. 3. art. 2. & multi alii apud Iauellum hic quest. 17. docent quod motus in vacuo esset in instanti. Et saltim de motu granum, & ledum, id tribuitur AEgidio; quamuis de motu animalium progressu fateatur esse in tempore.

9 Fundamentum praecipuum huius sententiae est authoritas, & ratio Phyllophilic hic text. 71. sic arguetis: proportio motus ad motum in velocitate, est sicut proportio medij ad mediū in subtilitate: sed ipsa tamen vacui ad spatum plenum nulla est proportio: ergo motus per vacuum non habet proportionem ad motum qui est per plenum: ergo motus in vacuo sit in instanti. ¶ Secundo: ex distantia, & resistentia medij oritur successio motus localis: sed in vacuo nec est distantia, nec resistentia; quia ibi nullum est corpus: ergo nulla est successio.

Denique arguit Phyllophilus text. 73. nam differentia velocitatis, & tarditatis motus est secundum quod mobilia se in unum excellunt: nam per aequale spatium finitum citius feruntur ea quae habent maiorem inclinationem, aut secundum gravitatem, aut secundum levitatem: si similiter se habeant secundum figuram: quia velocius diuidit medium, id quod est quantitate maius; & acutum est penetrabilius; aut haec velocitas contingit propter inclinationem maiorem, vel propter violenter prohibentis. Sed vacuum dñi non potest citius, vel tardius: unde sequitur, quod omnia

æquali velocitate mouebütur per vacuum. Quod manifeste appetet impossibile. Ergo motus in vacuo erit in instanti.

10 Nihilominus dicendum est, motum in vacuo futurum in tempore, & non in instanti. Ita S.Thos. in 4. Physic. lect. 12. littera. g. vbi & conclusionem probat, & oppositæ fundamēta euertit hoc modo. Qui libet motus habet determinatam velocitatem ex proportione potētiæ motoris ad mobile; etiam si nullum sit impedimentum. Ethoc patet ver exemplum, & per rationē. Per exemplum quidem in corporibus cælestibus; quorum motus à nullo impeditur: & tamen eorum est determinata velocitas secundū determinatum tempus. Per rationē autem, quia ex hoc ipso quod in magnitudine per quam fit motus, est accipere prius, & posterius in motu: prius autem, & posterius est in motu ex temporis ratione, sequitur motum esse indeterminato tempore: ergo adhuc in vacuo est successio in motu.

11 Ad Phylosophum autem respondet S.Thomas, quod eius ratio non est demonstrativa simpliciter, sed solum est efficax ad homines: nam illi, cōtra quos arguebat, existimabant totam causam motus, & successionē eius prouenire ex parte medijs, & non ex natura mobilis. Et hac existimatione supposita, procedunt coquenter. Simpliciter autem efficas non essent; quia aliunde posset esse successio. Vnde ipse Sanctus Thomas in 4. dist. 44. quæst. 2. art. 3. quæst. 3. docet, quod

corpus gloriosum mouetur in tēpore, sed imperceptibili propter breuitatem. Et ad secundum post multa cōcludit, quod quamvis medium non resistat corporibus gloriosis, motus eorum non erit in instanti; quia ipsum corpus mobile resisteret virtuti mouenti, ex hoc ipso, quod habet determinatum situū, sicut de corporibus cælestib⁹ dictū est. Sequuntur eandē sententiā communiter Thomistæ, præcipue vidēdi Ferrara quæst. 3. & Iauellus q. 17. item Scotorus in 2. dist. 2. q. 9. Toletus, Comimb. & alij communiter in præsenti.

12 Præterea, eandem conclusio nem bene probat Soto quæst. 3. artic. 2. quia quamvis in vacuo non sit medium resistens; est tamen distantia desumpta ex situ diuerſarum partium in locis imaginarijs: fungatur enim columna erecta in vacuo; manifestum est, quod altitudo eius distat à profunditate: descendat ergo lapis contigue per illam; & queritur tunc, utrum prius tangat punctum primæ quartæ, quā punctum medium; & prius mediū quam extrellum? Sed hoc prius, & posterius non potest esse sine secessione motus: ergo motus non erit in instanti, sed in tempore; quia repugnat ex parte extensionis quā titatis corpus moueri de extremo ad extremū, nisi prius fuerit in medio.

13 Demum arguit; quia sequetur, quod in vacuo rota molendi non posset circula rite moueri in instanti: quod implicat contradictionem: nam tunc sequitur, quod que liber

## §. 2. De motu in vacuo.

471

libet pars erit immediatè post hoc in eodem situ, & loco in quo est mōdo, eo quod quelibet erit reuersa ad suum locum: & per consequens tota quiescit: nam quiescere est, quod partes immediatè ante hāc, immediatè posterunt in loco ubi modo sunt. Item sequitur, quod immediatè post hoc faceret infinitas circulationes: quod certè inintelligibile est à Deo posse fieri.

14 Rationes ex dictis celsat; quia solum probant, id quod concedit Sanctus Thomas utrum esse, quod velocitati motu potest aliquid substrahi ex aliquo impediente; & ita ceteris paribus in vacuo motus erit velocior. Ceterum non est hāc ynica, nec potissima causa successiois motus, sed vniuersaque virtutimotus correspondet certa velocitas, & tarditas; & etiam situi partium: unde non obstante, quod Intelligentia moueant cælos iumenta qua possunt velocitate, motus est successivus. Et ait Sanctus Thomas in quarto sententiarum, ubi supradictum, quod unum corpus gloriosum pereat in minori tempore idem spatium pertransire, quam si ad quia tempus, quantumcumque parvum accipiat, in infinitum est divisibile.

15 Nec motus corporis gloriosi impeditur ex vacuo: quia non indigent influentijs calorum; nec suo motu causant vacuum remouendo corpora, & impediendo, vt apud nos grauia ascendunt, & levia descendunt ad impedientium vacuum. Sed supposito vacuo, sua virtute intrinseca mouetur. Et posset ab intrinseco impellente moue-

ri; quia etiam si non esset prædictum susceptium in pulsus, posset recipi in ipso corpore; si violentia illi beatissimo latui non repugnat.

16 Instabis: nam sc̄ilicet Thomas in 4. dist. 11. q̄uest. 1. art. 3. Qua si in cūla 2. inquit, quod causa quare aliqua mutatio non est in instanti, est distantia eius, quod mouetur a termino motus. Distantiam autem dicō, non solum secundum dimensionem loci, aut quantitatis; sed secundum repugnantiam formæ, vel naturæ; & ideo ubi nil est repugnans formæ introducenda, forma ibi recipitur in instanti, praesente agente; si. ut pater de illuminatione diaphani. Sed in vacuo non est distantia loci, quia locus non est; nec est repugnantia nisi: ergo motus erit in instanti in vacuo.

Respondetur concedendo maiorem; & distinguo minorem: non est distantia loci veri; concedo: loci imaginari; nego. Et rursus, est maior, & minor grauitas; & inaequitas proportionis mouentis ad mobile: & hinc prouenit, quod in vacuo sit successio, & quod possit tardius, vel velocius moueri: de quo plura Ferrara hic. q. 3.

## QVAESTIO X.

*Vt̄ tempus sit numerus motus secundum prius, & posterius?*

1 A B hac quæstione incipit ultima pars quarti libri; in qua agit Phyllo sophus de tempore; quod est mensura motus, propria eorum,

quæ loco physico circumscribūtur; & idèò conuenienter post considerationem motus, & loci, sequitur tractandum de tempore. Quod quidem dari, nullus valet negare; sed eius quidditatem, vix inuenitur, qui adæquate possit explicare. In genere id profitetur Sanctus Augustinus lib. 11. Confessionum cap. 14. dicens: *Quid est tempus? Si nemo ex me querat, scio; si querenti explicare velim, nec scio.* Sic loquitur Sanctus Doctor; quia cognitio experimentalis temporis est facilis, & omnibus perula: doctrinalis vero, & in actu signato, & abstracta temporis cognitio, valde difficultis est; ob minimam actualitatem, & entitatem entis successivæ, ut notatur Opusculo 44. apud Diuum Thomam in principio.

2. Quamvis autem ad cognoscendum quid sit? Oporteat præcognoscere an sit; quia impossibile est cognoscere de aliquo quid sit, ignorato an sit. Et ideo author illius opusculi, primo inquirit, an sit tempus? Tamen quia temporis existentia in actu exercito est persenota; & in actu signato explicari nequit, non præmissa definitione temporis, idèò ab illa exordimur cù Philosopho textu 130. qui à definitiōne temporis incepit determinare veritatem doctrinæ de tempore.



## §. I.

*Exponitur definitio temporis.*

3. Missis antiquorum definitiōnibus, quæ videri poslunt apud Masium sect. 1. q. 3. & Toletū q. 13. sufficit Philosophi definitiōnem, quæ iam ab omnibus acceptatur, exponere. Tempus est numerus motus secundum prius, & posterius: ita definit Philosophus text. 101. & eam declarat, quia tunc esse tempus determinamus, cum accipimus in motu aliud, & aliud, & accipimus aliquid mediū interea: cù enim intelligim⁹ extrema diuersa alicui⁹ medij; & dicimus illa esse duo nunc, hoc prius, illud posterius, quasi numerando prius, & posterius in motu; tunc hoc dicimus esse tempus.

4. Ad cuius ampliorem explicationē notat ipse Philos. text. 102. & ex ipso S. Thom. lect. 17. in fine, quod numerus dicitur dupliciter: uno modo id quod numeratur actu, velquod est numerabile; ut potest cum dicimus decem homines, vel decem equos; qui dicitur numerus numeratus; quia est numerus applicatus rebus numeratis. Alio modo dicitur numerus, quo numeramus, id est, ipse numerus absolute acceptus, ut duo, tria, quatuor. Tempus autem non est numerus, quo numeramus; quia sic sequeretur, quod numerus cuiuslibet rei, esset tempus. Sed est numerus numeratus; quia ipse numerus prioris, & posterioris in motu, tempus dicitur: vel etiam ipsa, quæ sūt prioris & posterioris numerata.

Sed

## §. 2 An tempus sit quantitas continua?

473

5 Sed contra hanc definitionem obiicit Galenus, relatus à Simplicio; quia prius, & posteriorius à tempore ortum habent, & tempore determinantur: ergo definitio est circularis, & vitiosa.

Respondeat bene S. Thom. lect. 17. litt. f. in fine, quod prius, & posteriorius ponuntur in definitione temporis, secundum quod causantur in motu ex magnitudine; & non secundum quod mensurantur ex tempore: & ideo supra Aristotelis ostendit, quod prius, & posteriorius, prius sunt in magnitudine, quam in motu; & in motu, quam in tempore, vt hæc obiectio excludatur.

## §. II.

### An tempus sit quantitas continua?

6 Secundo obiicies: numerus est quantitas discreta; tempus est quantitas continua, ut docet Phyllo-sophus in Prædicamentis: ergo non bene tempus definitur per numerum.

Responder Sanctus Thomas in fine lect. 17. quod tempus est numerus numeratus; & ideo licet numerus sit quantitas discreta; tempus tamen est quantitas continua, propter rem numeratam; sicut decimæ mensurae panni, quoddam continuum est; quamvis denarius sit quantitas discreta.

7 Sed contra hoc est primo, quia numerus abstractus non ponitur in prædicamento; quia non est nisi in acceptione intel'. Ius nostri, ut docet S. Th. i. p. quest. 30. art. 1. ad 4. & artic. 2.

ad 5. & numerus numeratus est quætitas discreta, & est aliquid reale: ergo per hoc quod tempus sit numerus numeratus non habetur, quod sit quantitas continua. ¶ Secundo obiicit, quod Sanctus Thomas Opusculo 36. (quod ipsius est indubitatum) capite primo ait; cum ratio mensuræ primo inueniatur in quætitate discreta, & per eius naturam in continua, nihil poterit habere rationem mensuræ in quantitate continua, nisi ex adiunctione quantitatis discretæ. Ex quo infert postea, quod si tempus nostrum consideretur formaliter, est numerus, sive eii im quantum discretæ; sed ratione subiecti est quantitas continua: ergo falsum est, quod tempus formaliter sit quantitas continua. ¶ Tertio, est tempus est quantitas continua, nulla apparet conuenientia, quod definiatur per numerū, qui ex vi vocis aliam speciem distinctam quætitatis videtur significare.

8 Respondeatur, non deesse ex Discipulis Sancti Thomæ, qui dicunt tempus, quoad rationem suam formalem esse quantitatem discretam, & hoc conuenit temporis secundum se, & abstractè; materialiter autem est quantitas continua ex parte motus in quo est: & quia id quod alicui secundum se conuenit, principalius, & formalius sibi conuenit, quam id quod sibi per aliud conuenit; ideo tempus principalius, & formalis est discretum, quam continuum: & ideo bene definitur per numerum. Ita Ferrara hic q. 5. & Soncinas q. Metap. q. 24. in fine.

At

¶ Atvero B. Albertus Magnus, & Simplicius non fere omnes Philosophi, ut testatur Masius sect. 1. q. 2. per totam, tempus numerant inter quantitates continuas: quia ita sumitur ex Philosopho in Prædicam, & hic cap. 11. & quia partes temporis copulantur termino communis, nempe instanti: & dividitur ad divisionem motus, & magnitudinis, ut docet Philos. 5. Metaph. cap. 13. Et ideo hæc sententia, non solum videtur approbari Opusc. 44. apud D. Thomam cap. 2. (de cuius authore adhuc non constat) sed etiam ab ipso D. Tho. 4. Phys. lect. 17. in fine. Et lect. 19. in principio. Et 1. p. q. 10. art. 6. ubi ait: *Tempus non est numerus ut abstratus extra numeratum, sed ut in numero existens; alioquin non esset continuus; quia decem vlna passi continuatem habent, non ex numero, sed ex numerato.*

10. Iudico inter utrumque modum dicendi esse differentiam maiori ex parte ortam ex modo loquendi: quia tempus non est quantum per se, sed per accidens, ut ex S. Thom. lib. 5. Metaph. lect. 15. in fine, diximus lib. 2. Logica quæst. 19. & ideo esse continuum, vel esse discretum non conuenit per se tempori, sed solù per aliud, vide licet, ratione motus mensurari: unde Philosophus text. 59. & S. Thom. lect. 17. litter. b. dicunt quod quia magnitudo continua est, & motus continua est; & quia motus est continuum, & tempus est continuum; etsi quia quantus est motus primus, tamen cum fieri tempus videtur. Et ideo

ex parte motus mensurati, est continuitas delupta ex magistri studine, & ex parte actualis numeratio nis est quedam discrecio. Quia vero etiam contingit numerari multa nuac succedētia discrete; ibi de necessitate est tempus; cum tempus nihil aliud sit, quam numeratio prioris, & posterioris in motu, ut ait S. Thom. 1. p. q. 53. art. 3. & ideo tempus ut sic ex parte numerationis est discretum; sed ex parte motus numerati abstrahit à continuo, & discreto: nam in Angelis successio quedam ipsorum nunc est tempus; sed est alterius rationis à tempore continuo motus cœli, de quo modo loquimur, ut notat S. Thom. ibi ad 1. & c. 61. art. 2. ad 2. & q. 63. art. 6. ad 4. & ali bis aëpe.

11. Loquendo ergo de numeratione, est discrecio in tempore omni: & ad hanc denotandam positur in definitione ly numerus. Sed quia in Physica præcipue est sermo de numeratione motus primi mobilis, prout illo temporalia mensurantur; quia motus ille est continuus; ideo præcipue reducitur tempus nostrum ad quantitatem continuam, ut discernatur a tempore angelico. Per quæ omnia certiora re, facile patet consideranti, quia quidam profani ali dicunt significari ipsam numerationem; alii ipsam quantitatem numeratā: & melius erit distinctione præmissa, & quia uocationē auferre: dicendo quod in tempore angelico est quantitas discreta ex parte numerationis, & ex parte motus numerati in tempore autem nostro est discrecio in actu-

actuali numeratione, & continuitas ex parte rei numeratae. Vnde S. Thom. in 1. dist. 19. q. 2. art. 1. inquit: continuitas accedit temporis ex ratione motus, quem mēsurat: vnde si aliquis motus esset non cōtinuus, non habens ordinē ad motum continuum cæli, tempus mēsurans illum motum, non esset cōtinuum. Hæc ibi. Quod latius prosequitur dist. 37. q. 4. art. 3.

## §. III.

*Vtrum formale temporis sit ali-  
quid rationis?*

12 Edadhuc non videtur cessare difficultas, sed noua insurge-re: quia inquiri potest, quod se habeat formalius in tempore; numeratio; an vero res numerata? Et cu- res numerata sit quid reale, & nu- meratio sit opus intellectus; quia fit per collationem numeratorum ad unam priam measuram: con- ferre autem opus rationis est: ideo est idem ac inquirere; an tempus formaliter includat aliquid ratio- nis?

13 Videtur enim quod numeratio se habeat formaliter. In primis ex D. Thom. qui in 1. dist. 19. q. 2. art. 1. ait: quod illud quod est de tē-  
pore quasi materiale fundatur in  
motu, scilicet, prius, & posteriorius:  
quod autem est formale, co-  
npletur in operatione animæ numeran-  
tis: propter quod dicit Phylolo-  
phus 4. Phys. text. 98. q. 1. s. ion. est  
animæ, non est tempus. ¶ Et q. 5. art.  
1. ait S. Thom. quædam sunt, quæ

habent fundamentum in re extra  
animam; sed complementum ra-  
tionis eorum, quantum ad id quod  
est formale, est per operationem  
animæ, vt patet in vniuersali: & in-  
fra. Et similiter est de tēpore, quod  
habet fundamentum in motu, scili-  
cet prius, & posterius ipsius moti;  
sed quantum ad id quod est forma-  
le in tempore, scilicet, numeratio,  
completur per actionem intelle-  
ctus numerantis. Sed vniuersale  
formaliter est quid rationis, vt di-  
ximus lib. 1. Logice: ergo & tem-  
pus. ¶ Deinde dist. 37. q. 4. artic. 3.  
ait: in tempore est aliquid quasi for-  
male, quod tenet se ex parte quā-  
titatis discretæ, scilicet numerus  
prioris, & posterioris; & aliquid  
materiale per quod est cōtinuum;  
quia continuatatem habet ex mo-  
tu, in quo est sicut in subiecto, &c.  
similia videri posunt in 2. dist. 12.  
q. 1. art. 5. ad 2.

14 In omnibus istis locis rationē  
hanc indicat, formale temporis est  
formale actualis numerationis, &  
mensuræ, vt ex definitione patet:  
sed hoc formaliter est opus ratio-  
nis: ergo completiū, & formaliter  
tempus est aliquid rationis. Quare  
ita tenent grauiores Thomistæ, uē-  
pè Capreoli in 2. dist. 2. q. 2. conc. 4.  
Deza ibidem: & P. Bergomæ. dub.  
1149. Ferrar. 1. Contrag. c. 15. Sot.  
hic q. 4. art. 2. dub. 1. Iauellus. q. 24.  
Bruxelenüs, & Gratia Dei apud Ma-  
sium ubi infra. Item Argentinas in  
2. dist. 2. q. 1. art. 2. Basiliol. ibi. Et Pe-  
reiræ lib. 12. c. 3. Vazq. 1. p. disp. 34.  
c. 2. & alij. Et fuit opinio Auerrois  
cōm. 131. videatur Conim. q. 1. a. 2.  
In

15 In contrariū est, quod Opusc. 44. apud D. Tho. cap. 1. relata priō ri opinione, ita dicitur: istud non potest habere veritatem, quia cum tempus sit numerus motus, & sit numerus numeratus, sic est necesse esse tempus sicut & motus. Cofstat autem, quod motus est in re extra: ergo, & tempus est in re extra. Itē, quantitas continua est vera res extra animam: tempus autem est vera quantitas continua: ergo impossibile est, quod sit in anima. Et ideo dicendum, quod tempus sit in re extra. Hac ibi.

16 Deinde S. Thom. lib. 4. Phys. lect. 23. litt. e. docet quod sicut datur realiter motus, ita datur realiter tempus: quia positis rebus numeratis, necesse est ponit numerū: esse autem rerum numeratarū non dependet ab intellectu nostro. Sicut ergo possunt esse sensibilia sensu non existēte; ita possunt esse numerabilia, & numerus, non existēte numerante. Et alia plura, quæ ad idem prosequitur. Idem docet S. Thom. Opusc. 37. cap. 1. & 3. & 1. p. q. 10. art. 6. & alibi docet quod tempus ad primum motum conparatur, ut accidens ad subiectum: & sic ab eo recipit unitatem. Accidentia autē motus realis, quid reale sunt: ergo tempus simpliciter, & absolute est quid reale. Quare ita tenent B. Albertus lib. 4. tract. 3. cap. 16. Herueus in 2. dist. 2. q. 1. & alij quos referunt, sequuntur Matius lect. 1. q. 4. PP. Carmel. disp. 21. q. 1. & communiter iam authores. Imo Teletus q. 16. dicit, quod prima sententia est absque dubio insuperabilis, & est com-

mentum quoddam nullum habens funda mentum.


17 Placet hæc sententia, eo quod tempus, vel identificatur cum motu, vel est eius accidens (eo modo quo postea exponetur) motum autē dari in rebus, videtur per se notum: sicut enim nullo intellectu considerante, corpus mutat locum, ita realiter mouetur: & sicut alteratio, vel motus ad calorem, quid physicum sunt: ita & tempus est quid reale: vnde S. Thom. in 2. dist. 2. q. 1. art. 2. inquit, quod tempus nō est quid mathematicum; sed naturale. Et q. 9. dō Potentia art. 7. incor. ait, quod iugurta, & locus sunt naturalia, & materia sensibili annexa.

18 Displacet tamen quod prior sententia tam acriter reprehendatur: quia inter utramque nullum reperio discrimen, quod de tempore sit: nam tempus ex parte motus est, quid reale, omnes docent. Temporis numerationem actualē depēdere ab anima, per se notum est. Entia successiva non esse secundum se tota simul, est perspicuum, & postea exponetur; & ideo docet S. Thom. 4. Phys. lect. 23. quod ipsa totalitas mutus accipitur per considerationē anima comparans prius, & posterius: & ideo tempus quoad duo dependet ab intellectu, nempe, quoad numerationē, & diuisiōnem ipsorum nunc, & partium temporis; & quoad simultatem partiū; & vltierius per rationē cognoscimus sublunaria mensura extrinseca mensurari.

19 Cum igitur hæc ita esse omnibus sit compertum; manet quæstio fere de voce, utrum hæc omnia for-

maliter importetur illa voce *tempus*? An vero solū significet directe prius, & posterius motus; & reliqua solū extrinsece, & in obliquo, vel secundario? Prioris opinionis autores, quia ultimo adueniens compleat reliqua, quae ab illo determinantur, dicunt formale temporis esse numerationem. ¶ Melius tamen alij loquuntur, quia hoc est complementum extrinsecum; & ut successiva simpliciter dicantur esse, non opus est ut totalitas eorum sit actu: imo hoc repugnat eorum naturæ.

20 Ad authoritates dicitur S. Th. Iohannes de complemēto extrinseco; & ideo nō absolute vocat materiale, sed quasi materiale. Et dist. 37. quasi formale: quas esse dictiones diminuites constat ex eodem D. Tho. in 2. dist. 12. q. 1. art. 5. ad 2. vbi ait: quod temporis ratio aliquando completur ex actione anime numerantis. Exemplum autē de vniuersali tenet quoad aliqua; non quoad omnia: quia ibi S. Tho. etiam docet veritatem transcendentem compleri aliquo rationis: & tamen ex ipso D. Th. docimus i. p. Metaph. contr. 11. nu. 42. quod veritas directe significat entitatem, & solum ex consequenti respectum rationis. Ergo & tempus solum extrinsece, vel per modum conditionis completur aliquo rationis. ¶ Ad rationem autem diximus iam cū D. Tho. quod tempus nō est numerus numerans, sed numer⁹ numeratus: & hoc est quid reale.



## QVAESTIO XI.

Vtrum sit tantum unum numerotempus?

S. I.

Tres sententiae referuntur.

1 Quidam absolute docent esse plura tempora. Ita docuit Simplicius hic. Et Gregor. in 2. dist. 2. q. 1. & ibi Gabriel, & Ochā, & Aureolus. Probari solet ex D. Angustino lib. 11. Confessionum cap. 23. dicente: *Audī vi à quodam homine docto, quod Solis, ac Luna, ac sideris motus sint tempora, & anni: cur enim non potius corporum motus sint tempora?* An vero sic essent cali/lumina, & moueretur rota figurata, non esset tempus?

2 Vbi rationes duas insinuat. Primam, quia tempus est numerus motus secundum prius, & posterius: sed quilibet motus habet prius, & posterius: ergo quilibet motus includit tempus, vel est tempus.

Secundam: nam cessante motu primi mobilis, si essent alij motus, esset tempus: ergo tempus non est subiectum in motu primi mobilis.

3 Per oppositū alij absolute pronunciant esse viuum numero tempus. Ita L. Albertus cap. vlt. huius libri. S. Bonaventura in 1. dist. 3. circa litteram, & in 2. dist. 2. art. 1. q. 2. ibi Richardus, Durandus, & Baflolis. Herueus, & Capreolus q. 1. ad argum. contr. 6. Soto hic q. 4. artic. 2. dub. 2. & alij. Qui probat primo: quia est expressa intentio Phyllophi

phi hic text. 133. qui id ex professo probat; alias sequeretur ( inquit) quod plura æqualia tempora essent in a. & ita p. essent esse mille horæ simul, & mille dies. Et Plato in Timaeo afferuit: *Tempus est conversione cælestis mundi*. Idem docet expressè S.Thom. 1.p.q.10.art.6.

4 Et ratio est, quia ad rationem temporis requiritur, quod sit numerus motus ex natura sua regularis: ita ut errare non possit; vt ut mensura naturalis rerum: sed talis est flos motus primi mobilis: ergo tantum est unum numero tempus: quod in primo mobili est intrinsece, & in alijs motibus solum extrinsece, in quantum ab illo mensurantur.

5 Has sententias nitantur concordare Toletus q. 17. Rubio q. 3. & PP. Carmel. disp. 21. q. 6. dicentes tempus sumi posse dupliciter: primo secundum essentialia ipsius, secundum quam rationem importat durationem causatam ex priori, & posteriori motu. Secundo in ratione mensuræ accommodare ad mensurandum sine erroris periculo. Quam distinctionem dicunt tradi à D.Th. 1.p.q.66.art.4.ad 3. & in 2. dist. 12. q. 1.art.5.ad 3. hoc secundo modo est tantum unum tempus, ut secunda sententia docet.

6 At vero loquendo de tempore essentialiter, sunt plura numero tempora; inter quæ principalitatem obtinet tempus motus primi mobilis. Quod confirmant argumentis primæ sententie. Et vñterius quia Phylosophus hic text. 132. inquit: *Tempus est numerum cuiusque motus*. Et cap. 10. dicit, *Tempus est ubique;*

*quia ubique est aliquis motus*. Et tandem cap. 13. & 14. dicit, *quod sicut si plenarius dividitur in septenarios: sic tempus in plura tempora*.

## §. II.

## Resolutio in favorem secundæ sententie.

7 E Governo, vel secundam sententiam omnino amplectendam iudico; vel si aliqua concordia est excogitanda, debet esse omnino opposita tertiae sententiae: nam loquendo de tempore proprie, & formaliter, est unum numero tempus omnium corporalium. Quamvis loquendo communiter, & minus proprie, & materialiter, sint plura non ero tempora. Ita Caiet. nus 1. p.q.10.art.6. §. Ad hanc hic. Ferrara hic q.7. & Iauellus quæst. 23. & alij ques citat, & sequitur Gonzalez r. p. disp. 22. cocl. 2. & Masius hic sec. 1. q. 5. Ioann. à S.Thom. q. 18. ar. 1. & latius artic. 3. & alij frequenter. Hoc esse de niente S.Thom. patet: nam cœli eti, prout à nobis intelligitur, ex parte tracitur à D.Th. in 1. dis. 8. q. 3. a. 3. ad 4. ubi ait: *Quod tempus duplicitur diciatur: uno modo numerus prioris. & posterioris inveniatur in mensuræ, &c.* Et huc modo tantum accipitur à Philosophis. Alio modo dicitur tempus modis communiter; non erit cœs quod habet quicunque modo prius. & posterius. &c. Ergo loquendo in rigore physico, ut nunc loquimur, solum mensura & numerus motus primi mobilis est tempus proprie, & in rigore. Idem docet S.Th. 1. dis. 19. q. 2. ar. 1. ad 4. & dist. 37. q. 4. art. 3. & in 2. dist. 2. q. 1. art. 1. ad 4. & 1. p. q. 85. art.

art. 4. ad 1. vbi de tempore commūniter sumpto exponit. S. Augustinum.

8 Nusquam vero legitur S. Thos docuisse esse plura tempora physice loquendo; & tamē sāpissime docet esse unum numero tempus ut 3. p. q. 75. art. 7. ad 1. & Opus C. 36. c.

I. ait: Ab unitate primi motus habet tempus unitatem. Et infra. Motus autem primus est unus, & uniformis vel tempus proprius est unum. Idem dicit cap. 3. & 1. p. q. 10. art. 6. ita ait: Est ergo ratio unitatis temporis, unitas primi motus, secundum quem, cum sit simplicissimus omnes alii mensurari ur, videtur in 10. Metaph. Idē supponit 1. p. q. 66. art. 4. ad 3. docens, quod in casu, quod alius motus esset primus, illius motus esset tempus mensura: Qui et omnia mensuratur primo sui generi. Et in 1. dist. 37. q. 4. art. 3. ait; quod probant Philosophi, quod si essent plures mundi, oportaret esse plures primos motus, & plura tempora. Ergo rebus ut nunc, rerum corporalium tantum est unum in numero tempus essentialiter, & proprie loquendo. Quid & docet locis relatis n. præcedente.

9 Deinde hanc esse mentem Philosophi est indubitatū: nam illa verba, quae ab authoribus tertiarū sententiā adducuntur ex tex. 132. sunt argumentū, quod sibi obiicit, ut patet ex D. Th. lec. 23. litt. f. & ex proposito reiicit. Et tandem text. 133. ex propria mente respōdet: & ex Philosopho S. Th. lit. n. concludit: Sic igitur patet, quid tempus primo mensurat, & numerat primū motū circulare. Oportet mensurat omnes alios motus; unde est unum tempus sicutū proprius unitate primi mo-

19 Ex quo patet quod intrinsece est tātū in primo mobili, & extrinsece in omni motu mēsurato ab illo. Et quod loquatur de unitate numerica, ipse S. Th. in fine lec. declarat: vnde est probata nostra conclusio ipsi authoritatibus quib⁹ ab alijs ini pugnabatur.

10 Efficacia rationū quas retalimus n. 3. & 4. in hoc consistit, quod tempus significat mensurā uniformē natura sua aptā ad omnē successiōnē mensurandā: sed mensura uniformis, & regularis, qua omnia regulētur, tantū est mensura motus primi mobilis: ergo loquēdo complete, & formaliter, & vt est in vsu Philosophorū, tantū est unum numero tempus. Et cū quæstiones istæ pēdeat ex vocabulū proprietate ut in vsu scholæ sufficeret; quod sic accepérunt Philosophus, & S. Th. & tot graues Philosophi, & Theologi, ut auctoritate affirmemus esse unū numero tempus proprius, & formaliter.

11 Sed obiicies ex Suarez dist. 50. Metaph. lect. 10. n. 8. dicente ex natura in nullum esse motū, seu durationē successiōnē, quæ sit aliorū motū mensura; sed ex arbitrio, & capacitate hominū pendere: quamuis in motu calī sit fundamentū, seu capacitas ut attenuatur in mensuram.

Caterū iam lib. 2. Logie. q. 14. n. 7. ostēgimus mensurā pertinere ad quantitatē: & quod est duplex; alia intrinseca mēsurato; & alia extrinseca. Licet autem quoad actualē mensurationē, & numerationē, pendeat ab intellectu; ipsa obiectua ratio mensuræ realis est. Sicut ergo tempus, quod est numerus

numeratus, absolute datur in reb<sup>o</sup>; ita absolute motus regularissimus est: aliorum mensura ex natura rei; quia primū in unoquoque genere est aliorum mensura: quamuis extrinsece, & secundum quid pēdeat ab humano arbitrio quoad numerationē, & diuisionem in partes, & instantia. Vnde sapienter notat M. Soto hic q.4.artic.2.dub. 2.in fine, quod licet nos arte institueremus aliquem motum regularissimum, ut facimus in horologij.s: quia tamen non habent hinc motus à natura illam regularitatem; & tempus est ens naturale; duratio horum motuum non est tempus, sed signa temporis, quod est in cælo: vnius enim eiusdemque numero horæ signum dant quotquot in mundo horologia similes sonant.

12 Authoritatem S. August. in simili exposuit S. Tho. relatus n. 7. Prima ratio prioris sententiæ probat secundam partem nostræ conclusionis. ¶ Ad secundam respondet S. Thom. 1.part.q.66.& alijs locis relatis n.8. Quod accidit tempori, quod sit numerus motus firmamenti, in quantum h̄c motus est primus motuum: si autē est alius motus primus, illius motus est tempus mensura; quia omnia mensuratur per motum generis. Si autem essent plures mundi, essent plures primi motus, & plura tempora non subordinata ad unicum; sicut nūc motus, qui est in Angelis, est alterius rationis à motu locali corporum; ac per consequens tempus Angelicum est alterius rationis à tempore sublunarium.

13 Instabis accidens naturaliter non migrat de subiecto in subie-

ctum; nec præcise per hoc quod essaret motus primi mobilis, & loco illius alterius sphæræ motus esset primus; huic motui aliquod accidēs superadderetur: sed in illo euētu in illo motu esset tempus, & sic de alijs motibus primis: ergo modo in omni successione motuum est tempus.

Respondetur, quod in sententia non distinguente tempus à motu primi mobilis, facilis est solutio; quia sola variata denominatione extrinseca, motus, qui nunc est secundus, tunc esset primus per negationem prioris: & sic hac conditio ne posita ille motus esset tempus, quia ille esset primus, & regularissimus.

14 In sententia autem, quod tempus est accidēs distinctum a motu, consequenter dicendum, quod in sphera, quæ modo est secunda, in casu quod esset prima, & eius motus esset regularissimus, resultaret accidens, quod esset tempus; quia non sequitur hoc accidens quemcumque motum, sed primum, quia est mensura aliorum: si cut relationes nouæ adueniunt, vel tolluntur, positis, vel destructis terminis de novo; ita non est mirū, quod illud nouū accidens resul-taret, illa variatione posita in vniuerso.



## QVÆ AESTIO XII.

Quæ sint illæ, quæ tempore mensurantur?

## 6. I.

## Certa præmittuntur.

1 In primis, quod non mensuret motum primi mobilis, tenet Vazq. i. p. disp. 31. c. 5. negans dari mensuram intrinsecam, quia mensura debet esse notior mensurato: eo quod est quo quantitas rei cognoscitur: motus autem primi mobilis atque est ignotus ac tempus. Deinde idem probatur, quia per tempus non certificamur de quantitate illius motus; cum tam uniformis sit in ratione motus in spatio imaginario, ac in ratione temporis, seu in ratione prioris, & posterioris in praeteritum, & futurum.

2 Alterendum tamen est, motum primi mobilis tempore mensurari. Ita S. Tho. i. p. q. 10. art. 6. dicens: Sic ergo tempus ad illū motū comparatur, non solum ut mensura ad mensuratum; sed ut accidens ad subiectū. Quod & dicit locis relatis. q. 10. n. 16. & rationē assignat M. Sot. q. 4. dubio 4. quia cum ille motus sit successivus, variabilis secundū prius, & posterius, non est curio mensuretur tempore. Deinde, ut docet S. Thom. q. 1. de Verit. art. 5. & in 2. dist. 2. q. 1. art. 2. ad 1. Mensura est duplex: quadā intrinseca, quæ est in mensurato, sicut accidens in subiecto: quædā ex trinseca, &c. Sicut in vlna lignea signantur tres pedes, quæ sunt tres tertiae; illa pars tertiarum est intrinseca mensura illius lignorum

vlnæ; extrinseca autē pannii, & aliorū, quæ illa tertia mensurantur. Ita una hora est intrinseca mensura illius motus cœli (nā multiplicata virginis quatuor vicibus, metitur totum circulum diurnum) sed est extrinseca mensura nostrarum actionum.

3 Ad primum dicitur, quod mensura intrinseca est notior ut quo; sicut lux est ratio videndi, & qualitas ratio extēndendi se, & alia; nō autem opus est quod sit notior ut quod.

Ad secundū, quod per tempus de primo motu certificamur intrinsecè; quia tempus est numerus numeratus ipsis prioris, & posterioris motus cœli; de alijs autē certificamur extrinsecè; quia per ipsum extrinsece metimur alios motus. ¶ Præterquamquod, bene notat S. Tho. i. p. q. 70. ar. 2. ad 2. quod per causā sensibilem quādōque ducimur in cognitionem effectus occulti; sicut, & è conuerso: & ideo motus cœli in suis effectibus nobis manifestus, est tempus notū ad motū illum notificandum intrinsece, & alios extrinsece.

4 Secundo dicendum est, etiam quietem propriè sumptam tempore mensurari. Ita Phylos. text. 118. & S. Tho. lec. 23. litt. g. quia mensura per se alicuius formæ, est peraccidens mensura priuationis illius: sed quies est priuatio motus: ergo proprie loquendo tempus est mensura motus & quietis, sed per se motus, quietis autem peraccidens.

5 Tertio est certum, quod creatura spirituales, quantum ad affectiones, & intelligentias, in quibus est successio, mensurantur tempore discreto; quātum vero ad eorum esse

naturale, mensuratur æuo. Sed quā tum ad visionem gloriarū participat æternitatem. Quod totū docet S. Tho. 1.p.q.10.art.5.ad 1. Et simili-  
ter corpora caelestia incorruptibili-  
lia æuo mensurantur: quod est me-  
diū inter æternitatem, & temp⁹,  
vt ibi docet S. Thomas: quod la-  
tius disputare Theologorum est.

## 5. II.

*Dubium de substantia corrup-  
tibili.*

**S**olum ergo remanet dubium,  
qua mensura substantiæ ipsæ  
corruptibiles, quoad suum esse mē-  
surentur. Nam Scotus in 2.dist. 2.  
q.4. §. Concedo, verl. 8; tamen, docet  
substantias generabiles, & corrupti-  
biles per se mensurari quo; licet per  
accidens; hoc est; secundū quantita-  
tem naturalem cōsequenter eas,  
mensurentur tempore. Vel vt asse-  
ravit Henricus Quodlib. 5.q.13.mē-  
surantur modo quodam æui, seu  
æuo virtuali, vt alij loquuntur.

Opinantur alij mensurari instanti  
temporis discreti. Ita Heruæus Quod  
lib. 2.q.12. & in 1.dist. 19.q.1. &c. in  
2.dist. 2.q.1. Denique Rubio de Tē-  
pore. q.5. contendit peculiarem, at  
que intrinsecam durationem istis  
substantijs, & earum accidentibus  
correspōdere; & ratione huius du-  
ratio.nis, tempore mensurari.

7 Id autem in quo videntur isti  
concordare, videlicet, propositio  
negativa, quod substantiæ nō me-  
surantur tempore, probat ex Phyl.  
4.Phys. tex. 118. & ex D. Th. Opus.  
44.c.3. ubi dicitur: mobilia vero  
quæ sunt in quodam, sicut homo,

aut lapis, nō mēsurantur tempore:  
quia essentia eorum est in quolibet  
nunc tēporis, nec habet prius, & po-  
sterius, siue successionē, &c. ¶ Itē  
probatur ratione itis verbis indica-  
ta: tēpus est mensura successiōrū,  
& eorum, quæ nō habēt totum suū.  
esse simul: sed substantiæ sunt per-  
manentēs, & incipiunt, & habēt es-  
se in instanti: ergo non mensurātur  
tempore, sed alia mensura.

8 Cōmuni tamē sentētia docet,  
esse substātiale rerū corruptibiliū  
tēpore mensurari. Ita S. Th. 1.p.q.  
10.art.4.ad 3.dicens: esse rerū cor-  
ruptibilium, quia est trāsmutabile,  
non mensuratur æternitate, sed tē-  
pore: tempus enim mensurat, non  
solū, quæ trāsmutātur actu; sed que  
sunt transmutabilia: vnde non so-  
lum mensurat motum, sed etiam  
quietem, quæ est eius quod natum  
est moueri, & non mouetur.

9 Probatur ratione S. Th. ibi art.  
5.ex differentia inter æternitatem,  
æuū, & tēpus: quia æternitas mēsu-  
rat esse omnino immutabile; nec  
est mutabilitati adiunctū: æuū mē-  
surat esse immutabile, cui adiungi-  
potest mutatio actu, vel potentia:  
quædam autē sic recedunt à perma-  
nentia essendi, quod esse eorum est  
subiectum transmutationis, vel in  
transmutatione consistit: & huius-  
modi mēsurantur tēpore; sicut om-  
nis motus, & esse etiam omniū cor-  
ruptibilium. ¶ Cuius rationis vim  
declarat Caiet. ibi, §. Contra quartā;  
quia tempus non solum mensurat  
quietē, sed rē quiescentē: nā omne  
quiescēs est mobile: omne autē mu-  
tabile, secundū quod mutabile, mē-  
sura-

§. 2. Vtrū substantia tēpore mensuretur?

483

suratur tēpore; sed nos secūdū sub  
stantiā sumus mutabiles: ergo secū  
dū substātiā sumus tēporales. ¶ Cō  
firmatur: nā actus, & potētia expe  
ctant ad mensurā ciudē ordinis, vt  
in præsenti docet Phyl. & r. de Cæ  
lo: sed mutatio substātialis, & quies  
sub esse substātiali, nō solū in actu,  
sed in potentia sunt quid substātiale:  
vt dicitur 10. Metaph. ergo esse  
substātiale nostrum mensuratur  
tempore.

10 Ad authoritatē illius Opusculi  
respōdēt lauellus. q. 25. Māsus sec.  
3. q. 5. ad vlt. PP. Carme. disp. 21. q.  
7. n. 82. nō esse indubitatum S. Th.  
quod mihi certū est, nō solum ex  
editione Romana; sed ex phrasī, &  
doctrina Opusculi: quod versatis in  
S. Thomæ doctrina erit peruium.  
Cum autem ex indubitatis S. Thomæ  
operibus constet de eius mente,  
non est cur illa authoritate co  
gamur eam deserere.

11 Ad rationē respōdēt, nō solū  
mensurari tempore successionē ip  
sam motus; sed etiā substātiā, quæ  
admittit successionē in partibus, &  
variationem in accidentib⁹, & va  
riationem extatū, & corruptibili  
tatem: omnia enim ita temporalia  
sunt, & extrinsece à tempore men  
surantur.

12 Aliter respondet M. Ioan. à S.  
Tho. q. 18. art. 3. concl. vlt. quod in  
illo Opusc. idem dicitur, ac in alijs  
S. Tho. operib⁹: quia solum asserit,  
quod res mobiles secundum cōcep  
tum substātię non mensurantur tē  
pore: quod verissimū est, & asser  
tur à D. Tho. 4. Phys. lec. 21. lit. K.  
vbi ait, quod tempus mensurat id quod

monetur, & quiescit; non inquantū est la  
pis, vel homo; sed inquantū est motus, vel  
quiescens: mensuratio enim propriè debe  
tur quantitati. Substantia autem rei  
corruptibilis secundū se, nulla mē  
sura est mēsurabilis. Quod latè pro  
sequutus fuerat Māsi. cōcl. 2. quia  
essentia rerum abstrahunt à dura  
tione, & mensura. Sufficit autē ra  
dicalis, & extrinseca successio, vt  
substātię corruptibiles existentes  
dicantur tempore mensurari; sicut  
quies mensuratur tempore.

13 Vtriusque solutionis admissa  
doctrina, videtur adhuc dubium  
principale perseuerare. Primo,  
quia si substantia Angelicæ anteceden  
ter ad operationem, est capax vt  
mensuratur mensura non quanta;  
nō est cur substātiæ nostræ aliqua  
mensura non possint mensurari an  
tecedenter ad quantitatem? Secun  
do, quia si substantia solum mensu  
ratur tempore sicut quies, mensu  
rabitur tempore peraccidens; unde  
inquirendum restat, qua mē  
sura perse mensurentur? Tertio,  
per supra dicta manet explicata mē  
sura extrinseca istarum substāti  
rum; non tamen manet exposita  
mensura intrinseca: de qua videtur  
esse præcipuum dubium. ¶ Quar  
to, ex dictis solū habetur, quæcā tē  
pus sit mensura ēterogēna, seu di  
uersa rationis à mensura mot⁹; nō  
tamen eiusdem rationis: & de illa  
inquiremus, quæ sit? Et cur nō de  
tetur substātiæ mēsura diuersa à mē  
sura motus?

14 Propter hæc Durandus in 2.  
dist. 2. q. 6. n. 6. docet esse substātiæ  
generabilis, & corruptibilis intrin  
seca

secesserentur duratione, seu nunc temporis discreti; quia in ipso esse non est successio. Loquendo autem de mensura extrinseca, docet Durandus. n. 16. quod non habet mensuram extrinsecam vniogeneam, seu homogeneam; quia non est quantum, seu extensum secundum rem, sed solum secundum rationem propter coexistit alicui durationi: & sic mensuratur tempore continuo cui coexistit. Idem sequitur Suarez disp. 50. Metaph. sect. 11. n. 11. & Rubio vbi supra quæst. 5.

## §. III.

*Resolutio ex mente D. Thomæ.*

15 **E**x dictis tamen videntur istæ difficultates cessare: quia S. Thomas ponens vnum numero tempus, & quod illo esse rerum corruptibilium mensuratur; expressè loquitur de mensura extrinseca, & separata: & illi asserit non subdi existentiam rerum corruptibilium, nisi in quantu[m] possunt transmutari; & ideo non nisi ratione quantitatis, & motus ponit subdit tempori; & ideo, vel per accidens, vel mediately substantiale mensuratur tempore physico rigorose sumpto: quia mensura motus est mensura quietis, saltem per accidens; & mensura motus, & quietis, ut quod mensurat rem mobilem, & quiescentem: ergo mensuratur esse substantiale inquantum mutabile, & quantum.

16 Quod autem sit de mente S. Th. quod tubillatia ipsa, & eius esse, per se non mensuratur tempore, ultra dicta; probatur ex D. Th. 1. 2. q. 31. ar. 2. vbi ait: quod aliquid contingit es-

se in tempore dupliciter: uno modo secundus est: alio modo per aliud, & quasi per accidens. Quia enim tempus est numerus successuorum, illa secundus est dicuntur esse in tempore, de quo tempore est successio, vel aliquid ad successionem pertinens, sicut motus, quies, locutio, & alia huiusmodi. Secundus alius vero, & non per se dicitur esse in tempore illa, de quo tempore non est aliqua successio; sed tamen alicui successu subiacent: sicut esse hominem de suatione non habet successionem; non enim est motus, sed terminus motus, vel mutationis, scilicet generationis ipsius: sed quia humana est subiacet causis transmutabilibus, secundus hoc, hominem esse est in tempore. Hac S. Tho. Idem docet in 4. dist. 49. q. 3. a. 1. q. 3: ergo ex eius mente, esse substantiale, perse non mensuratur tempore.

37 Vnde lib. 8. Phys. lec. 21. lit. c. in fine, ait: *Motus secundus cadit in tempore; esse vero non cadit in tempore, sed solum secundus quod subiacet motus.* Et in 1. dist. 19. q. 2. ar. 1. ad 4. ait, *quod tempus per se est mensura motus primi:* unde esse rerum temporum aliud, non mensuratur tempore, nisi prout subiacet variationi ex motu cali: unde dicit Cömentator 4. Phys. tsx. 101. quod semimus tempus, secundus quod percipimus nos esse in esse variabili ex motu cali. Idem docet in 4. dist. 17. q. 2. art. 1. q. 3. & q. 5. de Pot. a. 4. ad 1. & Quodl. 4. a. 5. Et sic istæ substantiae differunt a substantijs incorruptibilibus; quia illæ, nec perse, nec per aliud tempore variantur; sed solum imaginariæ, inquantum nos concipiimus coexistere temporis nostro: de quo videatur Sanctus Thomas 1. p. q. 10. art. 5. ad 5.

Quare

Quare in hoc punto non inuenio discrimen inter D. Th. & Authores prioris sententia, & secundæ.

28 In secundo vero punto, cum inquiritur de mensura intrinseca, perse, substantiae corruptibilis, etiā ut præuenit quantitatem, & motū? Mihi placet lententia Heruei, & Durādi, & aliorum, cum quibus dicō, quod substantia istæ, & eorum esse perse loquendo mensurantur instanti temporis discreti. Quod de sumo ex D. Tho. q. 5. de Pot. a. 1. ad 2. dicente: *Ipsum enim esse rerum permanentium, non est diuisibile, nisi per accidens, prout alicui motui subiacet; secundum se autem est in instanti.* Quæ authoritas expressa videtur, quia loquendo de esse diuisibili per accidēs, ac per consequens de esse rerū corruptibilium, ait S. Thom. quod secundū se est in instanti: ergo instans est eius mensura. Et ad hoc probandum valent authoritas, & ratio prioris sententia. Et quia non est alia mensura magis proportionata, quā instans indiuisibile: & ideo substantia est in instanti tota.

19 Quæ adducuntur pro secunda sententia probant, esse substantiam rerum corruptibilium mensurari tempore, ut mensura extrinseca, mediata, & per aliud, ut diximus ex D. Tho. cum quo compatitur, quod substantia secundum se, & in trinsece mensuratur instanti.

20 Vnde substantia ablata quantitate non mesuraretur tempore, sed instanti prædicto; quod videtur in simili aperi docere Caietan. 1. p. q. 10. art. 5. §. *Circa haec (quem nō videantur legile, qui ei tribuant oppo-*

*sitū) & probat, quia mensura est certificatio mensurati. sed impossibile est, quod indiuisibile certificetur ex proprijs per diuisibile: ergo impossibile est, quod mensuretur per il lud. Diximus autem li. 2. Log. q. 13. substantia seclusa quatitate manere indiuisibilem: ergo ut sic non mensuratur tempore, perse loquendo, sed instanti.*

21 Quod rursus probatur: nam ut docet S. Th. lib. 2. Contrag. cap. 95. in fine, *tempus consequitur motum localem: unde non mensurat, nisi que aliquales sunt in loco: sed substantia seclusa quantitate non est proprie in loco,* ut diximus cum Caietao 1. p. q. 52. art. 1. §. *Ad exemplum.* Et corpus Christi in Eucharistia diximus non esse ibi localiter; quia est ibi *per modum substantie:* ergo substantia seclusa quantitate, perse nō mensuratur tempore, sed instanti. Alia ratio dici potest à simili, ex his, quæ ex D. Tho. docet Ferrara dicto c. 96. in fine, videatur.

### QVAESTIO XIII.

*Vtrum tempus distinguat à motu, & duratio à redurante?*

Iicut docet S. Th. in 1. dist. 19. q. 2. art. 1. duratio est quid cō: nūne temporis, & aucto, & alijs mensuris permanentia; & ideo ut descendamus ad cognoscēdā distinctionē temporis a motu, exponēda generaliter est distinctio durationis creatæ à redurante.

. I.

## De duratione rerum permanentium.

**2** Quidam arbitrantur duratio-  
nem esse quid distinctū rea-  
liter, vel modaliter à re durāt, &  
existentia illius. Ita indicant S. Bo-  
nauentura in 2. dist. 2. 1. p. art. 1. q.  
1. ibi Richardus q. 2. Maior, & Ar-  
gentinas. Et expressè docet Rubio  
de Tempore. q. 4. Arriaga disp. 15.  
sect. 1. Et ex Thomistis fauent illi,  
qui tempus dicunt realiter à motu  
differre, quos postea referemus: &  
in terminis, quod omnis duratio  
modaliter differat à re durante, te-  
nent M. Bañez 1. p. q. 3. art. 4. dub.  
1. ad 3. & M. Albelca 1. p. disp. 20.  
sec. 1. PP. Carm. dis. 21. q. 3. §. 3. Ci-  
tantur alij ex antiquis, in quibus id  
non reperio.

3 Non una via defenditur: nam  
Thomistæ durationem dicunt esse  
ita permanente, ac ipsa res, quæ  
durat. Arriaga putat durationē ef-  
fesse successuam: quod ante eum do-  
cuerat Aureolus in 1. dist. 2. in 2. p.  
art. 2. Lugo de Incarnat. disput. 19.  
sect. 1. n. 20. videtur constituere du-  
rationem in ipsa actione, ex vi cui-  
us entitas constituitur existens. At  
verò Molina 1. p. q. 3. art. 4. disp. 2.  
§. His ita constitutis, docet durationē  
esse accidens rerū pertinens ad præ-  
dicamentum quando.

4 Dico tamen primo, duratio nō  
differat ante operationem intelle-  
ctus ab existentia rei durantis. Ita  
Capreolus in 2. dist. 2. q. 2. ad 6. cō-

tra vlt. Soncin. ibi concl. 7. & libro  
12. Metaph. q. 56. Caiet. 1. p. q. 10.  
art. 2. §. Circa vim. Masius hic sec. 3.  
q. 1. Ioann. à S. Thoma q. 18. art. 1.  
diffic. 1. Item Scotus in 2. dist. 2. q.  
2. & Quodlib. 6. & Greg. Gabriel,  
& Ochā ibidem. Suar. disp. 50. Me-  
taph. sec. 1. & 2. & 9. Vazq. 1. p. dis-  
put. 33. c. 3. n. 18. & alijs communi-  
ter.

Fauet non parum S. Th. in 1. dist.  
19. q. 2. art. 1. dum ait: *Duratio om-  
nis attenditur secundum quod aliquid est  
in actu: tantum enim res durare dicitur,  
quandiu in actu est, & non dum in poten-  
tia.* Quam rationem postea ponde-  
rabimus. ¶ Deinde S. Thom. 1. p.  
q. 10. ar. 2. ait, quod Deus est sua aet-  
eritas: cum tamen nulla alia res sit sua du-  
ratio; quia non est suum esse. Quæ ratio  
formalissima est, si duratio non dif-  
fert secundum rem ab existentia; li-  
cet ista differat ab essentia; de quo  
iam diximus libro primo. q. 7. §. 2.

5 Ratio D. Thom. planè videtur  
conuincens; quia eo ipso, quod res  
est in actu, verè durat: sed supposi-  
to influxu causæ agentis, per suam  
existentiam res formaliter est in ac-  
tu, & extra potentialitatem: ergo  
per seipsum absque alio supperaddi-  
to durat. Maior patet; quia *duratio*  
*est persistencia in existendo:* vel duratio  
*est existentia continuata:* sed eo ipso,  
quod influxus non cesset, & existē-  
tia acq. uerū essentiam, res persistit:  
ergo durat: ergo ad hoc  
alia entitate opus  
non est.



## §. II.

## Euasions præcluduntur.

**D**ices cum M. Bañez, maiore esse falsam; quia duratio supra existentiam, addit permanentia, & continuationem: quia existere per horam, non est absolute existere; nam hoc solù est habere esse extra causas. Sed est modus existendi cum persistētia. Vnde res in primo instanti intelligitur existens; & non intelligitur durans.

7. Ne in hoc pūcto misceatur questione de voce, aduerte, quod Suar. illa sec. 2. n. 9. & Masius concl. 1. dicunt nullam rem propriè durare in primo instanti; quia proprietas verbi latini exigit permanentiam aliquā in re, vel actione, vt durare dicitur: & ideo instantanea non durant, cum fiunt. ¶ Alij vero frequenter etiam in primo instanti existēti agnoscent durationē; cum aliqua dicantur durare per instans; & substantias dicimus esse in instanti, vt patuit q. præced. n. 18. ¶ Demū M. Ioann. à S. Tho. vbi supra ait, quod in primo instanti res dicitur durare inchoatiū; tūc enim incipit duratio; consumatur autem in ipsa continuatione existentia, quæ sequitur per instans.

8. Iuxta hos ultimos dicendi modos, absque dubio cessat instantia; quia verificatur, quod eo modo quo res existit, durat; vel inchoatiū; vel consumatiū. ¶ Sed adhuc iuxta priore, & magis rigorosā significationē, solū habetur, quod duratio ab existentia distinguatur ratio ne; quia duratio cōnotat actionem

præcessisse, vt primo producētē: si cut res producta, & cōseruata solatione differūt, quia cōseruatio est per cōtinuationem actionis, vt ait S. Th. 1. p. q. 104. art. 1. ad 4. Et sic actio se tenet ex parte causæ efficientis, & importatur extrinsecè, decōnotato, seu in obliquo. Vnde manet ratio in sua vi: quia formaliter, & intrinsecè, per id quo res est in actu, durat: vnde idē est rem magis, aut minus durans, ac magis, vel minus extitisse.

9. Aliter respondet Albelda. n. 13. & 18. quod latet æquiuocatio in verbo *durare*: nam si sit persistere in esse; non differt ab existentia. Ceterum hic duratio significat quantitatem formalē, vel virtualē, seu permanentiam rei per modum uniformitatis, vel deformitatis, prout cōnotat, vel fundat rationem mensuræ: & sic est modus rei existentis.

Sed contra primo; quia non omnis duratio dicit hāc rationem mēsuræ: quia omnia mēsurantur primo, & simplicissimo sui generis: & ideo diximus mensuram esse intrinsecè in uno, & extrinsecè solum in alijs: ergo loquēdo, vt nunc loquimur, vniuersaliter de duratione, nō importat illam uniformitatem, vel deformitatem importantē, vel connotantem rationem mensuræ.

10. Secundo, adhuc in tempore, vel æuo, vel in alijs mensuris, ratiō mensuræ non est aliquid realitatem distinctum à quantitate rei forma virtuali, quia istre sunt sicut proprietates entis, vel substantiae, & sola ratione differre ab ente, & substantia:

tia: & quod ratio mensuræ solaria ratione differat à quantitate ostendimus ibi q.14. §.2. vnde doctrina solutionis admisſa, potius firmatur, quā eneruetur nostræ conclusionis ratio. ¶ Præterquā quod, mēsurabilitas intrinſeca nō differt ab existētia cōtinuata: per hāc enim una du ratio est alteri cōmēſarabilis: ergo adhuc habetur, quod duratio non differt ab existētia rei, quæ durat.

11 Relpōdent PP. Carmel. n.37. quod sicut distinguimus in relatione similitudinē fundamentalē conueniētē rei per suā entitatē, & similitudinē formalē cōueniētē per relationem superadditā: ita distingui debet duplex permanentia in essendo; alia fundamētalis, quæ non differt ab existētia communicata; alia formalis, seu accidētalis: & hæc sola est duratio, de qua loquimur; & est modus rei durantis.

Eisdē tamē argumentis reiicitur hæc solutio ac præcedens. Deinde, seclusa per intellectū, vel realiter illa duratione formalī, res persistens in existētia, durat: ergo sine fundamento exigitur alia formalis duratio. ¶ Nec est simile de relatione; quia ibi fundamētū est absolutum, & ad se, & relatio est ad aliud: & quia absolutum differt à respectu formaliter, op̄ fuit ibi distinguere illam duplē acceptiōnē. Omnis autē duratio quid absolutum est in re, licet respectuē concipiatur, aut si significetur: & idē nō cōsuevit hic distinguere illa duplex acceptio; quia non iurilitat ratio, quæ ibi urget.

12 Præterea, cōtra omnes illas solutiones est argumentum: quia iste

modus, qui dicitur duratio; vel est totus simul? Vēl est successiū esentialiter? Si primum; æquè intelligitur res cum illo modo indifferēt ad durādum hodie, & cras, ac intelligatur sine illo: & idē fruſtra ponitur mod⁹, cui nulla tribuitur determinatio, vel formalis effectus, qui nō æquè bene habeatur sine illo. Si secundū; ergo poterit res modo durare pro tēpore vēturo, quia poterit modo De' illi dare illū modū, quē postea habebit: & ideo se quitur, quod erit futura; & quod erit præsens: & sequitur, quod pri⁹, & posterius durationis possint esse simul: quod implicare cōtradictiōnem, notat S. Th. 1.p.q.10.art.5.

13 Alia via occurri potest cū Aureolo, & Hurtado disp. 17. Metap. sec.4. subsec.3. & alijs Recentioribus, dicētibus, quod duratio vltra existētia importat tēpus extrinſicum reale, vel imaginariū; & quod existētia hæc tātum diſtet ab instāti aliquo fixo, quantum distat tēp⁹ extrinſecum, & quod nō magis distet: & idē duratio aliquid extrinſecum addit supra existētia; quia hodie ego durauī plus squā heri: ergo hodie aucta est mea duratio: ergo cum intrinſeca omnia supponamus inuariata, fuit augmentum ratione alicuius extrinſeci.

14 Hæc euasionē præcludūt omnia, quæ adduxim⁹ sup. q.4. ad probandum, quod corpora seipſis absq; aliquo superaddito sunt præsētia spatijs imaginarijs: ergo seipſis res existentes sunt præsentes tēporib⁹ imaginatis. Patet cōsequētia, quia sicut se habet corpus ad locum, ita exi-

existens ad tempus. ¶ Deinde temporis imaginatur nihil est reale, ut docet S. Th. i. p. q. 46. art. 1. ad 8. ergo etiam si nos significemus durationem per ordinem ad tempus imaginarium, non sequitur, quod addat aliquid reale intrinsecum, vel extrinsecum supra existentiam rei durantis: sicut Deus per seipsum durat: & tamquam a nobis coepit esse in tempore imaginatio-

to.  
15 Demum, duratio est aliquid reali omnino: haec correspondencia est quid a nobis confitendum: ergo in illa non consistit duratio; quamuis sic a nobis explicetur. Et totum hoc docet S. Th. i. p. q. 10. art. 5. ad 3. assertor in acto non esse differentiam praeteriti, & futuri; quamuis secundum acceptiōnem intellectus nostri; & per correspondientiam ad tempus, dicamus Angelum esse, vel fuisse. Unde durationes substantiarum intrinsecè non augentur; sed solum extrinseca correspondēria ad circulatiōnes primi motus, haec augetur, vel variatur. Ex quo habetur, quod in obliquo, & decubitu, & quoad nos, duratio permanentium correspondeat extrinsecō, & per ordinem ad illud explicetur; non vero quod realiter differat ab existentia rei durantis.

s. III.

Soluuntur argumenta.

16 **A**Liud principale conclusio- nis fundamentum est illud commune; quia modi non sunt ponendi sine necessitate. Hic nullam esse necessitatē durationē superad-

ditam adstruendi, argumenta soluedo erit perspicuum. ¶ Arguit Arriaga: quia hoc quod est Petrum hodie durare, est separabile ab existentia Petri: quia Petrus existebat heri; & potuit mori; quo casu non durasset hodie: ergo duratio hodierna est aliquid distinctum ab existentia Petri. Patet consequentia, quia realis separatio est signum euidens realis distinctionis. ¶ Vel aliter. Petrus durans hodie, est in differens, ut duret, vel non duret cras: ergo dura-re hodie est quid distinctum a dura-re cras: nihil enim potest esse indifferens ad seipsum. ¶ Vel tertio. Magis, minus ve durasset, non potest intelligi sine pluribus, vel paucioribus duratiōibus distinctis: si enim est eadem indivisiibilis existentia, cur magis haec, quam illa duraret?

17 Hec argumēta, vel probat distinctionē existentia ab essentiā (quā arguens negat) vel nil cōcūncunt, ut facile patet singulariter percurrenti. Rursus probant, quod conseruatio & productio differant ex parte rei productæ: quod est contra communem Theologorum. Tertio instarī posunt in duratione Angelorum, qui heri potuerant annihilari, & hodie sunt; & tamen non est intrinseca successio in actu, quo mensurantur.

18 Inform ergo dicitur, filium esse antecedens: quia existentia hodierna dicit duo; intrinseca, ipsam actualitatem Petri, & extrinsecè, connotat causam insufficientem esse non subtraxisse influxum; & mensuram extrinsecam

secam temporis, cui coexistit, & à quo extrinsece, & per accidens mēsuratur. ab his autem implicat separari rem, quæ hodie durat. ¶ Pariter dicitur ad secundum, est id differens intrinsece, nego; extrinsece ex parte causæ, & ex parte mentaræ adiacentis cui coexistit; concedo.

19 Eodem modo respondetur ad tertium, quod est magis, vel minus in duratione subsistitæ per correspondentiam ad adjacentem mēsuram extrinsecam; non tamen est magis, vel minus in intrinseco contutio durationis: quia esse substantiale secundum se est in instanti, in quo nō est successio; vel est in quo: de quo inquit S. Tho. Quodlibet. 10. art. 4. ad 1. quod ratione sui, nō attribuitur ei, neque fuisse, neque futurum esse, sed solum esse: sed successio est ratione mensuræ adiacentis, & per comitantiam ad tempus. Replicæ, quæ coaceruantur, ex dictis evanescunt; & ideo referre nō expedit.

20 M. Gonçalez arguit: quia duratio pertinet ad prædicamentum quantitatis: at vero res, quæ durat, variantur per omnia prædicamenta: sed, qua pertinet ad diuersa prædicamenta, realiter ex natura rei differunt: ergo duratio in rebus creatis distinguitur realiter ex natura rei à rebus ipsis. Vnde, & tantum sunt tres species durationum, & existentiæ, & existentiæ rerum diuiduntur per decem genera primo diuersa.

Secundo arguit: nam in Deo duratio est attributu virtualiter distin-

ctu ab eius existentia: eo quod aeternitas immutabilitatem consequitur; & aeternitas est duratio Dei: ergo in nobis duratio ab existentia distinguitur realiter modaliter, vel ex natura rei: consequentia patet: quia quæ in Deo distinguuntur virtualiter, distinguuntur in nobis actu ex natura rei; quia debent distinguiri maiori distinctione, quam in Deo. Et etiam quia in Deo dicuntur distinguiri virtualiter; quia æquivalent rebus, quæ in nobis actu ex natura rei distinguuntur.

21 Respondetur, in primis distinctionem rationis ratiocinatae sufficere ut duo prædicamenta distinguantur: de quo lib. 2. Logicæ q. 7. Dein de dicimus, quod duratio in stricta non differt intrinsece ab existentia: & ideo eo modo, quo existentia est in genere (de quo diximus 1. p. Metaph. Controu. 7. n. 107.) etiam eius duratio est in genere. ¶ Præterquam quod, quantitas virtualis non est quantitas, nisi metaphorice; & non est in prædicamento quantitatis; duratio autem rerū permanentium (de qua modo loquimur) est quantitas iolum virtualliter. Et tempus (de quo posita) est quantu ex motu, & motus ex natura: & ideo ex nullo capite infertur, quod distinguatur duratio à re durante realiter. ¶ Illa autem distinctio durationū, est in esse mēsuræ; & non in esse entis, vt de tempore, & motu dicemus.

22 Ad secundum (in quo etiam vim faciunt PP. Carmelit. & alij) concessu antecedenti) de quo tractant Theologi) negatur consequen-

## §. IIII.

## De distinctione temporis à motu.

quentia: nam manifeste instatur ex D. Thom. q. 1. de Veritate art. 1. ad ultimum dicente: & si ens, verum, unum, & bonum magis viñatur in Deo, quam in rebus creatis, non tam oportet, quod ex quo in Deo ratione distinguuntur, quod in rebus creatis distinguuntur etiam realiter: Quod latius explanat S. Tho. q. 2. c. Veritate ar. 1. ad 5. Pariter ergo sufficit quod in creaturis existat ratione ratiocinata distinguatur à duratione, & quod connotet extrinsecè causam insluentem esse sine interruptione, & correspondeat, & explicetur à nobis per correspondientiam ad tempus verum, vel imaginarium, ad hoc quod in Deo distinguamus aeternitatem ab eius actualitate, vel existentia. ¶ Aliorum argumenta, ex istorum solutione facile dilui possunt.

23 Ex dictis elicitar, quod etiam duratio successiorum, ab eorum existentia continua successione sibi communicata, non differt: nā rationes etiam in successiuis habent vim ad probandum, quod ut durent, non indigent modo, vel entitate addita existentiae. Quāvis in existendo sit discriminē inter permanētia, quorum esse est totū simul; & successiva, quorum esse semper est inferi: vnde S. Th. 1. p. q. 7. art. 3. ad 4. ait: *Quod motus, & tempus non sunt secundum totū in actu sed successione: vnde habent potentiam per micram alteri de quo dicemus q. 14.* Nunc veniamus ad explicandam distinctionem temporis à motu, occasione quorum hæc sunt disputata de distinctione durationis à re durante.

24 Tempus distingui realiter à motu, tenent omnes, qui arbitratur durationem distingui à redurante. Insuper Capreolus in 2. dist. 2. q. 2. ad 1. contra 2. p. 6. conc. Heraeus ibi q. 1. art. 4. Iauellus 4. Phys. q. 21. & late Ferrara q. 4. Paulus Venetus, & alij in præsenti.

25 Secunda opinio agnoscit inter tempus, & motum distinctionē secluso intellectu; non realem, sed formalē. Ita Soto q. 4. conclus. 4. Lerma q. 10. n. 6. & Conimb. q. 14. artic. 1. & 2. Qiamquam mens M. Soto satis dubia videatur, quia in concl. 4. de distinctione formalē à parte rei videtur loqui. In discurso tamen probationum, & concl. 5. aperte loquitur de sola distinctione rationis ratiocinate; & de ista intelligitur à Masio.

26 Communior sententia docet tempus noui differre realiter à motu. Ita Authores relati. n. 4. & Durodus in 2. dist. 2. q. 5. n. 19. AEgidius, Argentinas, & alij, quos refert, & sequitur Masius hic sct. 1. q. 4. & ut valde probabilem defendit Iauellus q. 20. & 21. citans Albertum de Saxonia, & alios. Et vera michi videtur (si congruē explicetur.) Vela minus reliquis probabilior.

27 Dico ergo secundo, tempus communiter suarum partium non dicitur realiter à motu, cuius est tempus. Colligitur plane ex D. Tho. 1. p. q. 66. art. 4. ad 3. ubi de tempore in istro sensu

sensu accepto ait: *Motum autem non est intelligere sine tempore; cum nihil aliud sit tempus, quam numerus prioris, & posterioris in motu.* Quid & dixerat q. 53. art. 3. in corp. Et ratio ista sic formatur: numerus numeratus non differt à re numerata: sed tempus est numerus numeratus prioris, & posterioris in motu: ergo non differt ab ipso priori, & posteriori motus. Sed huc est ipsa successio, & existētia motus: ergo tempus istud identificatur cum motu. Secundoprobatū ex dictis: duratio non differt realiter ab existentia rei durantis: sed tempus istud est duratio motus ut mensurabilis: ergo non differt realiter à successiva existentia motus.

28 Dico tertio, tempus proprium sumptum, non differt realiter anno tu primi cœli: bene tamen differt formaliter, distinctione rationis ratiocinatæ. Colligitur ex Phylosopho text. 99. & ex D. Thom. ibidem lec. 17. litt. d. ostendit Phylosophus, quo modo pri⁹, & posteri⁹ se habent ad motū, & dicit, quod prius, & posterius ipsorum, scilicet, temporis, & motus, quantum ad id quod est, motus est: *Tamen secundum rationem est alterum à motu, & non est motus.* Ergo solam agnoscit distinctionem rationis ratiocinatæ inter prius, & posterius utriusque, seu in ter tempus, & motum. Et ideo lec. 17. litt. h. ait: quod tempus est numerus numeratus, quia ipse numerus prioris, & posterioris in motu, tempus dicitur; vel etiā ipsa, qua sunt prius, & posterius numerata. Quibus verbis exponit definitionem tem-

poris, & applicat rationem prioris conclusionis ad hanc ostendēdam.

29 Probatur ergo ex dictis, quia sic se habet tempus stricte sumptū ad motum primi cœli, sicut se habet tempus communiter sumptum ad suum motum, & duratio qualibet ad persistentiam rei, quæ durat: sed ibi non est distinctio ante operationem intellectus: ergo nec tempus distinguitur ante operationem intellectus à motu primi cœli.

30 Secundā partem docent Philosophus, & S. Thom. lect. 16. litt. e. & probant dupliciter: omnis motus, & mutatio, vel est solum in ipso transmutato, vel etiam in loco ubi est transmutatum: & ideo motus localis dicitur motus in loco: sed tempus est ubique, & apud omnia: ergo tempus non est motus.

31 Secundo: omnis motus, est velox, aut tardus: sed tempus non est huiusmodi: ergo tempus non est motus, vel mutatio, formaliter loquendo. Probatur minor: tardum, & velox determinatur ex tempore, quia velox dicitur quod mouetur per multum spatiū in paucō tempore; tardum autem, quod è contrario, per paucum spatiū in multo tempore: sed tempus non determinatur tempore, neque secundum suam quantitatē, neque secundū qualitatē: *Quia idem non est mensura sui ipsius:* ergo tempus non est velox, neque tardum. Idem habetur Opusc. 44. apud D. Th. c. 2.

32 Vis istarum rationum cōsistit in hoc: id quod est mensura sui, & aliorum, differt à mensurato, & ab his

## §. 4. De distinctione temporis à motu. 493

his quæ mensuratur extrinsece rea  
liter, à mensuratis vero intrinsece,  
ad minus ratione: sed motus nō sig-  
nificat mensuram, nec sui, nec alio-  
rum: quia solum significat successio-  
neum mobilis: tēpus vero significat  
mensuram motus intrinsecam, &  
aliorum extrinsecam: & huius est  
duplex signum iam assignatum: di-  
citur enim extrinsece esse in omni-  
bus mensuratis, & inferiorum mo-  
tuū velocitatem mensurare: ergo  
differunt formaliter definitione.

33 Sed rationes istas, & authorita-  
tes vrbibus aduersus priorem par-  
tem conclusionis: contra quam ar-  
guitur primo: nā illa propositio S.  
Thom. *Idem non est mensura sui ipsius,*  
videtur intelligenda de eodē reali-  
ter, vt verba plane sonāt. ¶ Deinde,  
lect. 17. litt. b. ait: *Primum motum*  
*consequitur tempus: sed idem non cō-*  
*sequitur ad seipsum, nec est causa*  
*sui: ergo tēpus realiter differt à pri-*  
*mo motu.*

Tertio, vt diximus lib. 2. Log.  
q. 7. accidens realiter differt à sub-  
iecto: sed sapientissime afferit S. Tho.  
quod tempus est accidens motus  
primi, vt patet 1. p. q. ro. art. 6. & in  
2. dist. 2. q. 1. a. 2. & in 4. dist. 1. l. q. 1.  
art. 3. q. 2. ad 2. & de spirit. creat. ar.  
9. ad 11. & Opusc. 36. cap. 1. & 3. &  
lib. 8. Phys. lect. 2. litt. h. ait: *Tempus*  
*est quadam proprietas motus.* Ergo ex  
mente D. Thom. tempus realiter  
differt à motu primi mobilis.

34 Respondetur satis coueniē-  
ter omnia ista intelligi posita distin-  
ctione formaliter: quia licet tempus à  
motu primo non differat in esse en-  
tis in actu, sed solum virtualiter;

differat tamen in ratione mensuræ.  
Quamvis autem idem non sit men-  
sura sui extrinseca; potest tamen  
esse mensura intrinseca, iuxta dicta  
q. 11. n. 11. Præterquamquod dici  
potest cum D. Thom. 4. Phys. lect.  
20. litt. a. quod mensurat tempus  
motum per hoc quod tempore me-  
suratur aliqua pars motus, quæ me-  
surat totum: & hoc necessariū est,  
quia vñiquodque mensuratur per  
aliquid sui generis, vt dicitur 1. O.  
Metaph. ¶ Ad secundum dicitur,  
quod est illatio logica, sicut valet  
ex uno prædicato ad aliud, vel ex  
ente ad eius proprietates; non ta-  
men est illatio physicæ causalitatissi-  
de quo videatur lauillus q. 20. ad  
2. & ad 4.

35 Ad tertium respondetur pri-  
mo, quod accidens realiter differt à  
subiecto quod, nempe à substantia,  
non tamē opus est realiter differre  
à subiecto quo, seu ab eo quod est ra-  
tio, media qua est in substantia. Tē-  
pus igitur realiter differt à cælo; li-  
cet sola ratione differat ab eius mo-  
tu.

Secundo dicitur, quod aliqua acci-  
idunt prædicabiliter; quæ nou acci-  
idunt prædicamentaliter. ¶ Et  
denique proprietates entis, & pro-  
prietates substantiarum, & quantitatis  
dicuntur eorum attributa; & ta-  
men ab eis non differre suis locis  
diximus lib. 2. Logicæ, & 1. p. Me-  
taph.

36 Ultimo arguitur ex Scoto in  
2. dist. 2. q. 2. §. *Istam instantiam, vers.*  
*Respondeo;* quia duratio motus, &  
motus secundum suam quantitatē  
actu existentem sunt qualitates an-

te operationem intellectus actu distinctæ: sed tempus est duratio, seu mensura durationis motus: ergo tempus ante operationem intellectus differt a motu primi mobilis. Probatur maior, quia partes motus non sunt necessario æquales in numero, & quantitate partibus durationis: ergo motus, & sua duratio sunt quantitates actu distinctæ. Probatur antecedens: quia si fiat super idem spatium unus motus tardus, & alius velox, partes eiusdem proportionis in ratione motus erunt inter se æquales in numero, & magnitudine ex magnitudine spati; & tamen partes durationis erunt in æquales; siquidem correspondent temporis inæquali: ergo tempus, & motus realiter differunt. Hoc argumentum late prosequitur Gonzalez illa disp. 20. à n. 10. usque ad 12. plures impugnans solutiones.

37 Facile tamen responder Soncinas, supposita distinctione temporis iam explicata, ait lib. 12. Metaph. q. 56. quod sicut ibi sunt duo motus; ita etiam duo tempora cum illis identificata; & ideo partes cuiuslibet illorum motuum sunt æquales partibus sui proprii temporis. Sed per cōparationem ad tempus commune strictè sumptum; quod est tantum unum, plures partes huius temporis correspondunt motui tardo, quam velociori; quia motus tardus coexistit pluribus partibus illius temporis, quam motus velocior. Eandem solutionem amplectitur Suarez disp. 50. Metaph. sect. 9. n. 4. declarat tamen quibusdam exēplis; quæ Gonzalez impugnat, nec vacat exemplum.

38 Aliam solutionem prosequitur Suarez à n. 6. usque ad 9. docens esse probabile, quod velocitas, & tarditas non est ipsæ motus, nec existentia illius; sed modus ex natura rei ab ipsis distinctus; & similiter non est duratio, sed durationis modus. ¶ Hæc tamen melius percipientur ex dicendis lib. 6.

39 Nunc solum aduerte, arguē tum hoc ferē contra omnes militare: quia cōmuniter intertempus, & motum non ponit distinctio realis entitatiæ; nec talis, quæ ex natura rei possint partes motus separari, vel non correspondere partibꝫ, & successione temporis: & tamē argumentū, hoc videtur probare (si quid probat) quia sola distinctione modalis non sufficit ut partes non possint correspondere, & esse æquales. Suppositis ergo causis, velocitatis motuum inæqualibus, vel ex inæqualitate virtutis, vel ex voluntate mouentium, stante motu extrinseco eodem, motus inferiores sunt inæquales: & pariter duratio extrinseca est eadem, & intrinseca diversa.

40 Vtrum vero idem numero tempus valeat reproduci? Non habet specialem difficultatem, quia idem dicendum ac de reproductione eiusdem numero motus: de quo agitur in fine librorū de Generatione.

## QVAESTIO XIII.

*Vtrum tempus tantum existat per instantis?*

1 Sicut punctus se habet ad linea; sita se habet nunc ad tempus, vt notat S. Th. Opusc. 36. c. 2. & sumitur ex Phylosop. 4. Phys. text. 106. vnde sicut unitas est indiuisibile numeri; & punctū indiuisibile linea; ita unita esse significat indiuisibile motus, & nūc, seu momentū, vel instantē, indiuisibile temporis.

2 Sed tamē vt ex Phylosopho docet S. Th. 4. Phys. lec. 18. lit. g. & lec. 21. in principio, differēter se habet in linea, & puncto; & tempore, & nunc: quia punctum est quoddam stans, & linea similiter: vnde potest homo accipere idem punctum: bis, & vti eo vt daob⁹, vt scilicet, principio, & fine, &c. Sed ipsum nunc non est non stans propter id quod correspōdet mobili, quod semper fertur durante motu: & propter hoc oportet nunc esse semper alterum, & alterum secundum rationē.

3 Quia vero nunc, seu instantis est minimū temporis; & tempus quia fluit, & præteruolat, difficile percipitur; ideò difficilē cognoscitur natura horum instantium. Dao præcipue sunt valde implexa apud Phylosophum, quæ in præsentī exanimare intēdimus: primo, an idem nūc sit in toto tempore? Et secundo, questioni propositæ satis fieri explicando, an nūc, seu instantis sit tēporis præsentia? Seu an existentia temporis solum saluetur in instanti?

## I.

*Vtrum sit idem nunc in toto tempore?*

4 C Ita primum sententiam affit natuā n̄ videtur expresse docere Phylosoph. 4. Phys. text. 103. & S. Th. ibilec. 18. in principio. Et lect. 21. litt. c. ait; quod nūc dividens, & continuans tempus est unum, & idem subiecto, sed differt ratione, vt ex predictis patet. Doctrinam eandem non solū docet, sed probat S. Thom. 1. p. q. 10. art. 4. ad 2. ita scribens: Dicēdum; quod nūc temporis est idem subiecto in toto tempore, sed differt ratione; eo quod sicut tempus respondet motui; ita nūc temporis respondeat mobili: mobile autem est idem subiecto in toto decursu temporis, sed differens rationē, inquantum est hic, & ibi: & ista alternatio est motus. Similiter fluxus ipsius nūc, secundum quod alternatur rationē, est tempus. Ergo ex mente S. Thom. idem numero nūc manet realiter toto tempore, & solum alternatur rationē, seu per intellectum.

5 Præterea Opusc. 44. c. 1. in fine ait; dicendū est, quod vnum, & idem nūc est in toto tempore secundum substantiam, differens secundū esse, & rationē. Probat dupli ratione. Primo, quia ipsi nūc quo dicitur in tempore, aut succedit aliud nūc, aut aliqua pars temporis. Non aliud nūc; quia vnu nūc nō potest continuari alij nūc. Non aliqua pars tēporis; quia nulla pars temporis secunda n̄ se existere potest ergo impossiblē.

sibile est, quod vnum nunc succe-  
dat alijs nunc in tempore.

6 Secundo probat ex proporcione illa Philosophi: sicut se habet illud quod fertur ad motū, ita nunc ad tempus: quia sicut per illud, quod fertur, cognoscimus motum, & prius, & posterius in motu, in quantum videmus illud, quod mouetur, aliter, & aliter se habere; ita per nunc determinatur prius, & posterius in tempore. Sed quod fertur vnum est, & idem secundum substantiam in toto motu, aliud, & aliud secundum esse, inquantum est alibi, & alibi. ergo, & ipsum nunc vnum, & idem est in toto tempore secundum substantiam, aliud, & aliud secundum esse, inquantum scilicet consideratur in alio, & alio successu temporis. Similia docet S. Thom. in 1. dist. 19. q. 2. ar. 2. & B. Albertus de quatuor coevis q. 3. ar. 12.

7 Vnde auctoritatibus, & rationibus istis pernoti Flandria lib. 5. Metaph. q. 14. art. 15. & Soto lib. 4. Physicorum q. 4. dub. 3. docent vnum numero nunc esse in toto tempore. Imo M. Soto ait, quod ipsam existentia mobilis, quæ in se considerata realiter est una, & eadem numero; considerata in diversis ornatis, est, & cicitur plura instantia, solatione diversa. De quo videatur lib. 6. q. 2. ad 1.

8 Per cōpositum, in toto tempore non esse idem nunc, sed diversa, in o infinita instantia: probari videatur: cuibus rationibus Philosophi text. 91. quia illa sunt simul, quæ sunt in eodem nunc: ergo si idem

nunc persenerat, erunt simul, quæ præterierunt ab hinc n. ille annis.

¶ Secundo, cuiuslibet diuisibilis niti oportet esse duos terminos: sed terminus temporis est nunc: ergo ad minus cuiuslibet temporis niti debent esse duo nunc: ergo nō vnum tantum. Quare, quod nō maneat idem nunc toto tempore, teneat Scotus in 2. dist. 2. q. 2. 5. Islam instantiam, & eius discipoli. Item Durandus in 2. dist. 2. q. 4. n. 1 t. ibi Gregorius quæst. vnic. Gabriel q. 1. Toleatus 4. Physicor. q. 14. Qui ad auctoritatem Philosophi responderet, primo cum Scoto 3. Metaph. text. 17. in fine, quod nunc est vnum species, non numero; vel cū Themistio, quod est vnu subiecto; id est, quod non debet multiplicari subiectum cum nunc.

9 Hanc eandem sententiam esse veram, & ad mentem S. Tho. duobus alijs argumentis suadetur. In primis quia locis relatis n. 1. ait, quod sicut se habet punctus ad linea, ita nunc, seu instantia ad tempus: sed liber. 6. cōstendetur in linea esse infinita puncta; & alterum initiatum, & aliud terminatum: ergo in tempore nō est tantum vnum numero nunc.

Deinde, sapissime docet S. Tho. quod inter quælibet duo instantia, qualitercumque signentur, est tempus medium; non enim in tempore continuo dantur duo instantia immediata; alioquin componeretur ex indiuisibilibus contra dictirā Philosophi lib. 6. de quo S. Thomas 1. p. q. 53. art. 3. & q. 63. art. 6. ad 4. & 3. p. q. 73. art. 7. ad 1. & alijs locis relata-

relatis in tabula, verbo *instans*, num.  
5. Sed hæc omnia saluari non pos-  
sunt, dicendo unum numero nunc  
esse in toto tempore; vt patet. Imo  
sequitur tempus esse indiuisibile, si  
cut nunc; & alia huiusmodi absur-  
da facile est deducere: ergo abolu-  
te est pronunciandum, quod non  
manet idem numero nunc in toto  
tempore continuo.

## §. II.

*Distinctione premissa, resolvi-  
tur dubium.*

10 **V**T triusque partis authorita-  
tes, & rationes conuincen-  
tes videntur: & ideo utramque sen-  
tentiam simul veram iudico, si co-  
grue explicetur. Pro quo notandum  
cum D. Thoma Opusculo 36. cap.  
3. & Capitulo in 2. dilt. 2. q. 2. con-  
clus. 2. Ferrarensi hic quæst. 6. la-  
nello quæst. 25. & cum coniuncti,  
ut notat Matius hic sect. 2. q. 1. & 2.  
& sequitur Rubio quæst. 2. in fine.  
Quod duplex est inutans; unum in-  
trinsicum; & aliud extrinsecum.  
Quod exemplo puncti, & linea e-  
rit manifestum: imaginantur enim  
Geometrae punctum fluens super  
magnitudinem, causare lineam, vt  
ait S. Thomas ubi supra cap. 2. non  
causalitate reali, sed per designatio-  
nen: intellectus; & ideo considera-  
tur ibi puncta intrinsicæ, quibus li-  
neaæ partes copulantur; & ideo di-  
cuntur, & sunt intrinsicæ; & punctū  
quod imaginatur fluere, & hoc est  
extrinsecum. Quod in linea estā-  
tum imaginario; in tempore (quod

realiter est quid extrinsecum infe-  
rioribus motibus ab illo extrinsecè  
mensuratis) in veritate contingit:  
vnde ait S. Thomas 3. p. q. 75. ar. 7.  
ad 1. quod *instans*, & *tempus* parti-  
cularibus motibus non est mensura  
intrinseca, sicut linea, & punctus  
corporibus; sed solum extrinseca,  
sicut corporibus locus. *Quod* &  
docet quæst. 28. de Verit. art. 2. ad  
10. & in quarto distinctione 11. que-  
stione 1. art. 3. ad secundum in prin-  
cipio.

11 Duo alia notat Ferrar. dicta q.  
6. notab. 3. & 4. Primū est, quod pri-  
mum mobile, & mensuratur æuo;  
& mensuratur nunc extrinseco te-  
poris; & mensuratur intrinsicè ipso  
nunc intrinsicè correspondente indi-  
uisibilibus motus. Nam inquitum  
est substantia incorruptibilis, men-  
suratur æuo: quod est causa exem-  
plaris temporis; iuxta illud boctij  
3. de Consolat. qui tempus ab ævo ire  
iubet: quod explanat S. Thomas de  
causalitate exemplari alterius ge-  
neris, sicut dicimus inferiora pro-  
cedere a superioribus. In quantum  
vero primum mobile manet idem,  
& non discontinuatur in toto mo-  
tu, sed suo fluxu, & alternatione  
causat motum, & tenitus; ipsi cor-  
respondet nunc, quod est quasi unitas  
ipsius primi mobilis, ut ait Sanctus I ho-  
mas illo cap. 3. & est quid intrinsicum  
mobili, sed extrinsecum tem-  
pori. Denique, hoc mobile primū  
realiter mutatur secundum locum:  
& quia motus realiter distinguitur  
a mobili; & partes motus copulan-  
tur indiuisibilis, quæ dicuntur mu-  
tata esse; ideo dantur plura instanta  
li      intrin-

intrinseca, quibus talia mutata esse  
measurantur.

12 Deinde inter instans intrinsecum, & instantia extrinseca tres differencias assig nat Ferrara. Primo enim differunt, quia nunc extrinsecum est mensura mobilis, inquantu idem secundum quantitatem in toto motu perseverat: nunc autem intrinsecum est mensura mutata esse. Secundo differunt, quia nunc extrinsecum est subiectu immediate in mobili; nunc vero extrinsecum, immediate in mutato esse constituitur. Differunt tertio, quia nunc extrinsecum, non continuat, neque terminat partes temporis, nisi causa litter; sed nunc extrinsecum terminat, atque continuat, ut docet Philosophus textu 107. & 121. & S. Tho. lect. 18. litt. g. & h. & lect. 21. in principio.

13 Sed inquirisolet, quæ entitates sint ista instantia; & an distinguuntur à mobili, à motu, & à tempore?

Respondetur, quod instans extrinsecum est unitas primi mobilis; radicaliter unitas transfe. identalis de genere substantiae; proximè vero unitas prædicamentalis, secundum quod individuum manet sub diversis unitatis esse fluentibus. Vnde est unitas measurans mobile; cuius diuersa esse sunt diuersa nunc, quæ continuant tempus; iuxta S. Tho. illo cap. 3. Opusc. 36. Quid sit autem unitas prædicamentalis? Explicum lib. 2. Log. q. 16. n. 5. & hoc instans realiter differt à motu, & tempore.

14 Instantia vero extrinseca sunt, qui individuabile motus; & cetera realites differt à substantia, & ab aliis.

tate mobilis: sed non differant realiter ab ipsis mutatis esse; sicut nec tempus realiter differt à motu: nā in sententia allerente tempus esse accidentes distinctū à motu, ipsiā tē pori intrinseca, quæ mēsurat mutata esse, realiter ab illis differunt; sed iuxta dicta, sufficit quod à mutatis esse differunt sola ratione; quāvis à mobili, & ab eius unitate differant realiter. Quod totū frequenter docent Thomistæ relati; & aperte demonstratur ex D. Tho. Opusc. 36. c. 3. vbi inter alia, que ibi subtiliter notat, ait: Ideo subtiliter discernendum est inter ista duo nunc; quia primum nūc est mensurans unitam; secundum vero etiam est accidens; & ad genus temporis perinens; & ideo dicitur mensurare tempus.

15 Quare non potest esse verum, quod ait Masius sect. 2. q. 1. conc. 3. & 4. quod instans extrinsecum secundum rem non differt à tempore, & quod instans intrinsecum non differt ab extrinseco realiter, sed solū ratione. Hoc non potest esse verū simpliciter (ut patet ex dictis) nec consequenter ad suam, & nostrā doctrinā: quia ipse nobiscum fatur, motum, & tempus realiter differre à mobili, & ab eius unitate: ergo cum instans extrinsecum non differt ab ipsa unitate mobilis fluentis, non potest non differre realiter ab instantibus extrinsecis idētificatis cum tempore. Deinde, ipse ait, quod instans extrinsecum est unū numero; extrinseca vero, at minus, duo in actu, & infinita in potentia: vnde S. Th. lib. 6. Phys. lec. 8. litt. c. ait, quod in qualibet tempore est infinites nunc ante nunc. Ergo instans extrinsecum

cum realiter differt ab instanti extrinseco. ¶ Illud verò negari non potest, quod assertione secunda docet, cum Durando ubi supra, quod instantis temporis discreti differt à tempore, sicut pars à toto: sed instantia (de quibus modo) non sunt partes, sed indivisiibilia nostri temporis. His præmissis, iam est facilis dubij, alioquin difficillimi, solutio.

16 Dico ergo primo; loquendo de nunc, seu de instanti extrinseco, manet idem numero nunc in toto tempore realiter. Hanc probant rationes, & authoritates adductæ pro prima sententia.

17 Dico secundo; si sermo sit de nunc intrinseco motui, & temporis primi mobilis, non manet realiter idem nunc, sed ad variationē motus, & mutati esse realiter varian-  
tur. Conuincitur argumentis secū-  
dæ sententiæ. ¶ Opus autē fuisse hæc duo genera nunc, seu instantia diuinigendi, explicandum est, no-  
tando ex D. Tho. Opuse. 36. cap. 3. non longè à fine: quod duobus mo-  
dis aliquid potest esse mensura alte-  
rius: uno modo quando ipsa men-  
sura semel, vel pluries accepta æ-  
quiparatur mēsurato: sicut palmo  
mensuramus vlnam, & vlna pannū;  
& ternario mensuramus omnester  
narios, replicata acceptione men-  
suræ eiusdem, vel similis. Alio mo-  
do aliquid dicitur alterius mensura,  
quando vnum est ratio cognos-  
cendi aliud: vnde de isto cognitio  
non habetur, nisi secundum quod  
aliud dicit intellectum in cognitio-  
nē ipsius & ideo illud non erit ab-  
solute mensura alterius, sed media  
te scientia.

18 Igitur instans indivisiibile in-  
trinsecum tempori, est mensura pri-  
mo modo, vt minimum in illo ge-  
nere, vt vnlitas in numero, & pun-  
ctus in linea, & sic de alijs. Sed quia  
tempus difficile cognoscitur, ideo  
curauit Phylosophus etiam assigna-  
re tempori mēluram cognitionis:  
vnde subdit Sanctus Thomas: ito  
modo mobile potest dici mensura  
motus, quia per eius notitiam de-  
uenitur in notitiam motus, vt ibi-  
dem (aempè 4. Physicorum) dici-  
tur; quia mobile est permanens,  
motus verò transiens: ideo mobi-  
le notius est ipso motu. Similiter in-  
stantis tale, notius est tempore sim-  
pliciter; quia permanens est, & idē  
re, tempus verò transiens. Licet  
quandoque tempus sit nobis no-  
tius; quia est aliquo modo subie-  
ctum sensui; quia est sensibile com-  
mune; cum sit numerus motus.  
Hæc ibi Sanctus Thomas. Non er-  
go distinguere inter hæc instantia,  
& inter itos duos modos mensu-  
randi, fuit occasio in extrema de-  
clinandi, deuia omnino à mēte Phy-  
losophi, & a veritate.

### §. III.

*An tempus tantum existat  
per instantis?*

19 Circa secundum principale  
dubium, multi existimant  
tempus solum existere per sua indi-  
visibilia, scilicet, instantia. Ita So-  
to quæsione quarta ad quartum,  
Iauell. quæst. 24. §. Teriagiuaria,  
Toletus quæsione 16. in fine, & lib.

6.q.1.ad 6 qui obiter tantum questionem tetigerunt: & loquuntur de nunc in diuersa acceptione, ac à modernis accipiatur, vt dicetur n. 30. Sed exprofessio hanc sententia docent PP. Carmel. disput. 21. q. 8. M. Ican. à S. Tho. q. 18. art. 2. Ortiz tract. 8. confer. 4. Lermal. i. 4. q. 12. & alij.

20 Probaturque primo ex Philosopho textu 105. & ex D. Tho. ibi lect. 18. litt. e. dicente: assignat rationem eorum, quæ dicuntur de nunc: & primo eius, quod dicitur: *quod nihil est temporis nisi nunc.* S. August. lib. 11. Confessionum cap. 5. latè probat, quod præsens nullum habet spatiu[m]. ¶ Adhuc expressius S. Thom. 4. Physic. lect. 23. litt. e. ait: *Sic igitur, & tempus non habet esse extra animam, nisi secundum suum indiuisibilem.* Excludit ergo à tempore omnem aliam existentiam realem, nisi ratione instantis indiuisibilis. Rursus 1.p. q. 46. art. 3. ad 3. ait: *Nihil est temporis, nisi nunc.* Et q. 66. art. 4. ad 5. asserit: *Modo nihil est accipere in actu de tempore, nisi nunc.* Omnes, & singulae authoritates videntur expresse, nec vlla indigent ponderatione.

21 Præterea, veritatem eandem docet, & exprofessio probat Opusculo 44. cap. 1. his verbis: esse successiorum consistit in hoc, quod existant secundum aliquid indiuisibilem sui: quod manifestari potest; quia quælibet pars cuiuslibet successuum diuisibilis est in diuersas partes. Si ergo aliquod successuum existeret, non solum secundum ali quid indiuisibilem sui, sed secundum aliquam sui partem, sequitur, quod

multæ partes alicuius successivi simul essent: quod est contra rationem successiorum. Hæc ibi Author illius Opusculi. Dato autem, quod non sit Sanctus Thomas, cum consenseret alijs eius scriptis indubitate iam relatis, & irrefragabili nitatur ratione, non potest non hanc sententiam omnino persuadere. Vnde Sanctus Thomas libro octauo Physicorum lectione secunda littera. h. ait: *Nihil est accipere in actu de tempore, nisi nunc: quia quod præterit, iam abiit: quod autem futurum est, non dum est.* Hæc ibi.

Dices, satis distingui successiva permanentibus, asserendo, quod permanentia habent suum esse simul permanenter; at vero successiva habent quidem aliquam partem simul, sed præsentia fluenti, & transiente: & ideo quamvis non existant solum ratione instantis, dicuntur esse influxu[m], & successione.

22 Sed contra: nam hæc solutio videtur verbis ludere: nam idem est succedere, ac fluere: & implicat quod cuiuslibet successivi pars, non sit successiva: ergo implicat, quod secundum aliquid sui sit præsens. Pater consequentia; nam quod est præsens, permanet, dum est: ergo non fluit: ergo si fluit non est præsens. ¶ Deinde s. instans minus durat, quam duraret illa pars: & tamen, quia habet suum esse simul, existit simul, & suo modo permanenter: ergo potiori ratione idem est dicendum de illa parte præsenti.

Vtimo idem probatur, ex definitione

## §.4. Probatur sententia opposita.

501

nitione temporis, quod dicitur numerus motus secundum prius, & posterius: ergo partes eius tantum sunt præterita, & futura: ergo nulla pars temporis ratione sui est præsens: ergo solum existens ratione instantis indivisibilis.

## §. III.

### Probatur sententia opposita.

23 **O**ppositam tamen sententiam docuit Durandus in 2. dist. 2. quæst. 4. num. 14. dicens, quod tempus nō habet esse per nunc, sed per existentiam suarum partium, quæ verè, & realiter habent esse; quamvis non simul. Idem sequitur Suarez disp. 30. Metaph. sect. 9. numero 22. vbi refert S. Augustin. 11. de Ciuitate cap. 26. docentē, quod metimur præteremnia tempora: ali- quid ergo temporis est præsens, quamvis transunter. Comimbiic. & Rubio quæst. 1. & communiter Aut̄ores. ¶ Ex Thomis idem docuit Hervetus in secundo distinctione 2. quæst. 1. in 3. part. illius, quenā citat, & videtur sequi Massius hic lect. 3. quæst. 6. conclus. 1. expressè afferens, quod tempus absolute, non per instantias, sed per suas partes existit. M. Araujo lib. 11. Metaphysice quæst. 3. artic. 2. ad tertium: Imo M. latellus hic quæst. 25. ait: Nulla pars temporis potest existere, si- cūt secundum aliquid indivisibile, cum sit de genere successiorum. In quo au- tem sensu loquatur quæst. 24. postea numer. 30. dicetur. Videturque sup- ponere Soncinas lib. 3. Metaph. q.

41. 6. quantum ad secundum, docens, tempus componi ex paribus sibi succedentibas. Fauet Soto referens num. 29.

24. Probaturque primo, supponēdo ex D. Tho. locis relatis num. 9. quod tempus nostrum non compo- nitur ex duobus, vel pluribus insta- tibus immediate se habentibus, si- cut nec cōtinuum componitur ex solis indivisibilibus, vt dicetur lib. 6. Quo supposito, sic arguit Her- veus: instantia se habent ad temp⁹, sicut punctum ad lineam, vt ex Phylosopho, & D. Thoma docuimus n. 1. & per totam quæstionē; & pa- tet ex propria ratione instatīs, quod est quid indivisibile continuatiū, quo metimur temporis successio- nem: sed linea adæquate non exi- stit per punctum, sed etiam per par- tium existentiam: ergo nec adæ- quatē tempus est in instanti. Proba- tur mirror: linea est indivisibilis secū- dum longitudinem; punctum est, quid penitus indivisibile: ergo adæ- quatē linea non est in punto.

25. Secundo: tempus est essentia liter quid successiuū, & est exte- sionis, & continuum cōtinuitate mo- tus, & magnitudinis: sed instantis est quid indivisibile, incapax extensi- onis, & diuisibilitatis: ergo tempus non existit tantum per instantis. Pro- batur consequentia; quia licet exis- tētia distinguatur ab essētia; tamē debent ad inūicem proportionari: constat autem, quod existentia in instantiū temporis discreti, non est proportionata tempori continuo, & extenso: cum ergo de isto modo loquamur, nō existet tempus tātu-

per momentum, seu per instanti. Et idem lib.7.dicitur, quod motus non potest esse in instanti, ac per consequens, nec tempus, quod identificatur cum motu, vel est æquè successivum ac ille.

26 Tertio, omnium rationum vis explicatur: quia si adæquata realis existentia temporis est tantum in instanti; vel unum numero instans ducit tempore toto: quod iam est exclusum. Vel tempus nostrum erit aggregatio instantium immediatè succendentium: quod impugnat S. Th. i.p.q.53.a.3. & sepiissime alibi, & reiectetur lib.6. Sequela probatur supponendo ex D. Tho. i.p.q. 63.art.6.ad 4. quod inter qualibet duo instantias esse tempus medium, habet veritatem, in quantum tempus est continuum, ut probatur 6. Physi. lect. 1. litt. f. & lect. 5. litt. d. & lect. 7. litt. f. quia continuum non componitur ex indiuisibilibus. Quo posito, sic arguitur. Aut instanti praesenti succedit instantis; aut succedit pars. Si primum; ergo dantur duo instantia immediata. Si secundum; ergo abeunte instanti, aliqua pars est praesens: ergo temporis adæquata existentia non est in instanti. Deinde, nihil est praeteritum, nisi quod aliquando fuit praesens, nec futurum, nisi quod aliquando erit: sed non solum praeterierunt instantia, & moneta, sed temporis partes: ergo aliquæ partes temporis existunt aliquando praesentes transeunter.

27 Dupliciter solet his argumentis responderi ab Authoribus primæ sententiaz. Vel dicendo, quod existentia instantis, que est indiuisibilis

formaliter, est diauisibilis virtualiter: & sic proportionata existentia temporis. Vel quod partes praeteritæ transferunt per instantis in fieri, & successivæ; non in facto esse, & permanenter; & ideo quod existit, sunt partes; sed non existunt perse, & ratione sui, sed in fieri, & ratione alterius.

28 Euasiones istæ, rationes factas non eneruant, ut patet singulas per currenti: nam iuxta priore. n, pollet quis dicere lineam adæquate existente in puncto: coquod licet punctum sit indiuisibile formaliter, est diauisibile virtualiter: sicut enim id singulatur de instanti, non est cur non posset asseri de puncto: cum utrumque sit indiuisibile. ¶ Secundo, hac via eneruantur omnes rationes, quibus probatur unum indiuisibile additum alteri, non facere maius: quia posset responderi, quod æquivalenter est maius, &c. de quo lib.6. quæst. 1. numero 33.

29 Tertio; non tantum motus, & tempus essentia liter acceptra petut successionem; sed etiam tempus physicè sumptum, ut constat ex suis componentibus: sed tempus physicè compонitur ex partibus, & indiuisibilibus: ergo physicè loquendo, debet dari existentia indiuisibilium, & existentia partium temporis. ¶ Quartο; licet partes successivæ, dum sunt, sunt in fieri; tamen cum transferunt, iam habuerunt factum esse: tunc ergo restat explicandum, quomodo pars transiuit, si instanti, non potest succedere pars; nec immediatè potest succedere instantis? Vnde M. So to 3. Phys. q. 2. ad 2. ait: *Hoc mibi tamen*

men fator est intellectu d'fficile, quod detur aliquod ens, cuius nū la pars unq' am sit de presenii secundum se. & quodlibet sui; & tamen h' b'uerit, & habebit partes.

## S. V.

*Ex D. Thoma argumenta sol.  
uuntur.*

30 **H**AEC sententia vera mihi videtur; nec contraria Diuo Thomæ, aut Antiquis Thomistis: quia illi expressè loquuntur de nūc extrinsecō, quod diximus manere idem in toto tempore: non vero de instantibus intrinsecis motus, & temporis (de quibus solum Recētores hoc dubium mouent) vt eos legēti erit perspicuum.

31 Ne autem videatur euasio à me conficta, non grauabor transcribere verba Sancti Thomæ, qui egregio illo Opusculo 36. (quod esse S. Thomæ a nullo hactenus est dubitatum; nec qui cum legerit, poterit dubitare, propter doctrinæ vere Angelicæ maiestatem) cap. 3. circa finem, sic ait: *Cum autem aicitur, quod nihil est præsens de tempore nisi nūc, non significatur aliquod instantans, quod est continuans partes temporis ad inuicem, quod cum tempore labitur, nec permanens, ut iterum signari posset; sicut potest punctus in linea vius, & idem existens bis sumi, in quantum scilicet, est principium, & finis respectu universarum partium lineæ; nihilominus idem nūc est principium vni<sup>o</sup> partis, & finis alterius in tempore, sicut in linea punctus.* Sed hoc dicuntur de nūc, quod sequitur id quod feriunt: id

enim manet idem secundum essentiam in toto tempore, variatum tamen per rationē. Et in ista diuersitate eius inueniuntur multa instantia, semper tamen labentia cum tempore. Constat autem nullum talium instantium labentium esse causam temporis; cū nullum ipsum maneat in toto tempore; sed transeat cum qualibet parte temporis. Hæc ibi.

32 Ex quibus habemus ex ipso D. Thoma explicatam illam propositionem; quod cum dicitur, *nos nūl habere de tempore nisi nūc intelligitur* quod nūl postius designare fixum in tempore, nisi unicum indiuisibile primi mobilis, quod suo fluxu causat tempus, ut substeruit motui. Quod & docet S. Thomas 1. p. q. 10. art. 4. ad 2. & lib. 4. Phys. lect. 18. litt. g.

33 Quod si aliquæ authoritates loquantur de instantibus intrinsecis, exponendæ sunt, quod nihil significabile, & numerabile concipimus in tempore, nisi ipsa nūc sibi succeditia; quamuis ex parte motus contineat numerari, ultra ipsa nūc sint partes succedentes: quia ut ait Sanctus Thomas Opusculo 36. cap. 1. in fine: *Vniversaliter omne tempus consistit essentialiter in quadam morosa successione. Accidit autem ei, quod illa successio sit continua, vel discreta, ratione eorum; quibus applicatur. Quando ergo tempus est continuum, licet numerantur sola instantia, & nūc succeditia, verè existunt, & transeunt partes.* ¶ *Vnde Sanctus Thomas in 1. dist. 19. q. 2. art. 1. ait: De ratione huius mensuræ qua est tempus, sunt duos scilicet, quod accipiuntur ibi plura, ad me*

nus d. so nunc, inter que est tempus; vel duo tempora continua per unum nunc, & quod illa sit succedia. Quid est dicere; tempus est mensura dupliciter; vel per minimum sui generis; & sic solum numerantur nunc succedentia; quamuis sub eis fiat partes continuae motus, & temporis; vel est mensura per aliquid fixum, & manens, notius propter permanentiam; & sic tempus mensuramus per permanentiam primi mobilis, quod suo fluxu causat tempus; & iuxta neutrā explicationē habetur, quod tempus continuū ad quācūd existat per instantē. Videatur Sanctus Thomas in 1. dist. 37. q. 4. art. 3. ad 5. & sic expositæ manent omnes authoritates, & soluta vltimā ratio ex definitione temporis sumpta.

34. Ad rationem principalem dicitur, in primis ex D. Tho. in 2. dist. 1. q. 1. art. 2. & in 3. dist. 3. q. 5. art. 2. ad 5. quod quædam sunt, quæ significant ipsum factum esse, per modū fieri, sicut cum dicitur motus terminari, si nūl enim terminatur, & terminatum est; & si nūliter simul illuminatur, & illuminatum est; eo quod illuminatio est terminatus motus, vt dicitur in 4. Physic. tempus ergo, ex parte motus significat aliquid successuum, & non quā in eodem nunc permanens; sed cū dicitur esse præsens, significatur acta; non permanentia, sed successiū, inquantum est actus. admixtus potentia, vt ad intentum nota. Sanctus Thomas in primo dist. 19. q. 2. art. 1. incorp. & 1. p. quæst. 7. art. 3. ad 4. dicens, quod motus, & tempus nō

sunt secundum totum in actu, sed successiū: unde habent potentiam permixtam actu. Et hæc est essentialis differētia inter successiuā, & permanentia. Quæ salvatur etiam si partes successiū sint præsentes successiū, quia habent præsentiam, & actualitatem permixtam potentie; & non sunt secundum totum in actu, sicut permanentia.

35. Ad priam replicam dicitur, quod morosa successio, quæ est de essentia motus, & temporis, salvatur per hoc, quod partes sint in fluxu, etiā si non sint in instanti; & ideo durant, & successionem habent continua. Vnde permanentia, & actas habent latitudinem; nec in omnibus entibus sūt eiusdem rationis. Ex eo igitur, quod successiuā secundum totum suum esse non sint simul, & in actu, sed partim in actu, & partim in potentia; nec sequitur, quod pertingant vt sint permanentia; nec quod solum sint in nunc, seu in instanti. Quamuis ipsum mobile permaneat in continuo fluxu, & ex hac parte continuetur, & permaneat duratio motus, & temporis.

36. Ad secundam replicam respondet, ex verbis Sancti Thomæ relativis num. 31. quod instantia etiam cū tempore labuntur, nec permanēt; quia omne, quod est aliquid motu, fluit; & ideo dato, quod quoad hoc esset par ratio de instantibus, ac de partibus motus, & temporis; argumentum assūmit falsum. Deinde dicitur, quod instantia sunt indiscernibilia, partes diuisibiles; & ideo quamvis fluant, & succedant, vnuquod-

quodq; tamē secūdū modū suum; quia duratio est existentia rei durātis; & existentia proportionatur es- sentiæ, quam actuat: nunc autem noui est pars temporis, vt ait Sanctus Thomas libro 4. Physic. lect. 18. lit. h. Sicut neque id per quod distin- guitar motus, sicut nec puncta-

sunt partes linea: & ideo nunc, seu instans non est id per quod ad æqua- tē existit tempus continuum physi- cum: quia instans non est pars tem- poris, sed terminus, vt ait Sanctus Thomas quæstione tertia de

Potentia articulo 17.

ad quintum.

## LIBER QVINTVS PHYSI- CORVM ARISTOTELIS.

**1** Exposito motu, & his, quæ cō- sequuntur motum in communi, hic iam accedit Phylosophus ad diuidēdū motum in suas sp̄cies. Totus autem liber diuiditur in tres partes: nam duobus primis capiti- bustractat de speciebus motus in communi: alijs duobus agit de vni- tate, & diversitate motus: denique capite quinto, & sexto disserit de contrarietate motus.

### *Summa capituli primi.*

**2** Vo p̄cipue p̄stat Phylo- sophus in hoc capite: nam di- stinguit diuersas acceptio[n]es muta- tionis, & motus: & dīsinguit in genere species mutationis, quas ca- pite sequenti amplius exponet.

Dīsinguit ergo in prima parte motum perse à motu peraccidens, tripli citer; aempe, ex parte mobilis; ex parte mouentis; & ex parte termini. Ex parte mobilis dicitur aliquid transmutari peraccidens,

sicut cum dicitur, musicum ambu- lat: alio modo secundum partem, quia aliqua pars eius mutatur. Terti- modo dicitur aliquid moueri primo, & perse. Hoc autem perse nobile variatur secundum diuersas species.

**3** Et hæc distinctio, quæ posita est ex parte mobilis, attendi simili- liter potest ex ipso mouente. Et tertio ex parte termini. Et quia terminus ad quem magis denomi- nat motum, quam terminus à quo, accepitur hæc dīsisio motus a ter- mino ad quem; sed non à termi- no à quo. Ex parte igitur termi- ni accipitur aliquid quod est per- accidens, & aliquid quod est se- cundum partem, & secundum aliud, & aliud, & quod est pri- mo, & non secundum aliud. Mu- tatio, quæ est peraccidens dimit- tenda est, quia motus peraccidens est in determinatus: & sub arte non cadunt, nisi ea, quæ sunt determi- nata.

4 In secunda parte ad divisionem mutationis præmittit, quod cū omnis mutatio sit a quodā in quiddā, necesse est, quod omne, quod mutatur, quatuor modis mutetur: aut ex subiecto in subiectum; aut ex subiecto in non subiectum: aut ex contrario ex non subiecto in subiectum; aut ex nō subiecto in nō subiectū.

5 Ex quo sequitur, quod tres sive mutationis species: quia non potest esse aliqua mutationis species de non subiecto in non subiectum; eo quod omnis mutatio est inter opposita: duæ autē negationes nō sūt oppositi: relinquuntur ergo alię tres species: quarum illa, quæ est inter opposita contradictione, vocatur generatio: quæ est mutatio de non esse in esse. Illa mutatio, quæ est ex non esse in esse, vocatur corruptio. Et neutra est motus. Vnde motus erit mutatio de subiecto in subiectum; ita ut per hæc intelligamus contraria, aut media: quia etiā priuatio quodammodo est contrarium.

6 In fine concludit, necesse esse, quod species motus distinguantur secundum genera prædicamentorum: cum motus denominatione, & speciem à termino trahat. Vnde necesse est esse tres species motus, scilicet, motus, qui est in genere Quantitatis; & motus, qui est in genere Qualitatis; & motus, qui est in genere Vbi, qui dicitur secundum locum.

### *Summa capiti secundi*

7 Conclusionem capitinis præcedentis in isto latius confirmata

turus, duo principaliter facit Phyllosophus. Primo ostendit, quoa in alijs generibus a tribus prædictis, nō potest esse motus; secunde ostendit, quomodo in istis tribus generibus motus sit. ¶ Circa primū probat, quod motus non sit in genere substantiæ: nam omnis motus est in ter contraria: sed substantiæ nihil est contrarium: ergo secundum substantiam non est motus. Quod non sit motus in genere ad aliquid probat, quia contingit de novo aliquid relative dici ad alterum altero mutato, ipso tamen non mutato: ergo motus non est perse in adaliquid, sed solum per accidens. Quod autē non sit motus in genere actionis, & passionis: probatur, quia actio, & passio non differunt subiecto à motu: vnde idem est dicere, quod in his sit perse motus; ac alterare, quod nō motus sit in motu; sed hoc est impossibile; quia sequeretur processus in infinitum: ergo non est perse motus in genere actionis, & passionis.

8 In secunda parte, ex dictis concludit, quod motus solum est in Quantitate, Qualitate, & Vbi. Motus, qui est in Qualitate vocatur alteratio. Motus, qui est in Quantitate, non est nominatus secundū suū genus, sed nominatur secundi in suas species, quæ sunt augmentum, & decrementum. Motus in Vbi, nō habet nomen cōmune generis, neque nomina propriæ specierum: sed vocatur *latus*: quameis hoc nomen sit proprium omnino motus localis in communi. Mutatio autem, quæ est secundum magis, & minus redu-

reducitur ad speciem alteratio-  
nis.

9 Denique, quia quies opponitur motui, docet quod tribus modis di-  
citur aliquid immobile; vel quia  
in illo modo natum est moueri, ut  
Deus; vel quia difficile est moueri;  
vel dicitur aliquid immobile, quod  
natum est moueri, & potest de fa-  
cili moueri, non tamen mouetur,  
quando natum est moueri, & ubi,  
& eo modo, quo natum est mo-  
ueri: & hoc solum propriæ dicitur  
quiescere: unde oportet, quod  
quies sit priuatio in susceptio-  
motus.

### Summa capit is tertij.

10 PRæmittit in hoc capite Phylo-  
sophus quædam necclaria, vt  
in sequenti determinet de vnitate,  
& diuersitate motus; quia istorum,  
quæ hic præmittit, definitionibus,  
vtitur in sequentibus demonstratio-  
nibus. ¶ Dicit ergo, quod ex hoc  
aliqua dicuntur esse simul secundū  
locum, quod sunt in uno loco pro-  
prio; non autem ex hoc, quod sunt  
in uno loco cōmuni. Dicuntur esse  
separatim, vel seorsum, quæcūque  
sunt in alio, & alio loco. Tangere  
autem se dicuntur, quorum sunt  
vltima simul. Medium est, in quod  
primo aptu natum est peruenire  
id quod continue mutatur secun-  
dum naturam, quam in vltimum  
terminum: & medium ad minus  
oportet, quod sit in tribus, quo-  
rum duo sunt extrema, & unū me-  
diū.

11 Ad hoc quod sit motus cōti-

nens requiritur, quod nulla interpo-  
latio sit in tempore. Ut autem ali-  
quid dicatur esse consequenter ad  
alterum, requiritur, quod sit post  
aliquid primū quodā ordine, vel  
secundum positionem in loco, vel  
secundum speciem, vel secundum  
virtutem, aut secundum dignitatē:  
rursus requiritur, quod inter ea nō  
sit aliquid medium de numero eo-  
rum, quæ sunt in eodem genere: si-  
cūt linea consequenter se habet ad  
lineam si nulla linea sit in medio, &  
similiter est de vnitate, & de domo  
ad domum.

Continuum est, cum unus, & idē  
fit terminus duorū, quæ se tangunt.  
Contiguum est cum vltima sunt si-  
mul.

12 In secunda parte capit is com-  
parat tria, de quibus principaliter  
agit, scilicet, consequenter se ha-  
bens, contactum, & continuum: nā  
consequenter se habens, est primū  
inter cætera præmissa ordine natu-  
ræ, secundū quod dicitur esse prius  
à quo non conuertitur consequen-  
tia esendi, quia omne contactum  
necesse est esse consequenter; sed nō  
è cōtra, quia ordo potest esse in qui-  
bus non est tactus, vt in separatis à  
materia, & in numeris; nam tactus  
inuenitur solum in continuis. Eadē  
ratione contactum est prius quam  
continuum; quia si aliquid est con-  
tinuum, necesse est, quod sit tangens;  
sed non est necclarium; si tangit,  
quod sit continuum; sed sufficit,  
quod sit contiguum: ¶ Ex quibus  
infert, quod si vnitas, & punctus  
sunt separata, sicut quidam dicunt,  
sequitur, quod vnitas, & punctum  
non

non sunt idem: quia secundum puncta aliqua se tangunt ad invicē, non autem in vnitatibus. Et quia inter duo puncta cōtingit esse aliquid medium; quod non necesse est esse inter duas vnitates.

*Summa capitinis quarti.*

**13** Determinat in hoc capite Phylosophus de vnitate, & diuersitate motus, & assignat causas regularitatis motus. Multipliciter dicitur unus motus, scilicet, genere, specie, & numero. Omnes motus, qui sunt in una coordinatione prædicamentī, possunt dici unus motus genere: sicut omnis loci mutatio, quæ est ad Vbi. Omnes, qui terminantur ad species in specialissimā; quæ non dividitur in alias species, dicuntur unus motus secundum ipsum. Tertio modo dicitur motus simpliciter unus, qui est unus numero secundum suam essentiam: ad quod tria requiruntur, scilicet vnitatis subiecti, termini, & temporis: & vnitatis motus, secundum quam dicitur simpliciter unus, consistit in vnitate omnium horum. Et ratio est, quia motus nō est simpliciter unus, quia indivisibilis; cum motus non possit esse indivisibilis; sed est simpliciter unus cum est cōtinuus: sed ad continuatatem motus tria prædicta requiruntur; & quolibet deficiēte interrumpitur, seu discontinuitur; ergo tria prædicta exiguntur ut motus sit simpliciter unus numero.

**14** In secunda parte docet, quod irregularitas motus aliquando est

ex parte rei, in qua mouetur, seu ex parte viæ: & ideo motus circulis est regularis, & similiter motus rectus; secus vero motus reflexi, & obliqui. Secundo ille motus dicitur regularis, cuius est eadem velocitas per totum, irregularis autem, cuius una pars est velocior altera: & est hæc differentia ex diuersitate modi motus; quia velocitas, & tarditas non sunt species motus, nec differentiae specierum; nec sunt idem quod grauitas, aut levitas. Motus irregularis, & est unus, in quantum est cōtinuus; & est quodammodo multiplex, quia est minus unum, quam regularis: & hoc maxime apparet in motu reflexu, quia quasi videntur duo motus.

*Summa capitinis quinti.*

**15** Quidam contrarietas est quædam diuersitatis species, vtriuscitur 10. Metaph. text. 13. ad explicandam diuerlitatem motus, determinat Phylosophus de contrarietate motuum: & in hoc capite tria facit. Primo, dissinguit diuersos modos, secundum quos videri possint, quod acciperetur contrarietas in motu. Secundo, remouet quodam illorum. Tertio assignat verū modum. Circa primū, dissinguit quinque modos, seu cōbinations, quibus motus possunt esse contrarii: primo, secundum accessum ad aliquem terminum, & recessum ab eodem; secundo, ex contrarietate terminorum, à quibus incipit motus; tertio, secundum contrarietatem terminorum, ad quos; quarto, secundum cōtrarie-

tatem termini à quo ad terminum ad quem; ultimo, secundum contrarietatem ex parte vtrorumque terminorum.

16 Excludit in secunda parte à contrarietate terminorum, quartū, & secundum modum. Quartū quidem, quia idem non est sibi ipsi contrarium: sed unus motus impetrat habitudinem à termino à quo ad terminum ad quem: non est igitur accipienda contrarietas motus secundum contrarietatem unius termini ad alium. Contra secundum vero, quod contrarietas motus nō sit accipienda secundum contrarietatem terminorum ex quibus incipit motus, probatur; quia motus, qui in idem tendunt, non sunt contrarij: duo autem motus ex contrariis recedentes, possint in unum, & idem tendere. Secundo, quia magis hoc desumitur ex termino ad quē, quam ex termino à quo. Et denique, quia ab eo à quo aliquid recipit nomen, & speciem, accipit contrarietatem.

17 Concludit in tertia parte, quod ad contrarietatem motus requiritur contrarietas ex parte vtrorumque terminorum; quia contrarietas accipitur secundum propriā speciem, & rationem ipsorum; & propria ratio motus est quod sit mutatio inter duos terminos positivos. Si autem accipiatur contrarietas solum ex parte terminali ad quē, hoc non facit contrarietatem motus, sed mutationis, quae est generatio, & corruptio. In illis vero, in quibus non est contrarietas, sicut in substantijs, & alijs huiusmodi, attē-

ditur contrarietas mutationum secundam accessum, & recessum. Patet ergo, quod ex quinque modis supra positis, duo, scilicet, secūdus, & quartus, ad nil utiles sunt. Unus autem conuenit ad contrarietatem motuum; duo autem congruūt ad contrarietatem mutationum.

## Summa capitinis sexti.

18 **D**ividitur in duas partes hoc ultimum caput: in prima de terminat de contrarietate quietū: in secunda mouet quasdam dubitationes. Circa primum, quamvis non omnis quies omnī motū opponatur, sed aliqualis quies aliquali motū, sicut motū, qui est secundū locum, quies secundum locum; tamē motū, qui est ex hoc termino in suum contrarium, contrariatur quies, quae est in cōtrario: sicut motū, qui est ex albo in nigrum, contrariatur quies, quae est in albo. Et motū, qui est ex contrario in hoc, contrariatur quies, quae est in contrario. Illæ autem quietes sunt contrarij ad iniucem, quae sunt in contrariis terminis. In mutationib⁹ vero, quae non sunt inter contraria, non inuenitur quies opposita, sed potest vocari non mutationis, & se habet sicut quies ad motum. Motū autem, & mutationi, non opponitur quies in termino ad quem, sed in termino à quo.

19 In secunda parte mouet tres dubitationes circa præmissa. Prima dubitatio est, quare in genere motus localis inuenitur quidā motus, & quadam quies secundum natu-

ram, & quædam extra naturam; & in alijs generibus non inuenitur hoc? Respondet, quod in quolibet genere motus inuenitur secundum naturam, & extra naturam; quia cū violentum sit cuius principium est extra, nil conferente vim passio; naturale autem est cuius principium est intra, sequitur quod corruptio violenta sit corruptioni naturali contraria; sicut corruptio extra naturā est contraria corruptioni, quæ est secundum naturam. Et quædam generationes sunt violentæ non procedentes secundum ordinem causarum. Et nihil prohibet generationi generationem esse contrariam, & corruptionem corruptioni.

20 Secunda dubitatio est, vtrum omnis quietis, quæ nō semper fuit, sit aliqua generatio? Et videtur determinare in partem negatiuam per duas rationes; quia sequitur quod quietis, quæ est extra naturam, sit aliqua generatio: sed hoc non potest esse, quia quanto magis approximat ad quietem, tanto motus naturalis est velocior: in violentis accidit contrarium; nō ergo quies violenta habet generationem. Secundo, quia motus naturalis, & generatio quietis sunt idem subiecto, & differunt ratione tantum: sed quies violenta non generatur per motum naturalem: ergo quies violenta non habet generationem.

21 Ultima dubitatio est ex dictis: quia si quies, quæ est in aliquo termino, contrariatur motui, quo receditur, ab illo termino, sequitur, quod duo contraria sint simul; quod est impossibile.

Respondet solū sequi, quod sint simul secundum quid, & in recedendo; non vero simpliciter, & totaliter: nec est inconveniens, quod unū contrariorum, secundum quid permisceatur alteri: sed quanto est magis impermixtum, tanto est magis contrarium.

## QV AESTIO I.

*Vtrum ad tria tantum predicationem sit perse motus?*

**I** Doctrina huius libri, Physicorum est propria, & multū necessaria, & ideo sine causa à nonnullis modernis, vel omittitur, aut obiter retractatur. Quia tamen non nullorum examen pertinet ad libros de Generatione; id circa curandum est, ita necessaria docere, quod in extraneis ab instituto huius libri non deinceamur. Disputamus nunc de veritate, & diuersitate genericā motuum; acturi in sequentibus de virtute, & diuersitate specifica, & numerica, & de motuum contrarietate; de quibus omnibus Philosophia in hoc libro differit.

## §. I.

*Quid sit motus stricte sump-*

**2** **N** Otat bene M. Soto quest. 2. in principio, sine causa non nullus vexari, ut explicent quid sit ad aliquem terminum esse perse motus? Quia ex sola proprietate illius vocis perse, id est perspicuum. Ad rem enim aliquam esse perse

perse motum, aut mutationem, nihil aliud est, quam esse illud, quod perse primo, & non ratione alterius, acquiritur per motū: ad illud autem non est perse motus, quod non perse primo producitur, sed consequitur ad productionem alterius: unde cum dicitur quod ad rem aliquam est perse motus, ly perse, non fertur super ly *motus*, sed super terminum; ita ut terminet perse, & non ratione alterius, ad quem consequitur. Et sic loquuntur, cum Phylosopho, communiter authores. Quare, ut questionis principalis sensus intelligatur, solum restat videre, quo sensu nunc accipiatur *motus*.

3. Pro quo notandum, quod mutationis significat transitum a quodam in quiddam, ut manifestetur ex ipso mutationis nomine, ut ait S. Tho. initio lect. 2. quod denotat aliquid esse post aliud, & aliud esse prius, & aliud posterius.

4. Aduertit secundo S. Thomas, quod Aristoteles libro tertio, ubi motum definiuit, accepit nomen motus secundum quod est commune omnibus speciebus mutationis (ut ibi diximus quæst. 1. n. 16.) & hoc modo accipit hic nomen mutationis; metam autem accipit magis stricte, pro quadam mutationis specie. Hæc ibi Motus ergo accipit dupliciter (ad huc physice) uno modo communiter, ut definitus est in tertio libro: & sic est idem ac mutatio physica; & est actus entis in potentia secundum quod in potentia: alio modo motus accipitur magis stricte, pro quadam specie mutationis.

nis conditincta ab alijs mutationibus, & ab ipsa ratione communi, si-  
cū differt species à genere; & quid ad illū motū nō stricte sumptū re-  
quiratur, inquiritur.

5. Quidam nomine motus stricte sumpti dicunt comprehendendi genera-  
tionem substantialem. Ita Antonius Andreas libro 10. Metaphysi-  
ca quæst. 1. Landanus quinto Phylo-  
corū quæst. 2. Cisalpinus lib. 4. qq.  
Peripateticarum quæst. 8. & ex par-  
te Toletus hic quæst. 1. quia quædā  
formæ substantiales sunt extensæ,  
& successiū acquiruntur, & reci-  
piant magis, & minus.

6. Per oppositum alij Recentio-  
res contendunt de ratione motus:  
propriè dicti non esse, quod verset-  
tue inter terminos positivè contrari-  
os, sed sufficere, quod opponantur  
prioriū. Probat ex Phylos. 5.  
Phyl. text. 8. vbi ut declarat, quod  
ad motū stricte sumptū non requiri-  
tur contrarietas inter terminos po-  
sitiuos; subiungit: *Nam priuatio ponatur contrariū*: ergo sufficit ad motū  
proprie dictum contrarietas, que-  
datur inter priuationem, & formā.  
Id clarissimum expressit lib. 11. Metaph.  
c. 10. dicens: *Subiecta vero aut contra-  
ria, aut media; nam, & priuatio contra-  
riū esse ponatur: quandoquidem, & af-  
firmatione declaratur, veluti nudum, &  
necum. Rationē nullam afferunt, &  
tamen volunt ut eis credamus; cō-  
tra expressam Phylosophi & Expo-  
sitorū omnium sententiam.*

7. Asserendum est igitur, motum  
strictē sumptū esse mutationem  
successiū ex subiecto in subiectū;  
& quod generatio nō est motus; sed

mutatio specie distincta, vel genere à motu stricte sumpto. Prior pars est expressa Phyllophilis ipsis locis, qui illi contraria in citantur: nempe s. Physicorum text. 9. vbi iuxta antiquam translationem, sic dicitur: *Quoniam autem mo<sup>n</sup>s mutatio quædam est mutationes autem tres sunt dictæ: harum autem, quæ sunt secundum generationem, & corruptionem non sunt motus: hec autem sunt secundum contradictionem;* res se est ex subiecto in subiectum mutationem, motum esse solum. Idē dicit iuxta translationē Argiropylī, & omnes alias. Idem sumitur ex ratione textus 10. & text. 49. ait: *Quoniam autem differt mutatione a nō nū: ex quoddam enim subiecto in quoddam subiectū mutatione est motus.* Quæ verba sic intelligit S. Thom. lect. 8. litt. g. & lect. 2. in fine, & lect. 3. in principio. Et adhuc expressius lib. 11. Metaph. lect. 11. litt. g. ex Phyllophilo ait: *Pernutationes autem sunt solum tres; quarū dta, que sunt secundum contradictionem, scilicet, generatio, & corruptione, non sunt motus.* Relinquit ergo quod sola mutatio, scilicet, de subiecto in subiectum sūt mutus. Hęc S. Tho. qui idem docet q. 28. de Verit. art. 1. & alibi sāpe. Et hic lect. 3. litt. b. ait, quod non sufficit contrarietas vt in aliquo genere sit motus, nisi de uno extremo in aliud contrarietate continere peruenire: ergo de ratione motus est successio.

8. Ratio Phyllophilii omnino videtur efficax; quia non possunt imaginari nisi tria genera mutationum; quarum una enī ex subiecto in subiectum, sicut cū aliquid mutatur de albo in nigrum: alia autē ex subiecto in nec subiectum; sicut cū ali-

quid mutatur de esse in non esse: tertia est è cōtra ex nō subiecto in subiectū; sicut cū aliquid mutatur de nō esse in esse: sed istarū vna dicitur generatio, & alia corruptione; quæ versantur inter terminos contradictorios, & istas non esse motus ipsi admittunt, & postea ostendimus: ergo restat quod motus essentia liter petit terminos positivos, & successionem terminorum. Probatur hęc consequentia ex ipso Phyllophilo text. 26. dicente: *Contradictionis autem nihil est medium:* Et S. Thom. lect. 5. litt. e. ait: in contradictorijs autē nihil est medium; relinquitur quod omnne medium sit inter contraria aliquo modo. Ergo mot⁹ stricte sumptus debet esse inter terminos positivos habentes contrarietatem, ac per consequens successionem, & retardationem.

9. Explicatur hęc ratio: quia vel loquimur de motu; vt est genus ad generationem, & corruptionem, & motu inter terminos positivos. Et sic fatemur abstrahere a terminis positiviis; quia quædam species mutationis sunt inter terminos contradictorios, ne rē generatio, & corruptione: sed iam diximus nos sic accipi in motu in præsenti. Accipitur ergo pro alia ratione mutationis cōdistincta à generatione, & corruptione. Sed posito quod termini nō sint positivi contrarij, non est per quid motus stricte sumptus differat a prediciis generibus mutationum: ergo motus stricte sumptus est inter terminos positivi contrarios.

10. Ad priorem autem authoritatem in contrarium adducia, respon detur

detur sensum esse manifestū ex D. Tho. 5. Phys. lec. 2. in fine illius tex-  
tus, dicente, quod etiam priuatio  
quodammodo est contrarium, & quā-  
doque significatur affirmatiue, vt  
nudum, quod est priuatio; & *albūm*,  
& *nigrum*, quæ sunt contraria. Sēlēs  
ergo est, quod priuatio in quantum  
significatur positiue, & affirmatiue,  
vel in quantum oppositio contraria  
includit priuationem, ex parte posi-  
tiui potest esse motus stricte sum-  
ptus. Eodē modo intelligendus Phy-  
losoph. 11. Metap. & sic exponitur  
à D. Thom. in fine lec. 11. vbi & ad-  
uertit, quod dicit Phylosophus ni-  
grum esse priuationem, non simpliciter,  
sed in quantum defectiuē par-  
ticipat generis naturam.

11 Secundo respondet, quod  
vt docet S. 1 ho. 1. 2. quæli. 73. arti-  
culo 2. & alibi sāpē: est duplex pri-  
uationum genus: nam quædam est  
simplex, & pura priuatio, quæ con-  
silit quasi incorruptum esse; tunc  
mors est priuatio vitæ; & tenebra  
est priuatio lumenis: & tales priua-  
tiones non recipiunt magis, & ini-  
minus. Est autem alia priuatio in neri,  
seu cōsistens in corrūpi, sicut ægri-  
tudo, & turpitudo: & huiusmodi  
priuationes recipient magis, & ini-  
minus ex parte eius, quod remanet de  
habitu contrario. Et in huiusmodi  
potest esse motus strictè sumptus.  
Et sic Phylosophum exponit terra-  
ra lib. 5. q. 1. & hac solis verbis dif-  
fert à præcedente explicatione.

12 Quod autem nec generatio,  
nec corruptio sint motus, sed potius  
sunt instataneæ mutationes, do-  
cet Phylosophus, & duabus ratio-

nib⁹ probat textu 8. quas in forma  
proponunt S. Tho. lec. 2. lit. f. & g.  
& lib. 11. Metaph. lec. 11. litt. f. (&  
communiter Doctores, quorum ca-  
talagus videri potest apud Masium  
hic lect. 1. q. 2.) quia accidentia sup-  
ponunt ens impliciter in actu, cum  
sint entis entia; & ideo quod pro-  
priè mouetur, est ens actu manens  
sab vtroque termino: materia au-  
tem, quæ sola in generatione substi-  
tiali manet sab vtroque termino,  
est in potentia. ¶ Deinde, quia cīm  
nis motus est à contrario in contra-  
rium; & substantiæ nihil est contra-  
rium, vt diximus lib. 2. Log. quæst.  
12. n. 5. contrarietate physica, stri-  
ctè sumpta: ergo ge. eratio substi-  
tialis non est motus.

13 Ad argumentum propositum  
num. 5. répondet M. Sot. q. 1. ad 5.  
quod Phylosophus hic non probat  
generationem non esse motū, quia  
non est successiva; sed nititur du-  
abus alijs rationibus modo relatis.  
Quare adhuc dato, quod forma  
substantialis reciperet magis, & ini-  
minus, est que intensibilis, & remisi-  
bilis ( vt arbitratus est Auerrois 3.  
cāli de fornīs elementorū) adhuc  
acquitatio earum non esset motus;  
quia tales formæ non aduenirēt en-  
tiā actu, sed materia primæ, quæ  
non propriè dicitur moueri.

14 Sed quia illa ratio de se effi-  
cax est, & à Phyl. insinuata text. 9.  
& à D. Tho. 1. 2. q. 113. art. 7. & in  
1. distin. 37. q. 4. art. 3. cor. & ad 1.  
ideo quicquid sit de ista solutione.  
Meli's secundo respondet idem  
Magitter, quod nulla forma substi-  
tialis perle acquiritur successiue;

sed solum per accidens ratione extensionis subiecti: seu ratione alterationis praecedentis, habet latitudinem, & extensionem extrinsecam; intrinsecè autem ipsa incipit, & definit in istanti. His præmissis, iam ad præcipuanum questionem revertamur.

## q. II.

*Vtrum ad quantitatem detur per se motus?*

15 COnclusio à Phylosopho proposita text. 16. & 18. quam probat toto cap. 2. est, quod ad tria tantū prædicamenta est perse motus, nēpe ad quātitatē, qualitatē, & vbi. Et cum sit exclusiva; quoad negatiuam exponentem, probat per singula alia prædicamenta, ostendendo, quod ad illa non sit perse motus: & quoad affirmatiuam, nēpe, quod ad ista detur perse motus, ostēdit text. 18. dicens: *In unoquoque enim horum est contrarietas.* Quasi arguat; omnia hæc prædicamenta habent conditiones requisitas ad terminandum motum propriè dictū: ergo ad illa datur perse motus.

16 Ex quo deducit, quod tria sunt genera motus propriè dicti. Cuius rationem assignat textu 10. vt declarat S. Thom. initio lec. 3. nam quilibet motus est in eodem genere cum suo termino; non quidem ita quod motus, qui est ad qualitatem, sit species qualitatis; sed per reductionem: nam oportet, quod motus, qui est actus imperfectus, reducatur ad genus actus perfecti. Sed

ad tria prædicamenta datur perse motus: ergo necesse est tres esse species motus; scilicet motus, qui est in genere quātitatis, & motus, qui est in genere qualitatis; & motus, qui est in genere vbi, qui dicitur secundum locum.

17 Cæterum conclusionem hāc, quoad quantitatem, negant Valles in commun. cap. 2. & Controu. 29. ad. Tyrone, & lib. 2. Medic. cap. 17. & eam tribuit Galeno lib. 1. Methodi cap. 6. Iequitur Cabero tractatu 5. disp. 1. dub. 4. & pauci alijs. Probant, quia quantitati videntur omnes conditiones requisitæ ad terminum perse motus, deesce: eo quod quātitati nihil est contrariū, ut docet Phylosophus cap. de Quātitate in Prædicamentis. Est in instanti, sicut & pars substantiæ, quæ in nutritione acquiritur. Recipitur in materia; cuius mutatio non est morus, ut hic ait Phylosophus. Nō acquiritur successiū; quia vnitur per indivisiibilia, quæ latitudinem non habent.

18 Vera tamē est sententia Phylosophi, quam sequitur S. Thomas. lec. 3. & 4. & lib. 1. sentent. dist. 37. q. 4. artic. 3. & omnes Peripatetici. Imo, & Galenus lib. 1. facultū naturalium statim in principio. Et ratio Phylosophi est cōuincens: quia quantitati conueniunt omnes conditiones requisitæ ut sit perse terminus motus; siquidē habet extensio nē, ratione cuius habet latitudinem successiū per currēdam, habet cōtrarietatem: cum enim augetur trāsit à minori ad maiore quantitatē: & ex alia parte quantitas sicut, & omnia

Omnia alia accidentia, subiectatur in toto composito: ergo ad quantitatem est perse motus.

19 Ad argumentum contrarium negatur assumptum. Ad primā probationem respondetur cum M. Soto. q. 1. ad 6. quod tripliciter, quantum ad rem pertinet, accipitur contrarietas: uno modo *propriè*; & est oppositio duorum extremerū maximè distantium sub eodem genere, inter quæ est quædam, aut medium, aut intensionis latitudo, ut definitur s. Metaph. tex. 15. & hæc nō est nisi in genere qualitatis. Secūdo accipitur latius pro oppositione duorum extremerū, quibus repugnat esse simul, inter quæ est aliqua latitudo: & hæc nō est in genere substantiarū; & ideo probat Phyl. textu 10. quod ad substantiam non est per se motus; quia substantia nihil est contrarium; & omnis motus est inter contraria. Tertio modo accipitur contrarietas pro oppositione inter duas differentias, quarum una semper est imperfectior altera, & se habet ut priuatio alterius; quā Philosophus 10. Metaph. textu 15. appellat primam contrarietatem; & ait eam esse in uno quoque prædicatione: de qua exponitur Phylos. a D. Tho. vbi sup. n. 10. & hoc modo quantitatī conuenit habere contrarium: nam in augmentatione minor est quasi priuatio majoris; sicut, & in motu locali deorsum est priuatio huius, quod est sursum, ut dicitur. n. 25. & videndus S. Thomas lec. 3. lit. b.

20 Ad secundā probationē respondeat idem M. Sot. q. 2. ad 1. quod

in augmentatione propriè dicta sit additio nouæ partis substantiæ (iuxta dicta lib. 2. Log. q. 13.) quia tamen non producitur nouum suppositum substantiæ; sed id quod erat minus, fit maius; ideo perse terminus illitus motus est quantitas, id est, eadem substantia sub maiori quantitate; ad differentiam generationis, cuius perse terminus est nouum suppositum substantiæ; unde cum homo generatur, dicimus quod fit homo; cum vero puer adolescit, dicimus quod fit maior.

21 Id quod tangit argumentū de nutritione, non potest hic examinari. In primis cessat difficultas, si dicitur cum M. Masio hic sect. 1. q. 4. ad 2. quod nutritio in instanti fit; eo quod est mutatio ad partialem substantiam: sed tunc non est motus augmentationis, sed in tempore immediate sequenti: quia accretio fit per extensionem, & dilatationem quantitatis; ut Galenus lib. 1. facultat. & omnes Medici dicunt: unde facultas nutriendi, tanquam prior, est ministra accretionis: quæ fit tempore sequenti, & successiuè.

22 Vel respōderi potest cū M. Bañez lib. 1. de Gener. c. 5. q. 1. ad 2. & PP. Carm. hic disp. 22. q. 2. n. 12. & 13. nutritionē quasi per accidēs fieri successiuè: sicut enim quantitas, quæ successiuè petit fieri, cum consequitur generationem substantiam, quasi per accidēs fit in instanti; eo quod fit ad modum substantiæ, ad quā consequitur: ita ē cōuersio, quādo perse intendit̄ productio majoris quantitaris, & quasi per accidēs, & occasionaliter maior substantia, seu

seu pars substantiæ, quæ acquiritur in nutritione; productio illa fit ad modum quantitatis, quæ acquiritur per motum; a proinde successione. Sed hæc examinabuntur in libris de Generatione.

**23** Quantitatē etiam, & reliqua accidentia, non in nuda materia, sed in toto cōposito subiectari diximus 2.p. Metaph. Controu. 3. ar. 2. & in augmentatione, non est sola vno, sed vera quantitatis nouæ productio. Qua autem consequētia, qui ponunt quantitatem subiectari in materia, ponant ad illam esse per se motum; cum Phyllo sophus text. 8. dicat materiam nō propriè moueri, sed totum; ipsi viderint.

### s. III.

#### *De qualitate, &c. vbi.*

**24** Ari autem per se motum ad qualitatē, videtur satis manifestum, cum experiamur qualitates successiōnē intendi, & remitti. Et potissimē hoc verificatur in qualitatibus tertiarī speciei; & idcirco de illis solis loquitur Phyllo. hic te xtu 18. & S. Tho. lec. 4. litt. b. Et rationem assignat S. Tho. lec. 3. lit. b. in fine: nam in qualitatibus tertiarī speciei manifestē apparet cōtrarietas maximæ distantiarū, cum intēsione, & remissione; sicut in coloribꝫ inter album, & nigrum; in saporibꝫ inter dulce, & amarum. ¶ Quāuis etiam detur per se motus ad habitum, & dispositionem. At vero ad naturalem potentiam non est per se motus, nec mutatio; quia naturali resultantia consequuntur ad generationem substantiarū. De forma au-

tem, & figura inquit M. Sot. q. 2. ad 2. quod aliquando producitur per motum localem, vt cum recta virga vertitur in circulum; & in sculturis, picturis, & scripturis motus per se primo est ad locum, & situs partium, & figuræ consequuntur tanquam quid comproduciū, iuxta dicta lib. 2. q. 4.

**25** Quod autē sit motus in vbi, vi detur extra cōtrouersiam; quia motus localis est notissimus, & prim⁹ omnium. Solum videtur ex dictis esse circa hoc duplex difficultas. Prima, quia omnis motus est inter contraria; motus autem non contrariatur motui: nam contraria natā sunt fieri circa idem; & unus locus non est in alio.

Ad hoc respondeatur ex dictis numero 19. quod tertius mod⁹ cōtrarietas nō deest motui locali: licet diuersimode ac in quantitate; & ideō nominatur nomine ipso communī motus; & non habet speciale nomē, sicut motus ad qualitatem, dicitur alteratio, & ad maiore quā tiratē, vocatur augmētatio: quod notat S. Tho. lec. 4. litt. d. afferens; ideō autē impōni potuit nomē cōmune motui in qualitate; quia qualitates sunt cōtrariæ secundū propriā rationē suarū specierū, secundū quas continentur sub genere qualitatis. Contrarietas autem in quantitate non est secundum rationem suarum specierū, sed secundū perfectum, & diminutum, vt supra dictū est: & secundū hoc denominatur species. Sed in loco est cōtrarietas solū per comparationē ad motū, respectu cuius duo termini maxime

**x**ime distant: & ideo quia ista contrarietas est secundum id quod omnino extraneum est ab hoc genere, non potuit motus, qui est in hoc genere, habere nomen, neque in generali, nec secundum partes: sed (ut ante dixerat S. Thom.) impositum est ei nomine commune, ut vocetur, *latus*: quamvis hoc nomen sit proprium omnino motus localis in communis, ut ait Phylosophus text. 18. in fine. Habet autem contrarietatem sufficientem ad motum stricte; quia ut ait Sanctus Thom. lect. 3. lit. b. in fine, in loco inueniuntur duo termini maximè distantes, per comparationem ad motum aliquem, in quo uno incipit motus, & in aliud terminatur, siue sit motus naturalis, siue violentus. In lib. 6. lect. 5. litt. n. in medio, docet S. Thomas, quod continuitas primo, & perse, & proprie inuenitur in motu locali tantum, qui solum potest esse continuus, & regularis, ut ostenditur libro. 8. lect. 14. & 15. videatur ius lo-  
cis S. Thomi.

**26** Secunda difficultas est, quis sit perse terminus motus localis?

Frequenter Recentiores sequuntur Rubium quest. 1. n. 13. docent terminum perse esse ipsum Vbi; quia hoc est intrinsecum mobili; & quia Phylosophus ad ubi ponit esse per se motum. Malius sect. 1. quest. 6. concl. 2. & 3. ait, quod terminus extrinsecus est locus: nam mobile ad locum fertur: terminus vero intrinsecus est ubi, seu esse in loco; quod dicit identificari cum motu.

**27** Melius tandem Soncinas libr.

§. Metaphil. quest. 40. & Soto hic questione secunda ad 3. dicunt, quod motus localis perse primo non est nisi ad locum, ut colligitur ex text. 10. & ideo dicitur motus secundum locum, & localis, quia per ipsum primo acquiritur locus; sicut per motum alterationis acquiritur qualitas. Quia tamen acquirere locum, & acquirere esse in loco non sunt duo (cum ubi sit extrinseca denominatio à circumscriptione loci proueniens) & esse in loco est esse in ubi; pro eodem dicit Aristotelis, quod motus localis sit ad locum, & quod sit ad ubi. Vnde licet in praesenti dixerit esse perse motum ad Vbi; tamen lib. 11. Metaph. ait: *Tres esse motus, qualis, quanti, & loci. Vbi* S. Thom. lect. 12. litt. a. dicit: erunt igitur tria genera entis, in quibus potest esse motus: quae sunt qualitas, quantitas, & ubi: loco cuius ponit locum; quia nihil aliud significat esse ubi, nisi esse in loco; & moueri secundum locum, nihil est aliud, quam moueri secundum ubi: non enim motus secundum locum attribuitur subiecto loco, in quo est locus, sed ei quod est in loco. Hac S. Thom.

### §. III.

*De Prædicamentis ad quæ non  
datur perse motus.*

**28** *V*T conclusio, seu propositio exclusiva maneat probata, restat ostendere exponentem negatiuam, videlicet, quod ad alia prædicamenta non sit perse motus: quod fieri breuiter discurrendo per singula. Quid ad substantiam

substantiam non sit perse motus, probat Phylosophus textu 10. *Eo quod nullum entium est substantia contra rium. Quam rationem esse demonstratiuam*, docet S. Thom. lec. 3. litt. b. eius vim in hac forma declaras. Ut ad aliquem terminum sit perse motus, debet habere contrarium, continuo, seu successiuè pertransibile: sed utrumque deest; perse loquendo, substantiae: ergo ad substantiam non est perse motus. Probatur minor, quia una forma speciei secundum propriam suam rationem non habet contrarietatem ad alia. *Quod constat primo*, quia in formis substantialibus non attenditur maxima distantia inter alias duas formas, ita quod ab una earum non veniatur ordinatim nisi per media: sed materia dum exiit una forma, potest indifferenter recipere duas formas absque ordine: vnde Aristoteles dicit in 2. de Generat. text. 24. quod cum ex terra fit ignis, non oportet quod sit transitus per media elementa. Secundo, quia cum est substantiale cuiuslibet rei sit in aliquo indivisiibili, non potest aliqua continuitas attendi in formis substantialibus, ut motus continuus possit esse de una forma in aliam secundum remissionem unius formæ, & intensionem alterius.

29 Secundo probat S. Thom. quod ad substantiam non sit perse motus; quia subiectum formæ substantialis est ens in potentia tantum: id autem, quod propriè mouetur, non est materia, sed ens in actu, iuxta dicta numero 12. Reliqua quæ circa hoc dicuntur, vide apud Authores,

quos citat Masius sec. 1. tota q. 1. & videantur P.P. Carm. disp. 22. q. 3. 30 Sed obijcies: ubi unum est prior, & alterum posterius cum successione, ibi est tempus (quod est numerus prioris, & posterioris in motu) sed in generatione substantiali est prius, & posterius cum successione: ergo ibi est tempus: ergo non est in instanti; ac per consequens, ad eam datur perse motus. Probatur minor, quia omnis mutatio habet duos terminos, qui non possunt esse simul, ut patet ex Phyl. tex. 7. ergo oportet mutationi cuiuslibet adele successionem, & numerum prioris & posterioris, in quibus consistit tota successione ratio: ac proinde ibi est tempus.

Respondeatur distinguendo utramque præmissam: & concedo de successione terminorum; nego vero de successione mensuræ durationis: quia possunt termini succedere, & incompositabilitatem habere; & tamen mutatio ipsa esse in instanti. Solutio est S. Thom. in primo dist. 37. q. 4. art. 3. vbi ait: quandoque terminus ad quem non est mediatus termino a quo, sicut est in illis mutationibus, in quibus est mutatio de priuatione in formam, vel è conuerso, ut in generatione, & corruptione, & illuminatione, & in omnibus huiusmodi. Et in istis etiam mutationibus oportet annexum esse tempus; cum constet materiam non simul esse sub forma, & priuatione; nec aerem esse simul sub luce, & te nebris. Non tamen ita quod exitus, vel transitus de uno extremo in aliud fiat in tempore, &c. Itaque ex parte alterationis

tionis prævia, est tempus; sed in termino eius est generatio instantanea mutatio: de quo Ferrara s. Physicorum quæst. 2. in fine: & S. Thomas libro 6. Physicoru lect. 5. lit. n.

31 Quod ad relationem non sit perse motus, probat ex Philosopho Sanctus Thomas lect. 3. littera. c. In quocumque est perse motus, nihil illius generis de novo inuenitur in aliquo absque eius mutatione; sicut nouus color non inuenitur in aliquo colorato, absque eius alteratione. Sed contingit de novo verum esse aliquid relatiue dici ad alterum, altero mutato, ipso tamen non motu. Ergo motus non est perte in adaliquid; sed solu peraccidens, in quantum, scilicet, ad aliquam mutationem consequitur noua relatio: sicut ad mutationem secundum qualitatem, sequitur æqualitas, vel inæqualitas; & ex mutatione secundum qualitatem, similitudo, vel dissimilitudo.

32 Contra hoc tamen occurrit statim argumentum; quia diximus libro 2. Logicae. q. 23. quod relatio prædicamentalis est aliquid reale, ante operationem intellectus distinctum à ratione fundandi: sed nil realis de novo aduenit alicui, absque mutatione eius, cui aduenit: ergo falsum est, quod aliquid relatiuè dicatur de uno per solam mutationem alterius, absque mutatione sui.

Respondet S. Thomas, quod si aliquis per sui mutationem efficiatur mihi æqualis, me non mutato, ista æqualitas primo erat in me quodammodo, sicut in sua radice, ex qua habet esse reale: ex hoc e-

nim, quod habeo talēm quantitatē, competit mihi, quod simi æqualis omnibus illis, qui eandem quantitatem habent. Cū ergo aliquis de novo accipit illam quantitatē, ista communis radix æqualitatis determinatur ad istū; & ideo nihil aduenit mihi de novo per hoc, quod incipio esse alteri æqualis per eius mutationem. Hæc S. Thomas.

33 Circa quam solutionē adverte, quod M. Soto hic q. 2. contēdit istum locum esse apertissimum ad reprobandam relationem esse rem aliquā distinctam à subiecto, ex Philosopho, & D. Tho. latius idē prosequitur lauillus hic tota q. 3. & 5. Metaph. q. 22. ¶ Melius tamen Ferrara lib. 4. Contrag. c. 14. rat. 9. & latius hoc lib. 5. Physic. tota q. 3. respondet duplicitate solutione à nobis approbata illa q. 23. n. 43. Vel alijs terminis, idem in re experimentis, respondent Masius hic sect. 1. tota q. 3. & communiter alij Thomistæ, quod intentum Philosophi, & S. Thomæ solum est negare ad relationem dari perse motum physicū; non verò negant, quod non detur motus quasi metaphysicus, vel quasi metaphoricus. Quod esse de mente Philosophi probat Ferrara, tum quia idem videtur dicere de adaliquid, quod de substantia dixerat (seruatis seruandis:) à substantia autem non negauerat mutationē; sed dum taxat negauerat ad illam esse perse motum. Deinde, quia ibi Philosophus concludit: Quare secundum accidens motus horum est. Ex quo habetur alia ratio: nam posito fundamento, & termino, resultat relatio: dixi

mus autem lib. 2. q. 11. quod emanatio non est noua actio, nec per se loquendo est nouus motus.

35 Quæ si notaueris, facile dilues multa, quæ congerit Rubio hic q. 2. ad probandum, quod ad relationem non posit dari mutatio. Si enim intelligat de mutatione physica directè ad hoc terminata, verū concludit: vnde nulla ex mutationibus à Phylosopho, hic expressis directè conuenit relationi. Si autem neget ad relationem esse mutationem, quasi metaphysicam, eo modo quo ea, quæ resultant, dicuntur emanare, & ad ea esse quasi per accidens mutationem, nullam vim habent, ut excutienti erit perspicuum.

36 Sex rationibus probat Phylosophus à textu 11. & deinceps, quod non sit motus in genere actionis, & passionis. Sed illa est facilis, quæ proponitur ab eodem textu 13. quia si mutatio est mutationis, vel generationis generatio quo cùque modo, necesse est procedere in infinitum; quia radè ratione generatio secunda habebit aliam generationem; & sic in infinitū. Aliationes in textu videri possunt, & in D. Th. lec. 3. litt. d. vsque ad finem: quæ defendunt à lauello tota q. 4.

37 Non descendit Phylosophus in speciali ad probandum, quod in alijs tribus prædicamentis non sit per se motus: cuius rationem assignat S. Th. lec. 3. litt. b. in principio, dicens: prætermittit autē tria prædicamenta, scilicet, Quando, Sitū, & Habere. Quando enim significat in tempore est; tempus autem mētura motus est; vnde per quam ra-

tio nē non estimotus in actione, & passione, quæ pertinent ad motū; eadem ratione nec in Quando. Situs autem ordinem quendam partium demonstrat; ordo verò relatio est; vnde sicut in Adaliquid nō estimotus, ita nec in Situ. Et similiiter habere dicitur secundum quandam habitudinem corporis ad id, quod ei adiacet: vnde in his nō potest esse motus, sicut neque in Relatione. Idem docet S. Thomas lib. 11. Metaph. lec. 12. litt. a: pro quoru. intelligētia recolatur, quæ scripsimus lib. 2. Log. q. 27. & 29.

## QVAESTIO II.

*De Vnitate motus specifica, &  
quo sumatur?*

1 **Q** Vidam Recentiores, quos res tuli. i. p. Metaph. Cotrou. 2. n. 4. in margine, & in fine num. 5. negant motum propriè, & a priori specificari à termino: nam omne illud, quod ab alio propriè, & a priori non dependet, propriè ab illo nō specificatur: quod enim speciem dat, vere est causa illius: sed motus est independens, tanquam à causa, à terminis: ergo ab illis non specificatur propriè, & a priori. Sed solū dicitur ab illis specificari à posteriore, & quoad nos.

2 Lēui tamen arguento isti recedunt à doctrina expressa Phylosophi hic textu 31. & S. Thomas locis relatis illa Controvers. 2. num. 23. & 25. & communī Doctorum: quā bene declarat Ferrara hic quæsitione 4. docens, quod quia substantia habet esse per se; ideo ab alio nō specificatur; accidentia verò gene-

raliter dependent à subiecto, & specialiter quædam sunt via ad aliud: & ideo terminus comparatur ad motam vt forma eius, quia est via, & terminus est actus: & licet termini non sint differentia motuum;ordo ad terminos est quid essentiale motibus, vt in simili ait Sæc[t]us Thomas prima parte quæst. 77. art. 3. ad primum, & 1. 2. quæst. 18. art. 4. ad secundum. Et sic est dependentia in genere cause formalis extrinsecæ à termino: licet non sit in genere cause intrinsecæ, nec in genere cause efficientis. Viso ergo quod motus specificetur ab extrinseco termino, explicandū restat, à quo termino speciem habeant.

3 Albertus de Saxonia hic quæstione 6. arbitratur ad specificationem motus requiri per se terminū à quo, terminum ad quem, & medium esse eiusdem speciei. Tribuitur Aludillo quæst. 5. Burleo quæstione 2. & alijs.

4 Affirendum tamen est, motum non specificari à termino à quo, sed à termino ad quæ. Ita Phyllophilus textu 31. & S. Th. lect. 6. litt. b. & 1. p. q. 23. art. 1. ad 3. ubi ait: motus nō accipit speciē à termino à quo, sed à termino ad quem: nihil enim refert quantum ad rationem de alerationis, utram ille, qui dealbatur fuerit niger, aut pallidus, vel rubeus. Et est Doctorū communis; quos non citamus: quia, vt inquit M. Soto hic q. 3. concl. 2. cœclusio enidētior est, quam vt testibus indigeat: cum enim motus sit via ad terminū, & acquisitione eius; quid aliud est motus esse eiusdem speciei; quam ter-

minos esse eiusdem speciei?

5 Dubiū autē est, qualiter requiratur unitas medij? ¶ In motu locali unitatē medij requiri, ex parte docent Phyllophilus. tex. 32. & S. Th. lect. 6. litt. c. dicēs: ad hoc quod motus sit idem specie, non solum requiritur identitas termini secundū speciem; sed etiam identitas eius, per quod transit motus. Manifestū est autem, quod linea recta, & circularis sunt diuersæ secundum speciem: vnde motus circularis, & rectus, & voluntatio, & ambulatio, nō sunt idem secundū speciem, quāuis sint circa eosdem terminos; quia via non est eadem secundum speciem.

6 Rationem assignat M. Soto. q. 3. concl. 4. quia ista differentia medij quodammodo reducitur ad terminum ad quæ, qui quodammodo nō est per se idem in motu circulari, & recto: quia quādo res mouetur ab a. in b. per circulum, terminus per se illius motus, non est b. quia quād primum declinat à linea recta, iam declinat ab intentione illius, & per accidens est, quod illuc reuertatur. ¶ Potestque hoc explicari ex doctrina S. Th. 1. p. q. 1. a. 1. ad 2. nā ea dē conclusio demōstrata per diuersa media pertinet ad diuersas scientias: sicut illa propositio *terre est rotunda*, demonstratur a Phyllophilo, & ab Astrologo per diuersa media: ergo pariter in motu locali.

7 Restat ergo videre, an idē dicēdū sit in motu alterationis? Quid est inquirere, an motus dealbationis à nigro in album per fascum, & motus à nigro in album per viride, sint eiusdem speciei;

Auicena, quém eitant, & sequuntur B. Albertus tractatu 3.c. 1. Ferrara 5. Phys. q. 4. concl. 2. Conimb. cap. 4. q. 3. art. 2. arbitrantur specie distinguui; quia motus, qui terminatur ad colores medios, in illis sistendo, distinguuntur specie, sicut & ipsi colores inter se distinguuntur. Per hoc autem quod ordinetur ad alium, non amittunt propriam naturam: ergo diuersitas mediorum inducit diuersitatē specificam terminorum ad quos; ac per consequens tales motus specie distinguitur.

8 Oppositū indicat Phylosophus, & S. Th. relati n. 4. docent enim de albationes omnes sine exceptione esse eiusdem speciei specialissimæ; quod si in illis esset exceptio, quæ est in motu locali, eam non præmissiliset. Et ratio est iam assignata, quia motus specificatur à termino perse intento; per quæcumque auctē media, seu per quæcumque colores medios eadem dealbatio intenditur: ergo per quæcumque media dealbatio est eiusdem speciei, ut cum Paulo Veneto tenent Soto dicta concl. 4. PP. Carmel. disp. 23. q. 1. n. 19. & alij frequenter. Et sic patet differentia inter motum alterationis, & motum localem; quia in isto, variato medio, perse loquendo, variatur terminus perse intentus, ut iam diximus; at vero in motu alterationis semper differentia mediorum se habet per accidens quia hac, & illa via inchoatur idē, & vltimate ad idem peruenit.

9 Magis idem explicant Masius sect. 2. q. 3. Rubio cap. 4. q. 1. n. 36.

& alij asserentes, quod cum colores medijs distinguantur specie ab extremis; motus ad extremum per media, non est unus, & idē, sed plures, & diuersi, iuxta terminos diuersitatem. Motus ergo ad colores medios specie distinguuntur, iuxta diuersitatem colorum, quorū motus sunt inchoationes. Motus vero quo peruenit ad terminum est eiusdem speciei quæcumque præcesserint media. Et sic omnia consonoant.

10 Obiter aduerte quosdā existimare colores cōponi ex extremis, ita vt formaliter maneant in illis quamuis debilitatos, & refractos. Ita Pereira lib. 13. cap. 8. n. 9. Meli tamen Soncinas lib. 10. Metaph. q. 21. colores extremos solum mane re virtualiter in medijs, sicut elementa dicuntur manere in mixto: de quo tamen alibi opportunius differemus. S. Thom. 1. part. q. 108. art. 5. ac 4. solum docet medium participare naturam utriusque extremitatis, & non explicat, an formaliter, an virtualiter in illis extrema maneant?

11 Præterea notandum ex D. Thibma quæst. 6. de Potentia artic. 8. quod proprie actio sicut & motus, à termino speciem habet; à principio autem habet, quod sit naturalis proprie: motus enim, & actiones naturales dicuntur, quæ sunt à principio intrinseco: vnde motus naturalis, & violentus accidentaliter differunt in ratione motus; quamvis essentialiter differant secundum alias rationes: & communiter motus naturalis solet tendere ad formam specie distinctam à mo-

Q. I. Tria requiruntur ad unitatem motus. 523

à motu violento, & ex parte terai  
norum solent specie distingui. Vi-  
deatur M. Soto ad 5.

QVAESTIO III.

A quo sumatur unitas nume-  
rica motus?

S. I.

Tria requiruntur ad unitatem  
motus.

1 Dico primo, ad unitatem nu-  
mericam motus requiritur  
unitas mobilis, termini, & tempo-  
ris. Ita Phylosophus text. 35. & S.  
Thomas lect. 6. litt. d. & tota lect.  
7. & communiter Doctores. Et prior  
pars est manifesta, quia motus est  
accidens mobilis: accidētia autem  
individuantur à subiecto: ergo non  
est unus numero motus, nisi sit unus  
numero mobile.

2 Aliæ duæ partes probantur à  
Phylospho text. 39. quia tunc est  
simpliciter unus numero motus cū  
est continuus: non enim motus est  
unus unitate individabilitatis; quia  
nullus motus individibilis est. Sed  
ad continuationem motus requiri-  
tur tria prædicta. Quorum primum  
est unitas speciei ex parte termini;  
*Quia ea qua sunt diuersorum generū, vel*  
*specierum non possunt continuari ad insi-*  
*cim. cum eorum ultima nō possint*  
*esse unum. Secundū est unitas sub-*  
*iecti; quia diuersorum subiectorum*  
*motus non possunt esse continui.*  
*Tertio requiritur unitas temporis;*  
*quia si quies interponitur, erit mal-*

timotus, & non unus: multi enim  
motus, & non unus sunt, quorum  
quies in medio est. Ergo tria prædi-  
cta requirantur ad hoc quod sit uni-  
tas motus simpliciter.

3 Contra priorem partem est vul-  
garē argumentum: nam si canis ab  
alto cades in via moreretur, idem  
numero esset motus canis viui, &  
cadaveris; cum esset unus continua-  
nus descensus: & tamen non esset  
idem subiectum motus: ergo ad uni-  
tatem motus numericā non requiri-  
ritur unitas subiecti.

Respondet Toletus q. 3. post sec-  
undam concl. illum motum con-  
tinuari propter unicam eandē ma-  
teriam, cui cum inhāreant accidē-  
tia ista materialia; licet mutentur  
cōposita, non mutātur motus, sed  
continuantur, & unico termino cō-  
muni copulantur; quia in quoq; instanti  
verum est dicere, motus est.

4 Sed præterquāquod supponit  
sententiam iam reiecitam 2. p. Meta-  
phis. Controu. 3. Adhuc si admittit  
retur accidētia alia subiectari in ma-  
teria, nemp̄, quae ordinātur, & dis-  
ponit ad introductionē formæ sub-  
stantialis; tamen vt aduertit Soto q.  
3. ad 6. nulla estrapparentia, quod  
moueri localiter, ledere, & similia  
conueniant nisi toti composito. Et  
ideò in omni opihione casus canis  
viui, & casus cadaveris sunt quidē  
motus contigui propter unitatem  
temporis; non tamen cōtigui prop-  
ter diuersitatem mobilis. Et idē di-  
cendum de gutta, si physice mute-  
tur ita notabiliter, vt physice non  
maneat eadem. Hęc autem inter-  
ruptio nō est per quietem proprię  
diciam.

dictam, quæ mensuretur tempore; sed soluni permutatum esse extrinsecum, vt explicat Rubio hic q. 2. n. 42. quod exactius intelligetur ex dicendis lib. 7. q. 5. n. 10.

5 Secundo obijcies: cum quis cōtinue mouetur localiter, est vnu numero motus: & tamen termini sunt diuersi, nempe, diversa loca, & diuerta vbi: ergo ad unitatem motus non requiritur unitas termini.

Respondet distingiendo minorem; & concedo de diuersitate partiali in esse entis, nego tamen de diuersitate totali in esse terminorum, quia loci, & vbi, quatenus per unū motum non interruptum possum acquiri, formaliter sunt vnius terminus. Qualiter autem locus, & vbi acquirantur? Subtiliter disputat Socrinas lib. 5. Metaph. q. 41. & supponit ex q. 40. quod vbi noue est res distincta a loco, licet distinguantur ratione, quia diuersimode denominant vbi, & locus: sicut autem se habet instantis ad tempus, ita vbi continuatio, ad sui continuacionem. Et hoc praeuisco facile percipietur duplex vbi, quod ibi distinguit: de quibus non vacat latius tractare.

6 Tertio obijcies rationem illâ Phylosophi (quia quæ differunt numero, non possunt esse continua) multas pati instantias. Nam virga cuius medietas est viridis, medietas vero sicca, differunt specie; & tamen est una numero. Secundo, quando arbor una inseritur alteri differenti specie, ambae tandem continuantur. Tertio, partes animalis differentes specie, vt ossa, carnes, & nervi faciant unum.

Ad hoc respondet Toletus q. 3: ad 3. in istis casibus partes esse cōtinuas: nam discontinuari contradicit sensui, imo & rationi: nam cum partes viue paulatim moriantur, si discontinuarentur, mortua iterum continuaretur cum mortuis: & sic erunt jacumerae cōtinuations, & discontinuations incredibiles. Philosophus vero solu intendit, quod cū duæ res diuersæ speciei fuerint discretæ, & disiunctæ, nequeunt cōtinuari manetes sub suis speciebus.

7 Aliter M. Soto q. 3. ad 8. & multi alii, quos citat, & sequitur Mafius lect. 2. q. 4. negant partes illas esse cōtinuas; quia formæ sunt diuersæ, ac per consequens accidētia, quæ sunt in toto composto diuersa erunt: eo quod in corruptione sit resolutio usque ad materiam primam: & in composto una dimittat est quantitas quo omnia continuantur. Vnde, inquit M. Soto, qui putant partes virideam, & sicca esse cōtinuas, solo vtuntur fallaci testimonio sensus: quod tamen certo iudicio intellectus ex natura rerum deberent corrigere. ¶ Pariter arbor alteri insita illi non continuatur: sed ramus insitus unitur truncō, cui inseritur tamquam via per quam recipit humorem, & alimentum terræ. Si autem rami essent eiusdem speciei, tunc forte posset fieri continuatio per alimentum.

8 Ad tertiam dicitur, quod cū in uno homine non sit nisi una forma subtilialis, partes nō differunt specie perfecta, sed imperfecta, propter varias partiū dispositiones, quæ ordinantur ad compositionem rotius.

## §. 2 Vtrum requiratur vnitatis spatij, &c. 525

tius. Vnde S. Thom. i. p. q. 76. art. 5. ad 3. ait, quod partes animalis, vt oculus, manus, caro, & os, & huiusmodi non sunt in specie, sed totum: & ideo non potest dici, proprius loquendo, quod sint diversarum specierum; sed quod sint diversarum dispositionum.

### s. II.

Vtrum requiratur vnitatis spatij,  
& vnitatis efficientis?

9 Dico secundo, ad vnitatem numericam motus non exigitur vnitatis spatij materialis, per quod fit motus. Ita Phylosophus tex. 23. & S. Thom. lect. 5. litt. c. dicens: ex parte magnitudinis, per quam trahit motus, potest esse aliqua media interpolatio, sine praedictio continuationis moti: sicut patet in transibibus viarum, in quibus ponuntur lapides ad inuicem modicum distantes, per quos transit homo de una parte viae ad aliam motu continuo. Postea subdit ad idem exemplum Phylosophi: vt si aliquis eithariçans, statim post hyparē, id est, primam cordam grauem, sonet ultimam acutam, intermissionis quibusdam cordis in medio. Similiter, si lapsus à cælo usque ad terram descendet, motus esset continuus, quamuis elementa, per quae transit non essent continua.

10 Rationem bene assignat M. Soto q. 3. art. 2. nam continua sunt illa quorum ultima sunt unum: sed partes motus non continuantur per puncta, vel lineas, quibus continuantur partes magnitudinis spa-

tij, sed continuantur per mutata esse, quæ sunt alterius generis, scilicet, per hoc quod mobile aliter se habet, & aliter in diversis partibus spatij: ergo vt sit unus motus continuus non requiritur unum spatium materialiter.

11 Maior difficultas est de vnitate motoris, vel efficientis: nam Soto insinuat non requiri ad vnitatem numericam motus; quia motor non est de definitione motus, nec de eius quidditate, nec ab illo sortitur speciem. Nec Aristoteles loquens de vnitate motus meminit hic de motore. Vnde infert Soto notab. 2. quod si formica una veheret granum tritici usque ad certum punctum; & inde ulterius veheretur ab alia sine media quiete; motus grani esset unus, & continuus, quia est unum subiectum; motus tamen secundæ formicæ aliis esset numero à motu primæ, nec posset esse continuus, quia subiecta differunt numero. Sed granum motuerit in isto casu à motoribus numero distinctis: ergo vnitatis numerica motoris non exigitur ad vnitatem numericam motus.

Deinde, vt arguit M. Ioann. à S. Thom. quest. 19. art. 4. §. Si vero, potest vnicus motus procedere à pluribus causis partialibus in eodem subiecto, vt cum natis trahitur à pluribus: ergo vnitatis motoris entitatiue, & absolute non requiritur ad vnitatem motus.

12. Dico tertio, ad vnitatem numericam motus exigitur vnitatis motoris. Ita Phylosophus lib. 8. tex. 49. vbi S. Thom. lect. 12. litt. g. ai-

ad hoc quod motus sit continuus, necesse est quod sit unus: *Ad hoc vero quod sit unus necesse est quod sit ab uno monete, & unius mobilis: si vero sit aliud, & aliud monens, non erit unus motus continuus, sed consequenter habens.* Et tex. 83. lect. 23. litt. a. idem repetunt. Quare ita tenent PP. Carm. disput. 23. n. 14. & 31. PP. Conim. c. 4. q. 5. art. 1. & esse iam fere communem testatur Rubio quæst. 2. in fine.

13 Et probatur primo: motus ad motorem comparatur ut effectus ad causam efficientem: sed individuatio effectus pendet ab hac numero causa, ut cū ipso M. Soto, & communi Thomistarum, diximus lib. 2. q. 23. n. 5. ergo individuatio motus pendet ab hoc numero motore.

Secundo, ut ostendimus Libr. 3. q. 3. n. 8. motus identificatur cum actione: sed actio non est eadem numero à diuersis agentibus, ut probat S. Thomas lib. 2. Contrag. cap. 57. quia actio consequitur formā, & virtutem: vnde quorum sunt diuersae formae, & virtutes, oportet actiones esse diuersas. Ergo nec motus est simpliciter idem numero à diuersis agentibus.

14 Vnde in casibus relatis n. 11. est unus motus secundū quid ex parte subiecti, simpliciter vero plures ex parte agentium: vnde alio motore applicato, interrumperetur motus ab extrinseco. Pariterque motus, qui est ab una causa, distinguitur ab eo, qui est à duplice causa partiali; cū agentia sint diuersa, & motus implexus differat ab eo, qui coactit ex multis partialibus mouentibus.

15 Omissit autem Phylosophus hoc loco hanc conditionem exprimere; vel quia reseruauit ad librū 8. in quo de motore agendum erat, & ibi eam expressit: vel quia unitas motoris non exigitur ex specialibus motus, sed ex generali ratione effectus, & quia est quid identificatum cum actione: docet autem S. Thom. in 2. dist. 40. q. 1. art. 4. ad 1. quod differentia actionis; & passionis, non est nisi penes terminos, scilicet, agens, & patiens; & motus abstractus ab uno quaque termino (licet non absrahatur ab ordine ad terminum ad quem) ideo motus significatur ut sine ista differentia. Eademque ratione in requisitis ad unitatem motus, non explicantur requisita ad unitatem actionis, ut actio est.

### QVAESTIO III.

#### De contrarietate motuum.

1 D E his late Phylosophus, & S. Thom. lect. 8. 9. & 10. Soto quæst. 4. per decem conclusiones. Masius lect. 3. per quatuor conclusiones. Breuiter notandum, quod motus in ratione motus habet contrarietatem penes terminos ad quos; quia ab ipsis habet speciem, & formam: consequitur autem habet contrarietatem penes terminos à quibus; quia si termini ad quos sunt contrarij, consequitur ut termini à quibus perse prius sint contrarij. At vero motus in esse contrariatur, vel ratione qualitatum, quas habet; aut ratione principiorum, sicut motus naturalis contraria-

trariatur violento; aut aliunde.

2 Motus autem quieti opponitur priuatue, cum quies sit cessatio à motu; vnde motus non opponitur quieti sub termino ad quem; sed quieti sub termino à quo, quæ expellitur per motum. Et quies sub termino à quo contrariatur quieti sub termino ad quem; vt frigidum calido. Et maior est contrarietas inter duos motus, quam inter motum, & quietem; cum motus contrarij sub nullo gradu possint esse simul, nempe accessus, & recessus; at vero motus, & quies in gradu remisso posint esse simul. De quo Soncinas lib. 10. Metaph. q. 22. & alij, quos citant, & sequuntur PP. Carmel. hic disp. 24. quæst. 2. & Masius q. 4.

3 Circa rationem, qua Phylosophus text. 47. probat, quod non est accipienda contrarietas motus secundum contrarietatem unius termini ad alium, ex eo quod idem & unus est; esse tamen non idem est ipsi, sicut non est idem ex sanitate unius, & in agititudinem. Notandum, quod Toletus quæst. 4. in principio refert S. Tho. super illum textum dicere, re esse plures motus à contrario in contrariū; subiecto vero esse unum.

4 Cæterum fingit hostem, quem feriat: imo impedit Angelico Doctori expositionem ipsi pugnatum: nam ibi lect. 8. litt. b. expresse ait S. Tho. Idem non est sibi ipsi contrarium: sed motus, qui est ex sanitate, motui, qui est in agititudinem, est unus, & idem subiecto; sed ipsi non est idem, id est, inquit Sanctus Tho-

mas, differente ratione; eo modo, quo non est idem secundum rationem motus à sanitate, & moueri in agititudinem, quia unus importat habitudinem motus ad terminum à quo; alius autem habitudinem eiusdem motus ad terminum ad quem. Ergo ex Diuo Thoma, cum aliquid à contrario in contrarium mouetur, est unus motus realiter, & duplex ratione respectuum; seu est unus motus, & duplex mutatio; sicut in motu locali recessus ab uno, & accessus ad alium, tantum est unus motus: & hoc docuit Phylosophus etiā textu 9. & 40. & libr. 6. text. 40. & S. Thomas quæst. 28. de Veritate art. 1. post alia inquit: sic ergo, si in tristitu, qui est de albedine in nigredine, consideretur ipse motus, idem motus figuratur per ablationem unius, & inductionem alterius; non autem significatur eadē mutatio; sed diuersa: tamen se inuicem cōcomitantes; quia generatio unius, nō est sine corruptione alterius. Hæc ibi-

5 Sed obijcies: nā iuxta hoc, motus esset unū ens per accidēs, nēpe, aggregatum ex duplice mutatione specie diuersa: quod est falsum, alioquin non posset motus unū ca definitione definiri.

Respondetur, quod motus stricte sumptus, se habet ad mutationem ut species ad genus; quia est quædam mutatione successiva inter terminos positivos: & ab illa mutatione non distinguitur motus realiter, sicut nec species differt realiter à genere. Sed tamen quia realiter differt motus ab extremis; & ibi sunt quatuor

tuor termini; ideo per concomitā-  
tiam ibi importantur duæ mutatio-  
nes inter se distinctæ; sed vna illa-  
rum est motus; alia vero mu-

tatio, quia non habet omnes  
conditiones requisi-  
fatas ad mo-  
tum.

## LIBER SEXTVS PHYSI- CORVM ARISTOTELIS.

**I**Postquam explicuit Phylophus diuisionem motus in suas spe-  
cies, quæ sunt eius partes quasi sub-  
iectiæ, nunc intendit determina-  
re de his quæ pertinent ad diuisionem  
motus in partes quætitatiuas.  
Diuiditurque totus liber in capita  
decem: in duobus primis probat  
nullum continuum ex indiuisibili-  
bus componi: in duobus sequenti-  
bus tractat de diuisione motus: &  
alia duo agunt de ordine partium  
motus. In septimo explicat finitu,  
& infinitum in motu. In octavo  
agit de diuisione quietis. Denique  
in duobus postremis capitibus di-  
luit argumenta antiquorum.

### *Summa capitinis primi.*

**I**N hoc capite ostendit Phyloso-  
phus nullum continuum ex in-  
diuisibilibus cōponi. Deinde osten-  
dit, quod eadem est ratio de magni-  
tudine motuum, & temporis. Pri-  
mum, probat dupli ratione. Pri-  
ma talis est. Ex quibuscumque cō-  
ponitur aliquid vnum, vel per mo-  
dum continuationis, vel per mo-  
dum contactus, oportet quod ha-  
beant vltima, quæ sint vnum, vel

quæ sint simul. Sed vltima puncto-  
rum non possunt esse vnum; quia  
vltimum dicitur respectu alicuius  
partis, quæ non est in indiuisibili.  
Nec aliquid potest esse vltimum  
rei impartibilis; cum semper alterū  
sit vltimum, & illud cuius est vlti-  
mum: in impartibili autem non est  
accipere aliud, & aliud. Relin-  
quitur ergo quod linea non potest  
componi ex punctis.

Secundo, indiuisibilia non possunt  
se tangere: omne enim quod tan-  
git alterum, aut tangit secundū to-  
tum, aut secundum partē, aut pars  
vnus tangit totum alterius. Sed  
cum indiuisibile non habeat partē,  
non potest dici quod pars vnius tā-  
gat partē alterius, aut pars totum:  
& sic necesse est si duo puncta se tā-  
gant, quod totum tangat totum.  
Ergo non potest ex eis cōponi con-  
tinuum. Probatur consequentia,  
quia cōtinuum diuiditur in partes  
distinctas positione: quæ autem se-  
cundum se tota tangunt, nō dislin-  
guuntur loco, vel positione. Relin-  
quitur ergo quod ex punctis non  
possit cōponi linea per modum  
contactus. Nec etiā punctum con-  
sequenter se habet ad aliud punctū;

quia

quia inter duo puncta semper est linea media: ergo nullo modo continuum componitur ex solis indiuisibilibus.

3 Secunda principalis ratio est: ex quibuscumq; componitur, vel linea, vel tempus, in ipsa diuiditur: si ergo utrumque istorum componitur ex indiuisibilibus, sequitur, quod in indiuisibilia diuidatur. Sed hoc est falsum, cum nullum continuorum sit diuisibile in impartibilia: sic enim non esset diuisibile in infinitum. Nullum igitur continuum componitur ex indiuisibilibus.

4 Circa secundum, ait, quod si magnitudo ex indiuisibilibus componitur; & motus, qui transit per magnitudinem, componetur ex in diuisibilibus motibus aequalib; numero indiuisibilibus, ex quibus componitur magnitudo. Et autem impossibile, quod motus componatur ex momentis, sicut impossibile est, quod linea componatur ex punctis.

5 Et similiter est impossibile tempus componi ex ipsis nunc existentibus indiuisibilibus: nam sequetur, quod aequè velox mobile in minori tempore moueat per minorem magnitudinem: & ita sequitur, quod magnitudo sit diuisibilis.

### Summa capituli secundi.

6 Vo facit in hoc capite Phylosophus. Primo uberioris ostendit, quod magnitudo, & tempus similiter diuiduntur. Secundo manifestat, quod infinitum, & finitum

similiter inueniuntur in magnitudine, & tempore. Primum probat dupliciter: primo, quia per easdem, & aequalib; diuisiones diuiditur tempus, & magnitudo: nam velocius pertransit aequale spatium in minori tempore, & tardius in aequali tempore minorem magnitudinem: ergo proportionaliter sit diuisio magnitudinis, & temporis. Secundo, quia unum, & idem mobile regulariter motum, sicut in toto tempore pertransit totam magnitudinem, ita in medio tempore mediū magnitudinis; & uniuersaliter in minori tempore minorem magnitudinem: ergo similiter diuiditur tempus sicut & magnitudo.

7 In secunda parte distinguit infinitum in ultimis; & infinitum diuisione; priori modo dicitur indiuisibile per carentiam ultimorum indiuisibilium; at verò secundo modo dicitur infinitum, quod in infinitum diuidi potest. Etsi tempus esset utroque modo infinitum, & longitudine esset utroque modo infinita.

Ex quo remouet dubitationem Zenonis, qui volebat probare, quod nil mouetur de uno loco ad alium, quia oportet, quæa pertranseat infinita puncta media. Et respondet ad hominem, quod sicut spatium est infinitum secundū diuisionem, non autem per carentiam terminorum; ita & tempus.

Asterit deinde, quod nullū mobile potest pertransire infinitū spatium in tempore finito, neque finitum spatium in tempore infinito: sed oportet, si tempus est infinitum,

tum, quod magnitudo sit infinita, & è contra.

8 Denique probat, quod nullum continuum est indivisibile, quia sequeretur, quod indivisibile diuidetur. Quod fiet manifestum, supponendo, quod in omni tempore contingit velocius, & tardius moueri. Et quod velocius plus transit de magnitudine in æquali tempore. Et quod contingit esse excessum velocitatis ad velocitatem, & longitudinis ad longitudinem. Nam si vnum mobile pertranseat magnitudinem constantem tribus indivisibilibus. v.g. in tribus instantibus; aliud vero, quod in eodem tempore duo indivisibilia percurrat; tunc sequeretur, quod indivisibile diuidatur: oportebit enim, quod tardius vnam magnitudinem indivisibiliem pertranseat in uno indivisibili tempore, & din idio.

### Summa capituli tertij.

9 Paremittit dico necessaria ut in sequentibus explicet motus divisionem. In primis ostendit, quod in indivisibili temporis non contingit esse motum, neque quietem. Pro quo notat, quod aliquid dicitur nunc secundum alterum, & non secundum seipsum, & non est nunc primo, & per se, sed per aliquid sui: sicut dies est nunc. Id quod dicitur nunc primo, & per se est indivisibile, & in omni tempore, & idem est terminus præteriti, & futuri: quia si nunc sit indivisibile, sequeretur, quod aliquid de præterito sit in futuro, & aliquid futuri sit in præterito,

10 Ex his dicit esse manifestum, quod in nunc nihil possit moueri, quia si aliquid potest moueri in nunc, continget in nunc moueri duo mobilia, quorum unum sit velocius, & aliud tardius; unde sequitur, quod velocius moueat per eandem magnitudinem in minori quam nunc: ergo nunc dividitur; sed ostensum est, quod nunc est indivisibile: ergo non potest aliquid moueri in nunc. Nec in nunc potest aliquid propriè quiescere: nam quies est priuatio motus: unde nihil quiescit, nisi quod est aptum natum moueri, & quando, & sicut natum est moueri: sed ostensum est quod nihil aptum natum est moueri in ipso nunc: ergo nihil quiescit in nunc.

11 Secundo præmittit, quod omnino quod mouetur est indivisibile, cum sit partim in uno, & partim in altero termino: quia omnis mutatio est à quodam in quidam; & intermino ad quem, iam mutatum est; quādo vero est in termino ex quo mutatur, secundum se totum, & secundum omnes partes, tunc non mutatur, sed quiescit: neque simul est in duobus locis. Relinquitur ergo quod omne, quod mutatur, dum mutatur, secundum aliquid sui est in uno, & secundum aliquid sui est in altero. Quod præcipue, & per se primo verificatur in motu locali; in alijs autem motibus secundum quod aliquid continuitatis, & regularitatis participant. Sic ergo mobile secundum locum semper præsubintrat locum, in quem tendit secundū partem, quam secundū totū.

## Summa capitinis quarti.

**i2** Proponit duos modos, quib⁹ motus diuiditur, & ostendit, quæ sunt illa, quæ simul diuiduntur cum motu. Motus diuidi potest diuisione mobilis, & diuisione temporis: diuisione mobilis, quia mo-  
to toto mouentur partes: cum er-  
go utraque partium mobilis mo-  
ueatur secundum utramque partiū  
motus, motus totius diuiditur per  
motum partium. ¶ Quod autem  
motus diuidatur secundum diuisio-  
nem temporis, probatur; quia om-  
nis motus est in tempore; & omne  
tempus est diuisibile: cum ergo in  
minori tempore sit minor motus,  
neccesse est, quod omnis motus di-  
uidatur secundum tempus.

**i3** Quinque similiter diuiduntur,  
ac motus, scilicet, tempus, & mo-  
tus, & ipsum moueri, & mobile,  
quod mouetur; & id in quo est  
motus, vel locus, vel qualita-  
tas, vel quantitas: quorumdam qui  
dem per se, quorumdam vero per  
accidens: per se quidem omniū eo-  
rum, quæ pertinent ad genus qua-  
titatis, ut est in motu locali, & in  
augmento, & decremento; per acci-  
dens vero in ijs, quæ pertinent ad  
qualitatē, ut in motu alterationis.  
Probat, quia si aliquid mouetur  
per totā magnitudinē in toto tēpo-  
re, in medietate tēporis mouetur  
per minorem magnitudinē. Pariter  
partes eius, quod est moueri respo-  
ndet partibus motus: & similiter id  
in quo est motus. Sicut autē quinq;  
præmissa consequuntur diuisibilita-

tem, ita sequuntur in hoc, quod  
est esse finita, vel infinita.

## Summa capitinis quinti.

**i4** Vox facit in hoc capite; ostē-  
dit, quod id in quo primum  
mutatum est, est indiuisibile. Secū-  
do explicat quomodo in motu po-  
sit inteniri primum mutatum est.  
Ad primum præmittit, quod om-  
ne quod mutatur quando iam mu-  
tatum est, est in termino ad quem:  
nam istum terminum acquirit, & il-  
lum deserit, ut patet per omnia ge-  
nera mutationum. Igitur mutatū  
est primo, & per se, est in indiuisibi-  
li; alioquin non primo mutatū est,  
vel aliquid est prius primo; quod  
est impossibile: ergo oportet dice-  
re, quod id tempus, in quo aliquid  
mutatum est, sit indiuisibile.

**i5** In secunda parte ostēdit, quod  
ex parte terminacionis datur pri-  
mum mutatum est, quia est termi-  
nus motus; omnis autem terminus  
continui indiuisibilis est. Ex parte  
autem principij nō est accipere pri-  
mum in quo mutatū est: quod pro-  
batur primo ex parte tēporis; alio-  
quin erant duo nunc immediata,  
& tempus erit compositum ex in-  
diuisibilibus: quin potius tempus  
diuiditur in infinitū, sicut & quod-  
libet continuum: & ita semper est  
accipere partem minorē ante par-  
tem maiorem. Secundo idem pro-  
batur ex parte mobilis: nam pri-  
mo pertransit aliquid determina-  
tum prima pars mobilis, & secun-  
do secunda, & sic deinceps. Idem  
constat ex parte spatij, seu termini,  
qui diuisibiliter acquiritur.

*Summa capitinis sexti.*

**16** *O*nem eorū, quæ in motu inueniuntur. Et ad hoc præmittit, quod in tempore aliquo dicitur aliquid mutari dupliciter; uno modo primo, & perse; alio modo secundum alterum, seu ratione partis; sicut dicitur aliquid mutari in anno, quando mutatur in die. Si ergo aliquid mutatur primo in aliquo tempore, necesse est, quod mutetur in qualibet parte illius temporis: hoc enim dicitur prinio aliqui conuenire, quod conuenit ei secundum quamlibet suam partem.

**17** Hoc præmisso, ostendit, quod ante omne moueri, præcedit mutatum esse: sicut enim punctus nominat terminum lineæ; ita mutatum esse nominat terminū motus; quæcumque autem pars lineæ accipitur, semper verum est dicere, quod ante consummationem lineæ totius, sit accipere aliquod punctum; secundum quod linea diuidatur: & similiter ante quemlibet motū, & ante quamcunque partem motus, est accipere aliquod mutatum esse: quia dum mobile est in moueri ad aliquem terminum, iam pertransiuit aliquod signum, respectu cuius dicitur mutatum esse: sicut ergo in qualibet linea est signare infinites punctum ante punctum, & in qualibet tempore infinites nūc, propter hoc, quod utrumque est diuisibile in infinitum; ita in quo-

libet moueri est signare infinites mutatum esse; quia motus est in infinitum diuisibilis, sicut linea, & tēpus.

**18** E conuerso etiam necesse est, quod ante omne mutatum esse præcedat mutari; quia mutatum esse est terminus eius, quod est moueri: unde oportet, quod ante mutatum esse præcedat moueri.

*Summa capitinis septimi.*

**19** DETERMINAT in hoc capite Phyllosophus de finito, & infinito in motu: & tria facit. Primo ostendit, quod infinitum similiter inuenitur in magnitudine, & tempore. Secundo, quod similiter inuenitur etiam in mobili. Tertio, quod similiter inuenitur etiam in motu. Ait ergo primo, impossibile esse in tempore finito, per transire magnitudinem infinitam, ita quod in toto tempore moueat per totam magnitudinem non circulariter. Et è conuerso, si tempus est finitum, & magnitudo est finita. Nec infinitum spatium potest pertransiri tempore finito. Nec iterum potest quiescere infinita tempore finito: quia cum tempus diuidatur in partes finitas æquales; & tot oporteat esse partes magnitudinis quot temporis, sequitur, quod spatium infinitum consummetur facta finita ablitione: hoc autem est impossibile: ergo manifestum est, quod infinitum spatium non pertransitur tempore finito.

Secundo.

20 Secundo assentit, quod infinitum mobile non potest per transire finitam magnitudinem in tempore finito: accipiatur enim aliqua pars temporis finiti; in illa parte spatium finitum pertransibit, non totum mobile, sed pars mobilis; & in alia parte temporis similiter, & sic de alijs: & sic oportebit excipere tot partes mobilis, quot accipiuntur partes temporis. Infinitum autem non componitur ex partibus finitis: ergo sequetur quod mobile, quod mouetur in toto tempore finito, sit finitum.

Rursus, mobile non est in infinitum, si magnitudo sit infinita, & tempus finitum. Nec mobile potest esse infinitum, si magnitudo sit finita, & tempus infinitum: quod patet ex adaequatione, & commensuratione iam dicta.

21 Denique ostendit, quod finitum, & infinitum similiter invenitur in motu, sicut in mobili, & tempore: quantitas enim motus accipitur secundum quantitatem spatij: unde non differt motum dicere infinitum, aut magnitudinem.

*Summa capitinis octauis.*

22 Dicitur terminat de his, quae pertinent ad divisionem quietis; & quia statio est generatio quietis: primo determinat, ea, quae pertinent ad stationem; secundo ea, quae pertinent ad quietem. De statione ait, quod omne quod stat, id est, inquietem tendit, quieticit. Omne etiam quod stat, stat

in tempore: quia omne quod stat, mouetur. Et sicut non est accipere aliquam primam partem temporis, in qua aliquod mobile mouetur; ita etiam est in statione, quia nec in ipso moueri, neque in ipso stare potest esse aliqua prima pars.

23 De quiete idem ostendit, quia quies est priuatio motus in subiecto apto: unde sicut motus non est in indivisiibili temporis; nec aliquid quiescit in impartibili temporis.

24 Denique, distinguit id quod mouetur, ab eo quod quiescit, dicens, quod si accipiatur aliquod mobile, quod primo, & per se moueat, & non solum ratione suæ partis, impossibile est, quod sit secundum aliquid unum, & idem illius rei in qua est motus: nā quiescere est quod aliquid sit in uno, & eodem in diversis nunc: & non contingit aliquid simul quiescere, & moueri.

*Summa capitinis noni.*

25 Soluit in hoc capite rationes Zenonis. Primo eam qua probabat motum non esse: & erat talis: omne quod est in loco sibi aequali, aut mouetur, aut quieticit: sed omne, quod fertur, in quolibet nūc est in aliquo loco sibi aequali: ergo, & in quolibet nūc, aut mouetur, aut quieticit: sed non mouetur: ergo quieticit. Si autem in nullo nūc mouetur, sequitur quod in toto tempore non moueat, sed quietescat.

Respondet Phylosophus, quod ad hoc quod aliquid moueatur in tempore aliquo oportet, quod moueatur in qualibet parte illius temporis. ipsa autem nunc non sunt partes temporis: non enim componitur tempus ex nunc indiuisibilis<sup>2</sup>.

26 Secundo ponit rationes, quibus Zeno vtebatur ad destruendū motū. Et vtebatur quatuor rationibus: quarum prima talis est. Si aliquid mouetur per aliquid spatiū, oportet, quod prius pertranseat medium, quam perueniat ad finē: sed cū illud mediū sit diuisibile, oportebit, quod etiā prius pertranseat medium illius mediū: & sic in infinitū; cum magnitudo sit in infinitum diuisibilis: infinita autem non est trāsire in aliquo tempore finito: ergo nihil potest moueri.

Respondet primo ex dictis text. 19. ex mente arguentis, quod similiter tempus in infinita diuiditur, sicut, & magnitudo. Secundo respōdet lib. 8. text. 68. quod mobile non vtitur infinitis, quae sunt in magnitudine, quasi in actu existentibus; sed vt in potentia existentibus: quia si oporteret transire infinita quasi in actu existentia, nunquam venire tur ad finem.

27 Secundā rationem, vocabant Achilem, quasi invincibilem, & insolubilem: & erat talis. Si aliquid mouetur, sequitur, quod id, quod currit tardius, si incepit primo moueri, nunquam attingetur à quocumque velocissimo: quod falso est. Probatur sequela, quia antequam velocissimum attingat tardissimum, necesse est quod pertranscat distan-

tiam usque ubi tardissimum incepit, & cum tunc moueatur, nunquam velocissimum attingit tardissimum.

Respondet continere eandē falatiani; & ideo respondet eodem modo, quia falsum est, quod tardius precedens nunquam vincatur à velociori sequenti: quia mobile perueniet ad terminum in minori tempore, quam tardius moueatur. Tertia ratio est eadem cum prima soluta num. 25.

28 Quarta ratio Zenonis erat: nā si dentur duæ magnitudines æquales, quæ mouentur per aliquid spatium stadij æquale utriusque in quantitate, & una magnitudo moueatur versus unam partem, & alia versus aliam; ita tamē, quod una magnitudinum mobilium incipiat moueri à fine stadij ei æqualis; alia vero incipiat moueri à medietate stadij, sive spatijs in stadio dato, & utrumque moueatur æquè velociter. Hac positione facta, tempus dimidij est æquale duplo: quod cum sit impossibile; sequitur impossibile esse aliquid moueri.

Respondet Phylosophus, quod Zeno in hoc decipiebatur, quod accipiebat ex una parte mobile moueri iuxta magnitudinem motam, & ex alia parte accipiebat, quod mouetur iuxta magnitudinem quiescentem æqualem magnitudini motæ, &c. Quod patet esse falsum, quia cum aliquid mouetur iuxta magnitudinem quiescentem, non est ibi nisi unus motus: sed quādo aliquid mouetur iuxta magnitudinem motam, sūt ibi duo motus. Etsi sint in eadem parte, addetur de-

de tempore: si autem sint in oppositas partes, diminuetur de tempore secundum quantitatem alterius motus. Alias rationes afferebat, quae absque difficultate soluuntur.

## Summa capitinis decimi.

**29** In ultimo capite duo praestat; primo ostendit, quod impartibile non mouetur: per quod delruit opinio Democriti ponentis atomos perse mobiles: secundo probat, quod nulla mutatio est infinita: quod est contra Heraclitum, qui posuit omnia moueri semper.

Circa primum asserit, quod impartibile non potest moueri; nisi forte per accidens, ad motum alterius; non sicut pars mouetur ad motum totius: quia nulla magnitudo componitur ex indivisiibibus; nam impertibile hic dicitur, quod est indivisiibile secundum qualitatem. Quod igitur perse non contingat impartibile moueri, probatur: quia non potest partim esse in termino a quo, & partim in termino ad quem. Deinde eiusdem rationis est, quod fiat motus in nunc, & quod indivisiibile aliquod moueat; sed est impossibile, quod in nunc fiat motus: ergo impossibile est, quod indivisiibile moueat.

**30** Ostendit in secunda parte, quod nulla mutatio est infinita: quia omnis mutatio, praeter localem, habet ultimum in quod terminatur: sed quod terminis clauditur, non est infinitum: ergo nulla illarum potest esse infinita. De motu autem locali probatur specialiter; quia omne

quod mutatur secundum locum, mutatur in aliquid: sed infinitum non potest pertransiri: non ergo fertur aliquid localiter per infinitum: ergo nullus motus localis est infinitus.

**31** Demum docet, quod non contingit, quod unus numero motus duret tempore infinito; nisi in motu circulari, qui potest esse unus, & continuus tempore infinito, ut ipse dicit lib. 8. lectione 19. apud Diuum Thomam.

## QUAESTIO I.

Vtrum continuum componatur ex solis indivisiibibus?

§. I.

## Status questionis.

**I**VT termini questionis intelligantur, notandum, quod continuum dupli definitione inuenitur definitum a Philosopho: nam in Prædicamentis cap. de Quantitate, ait; quod continuum est cuius partes ad unum terminum communem copulantur. Et similiter lib. 5. Physicorum textu 26. docet, Continua esse quorum ultima sunt unum; ad differentiam contiguorum, quorum ultima sunt simul. v.g. duæ tabulæ conjunctæ dicuntur contigueri; partes vero eiusdem tabulæ sunt continuæ; eandem definitionem continui repetit Philosophus hoc lib. 6. text. 1. Ceterū ipse Aristoteles lib. 3. Physicorum in principio definit continuum, dicens: Continuum esse diuisibile in infinitum.

tum. Quarum definitionum conuenientiam, & ipsarum inter se discri men optimè declarat S. Tho. lib. 3. Physic. lect. 1. litt. b. aliterens : diffe rent autem hæc duæ definitiones: cōtinuum enim cum sit quoddam totum, per partes suas definiiri habet. Partes autem dupliceiter comparā tur ad totum; scilicet, secundum compositionem, pro ut ex partibus totum componitur; & secundum resolutionem, pro ut totum diuiditur in partes. Hæc igitur definitio continua data est secundum viam resolutionis: quæ autem ponitur in Prædicamentis (& in hoc libr. 6.) secundum viam compositionis. Hæc S. Thom. ex quo habemus quid sit continuum.

2. Ut intelligatur quid accipiatur nomine indiuisibili: Notandum, quod ex vivoci denotat negationem potentie ut diuidatur. Aduer tit autem S. Thom. 1. p. q. 8. art. 2. ad 2. quod indiuisibile est duplex: vnum quod est terminus continua, ut punctus in permanētibus, & momentum in successiuis. Aliud autem indiuisibile est, quod est extra totū genus continua: & hoc modo substantia incorporeæ, ut Deus, Angelus, & Animadicuntur esse indiuisibiles. Sed diuersimode; nam ut ait S. Thom. 1. p. q. 52. art. 2. punctum est indiuisibile habens situm; sed Angelus (& aliæ substantiæ spiritua les) est indiuisibile extra genus quā titatis, & situs existens: de quo S. Thom. ibi q. 53. art. 1. ad 1. & alibi sæpe. Non loquimur de indiuisibilibus spiritualibus, sed de indiuisibilibus de genere quantitatis.

3. Supponimus autem continuū non esse quid simplex (ut arbitrii sunt aliqui Antiqui relati ab Algazel lib. 1. Logicæ) sed compositū; siquidem est diuisibile, & aliquid conuenit vni parti, quod non alteri; cū igitur vniuantur partes, inquirimus, ex quibus constet; an ex partibus continua semper diuisibili bus? An vero ex solis punctis, vel in diuisibilibus coaceruatis, vel inter se copulatis?

4. Zeno, & Phytagoras, & alij prædecessores Aristotelis, docue rant continuum ex solis constare indiuisibilibus finitis; sicut ex arenis resultat aceruus; non tamē esse ens peraccidens, quia indiuisibilia continua inter se copulantur, & vniuntur. Eandē fuit sequutus Maior in 2. dist. 2. q. 5. ( licet re melius inspecta, eam retractauerit libr. 6. Phys. q. 1. ut testatur Masius q. 4. concl. 4.) & suscitauit Herice. 1. p. tract. 4. dif. 43. c. 2. n. 26. & tenere Recentiores multos, & graues So ciетatis Iesu, testatur Arriaga disp. 16. Phys. sec. 2. & quamvis dissimilat, Ipse cā sequitur per duodecim sectiones; siquidē argumenta, quæ fiunt contra Aristotelē, insoluta relinquunt. Fere eodē modo pro ceedit Ioan. Pótius dis. 47. q. 2. siquidē ait, oppositam sententiam esse probabiliē probabilitate desumpta magis ex authoritate, quam ratione. Sed aperte idem tuetur Cornelius à S. Patritio tract. de continuo sec.

2. num. 1. & alij Recentiores Societatis communi ter.

## § 2. De authoritate Concilij Cōstantiensis. 537

s. II.

### Vera sententia authoritate probatur.

**D**icendum tamen est, continua non cōstare ex solis in diuisibilibus, vt linea ex punctis. Ita Phylosophus hic text. 1. & fere toto lib. 6. cuius sentētiani sequuntur sunt omnes Peripatetici, tam Phylosophi, quam Theologi, quos sequenti questione in particulari referemus: nam qui in illa questione dissentiant, in ista cōsentiant. Imo ex Patribus approbatū à D. Basilio homilia 1. Exameron litt. d. S. Augustino libr. 11. de Trinitate c. 12. & libr. de Quantitate animæ c. 11. & 12. S. Tho. lib. 6. Physicorum lect. 1. 5. & 7. & fere per totum. Et Opusc. 36. c. 2. & 1. p. q. 53. art. 3. & saepissime alibi.

6. Estque adeò recepta sentētia, quod P. Hurtado in Physica disp. 15. sect. 5. s. 50. oppositam suorum sententiam ita perscribit; hanc opinionem iacentem iam, ab inferis excitārunt duo, an iures e Recenioribus, utinā tam studiosi veritatis, quam nouitatis: est enim quoddam nouitatis genus annesius opinione, ac separatas pabuere, in lucē renocare. & à recta theologorum, & Phylosophorum pedibus tritava deflettere. Hæc ille de suorum opinione censet, quod olim de quoddam iudicarat S. Bernardus Epist. 77. Videatur plus nouitatis curiosus, quā studiosus veritatis, &c. Quod nō possum nō probare, & pro alijs opinionibus notare: licet ego primus proferre nō au derē in causa presenti pro decita viris religiosis, & doctis reuerentia-

tia. Præcipue cum lepide quidam apud M. Ortiz tract. 9. conf. 3. P. Hurtado responderit. Reete dicis, sed incipe à te.

7. Ad penitus profligandā à scho lis Catholicorū priorem sentētiā, præter authoritatē Patrū, & Theologorū, ac Phylosophorū, attulit P. Rubio tractatu de cōpositione continuo q. 2. Authoritatē Cōcilij Constantienis: nā sc̄l. 15. inter errores cōtra fidē; quibus irretitus fuit Ioann. Hus, eos etiā quos aduersus verā Phylosophiā tenuit, annotare volēs, hūc inter alios retulit, quod docuerit continuum cōponi ex diuisibilibus. **V**erba Saeri Concilij sunt. Linea aliqua mathematice continua cōponitur ex duob⁹, tribus, vel quartis pātis immediatis, aut solū ex pāctis simplici cōficiatis; vel rēp̄us est, vel erit cōpositū ex instantibus inmediatis. Itē non est possibile, quintūp̄us, & linea (si sim) taliter cōponantur. Prima pars est error in Phylosophia; sed ultima errat circa diuinā potentia. Ex quo infert P. Rubio, quod hæc pars, nō solū vt probabilis, sed vt vera, ac necessaria tenenda est. Quod expediet ponderare; quia multi conantur labefactare.

8. Multa subterfugia conquisita sunt ad effugiendam, vel eludendā hanc authoritatem. Quidam dixerunt illaverba: *Pater a pars est error, esle ipsius V. vi. cōficiatis Zenonē: Conciliū antē porti liberare sentētiā Zenonis à calamnia hæretici.* Hac appellat solutionem sc̄tis probabilit̄ Arriaga fact. 8. subsec. 6. n. 132.. Sed merito alij intolerabilem iudicant, & manifeste iniuriosam Patribus, Theologis, & Phylosophis.

Nec.

Nec suspicari posse, quod Patres Concilii tuerent pro Zenone, contra Aristotelem, reçeptum in scholis Philosophorum, & Theologorū, nemo est, qui honyideat. Deinde, violentiam infert contextui: alioquin etiam posteriora verba erunt hæretici (siquidem tota oratio eodem contextu, codē authore profertur) & sic Ecclesia damnat suam doctrinam, & hæretici patrocinij suscipit: quod nefas est cogitare.

9 Occurrūt secūdo, in aliquibus editionibus dicta verba omitti; & in summa Conciliorum non haberi. ¶ Ego vero quinque diuersas editiones, quā potui diligentia per legi, & in omnibus ita haberī conperi: præcipue in editione Coloniensi anni 1567. & Veneta 1587. & Romana notissima, & in Coloniensi anni 1618. Quare suspicatus sum non facile creui posse dicentibus in aliquibus deesse. Quod autē in summa Conciliorū nō habeātur, parū vrgt; quia sūmæ Cōciliorum Author noster Archiepiscopus Tolletan⁹, nō fuit trāscriptor, sed breuiator; & ideo omissis ab ipso fides omnimoda est adhibenda, ac si reliqua in cōpēdiū redacta nō eset.

10 Tertio, & apparentius respondeant, quod Martinus 5. Concilij Constatiensis confirmator, cum ses. 45. errores Vviclefi damnauit, non meniuit erroris prædicti; & ideo habemus fundamentum ad assertendum, quod Fiscalis petiuit à Patribus dictam propositionē dānari, & non obtinuit: nam illa non sunt verba Concilij; sed cuiusdam Hērici de Pirro Promotoris, & Pro-

curatoris, qui tunc acusabat Ioannem Hus, vt ex contextu constat.

11 Duo alia superaddit Arriaga n. 133. & post eum alij. Primo eam propositionem, eiusque censuram lectam fuile in Concilio; non tamen a Patribus de illis actum; quia non erat de illorū instituto de opinionibus Physicis disputare; quia vtait Valentia tom. 3. disp. 3. dist. 1. punt. 7. §. 41. ad 4. & Vazq. to. 2. in 1. p. disp. 224. n. 12. in materia pure phylosophica nequit Pontifex aliquid definire. Secundo addunt cū Bellarmino Controu. lib. 2. de Cōcil. authoritate cap. 19. circa finē, Concilium Constantiense non legitimè congregatum, quia nullius Pontificis authoritate nitebatur. Licet autem approbatum fuerit postea à Martino V. non tamen quātum ad prædictam censuram propositionis Vviclefi de continuo.

12 Ceterū me prorsus latet, qua necessitate cogamur defendere opinionem male audientē apud Philosophos, & Theologos, ad quam sustinendam tot impensæ sunt necessariæ; & quibus consumptis, nō parum minuitur actuū Conciliorū fides. Sed percurramus singula. In primis Concilium Constantiense esse legitimū, & approbatum cum communi docent Turre cremata lib. 2. cap. 106. & expressè Cardinalis Bellarminus illo c. 19. in priori solutione. In secunda autē expressè loquitur de illo in seſs. 4. Dubitare autem de authoritate Concilij Constantiensis pcfi depositionem Ioānis 23. & Gregorij 12. & Benedicti 13. est dubitare de legitima

## §. 2. De authoritate Concilij Constantiensis. 539

timae electione Martini 5. & successorum eius: quare id nullatenus in dubium reuocat Bellarminus, nec vilis Catholicorum, quoad sessionem 15. in qua habetur nostra propositio, post depositionem Petri de Luna, de qua erat actum sess. 14.

13. Falsum etiam est, quod verba relata sint Procuratoris, & non Concilij: nam petitione Procuratoris inscriptis obliterata (vt in eodem Cœcilio expressè dicitur) de mandato, & voluntate ipsius Symodi, venerabilis vir Dominus Bertholdus. Vvildūgem prædictus incepit legere articulos formatos, & dogmatizatos per Ioannem Vviclef in hunc modum, &c. Et inter eos habetur articulus prædictus. Articulis autem lectis, & examinatis (subdit Concilium) fuit. & est reperium, aliquos, & plures ex ipsis faisse, & esse notoriè hereticos, & dudum à Sanctis Patribus reprobatos: quosdam blasphemos, alios erroneos, alios scandalosos, quosdam piarum aurium offensuos, nonnullos corundem temerarios, & seditioneos, &c. Sicut ergo non dubitant Catholici alios articulos ibi contētos legitimè damnatos respectuē; ita non est fundamentum ad dubitandum de legitima autoritate regularē censuræ.

14. Quæ non est asserere, errare contra fidem, qui negat sententiam Aristotelis de compositione continui; sed solum dicitur, quod est error in Philosophia: & ordinatur illa censura ad duo; in primis ut agnoscatur ingenium haeretici; qualis dicitur, non esse mirum, quod sic erret in Fide, qui in Physica adeò aberrat, à communī, & trita Philosophorū via. Deinde hoc fecit Concilium,

quia saepè propositiones naturales assumuntur à Theologia; de qua inquit S. Thom. 1. p. q. 1. art. 6. ad 2. quod quidquid in alijs scientijs innuitur veritati huic scientia repugnans, totum condemnatur ut falsum: unde dicitur 2. ad Corint. 10. Consilia destruentes, & omnem altitudinem extollentem se aduersus scientiam Dei: & in isto sensu aliquæ propositiones pertinentes ad naturam humanam, vel ad naturam panis, & distinctionem eius ab accidentibus, sunt de fide post declaratum in Conciliis mysterium Incarnationis, vel Eucharistiae, de quibus anteal liberum erat sic; vel aliter opinari stando in Physica. ¶ Quia tamen hæc opinio de compositione continui directe non deseruit ad fidei mysteria explananda; ideo nō est ab Ecclesia, nec à Martino 5. definita, vt de fide Catholica; sed solū vt verior, & securior intra lineam Philosophiæ approbata (sicut nec in Concilij Tridentini canonibus, omnia, quæ in capitibus antecedentibus doctrinaliter traduntur, sillabatim definitur.) Quod sat esse debet vt à nullo de Conciliis benemerito, deseratur; quia non solum corū authoritatem diuinam credere, sed humanam doctrinam venerari tenemur. Sed ad pure Physicā reuerteretur: Nā ad Theologica digredi, euasiones aliorū nos coegerunt.



## s. III.

*Prima ratio Phylosophi, ex eo,  
quod indiuisibile non facit mai-  
ius additum indiuisibili.*

15 **R**ationes numero decem proponit M. Soto 6. Physicorum q. 1. ad conclusionem confirmandam: quibus alias, usque ad rationes viginti, addit P. Pereira lib. 10. cap. 13. quia tamen proximum, & minime necessariū arbitror in omnibus ponderandis immorari; sufficiet vnam, vel alteram diligentius virgere.

16 Prima sit ea, quam secundo loco proponit Phylosophus text. 2. & ad hanc formam redigit S. Tho. lect. 1. litt. c. Si ex punctis constitue retur aliquid continuum, deberet esse per contactum punctorum: sed puncta non possunt se tangere, & constituere aliquid continuum habens partem, & partē, situ, positio ne, & loco distantem. Ergo, &c. Probatur minor: omne quod tangit alterum, aut totum unum tangit totum aliud, aut pars unius par tem alterius, aut pars unius totum alterius. Sed cum indiuisibile non habeat partē, non potest dici quod pars tangat partē alterius, aut pars totum. Et sic necesse est, si duo pūcta se tangant, quod totum tangat totum. Sed ex duobus, quorum unum totum tangat aliud totum, non potest componi continuum: quia omne continuum habet partes sciuatas, ita quod hæc sit una pars, & hæc alia; & diuiditur in par-

tes diuersas, & distinctas loco, id est, positione, in his quæ positione habent: quæ autem secundū se rotatangunt, non distinguuntur loco, vel positione. Relinquitur ergo, quod ex punctis non possit cōponi linea per modum contactus. Emanauit ex hoc loco celebre illud dictum, quod *indiuisibile unum additum alteri, non facit maius, neque sunt continua: quod assunxit etiam S. Thom. Quodlib. 7. art. 9. ad 2.*

17 Vel alterformari potest hæc ratio: continuum non potest componi ex non continuis; nec extensem ex inextensis, & indiuisibilibus: sed punctum est nō continuū, & indiuisibile: ergo continuum nō contat ex solis indiuisibilibus. Similis formæ est ratio Phylosophi 3. de Cælo text. 8. vbi sic arguit: im possibile est, si utrumque eoru ex quibus aliquid componitur, nullā habet grauitatem, & quod compositum habeat ex ambobus grauitatem: ergo corpus sensibile non potest componi ex rebus non habentibus grauitatem. *Quod terminis mutatis, hic vrget.*

18. Sed instabis: materia non est de se grauis, nec forma: & tamen compositum habet grauitatem: ergo ex non graibus, fit graue, & ex non continuis, fit continuum.

Occurrit S. Thom. lib. 3. de Cælo lect. 3. litt. c. dicens: est autē cōsiderandum, quod ista ratio tenet in partibus quantitatibus, quæ sunt eiusdem naturæ, & rationis adiunctam, & cum toto: nō autem tenet in partibus essentialibus; quarū alia ratio est ab iniuncte, & à toto. Vnde

§. 3. Continuum nō cōstat solis indiuisibilibus. 541

non sequitur, si materia nō est gravis, nec forma; quod aliquid ex eis compositum non sit aliquid graue actu. Hęc S. Thom. qui idem repeatit ibi litt. i.

19 Iterum vrgebis: nam idem est punctum in continuo, quod est in numero vnitatis, vt habetur 1. Topi corum cap. 14. sed numerus componitur ex vnitatibus; quia additione, vel subtractione vnitatis variatur numerus, vt habetur 1. de Anima text. 68. cum ergo punctū sit indiuisibile, sicut & vnitatis; iam indiuisibile componitur ex indiuisibilibus.

Etiam hanc evasionem praeoccupaverunt Phylosophus, & S. Tho. lib. 3. Metap. lec. 12. litt. g. vbi Zenoni respondent, quod vnum, & si additum alteri non faciat maius, facit tamen plus. Et hoc sufficit ad rationem entis, quod faciat maius in continuis, & plus in discretis. Vnde ad formam argumenti, conceditur maior, si ly sicur solum dicat paritatē quoad hoc, quod vnitatis, & punctum sunt suo modo indiuisibilia, & quā madmodū vnitatis est principium numeri, ita punctum principium quantitatis.. Negatur vero maior, si ly sicur dicat paritatem omnimodam: quia pūctum habet positionem in continuo; vnitatis vero minime, vt habetur 1. Poster. text. 42. & lib. 5. Metaph. text. 12. & vt notat M. Soto ad 1. in continuo sunt puncta ante, & retro, prius, & posterius; numerus autem, quia designat quantitatem discretā, non dicit vnitates determinate situatas; sed constat ex

vnitatibus diuisis, & discretis: cōtinuum autem non componitur ex punctis; sed ex quantitatibus cōtinuatis per puncta.

20 Rationem haec tenus ex Phylosopho, & S. Thom. explicatam, vocat Toletus 6. Physicorum text. 2. Validissimam, & q. 1. §. Certissime, appellat evidētiā demonstrationem; & tamen Arriaga nu. 94. dicit nullius roboris, & n. 90. ait, quod procedit etiam contra Aristotelem: quia si vnum indiuisibile additum alteri non facit maius, ergo nec infinita facient maius: ergo non soluitur difficultas ex eo quod ponatur pūcta infinita.

21 Respondet ergo n. 91. & sequentibus, non valere illam consequentiā, punctum indiuisibile tangit totum punctum indiuisibile, ergo penetrātur, & non cōtinuatur; quia penetratio cū puncto non cōsistit in eo, quod totum tangatur: sed in eo quod tāgens, & tactum corrispondent eiēdem omnino puncto spatiū imaginarij; ad contactum vero sufficit si sint ita vicina, vt inter vtrumque nihil possit ponī: quod longe min' est, quam esse in eodem loco, vt ratio naturalis distare videtur: sicut ob eandem rationem, licet superficies prima indiuisibilis manus secū dum se totam tāgat lignum, vel lapidem; non tamen illud penetrat; quia nō est in eodem loco cū illo, sed in altero illi cōtiguo, inter quæ loca nihil potest interīci. ¶ Ad quod exponendum subdit, quod punctum, quamvis indiuisibile, habet extrinsecam dextram, vel sinistram: vnde pulchre dixit S. Augusti-

gustinus lib. 2. de Libero arbitrio e.  
8. Quam alius inque illud corpusculū  
si habet sūstrām, destrām, inferiorem,  
superiorem, &c. Et ideo si ad illud pū  
etūt aliquis ex Oriente accēdat,  
& ex Occidente aliis quis negabit  
illos duos posse ad se accedere, ita  
tamēn ut punc̄tum illud solum in  
medio relinquāt, & nihil aliud me-  
diat: Ergo unum punc̄tum totum  
aliud tangere, non eīl se penetrare,  
nisi sit in eodem punc̄to ipsati. Et  
sicut punc̄tū tangitur à corpore li-  
re penetratione; ita potest totum  
tangi ab alio punc̄to, cum quo non  
penetretur.

22 Magno plausu à trib⁹, vel qua-  
tuor alijs Recētioribus Societatis  
excipit tota hæc euasio. In merito  
tamen, quia vel aequiuocatione  
confunditur, vel indiuisibilitas pū-  
cti, grōsse, & ruditer consideratur, vt  
Zeaoni impropereant Phylosoph⁹,  
& S. Thom. lib. 3. Metaph. lect. 12.  
litt. g. ¶ Et in primis reiicitur: quia  
punc̄lus totaliter est indiuisibilis:  
ergo additus punc̄to non facit maius.  
Antecedēs est definitio pundi.  
Consequentia probatur ideo linea  
addita linea secundum longitudi-  
nen facit maius, non autem secun-  
dum latitudinem, quia est indiuisibilis  
solum secundum vim di-  
mēsionem, & secundum aliam diuisi-  
bilis: & pariter superficies addita  
superficie, facit quidem maius se-  
cundum latitudinem, & longitudi-  
nem, sed non secundum profunditatem,  
quia secundum hanc dimē-  
sionem superficies est indiuisibilis:  
ergo si punc̄lus est indiuisibilis ver-  
itas omnem dimēsionē, nullo mo-

do faciet maius additus punc̄to; nec  
minus si substrahtatur.

Secundo vrgetur exemplū Phy-  
losophi adductum n. 17. implicat,  
quod pondus decem librārum intē-  
gretur ex corporib⁹ eiusdem pon-  
deris, nisi singula sint vnius libræ,  
vel vnu aequualeat duob⁹, vel plu-  
rib⁹ ergo implicat, quod extēsio  
corporis continui integrētur ex pū-  
ctis, quorum nullum est continuū,  
nec formaliter, neque aequalen-  
ter; sed pénitus indiuisibile.

23 Ratio à priori sumitur ex D.  
Thom. verbis relatis n. 18. ex diffe-  
rētia inter partes esentiales, vel in-  
tegrantes aetereogenes, quia sunt  
diuersæ rationis inter se, & à toto;  
sicut manus integratur ex digitis  
arterijs, ossibus, & carne; quarum  
nulla pars dicitur manus. At vero  
partes integrantes homogeneæ,  
quaesunt eiusdem rationis, & ad in-  
uicem, & cum toto, quod ipse nō  
habet formaliter, & partialiter, nō  
possit toti tribuere; vt patet in gra-  
uitate, & albedine, & similib⁹ qua-  
litatibus: nam ex partibus non gra-  
uibus, non consurgit totum graue;  
nec ex partibus non albis consurgit  
totū albū. Sed esse aliquid cōtinuum,  
est integrari ex partibus quantitatē  
uis, & extēsis eiusdem rationis: vt ip-  
sifitetur fateri, quia omne punc̄lu  
est eiusdem rationis cū alio punc̄to, &  
omnis pars quantitatis cum omni  
parte, mathematice loquendo: er-  
go, cum indiuisibilia extēsione, &  
diuisibilitatē nō habeat, & sint nō  
quanta, nec extēsa, nō potest ex eis  
solis cōtinuum componi. Quāra-  
tionē ille attēdit Arriaga sec. 9. sub-  
iect.

sect. 2. n. 54. non tā facile evidentiā iactaslet, & à se non relicta, vel vmbra difficultatis. Vere tamē vmbra non est, vbi lux pura fulget, errorum pulso nūbilo pernoui. Solis rad'um, vt de Angelico Doctore canit Ecclesia; & ita non ad vmbras configimus, sed Solis illuminamur clara luce.

24. Per quae facile patet ad instan-  
tā propo: tam n. 20. nam etiam si  
sunt infinita puncta, ex illis solis nul-  
la cōsurget extēsio; sicut nec ex nu-  
mero Angelorum cōsurgit quātra-  
tiua moles, sed discrēta transcen-  
dens multitudi.

25. Ad id quod obīscitur n. 21, fa-  
cilius respōdetur ex dictis lib. 2. Lo-  
gicæ q. 18. n. 19. quod penetratio  
est extēntia duorum corporū in co-  
dem loco: vnde cum indiuisibilia  
nō sint corpora, nō penetrātur pro-  
prie, & in rigore loquēdo. Loquē-  
do autē de penetratione latēsupta;  
hæc est implicatio illius solutionis,  
quod totū pūctū tangat totū pun-  
ctū, & tamē constituit aliquid ex  
tēsum: sicut si tres quartæ superio-  
res secundum omnē diimensionēm  
tāgerēt quartam inferiorem, illam  
penetrarent, & non occuparēt nisi  
locū vnius quartæ. Et si diuina vir-  
tute duo corpora penetrantur, pun-  
cta vnius ita se tangerent, ac modo  
incasu, quo ex solis punctis consta-  
ret continuum: ergo implicat esse  
cōtinuum, & ex indiuisibilibus cō-  
stare. Rursus, extēnsio in ordine ad  
locum supponit extēnsionē in or-  
dine ad se: sed pūcta illa nulli? sunt  
extēnsionis in ordine ad se: ergo ridi-  
culū est in punto cōsiderare dex-  
trā, & sinistrā (sicut nec in corpore

Christi prout in Sacramēto) cū par-  
tibus careat, & quoadhoc est ūcū  
Angeli.

26. Authoritas S. Augustini nō est  
ad rē, quia loquitur de corpuscu-  
lo; nos vero de indiuisibili puncto;  
& mēs nō valet cōcipere, quod si-  
ne partibus sit dextra, & sinistra, ni-  
si singendo omnia ad modum cor-  
porum, à quibus intellectus debet  
abstrahere, vt puram cōtempletur  
veritatē rerum indiuisibilium, etiā  
corporalium.

27. Ad id quod vltimo additur,  
dicitur, quod punctū in rigore non  
tāgit partē (eo quod tactus est cor-  
porum) sed ea continuat, & termi-  
nat indiuisibilitē; & ideo non dat  
extēnsionē (cum eā nō habeat) sed  
terminationē, cōtinuationē, vel di-  
uisiōnem ab alijs, quia vt ait S. Th.  
6. Phys. lect. 8. litt. b. Punctum est ipsa  
linea diuisio.

### §. III.

#### Alia ratio Phylosophi.

28. A ltera Phylosophi ratio satis  
facilis proponit ab ipso  
tex. 3. & sumitur ex alia definitione  
cōtinui, quā proposuerat in princi-  
pio lib. 3. scilicet, quod cōtinuum sit,  
quod est in infinitū diuisibile; & forma-  
tur à D. Th. lib. 6. lec. 1. lit. e. his ver-  
bis. Ex quibusq[ue] cōponit, vel  
linea, vel tēpus, in ipsa diuiditur: si  
ergo vtrūque si forū cōponit ex  
indiuisibilibus, sequitur, quod in in-  
diuisibilia diuidatur. Sed hoc est fal-  
sum; cū nullū cōtinuorū sit diuisibi-  
le in impartibilia: sic enim nō esse  
diuisibile in infinitū. Nullum igitur  
cōtinuum cōponit ex indiuisibi-  
bus. Hæc S. Tho. Sed

29 Sed obijcies: posibile est continuum in omnem suam partem esse diuisum: ergo falsum attingitur, & subsumitur in hac ratione, quod continuum est diuisibile in semper diuisibilia. Probatur antecedens: De intuitive cognoscit singula pucta, & singulas partes, & partium continua particulas: ergo, vel successione, vel simul potest in omnem partem diuidere. Probatur consequentia, ex infinitate diuinæ virtutis: & quia in hoc nulla inuoluitur contradictione. Et denique, quia potest ad diuisiones continui, nullum habet inter se necessarium ordinem, aut dependentiam, ut prius sit necessarium diuidere in duas, quā in quatuor partes: ergo poterit Deus simul diuidere in omnes partes.

Propter hoc argumentum Gregorius Ariminensis in 1. dist. 35. ad 7. & in 2. dist. 2. q. 2. nobiscū tenet continuum nō constare ex solis diuisibilibus, concedit continuum posse esse diuisum in omnē suā partem.

30 Hæc tamen positio, præterquā quod est contra Phylosophum hic, & initio lib. 3. & 1. de Cœlo cap. 1. contradictionem implicat: nam, ut inquit M. Soto q. 1. ad 2. dato casu, quod continuum sit in omnem suā partem diuisum, partes illæ essent indiuisibiles: si enim aliqua est diuisibilis, non est facta diuisio in omnē partem. Admissio autem, quod partes sint indiuisibiles, ineuitabiliter sequitur continuum componi ex indiuisibilibus; eo quod vñquodque resoluitur in ea ex quibus componitur, ut dictum est in ratione.

31 Idcirco continuum non posse diuidi in omnem suam partem, sed esse diuisibile in semper diuisibilia proportionaliter, communiter tenent Phylosophi: vt multis relatis, ostendit Masius tota q. 5. & patet, quia continuum quodlibet est quātum; & quantum est diuisibile, vt dicitur 5. Metaph. Iuxta hoc ergo negatur antecedens. Ad probationem concelei antecedenti, negatur consequentia: nam etiā Deus simul cognoscit totum diem; & tamen non potest facere, quod totus dies sit simul, quia ex parte facti inuoluitur contradictione: ita est contradictione, quod pars quanti sit nō quāta, quia in quantum quanta debet esse diuisibilis; & eo ipso quod sit ultimo diuisa, esset indiuisibilis. Unde nō est repugnantia ex parte Dei, nec ex ordine indiuidendō; sed ex parte facti, quia daretur pars non quāta, diuisibilis, & indiuisibilis. Et sic est distinctione ex parte cognoscētis, & indistinctione ex parte cogniti. Per quæ euanescent omnia, quæ accumulat, & exagerat Arriaga tota sect. 6. quæ iam poterat legere ab Antiochis soluta, & à suo Toletō ad 3.

§. V.

### *Vigetur ratio de velocitate mot⁹.*

32 Tertiam rationem eliciunt Expositores ex Phyl. tex. 11. & sequentibus, & ex D. Tho. tota lect. 3. & formatur v. c. Si continuū ex indiuisibilibus esset comp̄sitū, sequeretur, quod duo mobilia alterum tardissimum, alterum velocissimum

simum in eodem adæquatè tempore transirèt æquales magnitudines; quod est contra manifestam experientiam, & apertam veritatē. Inò sequitur, vt dicitur text.78. quod velocissimum inseguens tardissimum nūquam poterit illud pertinere. Probatur sequela, supponendo, quod duo spatia sint, quorum vtrumque sit centum punctorum, & super vtrumque incipiunt simul moueri illa duo mobilia. Tunc arguitur: quocumque tempore velox pertransit primum punctum spatiij, tardum pertransit aliquid suis spatiij, supposito, quod incipiunt simul moueri continuè, & regulariter. Vel ergo mobile tardum pertransit in eodem tempore præcisè primum punctum, scilicet velox; vel minus; vel plus. Non plus; alioquin tardissimum esset velocius velocissimo. Non minus; quia non datur minus puncto, quod supponitur indiuisibile. Ergo vtrumque mobile præcisè transit punctum. Et cum eadem ratio sit de alijs punctis (siquidem omnia sunt indiuisibilia, & in indiuisibili non est medietas, neque pars) iam manet probata vtraque sequela.

33. Mirum est ad quod redegerit angustias, & in quas diuiserit sectas argumentum hoc, Modernos lusciatores antiquatæ lententiaæ Zenonis. In primis Hurtad<sup>o</sup> disp. 15. Phis. sec. 5. subsec. 4. refert quemdam suum Magistrum adiuenisse quendam indiuisibilia inflata; ex quorū virtuali diuisione facile constat quo modo, etiam si continuum componatur ex indiuisilibus, modo oc-

cupet maiorem, modo minorē locum mobile, & qualiter possit esse velocitas, & tarditas motus.

34. Ipse §. 94. positionem hanc paradoxam appellat. Et ante eum M. Masius hic lectione 2. quæst. 6. post quintam conclusionem dixerat ridiculum velle punto indiuisibili cōcedere diuisionem virtualem, seu virtualem extensionem, quia omnino est indiuisibile. Et acriter pluribus insectatur Arriaga tota sectione nona per quatuor subsectiones.

35. Sed paucis est op<sup>r</sup>, quia quod ratione cogente nō probatur, qua facilitate adiuenit, contemnitur. Deinde, isti imaginantur indiuisibilitatem punctorum esse sicut in diuisibilitatem Angelorum; quos manifeste deceptos, in simili notat S. Thomas 1. part. quæst. 53. artic. 2. nam punctum est indiuisibile habens finis; sed Angelus est indiuisibile extra genus quantitatis, & finis existens. Vnde, & si Angelus possit esse in loco maiori, vel minori; tamen implicat, quod puncto corporis correspondeat nisi punctum spatiij veri, vel imaginarij; quia nec diuinitus in continuo dari potest minorus puncto. Et ideo Yanum est cogitare puncta inflari. Deinde, nam alioquin in instanti, vel momento temporis etiam partes constituent per inflationem instantium: quod est totam cuertere Phisicam. Consequentia autē probatur ex Phyllo. text. 4. & ex Diuo Thoma tota lec. 2. ostendentibus, quod iusdem ratioris est, quod magnitudo, & tempus, & motus componantur ex indiuisilibus; quia quicquid dabitur de

vno, ex necessitate sequetur de alio: ergo sicut implicat momentum augeri, ita repugnat puncta inflari.

36 Secundo occurrit Arriaga tota sect. 11. contendens in primis, argumentum eandem vim habere contra Aristotelem; quia licet puncta, & partes sint infinitæ, in quolibet punto, aut parte non poterit minus, magisque percurri, quam vñ punctum, aut vna pars spatiij: ergo si per tot partes, & instantia temporis, licet infinita, mouetur testudo, ac aquila, tot acquirit partes spatiij testudo, ac aquila: infinitas autem partium habebit se peraccidens ad presentem difficultatem. ¶ Quod vrgetur, quia res materialis nō potest occupare maius spatiū, quā ipsa sit. Quādo ergo mouetur, probatur evidenter, quod non possit immediatè nisi indivisibile spatiij acquirere, quia simul non potest esse in spatio diuisibili: ergo si mouetur, nec plus, nec minus acquirit, quam indiuisibile, &c.

37 Subdit vero Arriaga. nu. 233. se acquiscere Galeno lib. 1. de Dignoscendis pulsibus cap. 1. & Vallacio lib. 3. Contr. Medi. cap. 8. & alijs, qui arbitrantur in eo differre motum velocē à tardo, quod hic interrumpitur per nonnullas morulas, velox autem non discontinuantur; & quo plures dantur in metu morulae, eo est tardior; quo pauciores, eo velocior: si autem nullæ detur, erit summè velox.

38 Sed contra: nā motus summè velox apud nos, est sine proportione tardior, quam motus Solis, & si derum: & ita nullus dabitur apud

nos motus ita velox; qui morulis non interrupatur: quod qui capit, credat: id enim vt omnino impossibile rei sciunt Phylos. & S. Tho. lib. 6. lec. a. litt. h. & lib. 8. lec. 17. litt. a. in fine. Similiter sequitur, quod dum rota mouetur circulariter, partes interiores illius, quæ tardius mouentur, quam exteriores, aliquando quiescerent, dum exteriores mouentur; & omnes partes rotæ ferreæ discontingantur inter se, vel saltē quiescerēt tota rota mota: quod nemo, etiā ferreæ ceruicis, admittet, quāmuis legam multos plures in stimplice chartas, vt id intelligi posse persuaderent. Sed frustra, vt ab effectu patet; nam difficilius percipitur eorum explicatio, quā percipiuntur illæ incredibiles morulae velocissimi motus.

39 Argumētū autem contra nos parui momenti esse, & iam solutū à Phylosopho, constat ex D. Tho. 6. Phys. lec. 11. litt. b. vbi ait, quod Phylosophus rationem illam, quæ erat Zenonis, & soluit ad hominem in lib. 6. & soluit simpliciter lib. 8. text. 68. lec. 17. litt. f. vbi ait, quod in continuo, dum continuitas durat, sunt infinita media, nō in actu, sed in potentia: cum autem sunt infinita in actu non contingit ea transire; secus verò cum sunt in potentia. Vnde licet omnes partes proportionales percurrat mobile, non tamen eas numerando, nec vt separatas ab æqualibus, sed vt in eis inclusas. Et sic correspōdentia partiū mobilis cum partibus spatiij veri, vel imaginarij potest esse velocior, aut tardior, admissis partibus diuisi-

diuisibilibus in continuo; secus ve  
rò si ex solis indiuisibilibꝫ cōstat.

40 Nec argumentum de motu  
sphaeræ vrget Aristotelem, quia ipse  
6. Phys. text. 84. vt notat S. Th. lec.  
11. litt. i. soluit rationem Zenonis;  
quæ destruebat motum sphæricū,  
dicens, quod partes sphæræ motæ,  
in nullo tempore sunt in eodem lo  
co; quia licet dum sphæram mouetur  
nulla pars exeat extra locum totiꝫ  
sphæræ; sed tamē loquendo de pro  
prio loco partis, partes cōtinui sūt  
in loco in potentia, vt dictū est lib.  
4. lec. 7. (de quo ibi q. 5. §. 2.) in mo  
tu autem sphærico pars mutat pro  
prium locum, sed non locum to  
tius; quia vbi fuit yna pars succedit  
alia. De quo videatur S. Tho. lib. 6.  
Phys. lec. 12. litt. a.

41 Quo modo autē motus sphæ  
ræ non sit compositus ex tardo, &  
veloci, explicuerat iam S. Thomas  
lib. 1. de Cælo lec. 3. litt. d. ita scri  
bens: sed dicendum, quod conti  
nuum non habet partes in actu, sed  
solum in potentia: quod autem nō  
est actu, non mouetur actu. Vnde  
partes sphæræ, cum sint corpus cō  
tinuum, non mouentur actu. Vnde  
non sequitur, quod in motu sphæri  
co, vel circulari sit diuersitas actua  
lis, sed solum potentialis: quæ non  
repugnat simplicitati, de qua nuñ  
loquimur; omnis enim magnitudo  
habet pluralitatem potentialem.  
Hanc solutionem S. Thomę postea  
exponemus latius. q. 2. n. 21. & op  
positum non esse philosophicum,  
notat Sot. li. 1. Phys. q. 4. a. 1. in fine.

42 Tertio occurunt alijs solutio  
ne, quā refert, sed non sequitur To

letus hic in appendice. q. 1. §. Prae  
re ea reliqua, concedendo multa indiu  
isibilia spatij vnico indiuisibili  
temporis pertransiri posse, si mobi  
le pr̄sertim sit velocissimum: nam  
& velocius mobile plura indiuisibi  
lia pertransibit, quam minus velox  
in eodem instanti: & in uno instanti  
plura mutata esse fluēt in motu ve  
locissimo, quā in minus veloci: &  
ita corrident argumēta Aristotelis.

43 Euasionē hanc quatuor argu  
mentis reiçcit Toletus solut. ad 4.  
pag. anni 563. vnde nescio quo fun  
damēto ab Authoribus huius solu  
tionis pro se citetur. Vnico argu  
mēto efficaciter reiçcit à PP. Car  
mel. disp. 25. n. 28. quia ex illa mani  
fessè sequitur idē corpus simul, & fe  
mel esse in duobꝫ locis sibi adæqua  
tis, naturaliter loquēdo. In:ò sequi  
tur mobile quiescere, & moueri in  
eodē existēs pūcto: quæ cōstat esse  
falsa. Probatur sequela: nā si mobi  
le ponatur magnitudinis quinque  
punctorū, & velocitas motus tāta,  
quod in uno instāti decem puncta  
pertranseat; iam erit simul in duo  
bus locis adæquatatis, nēpē, in dece  
punctis, vel trāsiret de extremo ad  
extremū sine medio: quod in mo  
tu continuo corporis implicat cō  
tradictionem. Et inde facile alia se  
quela valet deduci.

44 Sūt qui velint euasionē prædi  
ctam sustinere, ex proprio cerebro  
nouas doctrinas sine fundamēto cō  
figēdo. Dicunt enim, quod mobi  
le potest extrema indiuisibilia oc  
cupare, etiam si immediata non re  
pleuerit, neque per medium trāsce  
rit, quia ultimū applicatur median

tibus alijs, & hac mediata applicatione stante, potest mobile ad illud inmediatè transfire.

45 Alijs tamen merito hæc videatur sine fundamento excogitata; quia necessitas correspōdentia par tum mobilis ad partes s̄patij, non præcisè prouenit ex applicatione; sed ex prædicatis intrinsecis motus continui corporum se tangētiū, vel correspondentium. Vnde dum hoc nonsaluant, reliqua extra rem excogitantur. Nec talis applicatio mediata sufficit, nūl virtus aliqua diffundatur: quod hic non habet locū, manet ergo insoluta ratio nostræ conclusionis.

46 Multi rationes plures mathematicas latè hic prosequuntur: sed satius duco, quod rationes mathematicæ, non à Physico, sed à Mathematico proponantur, ne scientiæ confundantur.

Argumenta reliqua solui nō possunt, nūl prius sequentes quæstiones examinentur: imò quæstionum sequentium determinatio, est exacta argumentorum contra doctrinam huius, responsio.

## QVAESTIO II.

*Vtrum in continuo dentur partes actu infinitæ?*

q. I.

*Duae oppositæ sententiæ.*

**N**Egant multi in continuo esse partes actu infinitas; sed solum agnoscunt infinitas in potentia. Ita

Ferrara 3. Physic. q. 6. ad 4. Iauellus ibi q. 10. ad 1. PP. Carm. disp. 18. q. 1. ad 2. & disp. 25. q. 4. nu. 51. Ioan. à S. Thoma quæst. 20. art. 2. Ortiz tract. 9. conferent. 2. cōcl. 2. Extra Scholam S. Tho. Toletus. q. 1. cōc. 4. & in appendice ad 1. Hurtadus disp. 15. lect. 4. & 5. s. 52. Valles cōtrou. 33. & alijs plures.

2 Videturque expressa sententia Phyllos. 8. Phys. c. 8. & S. Th. verbis relatis q. 1. n. 39. & 40. & lib. 7. Metaph. lec. 13. & in 4. dist. 10. q. 1. art. 3. quæst. 3. ad prīmū; vbi ait: *Partes aliquiū homogenei continuū ante divisionem non habent esse actu; sed potentia ratiū.*

3 Rationeq; probatur; primo ex dictis lib. 3. quod repugnat infinitū in actu secundū multitudinē; quod loquendo naturaliter, omnes admittunt: ergo cum continuum de facto detur, nō habebit actu partes infinitas. Secundo, partes continuū dant infinito extensionem: ergo si sunt actu infinitæ, erit continuum infinitæ extensionis; quod libro tertio ostendimus repugnare, videlicet, quod detur corpus infinitæ extensionis.

4 Tertio, si in continuo essent infinitæ partes, sequitur, quod partes essent æquales toto: & quod granū tritici tot haberet partes quot Cælum Empyreum: quæ absurda esse, probatione non eget. Ea autem sequi probatur, quia non possunt dari, nec imaginari plures partes quam infinitæ: sed granū tritici, & quælibet eius pars continua, cum esset in infinitum diuisibilis, haberet infinitas partes, & in-

& infinites infinitas: ergo esset & qualis toto: & granum tritici æquaret extensio nem Cœli Empy'rei: quod tamen sine villa proportione excedit grani tritici extensi onem.

5 Per oppositum affirmant alijs in continuo dari actu partes proportionales actu infinitas. Ita Soto 3. Phys. q. 3. in probatione 2. concl. & q. 4. ad 2. Masiushic sec. 1. tota q. 6. Lerma q. 1. n. 15. Ex alijs idem docent Scotus à nobis relatus libr. 3. q. 5. n. 22. & Pereira lib. 10. cap. 9. Suarez disp. 40. Metap. sect. 5. n. 47. Rubio hic q. 3. multos citans; sed non omnes id tenent: sequuntur tamen Cabero tract. 6. disp. 1. dub. 2. & passim alijs.

6 Colligi videtur ex Philosoph. 5. Metaphy. c. cap. 13. & Di uno Thoma ibi lection. 15. in principio dicentibus, quantum esse diuisibile in ea, quæ insunt, id est, in partes, quæ in illo sunt formaliter, ad differentiam mixtorum, in quo elementa sunt virtualiter. Deinde, hoc lib. 6. text. 15. litt. K. & libr. 8. lect. 10. litt. a. dicunt continuum esse diuisibile in sensu per diuisibilitatem. quæ definitio verificari nequit, si partes continui non sunt actu infinitæ; quia finita divisione posset perveniri ad aliquam partem indivisibilis.

7 Ratione probat Masius primo, quia omnem quod est actu totum debet habere actu partes: sed continuum est actu totum: ergo debet habere actu partes. Sed illæ non sunt exhaustibiles: ergo sūt actu infinitæ.

Deinde, quando partes detra-

hantur à continuo; vel sunt ibi actu, vel non: Si sunt, habetur intentum. Si non sunt ibi; quomo do possunt a continuo auferri; quia detractio non est eductio ex potentia subiecti, sed separatio partis actualiter componentis, seu integrantis totum.

8 Tertio, quando partes sunt detractæ à continuo, non sunt partes, sed tota: nam habent suam existentiam distinctam ab existentia toti: ergo tantum sunt partes quando sunt in toto. Ibi autem non sunt finitæ; quia non repugnaret magnitudini diuidi in omnes suas partes; finitum enim per finitas divisiones finiri posset: iuxta illud Philosophi tertio Physicorum textu 59. Omne finitum per ablationem finiti consumitur. Quod esset contra definitionem continui: ergo in illo sunt partes infinitæ secundum actum.

Occurreat cum M. Ioann. à Sancto Thoma, §. Quare dinisho, M. Ortiz in secunda ratione conclus. 2. & alijs, dicendo, bene posse saluari, quod quantitas est diuisibilis in infinitum, & quod partes illius non sunt infinitæ in actu; quia divisione nulla pars signari potest, quæ non possit diuidi in alias partes. At vero collectio non potest diuidi in partes infinitas, ita quod non post aliam diuidendo, actu fiat diuisio infinita.

9 Hæc doctrina vera est, & eam ex Caietano, & Ferrara, & con mai tradidimus lib. 3. q. 6. n. 44. explicando, quod non possit dari actu multitudo infinita; cæterum ea sola non tollitur, quod in continuo

non sint actu partes actu infinitæ in ratione partium: quia pars, in ratione partis, non exigit separationem actualem à toto: immo secluso ordine ad totum, diuisaque ab eo, amittit rationē partis. Ergo dato, quod hac doctrina explicetur, quod in continuo non sunt infinita entia in actu; non tam enim tollitur, quod non sint infinitæ partes in actu.

10 Quod si aliquis his argumentis conuictus, concedat in continuo esse actu infinitas partes proportionales; insurgere videtur contra eum grandior difficultas; quia videtur exinde necessario concedendum in continuo esse infinitas partes aliquotas; & ita erit infinitæ extensionis actualis: quod sensui repugnat. Hoc autem sequi probatur: nam id est continuū dicitur consistere ex infinitis partibꝫ proportionalibus, quia quantumvis diuidatur, semper manet in infinitum diuisibile: sed quantumvis diuidatur, semper manet diuisibile in partes aliquotas: ergo sequitur continuum infinitis partibus aliquotis constare. Probatur minor: eo ipso quod diuidatur continuum, partes in quas diuiditur sunt omnino non cōmunicantes, & illarum quælibet extra omnes alias: ergo hæ partes sunt aliquotæ, & determinatae: ergo continuum constat ex infinitis partibꝫ aliquotis.

Quod confirmatur, & explicatur: nam data minima parte, quam esse minimam Deus cognoscit, illa est quanta: ergo diuisibilis in duas medietates non se invicem includentes: ergo diuisibilis in partes ali-

quotas. Ergo vel continuum non cōstat infinitis partibus proportionalibus; vel cōstat infinitis aliquotis.

## s. II.

*Præmittuntur nonnulla pro decisione: & continui partes aliquotæ, & proportionales declarantur.*

11 **Q** Via magna æquiuocatio, & confusio latere potest in vocibus frequentissimis in hac quæstione; ideo distinctione præmissa, æquiuocationem auferre, & explicatione prævia, claritatè quæstioni afferre conabor. Suppono in primis, distincta dubia esse, utrum partes sint actu incontinuo? Et utrum sint actu infinitæ? Quia primum solum inquirit existentiam partium actualem; secundum vero querit earum numerum, vel infinitatem actualem? Quam distinctionem, quia P. Rubio, & quidam alij non aduerterunt, Doctores minus fideliter retulerunt: quia nullus, quem ego videbam, negat in continuo esse actu partes; & multi ex relatis pro prima sententia expresse negant esse in continuo partes actu infinitas: ac proinde supponunt dubia esse distinctione, & ad inuicem non connexa.

12. Suppono secundo cum P. Suarez illa sec. 5. nu. 29. & 34. quod in præsentia illa dictio, *in potentia*, & potest significare, vel includere negationem actualis existentiae; ita ut illa dicantur esse in potentia, quæ actu non existunt: Alio modo potest accipi, ut solum dicat negationem actualis divisionis. Quod alij terminis

minis explicuerant Ariminensis, & Soto dicendo, quod ly *potentia*, aut determinat, ly *habet*, aut determinat ly *partes*. In primo sensu, est idem ac dicere, quod non habet, sed potest habere partes. in secundo vero est ac si dicatur, quod actu haberet, sed non quæ actu faciant numerum entium infinitorum. ¶ Et addo, quod actualis diuisio est duplex: alia per affirmationem, & negationem intellectus cum fundamento dicentis, quod hæc pars non est realiter illa, seu distinguitur realiter ab illa; adhuc quando sunt unitæ in toto; sicut materia distinguitur realiter a forma, adhuc cum una totius existentia existunt. Alia est diuisio physica per realem separationem unius partis cōtinui ab alia; & hæc est propria diuisio rei extensæ, & dividibilis integraliter, sicut cum secatur lignum, vel diuiditur aqua: & hæc est diuisio physica separationis soluens continuatatem; illa vero solū est diuisio intellectualis designatiois partium distinctarum.

13 Tertio suppono cum M. Soto, M. Masio, & alijs, quod aliud est dicere incontinuo actu sunt infinitæ partes; & aliud asserere, quod in continuo sunt infinita entia in actu: primum solum denotat, quod ut concurrunt ad constitutionem totius, habeat actualitatem diuisibilem sine termino in partes: ad secundum vero exigitur, quod ut existunt, habeant esse per proprias existentias distinctas, partialiter saltem, in infinitum.

Quod si insies, quia ens est quid transcendens, & communius quid,

quam pars, & totum: ergo idem est dicere, quod sunt infinitæ partes in actu; ac asserere, quod sunt infinita entia in actu.

14 Respondeatur, quod antecedens est verum de ente latè, & communiter sumpto; falsum vero loquendo de ente propriè, & in rigore, iuxta ea quæ diximus lib. 1. q. 7. num. 8. nam ut sic ens dicit aliquid propriè esse in actu. iuxta S. Thomam 1. p. q. 5. ar. 1. unde Theologi cum D. Thoma in 1. dist. 25. q. 1. art. 4. & ad 1. dicunt in diuinis esse tres res; nō tamen tria entia substantiæ. Quod & docent alij PP. quos ad intentum referunt PP. Carmelit. disp. 18. nu. 12. Et ideo ut sint infinita entia, requiruntur infinitæ existentiae; vel corpus infinitæ extensionis, ut absolute dicatur dari infinitum in actu. Quod tamen non requiritur ut dicatur esse infinitæ partes in actu; eo quod in unico ente possint esse plures partes. Quamvis minus propriè loquendo, partes entia dicantur, sicut & res.

15 Quarto principaliter supponenda est celebris diuisio partiū; quod aliæ sunt *aequales*, id est, determinatae, & certæ magnitudinis, quæ dicuntur aliquæ: aliæ sunt *proporcionales*, & *inter se communicantes*. Quæ distinctio sine certo Authore circumfertur. Sed est expressa Phylosophi tertio Physicorum text. 59. & S. Thomas ibi lectione 10. littera g. & lib. 1. Physicorum lect. 9. littera h. in fine, ait S. Thomas: Non est inconveniens, quod in aliquo finito sint infinita inæqualia, si attendatur ratio quantitatis: quia si diuidatur cō-

tinuum secundum eandem proportionem, erit procedere in infinitū: vt puta, si accipiatur tertium totius & tertiu. tertij, & sic deinceps; sed tamen partes acceptæ, non erant æquales secundum quantitatē. Sed si hiat diuisio per partes æquales, nō proceditur in infinitū, etiam si sola ratio quantitatis in corpore mathematico cōsideretur. Hac S. Th. Idem docet in 2. dist. 30. q. 2. art. 2.

16. Diuisionem eandem egregiè declarat M. Soto 3. Phys. text. 59. notans duplice posse fieri finitæ magnitudinis diuisionem. Uno modo seruando partium eandem proportionem; non tamen eandem quantitatē; vt si pedale diuidatur pro portione dupla. Secundo modo seruando eandem quantitatē; nō autem eandem proportionem. Si autem dividatur primo modo, numquam potest pertransīrī magnitudo pedalis, sed abibit in infinitū diuisio: vt si prius diuidatur in duas medietates; & medietas rursū in duas; deinde quarta in duas; & ita in infinitū. Siverò diuidatur secundo modo per partes æquales, quamcumque sit illa magnitudo finita, tandem pertransibit: vt si sit decupedalis; & in qualibet diuisione dematur pedale, decem diuisionibus pertransibit: quia omne finitum per ablationem finiti tandem consumitur.

17. Deinde notat M. Soto, quod in priori diuisione, seruata eadem proportione, minuitur sēper quantitas partium; quia semper accipiuntur minores, & minores; in secunda verò, seruata eadem quantitate,

proportio quidem totius ad partē, quæ demitur, minuitur; nam semper demitur pars in minori proportione. Sed tamen proportio totius ad residuum semper augetur: vt in exēplo adducto facile videri potest

18. Hæc facile percipies, aduerte do ex D. Thom. 5. Ethic. lec. 5. & 1. Post. lec. 12. quod proportio est habi tudo qualitatis unius ad alteram; sicut proportionalitas est collectio duarum proportionum: & sic non reperitur, nisi inter plura extrema: & ita diuisio proportionalis est, quæ sic se habet ad illam, sicut hæc ad aliā: & ideo vel est per comparationem unius quantitatis ad aliam; vel, vt cōtin git in præsenti, per comparationem partium ad totum, seruata eadem proportione, sed non eadem quantitate: & ideo partes proportionales, nullam addunt magnitudinē supra partes certa magnitudinis, que aliquoties repetitæ reddunt totum. Quod vulgari exemplo bene declarant PP. Carm. disp. 25. q. 4. n. 48. nam dato vase determinata mensura aquæ, à quo si detracta medietate, iterum medietatem illius medietatis extra has, & iterum per medierates medietatum infundas, numquam plus aquæ per totū tempus infundes, quā antea simul infunderas: ergo pariter in omnia alia diuisione cōtinui per partes proportionales, non additur plus quantitatis, aut extensionis, quam ha bunt partes certæ magnitudinis, & mensuræ, quia illæ in ipsis includuntur. Alijs exemplis solet explicari, quæ non vacat examinare.

§. III.

## Questionis resolutio.

19. **I**gitur in hac questione certum est primo, in continuo esse actum, & formaliter partes. Hęc demonstratur ex adductis pro secunda sententia, quia ut dicit S. Thomas 3. p. quæst. 90. art. 1. *partes rei sum in quas materialiter totum diuiditur: sed continuum est actu rotum diuisibile in aliquid quantum: ergo actu habet partes aliquotas, & proportionales: quia utroque modo potest dividiri.* Et sic videmus continua homogenea, & etereogenea actu partibus constare, ut parer in ligno, aqua, arboribus, & animalibus. Et hoc videtur supponere Concilium Tridentinum sess. 13. can. 3. definiens totū Christum coartineri in singulis hostiis partibus.

20. **E**s est certum secundo, partes æquales certæ magnitudinis esse finitas. Hoc evidens est, supposito, quod non detur (ut non datur, nec dividitur dari potest) magnitudo actu infinita: quia ista partes aliquoties repetitæ reddunt totum; & eū exhausti: & ideo cū totū sit finitū, & partes æquales erunt finitæ.

21. Tertio est erratum, partes proportionales in esse entis esse finitas; tum in extensione; quia sunt eiusdem extensionis, ac aliquotæ; tum in esse numeri; quia implicat contradictionem diuisas esse in omnes partes: tum; quia omnes una totius existentia existunt: & ideo actu non constituant numerum, quia ut ait Sanctus Thomas in quarto dist. 10.

q. 1. artic. 3. quæstiunc. 3. ad primū: *Vnitas rei consequitur esse ipsum, &c. Vnde in actu non est accipere ipsarum numerum, sed potentia tantum.* Et libro quinto Metaphysicæ lectione nona in fine, ait: *Quilibet pars communis est potentia in actu. Quod amplius declarat eodem libro quinto lectione 21. litt. f. dicens: Partes, ex quibus consistunt totum, duplicitate possunt esse in actu: uno modo in potentia; alio modo in actu. Partes quidem sunt in potentia in actu continuo; acti vero in actu non continuo; sicut lapides acti sunt in aceruo.* Idemque dicit lib. 7. Metaph. lec. 17. lit. f. & 3. p. q. 76. art. 3. ad 1. rationem assignat, quia numerus sequitur diuisam. Et in 4. dist. 12. q. 1. art. 2. q. 3. & dist. 44. q. 1. art. 1. q. 5. Et clariss. lib. 7. Phys. lec. 9. litt. f. ubi ait: *Pars in actu non est in actu, sed in potentia; maximè in continuo; scilicet enim aliquid est entis, sicut & unum: unum autem est, quod est in se indivisum, & ab alijs diuisum; pars autem prout est in uno, non est diuisa in actu, sed in potentia tantum: unde non est actu ens, neque una, sed in potentia tantum;* & propter hoc non agit pars, sed totum. Hęc ibi. Quibus verbis declarat, quod sunt in potentia quoad diuisationem, & separatam existentiam; quāvis formaliter sint in actu per unam totius existentiam existentes. Et hoc solam voluerunt Antiqui, ut ipse Ferrara declarat ad ultimum. Videlicetque S. Tho. lib. 7. Metaph. lec. 13. litt. h. & lec. 16. litt. a. dicit, & quod partes sunt potentia tantum, patet, quia nihil de numero eorum est separata. Et lib. 9. Metaph. lec. 5. litt. b. & lec. 10. litt. d. Quae ideo congregari, ut appareat mens S. Thom. & Phylosophi;

phi; quibus sine causa aliquis attribuit, quod in continuo non sint actu partes: cum solum negent esse actu quoad separationem, & diuisiōnem.

22 Quarto ex dictis q. 1. n. 31. & ex adductis hic n. 8. constat: tot esse partes proportionales in continuo, quod numerari nequeunt, & quod sunt tot, quod exhausti non possunt: unde si actu essent separatae, constituerent infinitum in actu: & ideo nisi obesset ille modus essendi confusus per inclusionem in partibus æqualibus, quarum existentia existunt: absque dubio essent infinitæ in actu, vt omnes admissunt. Cum igitur hæc inter Authorites variisque opinionis sint exploratae; non video quomodo inter eos sit differentia, nisi in modo loquendi; an sit dicenda infinitas simpliciter, & actualis, quia partes sunt in actu? An dicenda sit potentialis; quia separatione non est nisi in potentia?

23 Quamvis autem utraque sententia sit probabilis, probabilior, & amplectenda est secunda coquendens esse continuum finitum simpliciter in extensione, & numero actuali; sed loquendo in esse partis proportionalis, est infinitas in continuo, in hoc genere simpliciter talis. Et hanc secundam partem damus argumentis secundæ sententiae. Authoritates vero, & duas priores rationes primæ, solum convincunt priorem partem nostri asserti.

24 Ad tertium vero propositum n. 4. PP. Conimbr. concedunt sequelam; eo quod in infinitis non potest

dari unum maius alio; ec quod istæ sunt proprietates quantitatis finitæ, vt docuerant Gregorius in 1. ditt. 44. q. 4. & Scotus in 2. dist. 1. q. 3. & quod in circulo minori tot sunt partes, ac puncta ac in maiori, probant Conimbr. quia omnes lineaæ, quæ duci possunt à centro, secant uniuersum circulum in aliquo punto, & correspondunt lineis infinitis.

25 Omnes tamen hanc doctrinam reieciunt: & iam diu reiecerat Soncinas lib. 12. Metap. q. 31. ad 1. quia ibi saluatur continere aliud, & aliquid plus: ergo ibi saluatur totum esse maius sua parte. Nec est inconveniens, quod materialiter unum infinitum aliud excedat, iuxta dicta lib. 3. Et licet à punctis circuiti majoris possint duci lineaæ ad puncta circuiti minoris; non tamen à quocumque huius ad quodcumque illius, vt probant PP. Carmel. num. 55. vi dendi.

26 Ad argumentum obiectum n. 10. nego sequelam. Ad probationem nego minorum. Ad probationem dicitur, quod eo ipso quod continuum dividatur actu, partes eius non coniunctant actu cum partibus alterius continui, à quo fuit divisum: sed quia implicat, quod in omnes partes collectiae dividatur; ideo in ipsis partibus remanentib' semper sunt partes proportionales, in quas posset dividiri. Ita discreti modis rationem assignat S. Thom. locis relatis n. 15. quia quando divisione est per partes æquales, exhausti sunt totum, quia semel tantum dividunt: & non se habent ut una includens

cludens aliam: at vero cum diuisio est per partes inæquales, nullus est terminus in diuidendo, quia semper accipitur minus; & id quod primo erat membrum diuidens, postea repetitur, & est ipsius diuisum in medietates remanentes sine termino: vnde bene concedit, cum Phyloso pho, S. Tho. non esse inconueniens, quod in aliquo finito sint infinita inæqualia: si- cut in sētētia admittētē possibles infinitos Angelos; omnes esse pos- sent ut in loco in parte viuenterli finitæ extensionis: quia infiniti re- pugnantia aliunde prouenit. Ad- mittendæ ergo sunt in continuo infinitæ partes inæquales: quamvis implicet in terminis quantitatis finitæ extensionis dari partes æquales: finitas; & ideo subdit S. Thom. quod si sit diuisio per partes æquales, non proce- derit in infinitum. Ecce clare soluitur à D. Thom. argumentum adeò ma- nificatum à Recentioribus, ex pa- rum attenta consideratione diffe- rentiæ inter partes æquales, & in- æquales.

27. Ad confirmationem respōsum est q. 1. n. 31. & iam responderat So- to 6. Phys. q. 1. ad 2. concedendo, quod Deus cognoscit singula pun- cta, & singulas partes continua: non tanen cognoscit vltimā; quia nulla est talis. Neque cognoscit vltimas, ad quas terminatur diuisio: alio- quo esset in partes indiuisibiles; & tanen nullæ sunt tales in conti- nuo. Iam etiam diximus, quod ex eo quod Deus ex parte sui conti- nuum distinctè cognoscet; non se- quitur, quod distincte omnem par- tem possit separare; quia hoc defini-

tioni continui repugnat: vnde cog- noscendo singulas partes, cognoscit Deus non posse collective diui- di: nam qualis est earum natura, sic ex parte obiecti cognoscitur à Deo. Et sic in forma, negatur sup- positum antecedentis, quod practi- ce, & in re possit dari minimum quantitatis mathematice sumptæ; quia nullum est tale: alioquin illa esset quantitas diuisibilis, & indi- uiſibilis: quod implicat contradic- tionem..

## QV AESTIO III.

*Vtrum in continuo dentur indiu-  
sibilia: Et quid sint:*

§. II.

*Sententiae opposita:*

I Ndiuisibilia positiva, & realia in continuo dari, negarunt Ochā cap. de Quātit. & in tract. de Euch. c. 1. & 2. & Q. 10 lib. 1. q. 9. & Gre- gor. Arianin. in 2. dist. 2. art. 1. Ga- briel super Canonem Mis̄la lec. 43. Pereira lib. 10. cap. 6. §. Restabant. Auera q. 22. sect. 4. Fromondus in suo Labyrintho à cap. 3. vbi negat realia indiuisibilia, & imaginaria so- lūm admittit.

2. A quibus parum discrepat, qui admittunt indiuisibilia; dicunt tamen solum, aut præcipue significare ne- gationem vltioris diuisionis. Ita Darandus in 2. dist. 2. q. 4. n. 12. Da- diñus lib. 3. de Anima comm. 1. 1. digres. 20. Albertin⁹ to. 2. de Quāt. disp. 3. q. 7. & nouissime Ioannes Pótius Ordinis Minorū dis. 47. q. 3.. dicit

dicit esse incertum quid dicendū, quia sunt argumēta insolubilia pro vtraque parte.

3 Negant alij puncta continuatiua, & solum concedunt terminatiua, nempe vnicam superficiem totum corpus claudentem. Ita Fonseca lib. 5. Metaph. cap. 16. q. 6. sec. 5. & vt probabilem defendant Cōimb. hic cap. 2. q. 1. art. 4.

4 Non desunt alij, qui admittunt puncta realia tam cōtinuatiua, quā terminatiua; sed dicunt esse ipsam vniōnem partium, a quibus solum modaliter differant. Ita indicat Toletus q. 1. in fine 1. concl. & tenet Rubio hic q. 1. dub. 2. 5. Secundū igitur Hurtadus disp. 15. sec. 3. à n. 36. tribuique solet Autreolo in 1. dist. 9. q. 2. art. 1. Oñá hic q. 1. artic. 2. 5. Seā quæres, & alijs.

5 Per aliud extrellum alij, l. o. solum in quantitate, sed etiā in qualitate, & in ipsa substantia corporea dicunt debere dari inditibilia, vt sint subiectum inditibilium quātitatis. Ita Suarez. disp. 40. sect. 5. à n. 50. vsque 67. Rubio dub. 4. & 5. Cabero tract. 6. disp. 1. dub. 4. & 5. ¶ Ad confusione vitandam, de omnibus, quæ in relatis sententijs tanguntur subsequentibus conclusionibus iudicium feram, & S. Th. mentē simul explicabo, relatis Doctribus, qui ipsum sequuntur.

### §. II.

Dantur inditibilia terminatiua.

6 Dico primo, in continuo dantur actu inditibilia termina-

tua. Ita Phylosophus, & S. Thom. lib. 5. Physicorum lect. 5. litt. b. vbi ait: tangere se dicuntur, quorum sunt vltima simus. Ultima autē corporū sunt superficies; & vlti na superficiem sunt linea; & ultima linearum sunt puncta. Si ergo ponatur quod duas lineas se tangunt in suis vltimis, duo puncta duarum linearum se tangentium, cōtinebuntur sub uno puncto loci contianantis. Nec propter hoc sequitur, quod locatum sit maius loco; quia punctum additum puncto nihil maius efficit. Hęc S. Thom. & litt. c. in fine dicit: minima distantia, quae est inter quacumque duo puncta ligata, est linea recta, quam cōtingit vnam rātum esse inter duo puncta. Idem docet S. Thom. lib. 3. Metap. lect. 13. & Opus. 36. cap. 2. & alibi sāpe. Estque adeò recepta sententia, quod P. Vazquez 1. p. disp. 172. n. 9. ait, de superficie terminatiua corporis nullum usque adhuc dubitasse. Sed minus diligenter Authores euoluit, vt ex relatis n. 1. & 2. constat. Verius dixisset, quod præter illos, omnes alij nostrani sententiam docent.

Sumitur ex D. Augustino de Quantitate Animæ cap. 11. & ex Euclide Mathematicorum principe. libr. 3. Theoremate 12. propos. 13. dicente: Circulus circulum non tangit in pluribus punctis, quam uno, sive intus, sive extra tangat.

7 In autoritatibus rationes tres indicantur. Prima, quia continuum finitur, & terminatur positivè; sed non terminatur aliquo inditibili: ergo terminatur aliquo inditibili.

Maior

## §. 2. Dantur indiuisibilia terminatiua.

557

Maior patet, quia est quantitas finita extensis. Minor vero probatur, quia si in illo diuilibili sumatur medietas, illa terminabitur; & inquiritur an aliquo diuilibili? Et sic procedetur in infinitu, usque dum perueniat ad aliquid indiuibile.

Secundo probatur ab experientia, nam loc adaequatur locato, quod ambit secundum indiuibilem superficiem: nam si in aliquo diuilibili ambiret, non adaequarentur.

8. Tertio, ad idem sunt illae experientiae de globo perfecte spherico, quod ne tangit nisi in puncto corporis perfecte planum; alioquin nec etiam perfecte sphericum; nec aliud perfecte planum: alioquin ductis tribus lineis a centro illius sphaerae, illae non erunt aequales; quia linea media erit minor: & per consequentem superficies non esset circularis: nam in circulo omnes lineae ductae a centro ad circumferentiam, sunt aequales. Item columnam perfecte rotunda non tangit planum, nisi in linea. Pariter perfecte quadratum in angulo solum tangit in linea. Item duo perfecti plana non se tangunt nisi in indiuibili secundum profunditatem: datur ergo actu in continuo indiuisibilia terminatiua.

9. Sunt qui negent posse dari corpus perfecte sphericum. Quod trahitur Averrois i. de Celo concl. 32. & Paulo Aresio i. de Generat. dilip. 2. q. 33. sec. 9. & Alexandro P. Colomin. lib. 2. Sphaera cap. 5.

Iam diu tamen fugam hanc praeculsum Scotus in 2. dist. 2. q. 9. ad 3. §. Hic respondeatur, quia cælum simpliciter est sphericum. Tum quia

nulla est contradicatio, quod à Deo fiat perfecte sphericum; & moveatur super perfecte planum: & tunc currit argumentum.

10. Præterea, inconveniens est, quod perfectissima figura, quæ est sphérica, superet naturem virtutem naturæ, & artis: cum tamen sit ens naturale, vel articiale. Rursus, ad vires argumenti sufficit, quod aliqua ex parte sit perfecte sphericum, & perfecte planum, vel perfecte quadratum. has enim figuræ non dari, nulla probabili ratione vindicari suaderi; sed gratia negari, ne indiuisibilia admittantur.

11. Alii respondent non posse esse realem contactum inter huiusmodi corpora. Alij asserunt, quod se tangunt in indiuibili incerto, & vago, & indeterminato. Vtramque euasionem pluribus impugnat Masius hic sect. 1. q. 1. concl. 3. & Suarez n. 11. dicens, hoc tam esse per se incredibile, ut nulla indigeat refutatione: nam globus maximæ molis, si caderet super planum, secum illud traheret, vel confringere physice, quod sine physico contactu fieri non posset. Tactus autem determinatus, in puncto determinato, & signabili, ab Angelo, vel à Deo, sit. Vnde inquit Soto q. 2. de Quant. in 5. prob. 1. cœcl. profecto eti mirabile, quod globus tangat planum; & tamen nil in globo signari possit, quod se toto tangat planum. Quare ænam spheram planum tangere in puncto, ut per se notum, supponunt Philosophus, & S. Tho. i. de Anima text. 13. lec. 2. lit. c.

Sed.

12 Sed contra principalem rationem instabis ex Durādō n. 12. nam quantitas, sicut, & qualibet alia natura creata, seipsa est finita: ergo se ipsa est terminata, & non ultra extensa: ergo non indiget indiuisibili bus vt terminetur.

Respondet distinguo consequens, seipsa est terminata, terminis essentialibus; concedo consequentiā; quia absque superaddito clauditur genere: & differentia, seu terminis diffiniētib⁹. Seipsa est terminata, terminis quantitat⁹, ratione quorū unum corpus aliud tangere potest, & resistere penetrationi cum illo; nego consequentiā: & ad hoc indiget quātitas indiuisibilibus terni natuīs. Solutio est S. Tho. in 1. dist. 37. q. 3. art. 1. docentis, quod terminus dicitur æquiuoce de terminis essentiis, ac de terminis dimensionis: ac per consequens etiam æquiuoce, vel analogice dicitur aliquid finiri essentialeiter, vel quantitatue: nam finis secundum viramque acceptiōnem, nullam commensurationem, seu proportionem habet: unde non oportet, ut quod est finitū in essentiā, ad terminos loci finiatur. Et oppositam appellat S. Tho. valde rudem probatiōnem.

13 Secundo obiicit Albertinus n. 32. quia aut indiuisibile tāgit partē secundum se totā; & sic cū illa penetratur: pariterque se invicem penetratē partē profunditatis, quia cum illis se penetrant superficies. Aut in diuisibile tāgit secundū partē; quod est cōtra rationē indiuisibilis carēt omni parte. Ergo nō dantur indiuisibilia. ¶ Respondebat Masi⁹ ad 5. quod punctū, in rigore, nec tāgit

lineam, nec cū ea cōtinuat⁹ (eo quod contactus est contiguorū; & continuitas est corporū habētiū partes) habet tamē maiorē unionē, nēpe rationem termini; & ideo nō faciendo vim in voce, solet dici, quod tāgit, seu afficit inadæquate: nā terminando, cōstituit vltimū in situ, impenetrabile cūm alio, quod potest tangere, & ratione illius totū dicitur tangere. Ut bene notat Soto vbi supra. Quia tamē pūctum terminans nō est extensum, ratione illius quantitas nō occupat maiere locū, quia vt ad intētum ait S. Th. 5. Phys. lect. 5. vbi supra, punctū additū puncto nihil maius efficit. De quo videatur lib. 1. de Gener. lect. 5. litt. c.

14 Sed vrgent Recentiores: nam contigua sunt, quorum vltima, seu quorum termini sunt simul: sed si indiuisibilia terminativa esent in eodē loco ac partes terminatae, nō possent esse simul, quando corpora sunt cōtigua: ergo indiuisibile cōtinuum est in diuerso loco, ac pars terminata. Probatur minor: quia si essent in eodē loco ac partes, non possent esse simul inter se, quin ipsa partes esent etiā simul: sed hæ nō possunt esse simul, quia sunt impenetrabiles: ergo nec indiuisibilia terminativa possent esse simul.

Deinde, si indiuisibile terminatiū, nō esset in diuerso loco, ac pars terminata, nō clauderetur illo tota extensiō continuū: quia saltē illa pars, in cuius spatio esset, illo non clauderetur, vt perse patet: ergo in diuisibile est in diuerso loco ac pars, quam terminat.

15 Hoc tamen argumentum non differt

### §. 3. Admittenda sunt indiuisibilia terminativa. 549.

ab illo soluto à D. Tho. verbis relatis n. 6. & ab alijs antiquis explicatibus qualiter locus æquetur locato: De quo legatur, quæ diximus lib. 4. q. 1. n. 30. & 31. Informa negatur minor. Ad probationem dicatur, quod duo contigua nō sunt simul quoad profunditatem, nec quoad intrinseca; sunt tamen simul quia earū superficies externæ correspondent eidē superficieī spatij, vel loci. Vnde bene notarat M. Soto 4 Phys. q. 1. ad vltimum in fine, quod si duo corpora contigua vnū circumferatur circa alterum, superficies cōcava cōtinentis, nō erit maior, quā cōvexa cōtentit. ¶ Per quæ patet ad secundam probationē; quia bene possunt duæ superficies diuersè claudere intrinsecè diuersa corpora, quæ terminant intrinsecè: & tamen correspōdere eidem spatio; quia æquātur concava vnus, & cōvexa alterius & sic sunt simul sicut locus, & locatum, non per penetrationem; sed per continuaentiā ambitus extrinseci.

#### §. III.


### Admittenda sunt indiuisibilia terminativa.

16 Dico secundo, in cōtinuo datur indiuisibilia continuautiua. Est cōnunis Thomistarū Capreli, Dezæ, Sōcinatis, Soto, Aquarij, & aliorū quos citat Masius sec. 1. q. 1. & PP. Carm. dist. 25. q. 1. Tenetq; Scotus in 2. dist. 1. q. 3. & dist. 2. q. 9. & alijs quos referunt, & sequuntur Suarez illa sec. 5. n. 9. & à n. 18. & pafsim alijs.

17 Estque ad mētem Phylosophi s. Metap. c. 12. vbi docet punctum esse quid indiuisibile habēs positio nē in cōtinuo. Et 4. Phys. tex. 90. dicit, quod punctū nō potest esse immediatū alteri puncto. Et tex. 107. dicit quod punctū nō est pars linea, sed cōtinuas eius partes. Et 6. Phys. text. 88. & 3. de Cælo text. 14. quæ omnia ad intentū citat Soto q. 2. de Quant. in 3. prob. 1. cōcl. Idē docet Phylosophus c. de Quant. & libr. 5. Phys. tex. 26. & alibi sāpe. Sumitur ex D. August. lib. 11. Confes. à c. 14. vsq; ad 18. estque expressa sententia D. Th. relatis locis. Et q. 28. de Veritat. ar. 2. ad 10. & Opusc. 36. cap. 2.

18 Probatur ratione primo, quia lignū vnus vlnæ continuū differt à duobus lignis eiusdē extēsionis cōtiguis; quorū singuli sint latitudinis dimidiæ vlnæ; sed non possunt in alio differre, nisi quia partes continua copulantur termino cōnuni; scus vero cū partes sunt cōtiguae; vt cōstat ex definitionibus cōtigui, & continua: ergo dantur in continuo indiuisibilia continuautiua.

19 Præterea conclusionē probat Sōcinas lib. 5. Metap. q. 20. ante secundā concl. dicēs; impossibile est quod partes linea cōtinueretur seip̄sis; quia cū sint eiusdē rationis, una nō se habet ut potentia, vel ut actus ad aliam: pūctus autem se habet ad vtramque partem linea, sicut actus ad potentiam; & ideo eas continuauit; nec sine puncto continuautiua posseant. Hæc ille.



## §. III.

*Quid sint individuissimilia?*

20 Dico tertio, individuissimilia continuitua, & terminatiua ex directo significato non significat negationem; sed potius aliquid posituum negatione explicatum. Ita Philosophus s. Metap. text. 12. docens punctum habere positionem in continuo. Sequiturque ex racionibus factis, quia realis terminus, & reale copulatum in realium partium, negatio esse nequit: quod late prosequitur Masius tota q. 2.

21 Obiecties, punctum definiri ab Euclide lib. 1. defin. 1. Punctum est cuius nullae est pars. Ergo eo ipso, quod intelligatur individuissimile sine omni parte, est punctum. Ergo cum haec omnia negationeai denoteat, non significabit quid posituum.

Respondeatur ex D. Thom. 1. p. q. 10. art. 1. ad 1. quod simplicia conseruerunt per negationem definiiri; sicut punctus est, cuius pars non est: quod non ideo est, quia negatio sit essentia eorum; sed quia intellectus noster, qui primo apprehendit composita, in cognitionem simplicium pervenire non potest, nisi per remotionem compositionis. Et hoc modo Metaphysici unum definit per negationem divisionis; & Theologici declarant aeternitatem per interminabilitatem.

22 Dico quarto, individuissimilia realiter differunt a partibus continuo. Hanc probat quinque argumentis Soncinas illa q. 20. concl. 3. nobis duo sufficiant. Primum, omne ens

realiter dividibile, differt realiter aente individuissimili: quia in una simplici entitate finita, non possunt praedicata adeo opposita ad variari: sed continui partes sunt dividibiles; puncta vero realiter individuissimilia: ergo realiter differunt.

Secundo, omne quod est commune duobus, & non per predicationem, distinguitur ab utroque ipsorum, nam si cum ipsis identificaretur, nil prohiberet de ipsis praedicari, saltem identice. Sed punctus est communis partibus linea, nempe terminus viarius, & initium alterius: non praedicatur de eis; quia linea non est punctus; nec est contra. Ergo realiter differt linea a puncto, ut eius terminus.

23 Obiecties Philosophi 8. Phys. cap. 8. & 3. Metaph. cap. 5. docentem individuissimilia solum in potentia esse in continuo. Et S. Thom. 1. p. q. 8. art. 8. ad 2. docet, quod in linea circulari, non est punctum nisi in potentia. Quod vniuersaliter de omni puncto continuatio docet S. Thom. 3. Metaph. lect. 13. & Opusc. 36. c. 2. & alibi saepe. Idemque docet Caietanus 3. p. q. 4. art. 2. §. Pater Secundo. Et Soncinas dict. q. 20. §. Ad cuius evidenciam, & alij.

Respondeatur, quod sicut de partibus continuo dictum est, quod sunt actu quo ad existentiam, & in potentia quo ad numerum, & divisionem; ita etiam de punctis alterendum est, quia linea in actu puncta exigit in actu. Cum hoc discrimine quod terminatiua exercent actu suum numerum; quae vero resultare postulant; licet ibi sint actu; non exercebant actu

actu munus diuidende. Et ideo ait S. Tho. illo cap. 2. quod ibi erum puncta quedam, duo actu, ut eius termini, qui cadunt in eius definitone; & infinita alia in potentia, secundum quod ipsa est in infinitum diuisibilis potentialiter. De quo plura M. Ioann. à S. Thoma q. 20. art. 1. difficil. 3.

24 Dico quinto, indiuisibilia nō sunt modi vniōnis; sed entia incomplēta; quamvis non indigeant alijs modis, quibus vniāntur. Prior pars docetur à Suarez. n. 25. & 46. vbi negat secundam. Sed vtraque traditur à M. Ioan. à S. Thoma vbi supra difficul. 2. 6. Quod vero M. Ortiz tract. 9. confer. 1. concl. 4. ¶ Et de indiuisibilibus cōtinuatiuis, probatur; quia non dantur ut actu vniāt partes iam vltimate vniōes; sed ut proximè reddant vniōes, reddendo illas nob̄ se totis cōmunicabiles, sed solum secundum extremitates: ergo non sūnt vniōes, nisi grammaticæ penuria. De terminatiuis, id est clarus, quia terminare, & reddere impenetrabile: cum alio, quod potest tangere, nō est munus vniōnis.

25 Secunda pars probatur primo ex generali doctrina, qua probabilius diximus non dari modos vniōnis superadditos: de qua lib. 1. q. 14. Secundo, quia adhuc si intermatet, & formam admittatur, hic nō videtur necessarius propter minimam indiuisibilium entitatem. Et tertio, quia videtur incredibilis tot modorum multiplicatio. Præcipue hoc urget aduersus Suarez, qui negat distinctionem relationis à fundamento ad simile inconc-

uiens vitandum. ¶ Quarto, munus speciale termini probat non esse opus vniōne superaddita, quia seipso terminat: vt diximus lib. 1. illa q. 14. num. 28. in Mysterio Incarnationis.


26 Obijcies, sequi ex doctrina data, posse puncta separari à linea, & sine illa conseruari: quod videtur repugnare: Ergo melius dicetur es se modos.

Respondet Soncinas concl. 4. punctum nō posse separari à linea; alioquin esset infinita, & interminata; cum punctus sit formalis terminus lineæ. Idemque sequitur Masi<sup>9</sup> q. 1. ad 4. & q. 3. ad 4.

27 Suarez verò nu. 41. dicit probabile, conseruari posse à Deo linea sine puncto: in quo casu quantitas esset finita per negationem vltoriois extensionis; sicut qui dicunt posse naturā conseruari sine subsistētia propria, vel aliena. Nu. 46. docet, quod singula puncta possunt separata conseruari, secus verò tota collectio punctorum; quia non potest linea esse extēsa, si partes aliquo indiuisibili non nequantur.

28 Sed quicquid sit de alijs casib<sup>9</sup>; illud videtur in terminis repugnans, quod puncta omnia sint actu separata: quia, & dabatur infinitum in actu; & effectus formalis erit sine forma. Et similiter repugnat, quod quantitas sit continua sine partibus, ratione eadem, ut ait

Soto, & alij frē. quenter.



s. V.

*Non dantur indiuisibilia sub  
stantie.*

29 **D**ico sexto, neque in substantia, neque in qualitate opus est ponere indiuisibilia. Ita Soto, Sotinas, & Ioan. à S. Tho. quos retulimus lib. 2. Logic. q. 13. n. 35. Mais hic q. 1. ad 3. & Conimb. etiam q. 1. art. 3. ad 3. Vazq. 1. 2. to. 1. disp. 82. c. 6. & alij. ¶ Et probatur primo, quia in ipsis cellulant rationes omnes factæ, quia res seipso terminantur essentialiter, & actus, & potentia se ipsis vniuersatur inter se, & sub una existentia. Secundo, quia in substantia, & qualitate, seclusa quantitate, non reperitur situatio, & impenetratio, ergo nulla est necessitas in ipsis posse adiudiicari indiuisibilia.

30 Obijcies: accidens, & proprium subiectum debent proportionari; ac per consequens accidens indiuisibile esse non potest nisi in subiecto indiuisibili. Sed partes quantitatis sunt in partibus substantiarum: ergo & indiuisibilia quantitatis sunt in indiuisibilibus substantiæ.

Respondeatur cum M. Soto de Quantitate. q. 2. ad 4. & Conimbr. hic quæst. 1. art. 3. ad 6. quod punctum non est necesse habere subiectum ad æquatum indiuisibile, sicut ipsum est: quia punctum non est per se primo in substantia; sed ratione linea, & linea ratione superficie, & superficies ratione corporis. Unde corpus est in substantia tamquam in subiecto ad æquato, reliqua ve-

rò species sunt in substantia quoddammodo inadæquate. Vide partes substantiarum vniuntur seipso in quantum habent unam formam, & haec est una in quantum retinet unam indiuisam existentiam. Unde Sanctus Thomas libro septimo Metaphysicæ lect. 13. littera. h. ait: *Vnūquodque dividitur ab altero per propriam formam: unde ad hoc quod ali qui si sunt unum actu, oportet, quod omnia concludantur sub una forma. & quod non habeant singula singulas formas, per quas sint acta.* Et loquitur ex prefætio Sanus Thomas de partibus continuo. Per quæ celant, quæ obijcit Suarez numero 50. & sequentibus, & datus Rubio dub. 4. & 5. recolantur, que loco citato Logicæ diximus, & facile erit ad omnia respondere.

#### Q V A E S T I O . IIII.

*Vnum indiuisibile possit mo-*

*ueri.*

1 **L**oquimur de indiuisibili habere positionem, & situm inquantitate; quia de indiuisibili spirituali, non est Physicorum disputare: sed Theologum cum Dno Thoma prima parte quæstione 52. & 53. ostendunt Angelos posse esse localiter in punto; & posse propria virtute moueri continuè, vel discretè.

2 Supponimus autem, quod duabus modis potest aliquid moueri: uno modo perse, videlicet, cum non ratione alterius mouetur: alio modo per accidens, cum scilicet, mouetur ad motum alterius.

Præterea notat Sanctus Thomas libro

libro sexto lectione 12. littera. a.  
quod moueri ad motum alterius  
contingit dupliciter: uno modo,  
quando id quod mouetur ad mo-  
tum alterius, non est aliqua pars  
eius; sicut illud, quod est in nauि  
mouetur ad motum nauis; & albe-  
do etiam mouetur ad motum corpo-  
ris, cū non sit pars eius. Alio mo-  
do sicut pars mouetur ad motum  
totius.

3 Certum est igitur indiuisibile  
posse moueri peraccidens, ad mo-  
tum totius in quo est: *Sicut punctum*  
(inquit Sanctus Thomas) *mouetur in*  
*toto corpore, vel quacumque alia magni-*  
*tudine, in qua est punctum, scilicet, linea,*  
*vel superficies.* Quia motis nobis, per-  
accidens mouentur, quae sunt in nobis,  
vt docet Phylosophus secundo To-  
picorum cap. 3. & sic declarat San-  
ctus Thomas 3. part. quæst. 76. artic.  
6. ad primum. Dubium ergo  
manet de punto, si diuina virtute  
separaretur à linea, utrum posset  
naturaliter, vel supernaturaliter  
moueri, saltem virtute aliena, &  
ab extrinseco?

4 Affirmant Scotus in primo di-  
stinctione secunda quæst. 9. ad ter-  
tium: ibi Lichetus, Basilius, & Mai-  
ron, & alij Scottiæ, quos sequitur  
Ioannes Poncii disput. 47. quæst.  
4. Idem docuerunt Gregorius in  
secundo distinctione 2. quæstione secunda  
artic. 1. conclus. 3. & Valles Cō-  
trouersi 38. ad Tyrone. Et Tole-  
tus hic post quæst. 1. ad quartum di-  
cit, quod hæc sententia, vel solu-

tio fortasse est verior, quam-  
uis non ad mentem Ari-  
otelis.

## §. I.

## Conclusio Phylosophi.

5 Dicendum tamen est, indiuisibili  
separatum non posse con-  
tinuè moueri, neque motu locali;  
nec alterationis. Ita Phylosophus  
hic textu 87. & deinceps, & libro  
octavo capite quinto, quem sic in-  
terpretantur, & sequuntur Sanctus  
Thomas tota lectione 12. Beatus  
Albertus tractatu 2. Aegidius ad  
textum 18. & ferme omnes Expo-  
sidores Antiqui, & Moderni, vt mul-  
tis relatis ostendunt Matius hic se-  
ctione 2. quæst. 6. & 7. Rubio cap.  
10. quæst. vniuersaliter. Et specialiter vi-  
dendus M. Soto q. 4. per totam.

De motu alterationis videtur  
res perspicua; quia punctum non  
est capax formæ diuisibilis; ac pro-  
inde, neque perse est capax motus  
ad illam. Loquendo autem de mo-  
tu locali procedunt clarissimæ ratio-  
nis Phylosophi.

6 Quamvis autem Phylosophus  
conclusionē tribus rationibus sua-  
deat, sufficiet refferre secundam,  
qua est specialis de motu locali, vt  
ait S. Th. lec. 12. lit. c. sic ea formis.  
Omne quod mouetur secundum  
locum, impossibile est, quod prius  
pertranseat maiorem magnitudi-  
nem ipso mobili, quam æqualem;  
sed semper mobile prius pertransit  
magnitudinem æqualem sibi, aut  
in inore, quam maiore. Si ergo hoc  
ita se habet, manifestum est, quia,  
& punctum si mouetur, prius per-  
transibit aliquid minus se, aut æqua-  
le sibi; quæ longitudinē majorē se.

Sed impossibile est, quod pertranseat aliquid minus se; quia est indiuisibile. Relinquitur ergo, quod pertransibit æquale sibi; & ita operet, quod numeret omnia puncta, quæ sunt in linea; quia semper pūctum, cum moueat motu æquali lineæ, propter hoc quod mouetur per totam lineam; sequitur, quod totam lineam mensuret; hoc autem facit numerando omnia puncta: sequitur ergo, quod linea sit ex punctis. Si ergo hoc est impossibile (vt ipse Scotus fatetur) impossibile est, quod indiuisibile moueat.

7 Per hanc clarescit prior ratio Phylosophi; cuius vis in hoc consistit, quod in omni motu debet esse duo termini, à quo, & ad quem immediati; alioquin non erit unus motus continuus. Cum autem non debet duo puncta immediata in eodem spatio; debent esse duas partes, vel duas magnitudines. Supposito autem, quod illi duo termini, sint magnitudines, manifeste sequitur, quod id quod mouetur, debet esse magnitudo diuisibilis; quia non potest mobile ab una in aliam successivè moueri, nisi partim sit in uno termino, partim in alio; & per consequens id quod mouetur sit magnitudo.

8 Respondent Scotistæ, quod indiuisibile cù est in fluxu, & motu, potest tangere partem; sed cum quiescat, in puncto quiescat; quia cù puncto adæquatur.

Sed contra: nam mobile quiescens, & dum est in motu, adæquatur locato: ergo si quiescens indiuisibile, solum occupat punctum; etiam dum est in motu, solum occu-

pabit punctum; & erit in motu trahens immediate de uno puncto ad aliud. ¶ Secundo, quod moueri potest in puncto, quiescere potest in puncto, si cesset impulsus; quia plus loci exigi non potest ad quietem priuatiuam, quam ad motum. Ergo si punctum quiescens non potest occupare nisi punctum, nec in motu occupat nisi punctum; licet in illo non permaneat; sed unum deserendo, aliud acquirat: nam in hac successione consistit motus.

## §. II.

*Argumentum vulgare diluitur.*

9 Vrgent tamen contra rationē hanc, & contra conclusionē illud argumentum vulgare: nam si perfecte sphæricū moueat super planum; tunc solum punctum est, quod tangit spatium: ergo indiuisibile mouetur.

Respondet Phylosophus, quod illud punctum mouetur per accidens ad motum totius sphæræ: ex quo non sequitur, quod indiuisibile separatum possit per se moueri.

Sed contra primo: nam ratio Phylosophi æquè militat, cum punctum terminat sphæram, ac si esset separatum: nā cum punctum, quo sphæra tangit planum, sit indiuisibile, & potest esse partim in termino à quo & in termino ad quē. Si autem nos respōdeamus, quod immediate post hoc erit in altero puncto spati (vt ly punctū supponat cōfusè) in nullo tamē determinato erit immediate post hoc. Ita similiter responderi posset, si punctum separatum moueretur.

Secundo

Secundo, diuinitus separato puncto à linea, posset Deus facere, quod moueretur, sicut mouebatur cum erat in sphæra. Vel Angelus assistēs puncto potest moueri cum sphæra: ergo indissibile perse potest moueri.

10 Respondet bene M. Soto §. Secunda propositio, quod si argumentum hoc vrgeret, non eslet necesse illud formare in sphæra; quia in quocumque mobili; etiam si tāgat spatiū secundum partem planam (yt si cubus moueretur) procederet eodem modo argumentum: nā cuiuscumque rei, quæ mouetur, signabile est punctū in superficie, quæ tangit spatiū, quod quidem nulquam tangit spatiū, nisi in pūcto: de quo proinde procedit argumentum, sicut de puncto sphæra. Cōsequenter ad hoc diximus q. 3. n. 15. & lib. 4. q. 1. n. 30. quod tactus corporum, & adæquatio loci, & locati tantum est immediate ratione suæ superficiei, & puncti indissibilis.

11 Dicit ergo solutione ad secundū, quod licet sphæra planum nō tangat, nisi in puncto; quia tamen punctum non mouetur, nisi ad motum totius corporis; quod dū mouetur partim est in termino à quo, & partim in termino ad quē: punctum illud mobilis, quod nunc tangit punctum spatiū, non poterit immediate post hoc tāgere punctum aliud, quin ante illud tetigerit infinita: quare ex motu puncti ad motum totius corporis, non sequitur aliqua esse puncta in spacio immediata. Si tamen punctum perse separatū moueretur ab Angelo motu

continuo, intellectu est impossibile aliud, quam quod deberet moueri per puncta: & ita linea constaret ex punctis immediatis.

12 Sed instabis: nam experientia constat globum moueri continue, maxime si manu superposita trahatur: sed dum quiescit, tangit in puncto planum: ergo dū continuo mouetur, tanget duo puncta immediata: ergo continuum constat ex indiuisibilibus immediate.

Respondet P. Rubio hic quæst. 2. ad 3. his verbis: respondeo spatiū per quod mouetur sphæricū, non esse planum; nec puncta eius; sed aerē, quo circumscribitur: quasi terminari vero hoc spatiū extrinsece plāno ipso, aut punctis ei⁹: quod fit, yt licet hæc non sint continua; motus tamen eiusdem corporis continuum sit propter aereum spatiū; vel certe propter ubi in eo acquilitum, à principio motus usque ad finem continuatum. Hæc ibi.

13 Quam solutionem his verbis commendat Neothericus quidam eiusdem instituti part. 2. Phys. disp. 35. seet. 1. n. 5. at hæc solutio de aere circumscripto, aerea in primis est, & fuiſſis. Deinde est contra ſuppositionem ab omnibus fere auctorib⁹ utriusque ſententiæ acceptam: experientia enim cōstat moueri posse globum per planum. Ac tandem, quia circa ipsum aerem, per quem globus moueretur, eadem rediret difficultas, videlicet, circa id quod immediate post punctum tactum in plano, vel in aere, correponeſter puncto globi moti.

14. Pergit idem Author num. 6. ita scribēs: nec minus displicet ter tia solatio, quā afférunt PP. Discalceati 6. Phy. c. disp. 25. q. 2. §. 4. asserentes, corpus illud sphæricum non moueri per planū, nīl per saltus de puncto in punctum, ita ut in ter vnum, & aliud tantisper eleue tur à piano. At certè hæc solutio (inquit iste) de saltibus globi, id est in primis est, siquidem ad saltus, & ad choreas miserunt globum cō pellit; quare ipsi nec saltatido qui dem effugient ictum nostri globi: est enim hæc solutio contra expe rientiam; quis enim credet globū, dum mouetur per planum, maxi mē si manū superposita trahatur, saltare, & non continuo moueri? Quare si nolint extra chorū saltare, à suo choro remoueant bus saltus.

15. Ita ille egregi⁹ (si superis pla cet) enconciates Patrum Carmeli tarum Discalceatorum; quorum modestia sapiētia æquatur, & vtra que incōparabilis, nec indigena nostra commēdatione: adeo enim est Orbi nota, quod minime nec es farium prudētes iudicabunt ad hęc ridicula dictoria respondere viros Religiosos; nisi scriptum legerent: Responde stulto iuxta stultitiam suam; ne sibi sapiens esse videatur: Proverb. 26. vers. 5. Sed cū saltibus chori insulat à choro alienus, posset vererne ei illud Job 15. vers. 6. opponere tur: Condemnabit te os tuum, & non ego; & labia tua respondebunt tibi. Nec in Authore prædicto est nouum, aut mirandū, quod extraneos à suo insituto ita carpat, cum nec suis parcat: nam in eadem sectione respō-

sionem P. Pereiræ dicit, ipsum adri se mouere; & solutionem P. Hurtado appellat in me liibilem; & aliorū doctrinam docet explodendam ut om nino imaginariam. Quare debuit spinas, & tribulos, quib⁹ alios pungit, à suo spineto euellere: nam si illis scatent eius scripta; nō mirū quod, quantumuis plena Poætarum flos culis, proculcentur: & Discalceato rum (quantumuis illi videantur hu milia) Angelicis ditata pēnis, adeo in sublinie volent, vt ab omnibus suspiciantur: cū quibus gloriamur nos esse in Domino spiritus unitate coniunctos, etiam si ab illo quiescamus, & tecceamus, vt Augustinus scribebat Hieronymo epist. 9. & nos verè fate mur, quod de se Augustinus humili ter: Nequaquam verò mihi arroguerim, ut ingenium tuum, divino dono aureum, meis obolis ditaro contendam.

Ad hæc nunc diggredi inexcusabile iudicabitur, si attēdiatur, quod ait S. Tho. Quodl. 10. art. 13. Contēpus fama ratione sui ipsi⁹, humiliatis est; ratione verò proximi ignavia, & crudeli tas: quas vt vitem, quamvis cū Dei gratia inscribendo semper curem (modestia Angelici Doctoris amu lando) à verbis offensiuis pænitus abstineret: nonnumquam tamen iustæ defensionis titulo, quæ odi verba inuit⁹ usurpo, pro Angelico Doctore, & Discipulis eius religiosè tuendis, & ab iniuste impositis calumnijs iuste pro nostro modulo vindicandis.

16. Amplectimur ergo vtramq; solutionem: nam quāuis iste, vna aerea, aliam ridiculam vocitet; magis tamen credo Sapientissimo Ma gistro

gistro meo F. Ioann. à S. Thom. qui utramque solutionem coiugens dixerat q. 20. art. 3. ad 2. argumentum illud ibi videri nullius difficultatis: quia globus ille non tangit planum continue, sed discretè; & tamē mouetur continuè. In quo magna contingit hallucinatio, quia existimatur, quod spatiū, per quod mouetur globus ex parte inferiori, est solum ipsum planum, quod tangit: cū tamen ut ipse aer circūdans globū à parte superiori & inferiori, tanquam locus eius: cum autē locus aequetur locato, constat aerem non esse planum, nec in puncto attingi à globo, sed per suas partes circundantes. Et per aeren, qui est inter punctum, quo tangitur planū à globo, & partes eleuatores ipsius globi, mouetur globus continue, licet planum tangat in puncto discrete: sicut animal continue mouetur, & pedes eleuati, & depresi ambulando, discrete tangunt terram. Ita globus respectu aeris, continue mouetur; respectu plani, est ut motus progressivus, & quasi saltando. Vnde nec Angelus collocatus in puncto potest moueri continue ad motum puncti; sed solum si se applicet magnitudini continue.

17 Per quae cessant replicae propositæ. n. i 3. nam experientia soloni est, quod mouetur super planum; non tamē villas Phylosophus potest supponere, quod planum sit locus adæquatus globi sphærici. Deinde, cū in aere sint puncta, & partes proportionales, & aliquorū, facile est in illis dare omnimodā correspondiā punctorū cū punctis, & par-

tū cū partibus: eo quod locus proprius adæquatur locato, quod circunscribit.

18 Ut solutionē PP. Carmel. melius percipias, non grauabor ipsam transcribere: dicunt ergo ibi. n. 31. Respondebat primo, quod licet corpus illud sphæricū continuo mouetur per aerem, circundantē corpus planum; per ipsum tamē planū non mouetur, nisi per saltus de puncto in punctum; ita ut inter unum, & aliud tantisper eleuetur à piano. Quod confirmari potest experientia: nam videnuis pilā per planum per illos saltus moueri. Quod si aliquando prædictus globus ad manum traheatur per planum, tunc etiam motus fieret per saltus, licet non ita perceptibiles. Hæc ibi.

19 In quib⁹ nota, primo, solis verbis hanc à præcedēte solutione differre. Secundo, quod experientia non adducitur ab ipsis de saltu globi (ut min⁹ perspicax calumniator opponit) sed arguit à simili de his, quæ experimur de saltu pilæ, ut manuducamus ad minus nota de motu discreto de saltu globi. Tertio nota, quod replicam ipsis præoccupauerunt, dicentes, adhuc superposita manu, motum esse continuum ex parte aeris, & discretum ex parte punctorum plani, & globi.

20 Quod si faciliorem vis solutionem, ab isto arguente dissimulata, lege eosdem Patres, qui ibidem secundo respondent, quod licet ille globus non tangeret partes plani nisi ratione punctorum; nihilominus tangeret lineam illius plani; quoniam

satis est ut cōtingat partes illius lō-  
gitudinis ratione p̄nctorum, ad  
hoc ut cōtinuo moueatur per præ-  
dictum planum. Sicut dno corpo-  
ra plana æqualia se tangunt in indiui-  
sibilibus, & ratione illorum dicun-  
tur partes se tangere. Et hæc folu-  
tio videtur facilior, & conformior  
antiquorum doctrinæ locis citatis  
nu. 10. Videatur Sanctus Thomas  
libro sexto lectione prima littera  
f. & lectione 8. litt. b. ait: *Quod qua-*  
*cumque linea, vel partem linea acci-*  
*pias, sc̄aper est dicere, quod ante consum-*  
*mationem linea totius, sit accipere ali-*  
*quod punctum, secundum quod linea di-*  
*uidatur. Et littera c. ait, quod in qua.*  
*libet linea est signare infinites punctum*  
*ante punctum. & in quolibet tempore in-*  
*finites nunc, ante nunc, propter hoc, quod*  
*vtrumque est diuisibile in infinitum. Si-*  
*cuit autem puncta non distant à si-*  
*tu partium, nec ab earum loco, nec*  
*partes inæquales occupant distin-*  
*ctum locum à partibus æqualibus;*  
*ita tactus ratione indiuisibilium, ab*  
*solutè dicitur tactus corporum.*

## QVAESTIO V.

De modo inceptionis, & desig-  
natio-  
nis rerum.

q. I.

Termini exponuntur, & status.  
quæstionis.

**I**A Dexpandum quo instanti-  
A quælibet res naturalis inci-  
piat, definat ve, solent communi-  
ter Phylosophi distinguere duos  
terminos inceptionis, & quos alios

desitionis. Quos acurate declarat  
M. Soto quæst. 3. polt 5. concl. Ia-  
uellus peculiari opusculo. Toletus  
q. 4. not. 4. Pereira, Veracru. Atud.  
& Valles, quos citat, & sequitur  
Masius sect. 2. q. 9. & ex Phylosopho  
descumi hic cap. 5. & 6. & lib. 8.  
cap. 8. & ab vniuerſis recipi; nec  
plures, nec pauciores ex cogitari  
posse, testatur Rubio cap. 6. q. 2. &  
alij frequenter, & supponit S. Tho-  
mas Quodlib. 7. art. 9.

2 Termiui inceptionis appellantur;  
primum esse, & ultimum non esse.  
Desitionis termini dicuntur; ultimu-  
mum esse; & primum non esse. Describi-  
tur auten sic: primum esse est instans  
affirmatiuum intrinsecum tempo-  
ri durationis, nempe, quo res est, &  
immediatè ante illud non fuit. Ulti-  
mum non esse, est negatiuum extrin-  
secum, quo res non est; & immedia-  
te post illud erit. Pari ratione in ter-  
minis desitionis, ultimum esse, est id  
quo res est, & immediatè post illud  
non erit. Denique primum non esse est  
id quo res non est, & immediatè an-  
te illud fuit.

3 Occurrit tamen Ioannes Pon-  
tius disp. 47. q. 6. concl. 1. docens,  
non esse necesse ad explicationem  
inceptionis, ac desitionis rerum, re-  
currere ad instantia extrinseca, sic  
quin æquè bene possit explicari  
quando incipiunt, ac definit, non  
recurrendo ad illa instantia, etiam  
in sententia Aristotelis, quod den-  
tut instantia temporis, & partes di-  
uisibiles in infinitum: quia potest di-  
ci, quod motus hodiernus incep-  
tit hodie, & quod definit post di-  
hodiernum, & sic de alijs.

Facile

4 Facile tamen dicitur, quod ad vulgares loquitiones, his terminis non indigemus; quia in momento dicitur fieri, quod fit in tempore imperceptibili, ut docet S. Thomas. I. ad Corinth. 15. lect. 8. ad illa verba, in momento, in istu oculi. Sed tamē ad usum Scholæ Phylosophorum inexcessabiles sunt istæ voces; nec aliæ clariores sunt usque modo inveniuntur; quia non solum in examen vocatur, an res incipiunt, vel desinant in instanti, vel in tempore? (quia res non solum passiuè intrinsecā duratione mensurātur; sed etiam extrinsecā mensura temporis, & instanti.) Sed etiam inquiritur, & scitu est necessarium, an in instantia ista se habeant inclusiæ; an exclusiæ? an intrinsecæ; an extrinsecæ? Et ad hæc in exercitio significanda, non valent voces aptiores. Phylosophi adiuvantur: & cum mouetur quæstio de vocum proprietate, usus peritorum in arte præuale re debet.

5 Cum igitur res aliæ sint divisibiles, & habentes partes, aliæ indivisiibiles: aliæ permanentes, aliæ successivæ. Et harum rerum aliæ producantur cum resistentia, & expulsione contrarij; ut producitur ignis, calor, & assensus: aliæ producuntur sine resistentia, & expulsione contrarij; ut cum creatur Angelus, vel producitur lumen; ideo de modo inceptionis, & desitionis illorum, sigillatim est dicendum; tam de modo conueniente illis naturaliter; quam de eo, qui conuenire potest supernaturaliter, vel de potentia abso-

luta.

*De successiis.*

6 Ideo primo; motus, & tempus incipiunt per ultimum non esse; & delinunt per primum non esse. Sumitur prima pars ex Phylos. text. 46. & ex D. Tho. lect. 7. litt. e, docentibus, quod non datur primū esse motus: ostendunt etiam textu 52. ante quodlibet moueri præcedere mutatum esse: ex quibus manifestè deducitur, quod motus incipit per ultimum non esse. Secundā etiam partem docent eodem tex- tu 46. dum dicunt in fine motus dari primum mutatum esse: nam illud erit primum nō esse motus. Quare ita tenet cōmūniter Expositores.

7 Ratio est manifesta: quia res successivæ, quæ habent partē post partem, & influxu, non possunt esse in instanti. Vnde Phylos. à text. 29. & S. Tho. lect. 5. litt. i. probant motū non posse esse in instanti; quia ubi cumque est motus, esset potest, & velocior, & tardior: quod in instanti nequit; id enim velocius mouetur, quod in minori tempore idē spatiū pertransit: in instanti autē indivisiibili non est dabile maius, & minus: ergo motus non fit in instanti. Ergo res successivæ non habent primum, neque ultimum instans intrinsecum, in quo incipiunt, & desinant: & ideo dicuntur infinita synecchegoreticamente, quia incisiibili bus intrinsecè initiantibus, & intrinsecè terminantibus carent: quātū habeant terminos extrinsecos; &

569

sint finitæ extensionis, & duratio-  
nis. Et in isto sensu inquit S. Thom.  
q.3. de Potentia art. 17. ad 25. *quod  
tempus incipit in instanti*; loqui enim  
de instanti extrinseco, patet ex D.  
Thom. 1. p. q. 46. art. 3. ad 3.

8 Ex quo infert M. Soto concl.  
7. quod neque Deus per suam om-  
nipotentiam potest facere, ut mo-  
tus incipiatur per primū sui esse: quia  
sicut non potest facere, quominus  
quamcumque parte continui detur  
minor; ita neque facere potest,  
quia ante quamlibet partem minor  
præcesserit minor, quæ est pars eius:  
& hæc est essentialis ratio continua  
successivi, quam immutari impli-  
cat contradictionem.

9 Sed principalis conclusio, quæ  
omnibus placet, adeò Arriagæ dis-  
plicet, ut non sit veritus scribere  
disp. 16. sec. 12. quod potest facile fal-  
sitate convinci, & evidenter ex nostra  
doctrina impugnari: quia incipere  
per ultimum sui non esse, eos sit in eo,  
quod verum sit dicere, nunc non est mo-  
tus. & immediate post nunc erit motus: ergo  
aliquando immediate post erit  
verum dicere, iam de præsenti, nunc  
est, & immediate antea non fuit;  
quod est incipere per primū sui  
esse. Probatur consequētia ex Aris-  
totele bene docente, omnem pro-  
positionem de præterito, vel de fu-  
turo resoluti per suam de in esse, id  
est, de præsenti.

Ego tamen aliam facilitatem, &  
evidentiam fateor non videre, nisi  
manifestæ æquinationis ex mi-  
nus diligent consideratione signifi-  
cationis terminorum: quam hallu-  
cinationem facile præcausset, si au-

thores legisset: ex quibus M. Mas-  
q. 9. notab. 3. aduerterat, quod cū  
in explicatione illorum terminorū  
dicimus, rem inmediate post tale  
intans fuisse, aut futuram esse, ly-  
mmediate, non significat instans; quia  
non dantur deo instantia immedia-  
ta; sed significat tempus, quod im-  
mediate est copulatum in instanti in-  
ceptionis, aut desitionis. Ecce quā-  
ta facilitate euaneat (sola videlicet  
terminorum explicatione) ab  
isto iactata argumenti evidētia.

10 Melius contra se arguebat an-  
tiqui. Nam si mulier prægnans am-  
bularet, & in medio nō otu anima-  
retur fetus per primū sui esse, fa-  
tus inciperet nō sneri per primū  
sui esse: nam in illo instanti moue-  
retur ad motum matris; & antea  
non mouebatur. Simile argumen-  
tum formatur e contra, in animato  
fætu, prægnante ambulante, fætus  
moreretur. Vel in casu vulgari ca-  
nis cadentis ab alto, qui media via  
moreretur, ita vt cadauer incipe-  
ret esse per primū sui esse; tunc illud  
eslet primū instans motus cadaue-  
ris: nam est instans medium tempo-  
ris, quo durat motus, cuius prima  
medietate mouebatur homo, & se-  
cunda cadauer: ergo motus incipit  
per primū sui esse.

Ad primū casum Paulus Vene-  
tus, & alij Philosophi (quorum so-  
lutionem dicit non improbabile in  
M. Soto q. 3. ad 2.) respondet, quod  
nil vetat de peraccidens, quando  
res mouetur ad motum alterius in  
quo est, incipere motum per pri-  
mū sui esse: nam infans, qui ani-  
matur in medio motu matris, in-  
cipit

cipit moueri per accidens ad motū matri; cum motis nobis per accidens moueantur, quae sunt in nobis.

11 Secundo respōdet Soto, quod in primo instanti esse infantis, non mouetur infans; quia in initio nec per accidens est motus: sed tunc incipit moueri per ultimum nō esse; quia tunc est mutatum esse continuatuum partium motus materni; non tamen partium motus infantis; quia nullæ tales partes præcesserunt.

12 Hæc secunda solutio communiter sola adhibetur argumēto, & applicatur ad reliquos casus. Ultimo tamen non posse applicari probat Soto; quia sequeretur duplex inconueniens; vnum quod motus ille interruperetur, quod est contra experientiam. Alterum quod in terrumperetur per solum instas; & casus canis viui, & casus cadaueris non essent contigui.

13 Et ideo (inquit M. Soto) probabilius forte dicetur, quod cū materia in qua succedunt diuersæ formæ, continuo moueatur, licet per accidens, primo ad motum viuentis, poscia ad motum cadaueris; in quoque instanti intrinsecō illius temporis mouetur cadauer etiam in primo sui esse. Nec hoc est contra Phylosophum; qui solum negat primum esse motus, qui incipit post quietem eiusdem mobilis, eiusdemque materiæ: motus autem cadaueris succedit motui hominis communicantis in eadem materia.

14 Cæterum quia accidentia subiectari in materia prima nullatenus

admittit ipse M. nec admittere potest illus Thomista; & dif. cile percepitur, quod etiam per accidens motus sit in instanti. Ideo recurrit duali ad communem solutionem, de qua late Masius ad 2. iuxta quam dicendum illos motus interrumpi quiete negatiua; quæ discontinuatio est propter generationem distincti subiecti mot⁹ sicut, & reliquorum accidentiū, iuxta dicta etiā lib. 5. loquendo de unitate numerica motus. Et hæc solutio ad omnes causas proportionaliter est applicanda.

15 Dico secundo, indiuisibilia successiōrum incipiunt per primum sui esse; & desinunt per ultimum esse. Quia tantum durant per instantis indiuisibile: & ideo vnum instantis collatum cum tempore immediate præcedente, in quo non fuit indiuisibile, est instantis intrinsecum inceptionis illius; collatum vero cum tempore immediate futuro, in quo non erit, est instantis desinētis extrinsecum: nam tunc est, & immediate post non erit. Videantur PP. Carmel. disput. 26. q̄st. 1. §. 2.

16 Dico tertio, omnis res, quæ incipit simul cum motu, & per modum motus, incipit per ultimum non esse: & omnis res, quæ definit simul cum motu, definit per primum non esse. Ratio est clara quia ista incipiunt, & desinunt successiue, & admodum motus. Quare ita tenent Soto conclu. 8. lauillus, Tollet. & Pereira, quos citat Masius conclu. 5.

17 Obijcies: calor ut duo in indi-

uis.

uisibili cōsistit; quia quodcumque addatur, vel auferatur, iam non est determinate, ut duo: & tamen acquiritur per motum: ergo stat bene aliquam qualitatem acquiri per motum, & incipere esse in instanti.

Respondetur, quod si istæ qualitates accipiuntur in facto esse, & sub gradu determinato, in indiuisibili consistunt, & incipiunt per primum sui esse; & desinunt per ultimum esse: ut sic tamen non acquiruntur per motum, per modū motus, & in fieri; sed per factum esse motus. In conclusione vero est sermo de eisdem prout in fieri quādo sunt per motum, & per modū motus. De quo late Rubio q. 2. & PP. Carmel. vbi supra q. 2. s. 2. & 3. M. Ioann. a S. Thom. q. 21. art. 2. s. Secundæ regula, & alij frequenter.

### s. III.

#### De inceptione, & desitione permanentium.

**18** Dico quarto, res permanētes, quæ in sua inceptione motu non subduntur, connaturaliter incipiunt per primum sui esse; & si naturaliter desinerent, modus connaturalis esset desinere per ultimum sui esse. Est satis recepta conclusio: & facile patet, quia istæ substantiæ sunt indiuisibiles, & habent totum esse simul: & ideo de illis procedit quod de indiuisibilibus diximus n. 15. Proponitur autem secunda pars conditionata, quia Angeli, Cæli, & Anima nostra ex natura sua desinere possunt.

**19** Circa hanc conclusionem in dubium vocatur, an de potentia absoluta iste modus incipiendi, & desinendi possit immutari?

Negant Masius sect. 2. q. 10. concl. 3. Rubio q. 2. n. 28. concl. 2. Vazquez 2. tom. 1. p. disp. 229. cap. 10. & alij. Quia creatio Dei est instantanea; & substantiæ istæ sunt indiuisibiles: vnde sicut implicat motum successivum esse in instanti; ita videtur repugnare quod istæ substantiæ incipient in tempore.

**20** Circa anihilationem vero, sunt, qui arbitrentur implicare contradictionem, quod istæ substantiæ destruantur per ultimum sui esse; sed necessario annihilandas per ultimum sui non esse. Ita sumitur ex Ferrara lib. 3. Contrag. cap. 65. 9. Vtrum autem, vbi docet, quod id, quod producitur à Deo per creationem, exsuppositione necessarium est, quod per aliquod tempus maneat, quia rerū permanentium dari non potest ultimum esse; alioquin instans etiet immediatum instanti. Idem sequitur Valles Contr. 46. in fine.

**21** Quoad utramque affirmant alij, Deo ita disponente, posse has substantias incipere per ultimum non esse; & desinere per primū non esse. Ita M. Soto in fine 9. concl. PP. Carmel. disp. 26. q. 4. n. 35. Fute q. 2. disic. 3. quia Deus libere producit, ac conseruat has substantias: & ideo potest eas producere ac destruere, quando sibi placuerit: ac per consequens vel in tempore, vel in instanti.

**22** Nititur has sententias concordare M. Ioann. a S. Tho. quæst. 21. art. 1.

art. 1. 6. *Quod si*, docens utramque sententiam quoad aliquid veram esse: nam si intelligamus posse aliquid creari in tempore quoad instantiam rei intrinsecam creationis, vel rei productae; hoc repugnat, propter adducta num. 19. si vero loquamur de successione extrinseca, id est de mensura coexistente temporis diuisibili; sic non repugnat creari aliquid a Deo in instanti correspondente nostri temporis instanti, & correspondente tempori nostro non in duobus instantibus nostris temporis, sed duobus instantibus temporis discreti. Et si Deus immediate post instantem creationis suspendat concursum, ut potest, verum erit dicere nunc est, & immediate post non erit; quia instantis intrinsecum unum, est extrinsecum aliud. Quam doctrinam veram reputo; sed non diuersam ab ea quae traditur ab auctoribus relatis n. 21. ut videri potest in PP. Carmel. n. 35. & 36. & recolantur, quae diximus lib. 4. q. 12.

23 Dico quinto, substancialiter, quae generatione fiunt, incipiunt per primum suum esse. Ita sumitur ex Philosopho, & D. Thom. text. 44. lect. 7. litt. d. quia non habent contrarium; & habent totum suum esse simul, & consistunt in individuibili. Motus autem, seu alteratio non se habet ibi formaliter, sed antecedenter, quia generatio est terminus alterationis, & in inceptione, & desitione viuentium hae conclusio notissima est; videatur Philosophus liber. 8. text. 69. & S. Thom. lect. 17. litt. g.

24 Dico ultimo, forma substancialis, quae definit ad generationem.

alterius, definit per primum non esse. Sumitur ex D. Thom. *Quodl.* 7. art. 9. & est communis. Et probatur, alioquin, vel dabuntur in continuo, vel in tempore duo instantia immediata; vel erunt simul duas formae substanciales; vel in aliquo instanti reali naturaliter loquendo erit materia nuda ab omni forma. Ista esse absurdum ex dictis est manifestum. Id autem sequi probatur, quia forma, quae generatur, in instanti introducitur: ergo quae corruptitur, in tempore definit. Probat consequentia S. Thom. quia ante ultimum instantem alicuius temporis non potest accipere penultimum; quia inter quilibet duo instantia est tempus medium, secundum Philosophum; & sic non est accipere ultimum instantem in quo sit aer, sed in tertio tempore mensurante motum alterationis erat aer; & in ultimo instanti eius est primo non aer, & primo ignis. Ergo idem est instantis generationis unius, & desitionis alterius: ergo si ignis generatur in instanti, aer corruptitur in tempore antecedenti. De quo S. Thom. 3. p. q. 75. art. 7. ad 1. citans Philosophum 8. Phys. text. 72. & videatur ibi S. Thom. lect. 18. litt. e. & in 4. sentent. dist. 11. q. 1. art. 3. q. 2. ad 2.

25 Obijcies, forma substancialis est in dividibiliis: ergo non definit nisi in instanti. Probatur consequentia, tum quia tempus est successuum, & totum simul: tam quia hacten probabatur, quod incipit in instanti substantia.

Dices, non esse inconveniens, quod per accidentem substantia de natura intenti-

in tempore; ne dicta absurdâ sequâatur.

Sed contra, quia nec per accidens motus potest esse in instanti, ut dictum est: ergo nec per accidens substantia potest desinere in tempore. Probatur consequentia, quia non minus opponitur indiuisibilitas substantiae cum diuisione temporis; ac diuisio temporis cum indiuisibilitate instantis. Et deinde urget argumentum, si ablata quantitate sub-

stantia desruatur.

q. 2. n. 4. quod substantia corporea ex se, & independenter à quantitate actuali habet partes substantialiter distinctas: quod sufficit, ut etiā si absque quantitate actuali produceretur, aut corrumperetur, possit incipere, & desinere esse in tempore.

27 Hæc euasio non videtur satisfacere propter multa. In primis, quia ostendimus lib. 2. Logic. q. 13. §. 4. substantiam de se esse indiuisibilem, etiam si partes habeant: argumentum autem de indiuisibilitate procedit, quicquid sit de partibus. Secundo, quia ostendimus lib. 4. q. 12. substantiam de se non mensurari tempore, sed instanti; vel nostro, vel temporis discreti; vel ævo: ergo seclusa quantitate non posset incipere in tempore. Tertio, si doctrina solutionis admittatur, sequitur quod conaturaliter substantia de se posset incipere in tempore: quod facile deducitur; & tamen ab ipso regatur. Quarto, ipse n. 6. fatetur per accidens substantiam posse incipere, & desinere in tempore: ergo mi-

nus consequenter id non admittit reiciens priorem solutionem, quā retulerat n. 4.

28 Amplexanda ergo est prior communis solutio. Ad replicam dicatur, quod instantis omnino est indiuisibile; substantia vero diuiditur ratione quantitatis: informat substantialis forma partes extensas; & potest correspondere tempori inadæquate, vel adæquate desinendo. Vnde non est simile de substantia, ac de instanti, ut possit desinere in tempore.

29 Demum nota, quod quies negativa incipit, & desinit in instanti: quies autem priuativa (quæ sola in rigore est quies) incipit per ultimum non esse; & definit per primum non esse: nam est successiva sicut, & motus, & in subiecto apto moueri: de quo plura authores, quos citat, & sequitur Massius tota q. 11. & PP. Carmel. disp. 26. q. 5.

## QVAESTIO VI.

*Determinis magnitudinis, & par uitatis rerum naturalium.*

### §. I.

*Termini declarantur, & cetera praemittuntur.*

¶ De his differunt non pauci libro primo, occasione eorum, quæ ibi text. 36. Philosopher disputat contra Anaxagorā. Sed melius huc resimus, ut post terminos durationum, expoueremus terminos quantitatum naturalium: & est disputa-

Q. 4. Termīni magnitudinis dec̄ arantur.

775

putatio h̄ic libro opportuna; si quidem in illo differit Phylosophus de compositione, & terminacione cōtinui. Quāmuis, quæ dicuntur de terminis quantitatis, proportionāliter applicari possint ad potētiam, & ad motum, & ad res alias, quæ terminantur per maximum, & minimum.

2 Ante omnia vero voces oportet exponere. Sunt autem quatuor termini, nēpe, magnitudinis intrinsecus alter, & alijs extrinsecus; & paruitatis item alijs intrinsecus, & alter extrinsecus. Terminus magnitudinis intrinsecus vocatur maximum quod sic: & est ille terminus quātitatis, sub qua forma naturalis esse potest, & sub nulla maiori. Terminus magnitudinis extrinsecus diciatur minimum quod non; neceps ille terminus quantitatis sub qua forma naturalis esse non potest; & sub quacumque minori (quæ non sit minor termino paruitatis) esse potest.

3 Paruitatis terminus intrinsecus appellatur minimum quod sic, scilicet, terminus quantitatis sub qua forma naturalis esse potest, & sub nulla minori. Dērum terminus paruitatis extrinsecus est maximum quod no, videlicet, ille terminus quantitatis sub qua forma naturalis esse non potest; & sub quacumque maiori (quæ non sit maior termino magnitudinis) esse potest. Nōmine autem termini intelligimus indiuisibile quo quantitas, vel res alia finitur, & terminatur.

4 Præterea aduertendum, quod questionis de maximo, & minimo

rerum naturaliū, duplex est sensus; vt notat M. Soto 1. Phys. q. 4. art. 1. primus de re; secundus de modo: hoc est, primus absolute inquirit an homo v. g. vel leo non possint esse maximis quantacumque quantitate; nec quantacumque minimis? Sed naturaliter determinantur sensus utrumque extremum, non curando, an terminus sit intrinsecus; an extrinsecus? Secundus sensus est de modo quo terminantur; an vide licet, terminantur intrinsecē per maximum quod sic, & minimum quod sic; an potius extrinsecē per minimum quod non, & maximum quod non?

5 Primus sensus adhuc subdiuidi posset: nam vel procedit de facto, ita ut sensus sit; utrum inter entia, quæ modo sunt, sit dabile corpus maximum; vel simpliciter, ita quod nullum aliud cuiuscumque speciei sit maius? Vel in propria specie; ita quod nullum eiusdē speciei sit maius? Et pariter inquire potest de minimo. Alter sensus est: potest de possibili. Et quia de possibili super naturaliter terminis qualitatū, disputatione Theologi 2.2. q. 24. art. 7. disputando de Charitate. Et 3. p. q. 7. art. 11. & 12. tractando de infinitate gratiæ Christi, ideo in isto sensu nec verbum dicem⁹: sed solū de possibili naturaliter erit præcipua difficultas.

6 Duo sunt certa. Primum est quod loquendo de facto, supræmum cælestium sphærarum est maior positione omnialio corpore, vt probat S. Thom. in Compendio Theologiae cap. 18. In eo est maxima omnium corporum, quæ naturaliter

eſſe

esse possunt: nō tamen maxima eorum, quæ Deus supernaturaliter potest facere.

7 In singulis vero speciebus solū est necellarium dari *maximū quod sic negatiue*. Quod bene probat Soto: nam si inter homines, qui modo sunt, est unus homo positivus omnes alios quantitate excellens; ille erit maximus positivus. Hoc tamen non est necesse, quia possunt aliqui esse aequales, alios omnes excedentes: & tunc quilibet eorum est maximus negative.

8 Loquendo autem de minimo (quāuis a nobis ignoretur) manifeste datur minimum omnium rerū, quæ sunt in mundo. In singulis autem speciebus datur minimū quod est perse subsistens in illa specie, aut positivus, aut negatius; sicut de maximo dictum est.

9 Secundo est certum quod omnibus viuentibus, tā in animalibus, quam in plantis, est dabis certus terminus augmenti, & decrements; siue intrinsece terminetur, siue extrinsece. Ita Phyllophilus 1. Phys. text. 36. & 38. vbi S. Th. lect. 9. litt. f. ait: impossibile est, quod aliquod animal, vel planta, vel aliquod huminodi habeat se indeterminate ad quantamcumque magnitudinem, vel paruitatem: est enim aliqua quātus ita magna, ultra quam nullum animal extenditur, & aliqua ita parua, infra quam nullum animal inuenitur. Et similiter dicendum est de planta. Idem docuit Phyllophilus 4. de Gener. Anim. c. 4. & alibi sēpe. Et uno consensu omnes recipiunt Phyllophilus. Suaderque experientia: nā

quod hactenus numquam natura fecit, id naturaliter fieri nequit: nūquam autem auditus est homo quātus est mons, nec tam parvus sicut formica: ergo dari nequit naturaliter.

10 Ex dictis infert Phyllophilus, quod cum similis ratio sit de toto, & partibus; impossibile est, quod caro, & os, & huiusmodi, quæ sunt partes animalis, habeat indeterminatam quantitatē, vel secundum maius, vel secundū minus. Denique deducit non esse possibile, quod sint aliquæ partes carnis, aut ossis, quæ sint insensibiles propter paruitatem. Idemque dicendum de fructibus, & partibus plantarum.

11 Sed contra hanc doctrinam vindentur militare omnia, quæ hoc libro diximus de diuisione continuū in infinitū: si enim continuū in infinitū divisibile est: caro autē continuum quoddam est; videtur quod sit in infinitū divisibilis. Omnem igitur paruitatem determinatam transcendet pars carnis, secundam diuisionem infinitam.

Respondeat bene S. Thom. lib. 1. Phys. lect. 9. litt. f. quod licet corp' mathematice acceptum sit divisibile, in infinitum: corpus tamen naturale non est divisibile in infinitū. In corpore enim mathematico non consideratur nisi quantitas, in qua nihil inuenitur diuisioni repugnans: sed in corpore naturali inuenitur forma naturalis, quæ requirit determinatam quantitatē, hanc, & alia accidentia. Vnde non potest inueniri quantitas in specie carnis, nisi infra aliquos terminos determinata.

## §. 2. Vtrum viuentia terminentur intrinsecè? 577

ta. Hæc S. Thom. Recolantur dicta lib. 3. q. 5. n. 41. Hæc cū certa sint, dubium manet de modo quo entia naturalia terminantur?

### §. II.

#### Vtrum viuentia terminentur intrinsecè?

12 **S**unt qui opinentur augmentum omnium rerum naturalium, non terminari intrinsecè per maximum quod sic; sed extrinsecè per minimum quod non. Ita Paulus Venetus 1. Physic. cap. 4. Albertus de Saxonia ibi. q. 10. Valles Controu. 5. ad Tyrones, & alij. Et probabilem dicit Toletus 1. Physic. q. 8. concl. 1. & postle optimè sustineri. Probat Venetus; quia si daretur maximus homo, & poneretur in loco humido; aut si illi quis pugno maxillas percuteret, vnde necesse esset ipsum tumescere, sequeretur, quod desideret esse per ultimum sui esse; quod est contra ea, quæ diximus q. 5. n. 23. Hoc autem sequi probatur; nam tumor sit per motum; & motus incipere non potest nisi per ultimum non esse, vt diximus n. 6. In illo ergo instanti bene sequitur, nunc non tumescit, & immediatè post hoc tunc est; ergo nunc est homo, & immediatè post hoc non erit homo, (alias daretur homo maior maximo) & per consequens definit esse per ultimum sui esse.

13 Propter hoc argumentum M. Soto 1. Physicor. quæst. 4. ad 3. Toletus quæst. 8. concl. 2. Coninibric. quæst. vñica. Mafius sçct. 2. quæst. 6.

concl. 3. Ioann. à S. Thoma q. 8. art. 2. & alij dicunt viuentia habere terminum intrinsecum via generatiois, & conseruationis, qui est status naturalis; non tamē via corruptiois, seu status præternaturalis; ne tē quatur hoc inconueniens, quod viuens definat per ultimum sui esse.

14 Respondent aliqui, quod tumor, & inflatio fieri nequit, nisi præcedēt aliqua alteratione, vt est calcactio, vel putrefactio, vel quid simile; & in tali alteratione dabitur minima dispositio, quæ sufficit ad inflationem. Illud igitur instans, in quo primo est illa qualitas, est ultimum non esse inflationis, & primū non esse illius maximi hominis; ac per consequens, non definit per ultimum sui esse.

15 Hac vero solutionem, inquit M. Soto, planè se intelligere non posse; nam supposito, quod ille homo maximus soluni corrumpatur ratione inflationis, cum tunc non sit inflatio, videtur, quod adhuc sit homo; quoniam illa dispositio eodem modo debet corrumpere hominem, quo causat inflationem; & per consequens virtute illius tunc non est inflatio, & immediate post hoc erit inflatio; sit vt nunc sit homo, & immediatè post hoc non erit homo; & per consequens definit per ultimum esse. Et præterea quando tumor cleuat per hoc, quod vel pa mordet cutem, videtur, quod illud primum instans contactus est ultimum non esse tumoris; & tamen illud non potest esse instans non esse hominis; quia tunc primo vespa

tangit: & per consequens erit ultimum instans esse hominis; quod prætendit argumentum.

16 Occurrit Rubio i. Physic. c. 4. q. 1. & cum eo alij dicentes, quod superare terminum magnitudinis, aut deficere à termino paruitatis, non est possibile, nisi per acquisitionem majoris quantitatis, aut per diminutionem quantitatis præhabita: sed per tumefactionem, condensationem, rarefactionem, aut contraktionem, aliasve infestam qualitatem superuenientem, nec noua quantitas acquiritur, nec quidquam præhabitæ amittitur: ergo nec exceeduntur intrinseci termini, quibus gaudent viuentia, dum se continent in statu naturæ congruente. Probatur minor, quia prædictæ alterationes quædam sunt; per quam non acquiritur quantitas, sed qualitas. Secundo, quia quantitas noua non acquiritur, non acquisita noua parte subsistat. Tertio, quia tumefactio, & rarefactio non variant intrinseca quantitatis; sed solum mutant modum accidentalem extrinsecū: ergo sicut viuentia in statu naturali habent terminū intrinsecum magnitudinis, & paruitatis, ita etiam in statu violento, & non connaturali.

17 Ad hoc respondet M. Ioann. à S. Thoma ante secundam conclusionem: & infra 5. Ad huc tamē, quod loquendo de termino via corruptionis, nō possumus loqui de acquisitione quantitatis; cum augmentatione, & acquisitione quantitatis semper naturalis sit, nisi virtus augmentativa, & nutritiva essent in statu sibi non connaturali. Sed loquimur de

extensione quoad locum, quæ est effectus quantitatis secundarius: & in illa etiā debet assignari terminus aliquis viuenti; cum non possit in quacumque extensionem localē viuens diffundi. Viuenti ergo assignatur terminus intrinsecus propter limitationem virtutis augmentatiuae; sed extensiō locali partitū viuentis assignatur terminus extrinsecus, ne designat viuēs per ultimū esse.

18 Cæterum adhuc non videtur animus quiescere in hac doctrina. Primo, quia Phylosophus i. Physicorum text. 36. v. t. retulimus num. 10. pariter censet loquendum de termino partium viuentis, ac de ipso viuente. Imo & de accidentib⁹ eius idem censem communiter Doctores. Vnde S. Tho. i. p. quæst. 7. art. 3. ait: Cum ad formam substantialē consequatur accidentia, necessit̄ est, quod ad determinatam formam consequatur determinata accidentia: inter quæ est quantitas. Et sic vidēnius formas naturales determinata accidentia exigere, siue quibus naturaliter conservantur non posunt: sicut esse non potest aqua tam rara, quam aer; nee aer est tam densus quam aqua: de quo videatur S. Thom. q. 4. de Potentia. art. 1. ad 5. Ergo accidentia, quæ supervenire possunt quantitati, terminantur intrinsece, sicut, & alias dispositiones.

19 Secundo, distemperamentū, & infirmitates, & inflationes, eiusdem rationis sunt respectu hominis maximi, ac respectu minimi, vel mediocris quantitatis: sicut ergo contingit hominem infirmari, vel mori mortuus vñenosō vespae, vel infla-

## §. 2. Vtrum viuentia terminetur intrinsecè? 579

Inflationis, aut tumefactionis, cum est in debita quantitate; ita id continget cum est maximæ quantitatis (quia non dabitur maius maximum quoad intrinseca, & quoad extrinseca; sed solum erit maius extrinsecè, maximo intrinsecè) & tunc aliquis terminus potest esse intrinsecus qualitati acquisitæ per motū, & esse extrinsecus ipsi motui. Et cù necesse sit hoc fateri omnes, cù tantu venenoso moritur homo mediocris quantitatis; idem dicendū esset dato maximo homine; quia illa quantitas posset, ratione qualitatum, modo maiorem, modo minorem occupare locum. Et data tumefactione, corruptiua qualitas esset terminus motus; & ita viens non desineret per ultimum sui esse. Ratioque est in plano, quia motus localis non contrariatur viuenti, nisi ratione qualitatum repugnat; ut naturaliter requisitis dilocationibus: ergo parum refert, quod tumor sit motus; si terminus eius expellens vitam, est qualitas: ergo eodem modo loquendum de terminis magnitudinis, & paruitatis virtutis in statu naturali, ac in statu violento, seu via corruptionis.

20 Concludendum est igitur, absolutè viuentia habere terminū intrinsecum magnitudinis, & paruitatis. Quod indicant Philosophus, & I.S. Thomas locis relatis n. 9. & alijs referendis cum loquerentur de omniente naturali: quia ipsi, & alij Autores communiter, à M. Masio, & à P. Rubio relati, nullam limitationem apposuerunt. Secundo, quia cū termini intrinseci assignari pos-

sunt, non est cur ad extrinsecos recurramus.

21 Tertio, est specialis ratio in viuentibus; nam augentur per nutritionem conuertendo alimento in substantiam aliti: sed virtus nutritiva intrinsecum terminum petit, vt patet ex Philosopho 1. de Cælo te xtu 116. quia actiuitatis est limitata: ergo terminus augmenti viuentium, & decrementi terminum intrinsecum habet.

Denique, anima est actus corporis organici, requirentis determinatum temperamentum, & quantitatem proportionatam ad proprias operationes: quas exercere non posset si non terminaretur versus maximum, & minimum.

## §. III.

### Vtrum non viuentia habeat terminum intrinsecum cū magnitudinis?

22 Circa nō viuentia omnes cōueniunt, quod naturaliter ordine vniuersi seruato, terminantur ad maximum, quod sic. Quod bene probat Soto 1. Physic. quæst. 4. conclus. 4. quia cælestes orbis non posseut per naturam capaciores, & ampliores esse. Nec potest esse maior ignis, quam quem orbis Lunæ capiat: nec maior aer, quam qui continetur sub orbe ignis existentis sub ultima condensatione, qua esse potest. Et eadē est ratio de magnitudine mixtorum. Quæsilio ergo est, vtrum attenta natura non viuentium, ignis v. g. possit crescere in infinitum, si infinita combustibilia ei applicarentur?

23 Afirmant Soto vbi supra cōclus. 5. Masius sect. 2. q. 3. concl. 2. citatis Amōn. Simplicius, Aegidium, & alios, quos sequuntur Ioan. à S. Thoma q. 8. art. 2. concl. 2. Lerma libro 1. Phys. q. 20. Extra Scholam Sancti Thomæ est valde recepta: nam eā docent Scotus in 2. dist. 2. q. 9. Ocham in 3. dist. 7. Conimb. & Toleatus, & alij. 1. Physic. cap. 4.

24 Probat primo ex Phylosopho 2. de Anima text. 41. dicente: *Ignis enim augmentum in infinitum est, quo usque ad quem fuerit combustibile.* Vbi S. Thom. in fine lectionis 8. ait: *Manifestum est, quod ignis augmentum non est usque ad determinatam quantitatem, sed in infinitum extenditur; si in infinitum materia combustibilis inueniatur.* Vbi conclusionem docent, & probant ex differentia inter viuentia, & non viuentia; nā ista augentur ab intrinseco; & ideo augeri possunt sine termino, si materia augmenti applicetur: quod se cū est in non viuentibus.

25 Deinde id ostendunt, quia dato igne maximo, fluppā sibi applicatam comburet, & vniert sibi: alioquin posset ignis minimus magis quam maximus: quod rationi refra gatur; & manifestæ experientia: immo Scripturæ Prou. 3. *Ignis numquā dicit sufficit.* Quatuor solent adhiberi solutiones: quas cōfutant Soto, & Masius: sed quia voluntate magis quam ratione videntur nitī; nō expedit in eis resellendis, & referēdis immorari. Præcipue, quia nullā earum sequemur.

26 Dicendum tamen est, etiā nō viuentia habere terminos intrinsecos magnitudinis. Ita colligitur ex

Phylosopho 2. de Anima text. 41. vbi ait: *Omnium natura constantium terminus status est, & ratio magnitudinis.* &c. vbi idem ait S. Tho. lect. 8. litt. e. & 1. p. q. 7. artic. 3. & in 2. dist. 14. q. 1. art. 1. ad 4. & in 2. dist. 30. q. 2. art. 2. & q. 4. de Potentia art. 1. ad 5. quæ authoritates sic vrgētur. Quia Phylosophus, & S. Thomas dixerunt, viuentia habere terminū augmenti; quamvis nusquam addiderint illam vocē *intrinsecum*, quia iuxta subiectam materiam, terminus in rigore est *intrinsecus*, communiter referuntur pro sententia afferente, quod viuentia habent terminū *intrinsecum*; sed eisdem verbis idē affermant de non viuentibus; immo ferè in omnibus authoritatibus de omni corpore naturali loquuntur, vt ex contextu patet: ergo ex eorum mente, etiam non viuentia ha bēnt terminos *intrinsecos* magnitudinis. Quare sic docuerunt Averrois, Iandunus, Tienensis, & alij apud Masius. Et ex Thomistis docent Ferrara 1. Phys. q. 7. ad 4. & 5. Astudillo. q. 7. Caietan. 1. p. q. 7. artic. 2. & ibi Nazar. ipse Caiet. 2. de Anima capit. 4. conclusione 4. Pa tres Carmelitani disputatione 27. Physicæ quæstione secunda, & alij.

27 Potissimum probatur, quia ra tio Sæc. Thomæ prima parte quæstione septima articulo tertio, vel procedit de omni corpore naturali, vel nullius est momenti: nam illa in maxima necesse est, quod ad de terminatam formam consequatur de terminata accidentia, non nititur in specifica ratione viuentium; sed in commu-

cōmuni ratione formæ naturalis, à qua diminant accidentia proportionata ad finem propriū specie, & individui: ergo cum formæ sūt determinatæ specificē intrinsece, ad eas consequetur quantitas, & alia accidentia intrinsece determinata. Recolantur, quæ circa hanc rationem scripsimus lib. 3. q. 5. §. 4.

28 Vlteriusque probatur, quia etiā formæ non viuentium intrinsece in se terminantur ad certā perfectionem, quam positive in se habent; nam de omnibus verificatur, quod sunt sicut numeri. Ergo dispositiones, & accidentia naturalia earum cum ipsis proportionata, etiam terminantur intrinsece.

29 Argumētis in contrariū occurrit Caietanus illo art. 3. §. Adeo vero, notans, quod ignem maximum dari potest intelligi dupliciter: uno modo loquendo de individuo ignis perse vno: alio modo de vno quasi per aggregationem. Datur ergo ab intrinsecō maximus, & minimus ignis in perse vno individuo; quamuis non detur maximus ignis quasi per aggregationem, nisi ab extinseco, quia scilicet vniuersi natura non patitur ignem superare certa elementa.

30 Quod si inquiras, quid requiratur ut sit ignis perse unus?

Respondebat Caietanus, vocari perse vnum individuum ignis, illud quod sic constat ex una materia, & una forma in actu, quod per solam divisionem non possint fieri duo ignes. Nec hoc consistit in individuibili, sed tota latitudo à quantitate n. inima ignis ad quantitatem duo.

rum minimorum exclusiue, consistit perse vnum numero ignem. Quantitas autem duorum miniorum, & maior facit vnum quasi per aggregationem. Et idem est iudicium de aqua, & alijs elemētis, & huiusmodi humidis homogeneis. Apposito ergo combustibili cuicunque igni, concedendum est, quod comburet, & quod cresceret in infinitū; sed non esset perse vnis numero ignis. Et sic patet responsio ad authoritatem Aristot. Hacten' Caietan'.

31 Breuius, & facilius hoc vltiniū explicuit Ferrara illa solut. ad 4. dicens: voco autem vnum ignem numero, qui constat ex una dumtaxat materia, & una forma; nō autē, qui aggregatus est ex multis formis ignis; & multis materijs. Idē dicit ad 5

32 Distinctionem hanc acriter impugnat M. Soto dicens *parum Physicam*. Sed quia eius argumenta præcipue vrgent expositionem Caietani relatam n. 30. de igne perse vno; & vim non habent contra expositionem Ferrarensis, quam magis probamus, eo quod ignis, & elemēta quamvis consistēt partibus homogeneis, non sunt vnum perse unitate individuabilitatis, sed unitate cōtinuationis; sicut est vnu ligātū, quod habet partes actu, licet diuisibiles potentialiter. Ideo argumēta omittēda cēsui. Videatur S. Th. 4. Cōtra. c. 81. & Bañez r. de Gen. c. 5. q. 4.

33 Imò addo distinctionē hāc æquivalentibus terminis prius traditā à D. Tho. exponente id quod ait Phylocephalus 2. de Anima textu 45. *Nihil aliter non participans vitam*, & post alia, dicente lect. 9. litter. e.

Cum igni accenso aliqua materia combustibilis additur, in illa materia combustibili nouus ignis generatur; non autem ita quod illud combustibile additum cedat in conseruationem ignis in alia materia prius accensi: puta, si aliquod lignum de novo ignitur, per hanc ignitionem non coherueratur ignitione alterius ligni prius igniti: totus enim ignis, qui est ex congregacione multorum ignitorum, non est unus simpliciter; sed videtur unus aggregatione; sicuti aceruns lapidum est unus; & propter talem unitatem, est ibi quædam similitudo nutritio nis. Sed corpora animata verè nutritiuntur; quia per alimentum conseruator vita in illa parte eadem, quæ prius fuit. Et propter hoc etiā sola animata verè augentur, quia quælibet pars eorum, & nutritur, & augetur: quod non conuenit rebus inanimatis, quæ videntur per additionē crescere: non enim crescit id quod prius fuit; sed ex additione alterius constituitur quoddam aliud totum maius. Ideo autem similitudo augmenti, & nutrimenti præcipue apparet in igne, quia ignis habet plus de forma, quam alia elementa; & est potentior in virtute actiua: unde propter hoc, quod manifestè alia conuertit in se, videtur nūtriri, & augeri. Hæc S. Tho.

34. Est ergo vera, & physica distinctione data; alioquin etiam ignis nutritur sicut viuentia. Rursus sequitur, quod cū additur noua materia combustibilis, inducitur noua forma; & ideo non nutritur forma præexistens, sed alia additur. Hinc que cestant authoritates, & ratio-

nes adductæ num. 24. & 25. nam intentum Phylosophi, & S. Tho. ibi erat, ostendere, quod principalis causa alimenti, & augmenti est anima; ignis vero solum ut eius instrumentum. Quod probat, quia ab anima sumitur determinatio magnitudinis: & non ab igne hæc determinatio sumitur: eo quod ignis sine termino crescit, & in infinitum extenditur, si in infinitum materia combustibilis inueniatur. Quod fit non per nutritionem veram, sed si militudinariam. Et ideo terminos extrinsecos non transilit; sed generat aliqd individuum ignis in nouam materiam nouam formam inducendo: sicque differt à viuentibus, quæ nutritiuntur verè, & non tantum similitudinariè. ¶ Patet etiā, quod si elementū iguis sit in maxima quantitate, materiam sibi applicatā cōburet, non per nutritionem veram eam in se convertendo, sed per similitudinariam nutritionē sua virtute aliud ignem generando. Et sic patet ad secundum.

## §. III.

*Vtrum in non viæctibus detur terminus paruitatis intrinsecus?*

35. N Egant Scotus 5. Metaph. q. 2. & in 2. dist. 2. q. 9. §. Ad ista, Ocham in 2. dist. 28. Valles Cōtrou. 5. ad Tyrone, Rubio 1. Phys. c. 4. q. 2. & alij. Probat Scotus, quia agens naturale approximatū pallo, prius ac fortius agit in partem propinquiorem, quam in magis distantem: sed dato minimo ligni, illius media-

medietati potest applicari ignis: ergo in illam medietatem introducet suā fornā: ergo cū detur minor illa, quæ vocatur minima, iani entia naturalia non habent terminū paruitatis.

35 Secundo, minimo ignis, aut aquæ etiam vt ens naturale est, conuenit essentialis ratio quantitatis, etenim habet partium extensionem: ergo conuenit quantitatis proprietas, quæ est diuinitas: ergo erit divisibile in partes, quæ separatae erunt entia naturalia.

36 Afterendum tamen est, etiam non viuentia habere terminos intrinsecos paruitatis. Sumitur ex Phylos. & D.Thom. omnibus locis in hac questione relatis: nā expressè eodem modo loquuntur de terminis paruitatis, ac de terminis magnitudinibus. Estque communis Thomistarum. Tenentq; Durandus in 2. dist. 18. q. 1. n. 5. Argentinas ibi art. 4. ante 2. concl. Greg. in 1. dist. 17. q. 1. Maior. q. 16. Aegid. Quodlib. 4. q. 6. Conimb. 1. Phy. c. 4. q. 1. art. 7. Tolet. ibi q. 8. conc. 3. Plures alios eruditè refert Masius lib. 1. c. 4. sect. 2. q. 4. concl. 5.

37 Præter rationes iam in præcedentibus relatas, quæ solæ sufficereant, adhuc si aliæ non essent; solet probari primo, experientia, quia videmus, quod per maximam contusionem, aut corrumpitur; quia non possunt sub tam parua quantitate conseruari.

Secundo, vnumquodque est proper suam operationem, vt dicitur 2. Cæli text. 17. & 1. Aethic. cap. 7. nō autem appetit quam operatio-

nem res naturalis exercere valeat sub minori minima quātitate: ergo res naturalis determinat sibi quantitatē versus minimum. Quam rationem prosequuntur Conimbrienses.

38 Tertio arguit Masius, quia partes ætereogenæ, seu dissimilares componuntur ex homogeneis, vel similaribus; vt caput, & manus, ex carnibus, ossibus, neruis, venis, & alijs. Sed omnes admittunt in viuentibus, & in reprobatis partes ætereogenæ dari minimum naturale, & non posse dividī in infinitum: ergo etiam homogenea non viuentia habent terminū intrinsecum paruitatis. Probatur consequentia, quia auctis, vel diminutis partibus componentibus, & tota composita augeri, vel minui est necesse.

39 Quarto probatur à M. Ioann. à S. Tho. q. 8. art. 3. concl. 2. quia ex opposito sequitur, quod aliqua substantialia incipere posset per primum non esse: quia si creatur ignis propè combustibile, quod solet tāgere in superficie: in qua non generatur ignis in illo principio instanti; eo quod corpus requirens triam dimensionem in puncto esse nō potest: ergo si in minima parte generatur ignis; generatio substantialis erit in tempore; quia immediatè post instantis sequitur tempus; cum non dentur duo instantia immediata: ergo substantialia incipiet per ultimum non esse, quia in instanti applicationis, vel tactus non erit substantialia, & immediatè post erit. ¶ Scio euasionē excogitari posse, quibus istæ rationes euadantur: sed adiunctis super-

rioribus, quæ de omni termino probant, ad minus ut valde probabiles rationes istæ facile possunt sustineri; licet in eis formandis non possumus detineri.

40 Ad primū posset in primis dici cum M. Soto 1. Phys. q. 4. art. 3. casum illum esse metaphoricum: nā minimum naturale vix, aut numquam contingere potest naturaliter; nec in generatione rerum, nec in corruptione; nam applicatio fit simul per multas partes, quæ simul disponuntur. Et ignis regulariter non inflamat nisi vniendo sibi materiam; vt patet in flâma, quæ non cōuerit aerem in iguem, nisi vniendo sibi. Deinde, cum ignis sit extensus, non disponit nisi aliquid extensus: & ideo naturaliter vix posset dari ille casus, quo minima materia prius disponatur, quā maior pars.

41 Secundo admisso illo casu (vt si per impossibile Deus abscederet minimum naturale aquæ, aut ligni, & relinqueret suæ naturæ) dicitur, quod defectu subiecti capacis, cœfaret introduci forma, etiam introducta alia dispositione; quia deest debita quantitas, quæ est prima dispositio subiecti. Quod patet à simili, si introducenda esset forma visuens; & si una ex alijs dispositionibus deficeret. Vnde bene respôdet Sonecinus lib. 8. Metaph. q. 3. ad 3.. quod ad hoc, quod forma introducatur in aliquo subiecto, oportet ipsam esse dispositum, non solum qualitatib; sed etiam quantitatib; & ideo signatur aliqua pars subiecti, quæ tota simul disponitur; & in qua simul inducitur forma, quia pars it.

lius partis non est prius disposita quantitatib; quam ipsum totum; quod est illa pars signata. Omnium que ratio est, quia vt ait S. Thomas 3. p. quæst. 77. art. 2. *prima dispositio materia est quantitas dimensiva.*

42 Ad secundum respôdetur cū Caietano 1. p. q. 7. art. 3. s. *Adrator nem,* quod illa proprietas non conuenit quanto perse, & positivè, sed solum per non repugnantiam; vt patet in cælo, quod est verè quantum; & non potest positivè actualiter per naturam diuidi, quia impeditur à forma naturali; ita pariter minimum naturale impeditur à sua forma ne diuidatur, quia diuisio erit eius destructio. Sicut inquit Sanctus Thomas 8. Physic. lect. 1. litt. f. *Possibile est, quod aliquod continuum habeat talēm naturam, vt non possit alia dividī;* scilicet patet de corpore Solis.

43 Secundo dicit Caiet. quod illa proprietas non intelligitur secundum actualem diuisiōnem, sed secundum designationem. Et est solutio expressa S. Thomas 8. Physicorum lect. 21. litt. b. in medio: & sic omni quanto conuenit; non tamē primo modo; quia vt ait S. Thomas 1. Physicorum lect. 9. litt. f. *Licet corpus mathematicè acceptum sit diuisibile in infinitum; corpus tamen naturale non est diuisibile in infinitum.* Et hæc de hac Quæstione, &

Libro.



# LIBER SEPTIMVS PHYSI CORVM ARISTOTELIS.

**I**CVM Libris præcedētibus de terminatum iam sit de motu, & proprietatibus, & partibus eius, accedit Phylosophus ad determinandum de motu per comparationem ad motores, & mobilia. Et in hoc libro ostendit esse primū motum, & primū motorē, ostensurus libro octavo, qualissit motus primus, & primus motor. Diuiditur liber hic in duas principales partes, & capita quinque: tribus prioribus ostendit esse primum motum, & primum motorem: & quia ea, quæ sunt vniuersi ordinis, habeant aliquam comparationem ad inuicem; ideo in secunda parte, nempè cap. 4. & 5. determinat de cōparatione motuum ad inuicem.

### *Summa capituli primi.*

**D**VO probat in hoc capite. Primo, quod omne quod mouetur, ab aliquo motori necesse est. Quod probat primo, nam quando principium motus est ab extrinseco, manifestum est ab alio moueri: quando autem videtur moueri ab intrinseco, una pars est mouens, & alia mota: & ita non mouetur secundum se, sed secundū partem: oportet autē, si aliquid mouet seipsum non motum ab alio, quod sit primo, & perse motū; i. cut si aliquid est calidum non ab alio, oportet, quod sit primo, & perse calidū. Se-

cundo id probat, qua omne quod mouetur a seipso, nō quiescit a suo motu per quietem cuiuscūque alterius mobilis: sed omne mobile diuisibile quiescit ad quietem partium, quia motus totius dependet a motibus partium, & in eas diuiditur: ergo nullum mobile perle primo mouet seipsum. Quod etiam verum est in motu locali.

3. Secundo ostendit, quod si hoc non cocedatur, quod si taliqua prima causa mot⁹, sequitur, quod procedatur in infinitum in mouētib⁹, & motis. Hoc autem est impossibile; nam si sint infinita mobilia, & mouentia, sequitur infinitum motum posse fieri tempore finito: quod cam sit impossibile, sequitur ut ne que sit possibile, vt sint infinita mouētia. Quod clariss apparet, si omnia illa mouentia, & mobilia in unum continuarentur: quod licet repugnet naturis determinatis; non tamen repugnat mobilibus, & mouentibus in communione.

### *Summa capituli secundi.*

**P**Robat in hoc capite Phylosophus, quod mouens, & motum sunt simul, quia nihil est medium inter mouens, & motum, eum mouens sit contiguum, vel cōtinuum mobili. Quod suggillatim probat in singulis generibus causarum. Et in motu locali, id est manifestum, cam aliquid mouetur a seipso, sicut cum

586 Summa textus libri 7 Physicorum.

cum pars mouet totum in quo est; Cum autem aliquid mouetur ab alio pulsione, traktione, & vectio- ne, & vertigine; in omnib<sup>o</sup> illis mo uens, & motum sunt simul, vt in ductione patet.

5 Sed obijcies: nam in proiectio-ne (que est quando pellitur aliquid cum quadam violentia in remo-tum) videtur, quod id quod projec-tur non sit simul cum projicie-te.

Respondet, quod facta tali im-pul-sione, tandem accidit aliquid fer-ri proiectum, quādū in aere fit for-tior motus, quam cius motus natu-ralis.

6 Ostendit deinde, quod in alte-ratione mouens, & motum sunt si-nul, quia inductione constat, quod simul sunt vltimum alterans, & pri-mum alteratum; & quia omnis al-teratio est similis alterationi, qua-fit secundum sensum: sed in altera-tione, qua<sup>e</sup> est secundum sensum al-terans, & alteratum sunt simul: ergo & in qualibet alteratione. Pro-bat maiorem, quia omnis alteratio fit secundum qualitatem sensibili-lem, qua<sup>e</sup> est tertia species qualita-tis: alterari autem secundum huius-modi qualitates, est omnium cor-porum sensibilium, tam animato-rum, quam inanimatorum. Prima vero minor constat inductione in omnibus sensibus; nam aer altera-tus, & alterans ipsum, sunt simul; & similiter visus alterans cum aere alterante: & similiter est in auditu, & in odoratu, & alijs.

7 Denique oportere in motu au-gmentu, quod augetur, & auget esse simul, patet, quia augmentatio

est quādā appositiō; & causa de-creimenti est quādā substractio alicuius quanti; non potest autem aliquid opponi, vel substrahi ali-cui, si non ut simul cum eo. Ergo vniuersaliter est verum, quod inter vltimum mouens, & priūm mo-tum, nihil est medium.

Summa capit is tertij.

8 Robat quod in precedenti ra-tione allumpserat, quod om-nis alteratio fit secundum qualita-tes sensibiles. Et in primis quod in qualitatibus primæ, & quartæ spe-cie non est alteratio primo, & prin-cipaliter, sed secundario; quia hu-iusmodi qualitates consequuntur quādam alterationes primarum qualitatum. Et similiter potentia, vel in potentia non accipitur, aut remouetur, nisi transmutata natu-ra: quod fit per alterationem.

9 Specialiter quod non sit altera-tio in prima specie qualitatis proba-tur: nam habitus, etiam corporei, sunt quādā virtutes, & malitiae: virtus enim cuiuslibet rei est, qua<sup>e</sup> bonum facit habentem, & opus ei- bonum reddit: sed ista sunt ad ali-quid, quia eorum ratio ex aliqua relatione dependet: cum ergo in adaliquid non sit motus, neque ge-neratio, neque alteratio, vt libr. 5. text. 10. probatū est; manifestū est quod in huiusmodi habitibus nō est alteratio primo, & perse; sed eoru-transmutatio consequitur aliquam priorem alterationem calidi, & fri-gidi, aut alicuius huiusmodi.

Idemque dicendum est de habiti-bus

## Summa textus libri 7. Physicorum.

577

bus animę quantum ad partē appē-  
titiuam, & quantum ad partem in-  
tellectiuam; vt late probat Phylo-  
sophus, & optime declarat S. Tho.  
tota lect. 6..

### Summa capitinis quarti.

10 **A**cturus in hac secunda libri  
parte de motuum compara-  
tione, duo præstat in hoc capite;  
primo in communi mouet dubita-  
tionem, vtrum omnis motus sit cō-  
parabilis cuilibet motui; vel non?  
Secundo in particulari applicat ad  
comparationem motuum, de qua  
hic intendit. ¶ Circa primum, pro-  
positis rationibus dubitandi ad v-  
tramque partem, respondeat tria re-  
quiriri ad hoc quod aliqua sint ad in-  
uicem comparabilia. primo exigi-  
tur ne sint æquiuoca: vnde quia acu-  
tum æquiuoce prædicatur, non po-  
test fieri comparatio, vt dicatur quid  
sit acutius, vtrum stilus, aut vimū,  
aut vox vltima. Et ideò motus re-  
etus, & circularis non compara-  
tur in velocitate, quia velox æqui-  
uoce dicitur hic, & ibi. Et multo  
minus est eadē ratio velocitatis  
in alteratione, & loci mutatione;  
vnde etiam hæc multo minus com-  
parabilia sunt. ¶ Secundo requiri-  
tur ad hoc quod aliqua sint ad in-  
uicem comparabilia, quod non ha-  
beant differentiam ex parte subie-  
cti primi in quo recipiantur: sicut  
equus, & canis comparari possunt  
in albedine, propter superficiem  
communem in qua est albedo; & si  
militer magnitudo est comparabi-  
lis in utroque; quia idem est subie-

ctum magnitudinis in utroque, sci-  
licet, sublætia corporis mixti. Sed  
aqua, & vox non sunt comparabili-  
lia; quia non habent idem recepti-  
um.

Denique exigitur non habere dif-  
ferentiam ex parte formæ, quæ re-  
cipitur: vnde non possumus dicere  
quid sit magis coloratum, vtrum  
album, vel nigrum; potest tamē fie  
ri comparatio omnium alborū, vt  
dicatur quid sit albius.

11 In secunda parte applicat ad  
motus, dicens in eorum compara-  
tione hæc tria debere attendi, tam  
in comparatione motuum diuerso-  
rum generum, quam eiusdem gene-  
ris: nam in comparatione motuum, si  
est differentia in genere, vel specie,  
nō sunt comparabiles; si autem est  
differentia secundum accidens cō-  
parabiles sunt. Ex quo elicit quod  
genus non est aliquid vnum simpli-  
citer, secus vero species, quæ suni-  
tur à forma vltima.

### Summa capitinis quinti.

12 COnstituit in vltimo capite  
regulæ comparationis mo-  
tuum. Prima est, si aliqua potentia  
mouet aliquod mobile per ali-  
quod spatiū in aliquo tempore,  
mediatatem illius mobilis per du-  
plum spatiū mouebit; vel æqua-  
lis potentia in eodem tempore, vel  
eadem in alio æquali.

Secunda regula est, quod medietate  
tem mobilis mouebit per idem spa-  
tiū æqualis potentia in mediata-  
te temporis; quia sic conseruabitur  
eadem proportio, cū velocitas mo-

tus sit ex virtute potentiae mouētis super mobile.

*Tertia regula*, si aliqua potentia idem mobile mouet in eodem tempore per tantum spatiū, ipsamēt mouet medietatem mobilis in mediata temporis peridem spatiū: vel in eodem tempore mouet medium mobilis per duplū spatiū. *Quarta*, si dividatur potentia, media potentia mouebit medietatem mobilis per idem spatiū in æquali tempore.

13 Exclusis falsis comparationibus, tres alias regulas constituit. Sit ergo *quinta*. Si aliqua virtus idem pondus per idem spatiū eodem tempore mouet, non est necesse, quod dimidium ponderis, dimidio tempore moueat: quia poterit esse, quod dimidia potentia duplū mobile nullo modo mouere posset. Sed si posset mouere, teneret hæc comparatio. *Sexta regula*. Si dimidium virtutis mouet dimidium ponderis per aliquod spatiū, non sequitur, quod totum, & integrum pondus moueat per aliquod spatiū: quia sequeretur, quod solus unus homo posset mouere nauim per aliquod spatiū, si potentia trahentium dividatur secundum numerum trahentium, & secundum longitudinem spatiij, per quod omnes simul trahunt nauem. *Septima regula*, si duas potentias mouentium coniunguntur, mouebunt illud quod est coniunctum ex ponderibus motis per æquale spatiū, in æquali tempore: quia in hoc seruatur eadem proportio.

14 Istæ regulæ procedunt in mo-

tu locali; in motu autem alteratio-  
nis sunt aliae tres regulæ. *Prima*, si ali-  
qua potentia moueat in tanto tem-  
pore, in duplo tempore mouebit du-  
plū; & si moueat duplū, hoc erit  
in duplo tempore. *Secunda*, eadem  
potentia mouebit medium in me-  
dio tempore; aut si sit dupla poten-  
tia, in æquali tempore mouebit du-  
plū. *Tertia*, si aliqua potentia mo-  
ueat motu alterationis, & augmē-  
ti tantum in tanto tempore, non  
necessè est, quod medietas potētiae  
moueat medietate nō in eodem te-  
mpore, quia forte nil alterabit, vel  
augebit.

### Quæstiones remittuntur.

15 *Væstiones* duæ huic loco  
opportunæ (vt pote à Phy-  
losopho tactæ) altera vtrum om-  
ne, quod mouetur, ab alio mouea-  
tur? Et vtrum agens posset operari  
in distans? Sunt abundantiter disputa-  
tæ. par. nostræ Metaphysicæ Con-  
tro. 13. art. 2. & 3. & quia nil occur-  
rit addendum, nec facile ibi dicta  
potui compendiosius tradere; & ea  
transcribere, esset actū agere; ideo  
omittendas censi.

16 De motuum cōparatione, &  
de proportionib⁹, ita copiose dis-  
serit M. Soto q. 2. vt præoccupau-  
erit quicquid alij posseint hic insere-  
re. ¶ Vtrum alteratio tantū sit in  
qualitatibus tertiaræ speciei? De qua  
Philosophus hic cap. 3. diligenter  
disputatur à M. Masio tota quæst.  
4. & Ferrara etiam quæst. 4. Iuanello  
q. 5. ¶ Quæstiones aliae, vel sunt  
textuales, vel parui momenti, &  
faci-

facile solabiles: vnde vnicē in hoc libro disputandum restat de motu projectorum, occasione eorū, quæ de eis docuit Phylosophus capite secundo: & de motu recto, & oblique quo; de quibus in isto, & sequentili bro multa docet Phylosophus.

## QVAESTIO I.

*Qua vi moueantur projecta?*

1. **S**unt qui opinētur projecta moueri, non à qualitate impressa, sed à solo projiciente medio aere, vel aqua, vel alio corpore: nā proximæ partes aeris alias mouent, & sic concitatæ projectum deferunt. Tribuitur Aucroii, Simplicio, & Themistio 8. Phys. ad text. 82. & sequuntur Maior in 2. dist. 13. q. 7. Et Pereiralib. 14. cap. 4. & 5.

2. Videleturque Phylosophi 4. Phys. text. 68. vbi probat in vacuo non posse projecta moueri, quia ibi non est corpus deferens. Moueri projecta ab aere docet 8. Phys. tex. 82. & libro de Somnis cap. 2. & 3. de Cælo text. 28. vbi S. Tho. lec. 7. litt. f. ait: non est autem intelligendum, quod virtus violenti motoris imprimat lapidi, qui per violentiā mouetur, aliquam virtutem, per quam moueatur: sicut virtus generantis imprimat genito formam, quam consequitur motus naturæ. Nam si motus violentus esset à principio intrinseco; quod est contra rationem motus violenti. Sequeretur etiam, quod lapis, ex hoc ipso, quod mouetur localiter per violentiā, alteraretur; quod est co-

tra sensum. Imprimat ergo motus violentus lapidi solum motum; quod quidē sit, dum tangit ipsum. Hæc S. Thom. vbi non solum videatur docere sententiam; sed etiā dupli ratione probare.

## §. I.

*Necessitas impulsus.*

3. **I**co tamen primo; licet projiciens non imprimat projecto qualitatē natura sua permanēt; imprimat tamen qualitatē natura sua trāseuntem, quæ dicitur vis, seu impulsus. Prior pars est ad mentē S. Thom. loco citato. Et in similī traditur 1. 2. q. 110. art. 2. & patet ex his quæ diximus 2. p. Metaph. Controu. 10. & 12. quia instrumentalis virtus nō est qualitas natura sua permanens, quia non agunt instrumenta per virutem propriam, sed per motū quo à principali agente mouentur: sed impulsus est vis instrumentalia projectantia: ergo impulsus non est qualitas natura sua permanēt. Quod & ostendūt illæ duæ relatae rationes S. Thom.

4. Vtramque partem docet S. Th. q. de Anima art. 111. ad 2. vbi ait: virtus, quæ est in semine à patre, est virtus permanens ab intrinseco; non fluens ab extrinseco, sicut virtus mortalitatis, quæ est in projecto. Et q. 3. de Pot. art. 11. ad 5. ait: sicut a tantu mouetur à projiciente, quandiu manet vis impulsus projectantia. Et 1. 2. q. 13. ar. 2. ad 3. dicit, virtus mōsens appetit in motu mobilis, &c. De quo videatur ibi q. 23. art. 4. in cor. Idemque refertur docuisse:

docuisse B. Albertum 8. Phys. text. 82. & esse Doctorum communem, multis relatis; ostendunt Masius 8. Phys. c. 10. q. 2. Rubio tract. 5. q. 1. Ioan. a S. Thom. q. 23. art. 2. Ortiz tract. 10. confer. 3. & passim alij.

5 Fundamentum est, quia projiciens distat loco à projecto; si nō sollet motus durare, etiam cum non est projiciens: ergo perse solū non est unica causa motus projecti. Patet consequētia, quia causa efficiēs non operatur, nisi in quantum est in actu, siue perse, siue per virtutē à se diffallam, ut diximus lib. 2. q. 15. & mouens, & motum debent esse simul: ergo si non sunt simul nisi à principio, postea erit mouens media virtute diffusa.

6 Præterea, projecta non mouentur à se; alioquin illorum motus nō esset violentus; non mouentur à solo aere circunstante ante, & retro, vel subtus: ergo præcipue mouentur à projiciente, medio impulsu, seu qualitate trænute illi imprælia. Cætera patet; & minorem probant multæ experientiae ad hoc allatae à M. Soto 8. Phys. q. 3. ad 2. quia aer, nec vntiam plumbi sustinere in alto potest; quo modo ergo poterit in gentē globum tanta velocitate, & per tantum spatiū, non modo sustinere, sed & citissime mouere? Deinde, si solus aer moueret, non mouetur iaculum contra ingentem aeris flatum: & projecta pluma, si à solo aere moueretur, celerius, quā s. gitta volaret.

Demū est experientia de rotâ barbitonoris, quæ si postquam fuerit servata in circulum mota, dimittatur,

mouetur in circulum: & tamē aet nō mouetur circulariter, præcipue cū in impulsu non est in circumferētia rotæ, sed in axe. Ergo projecta non mouetur à solo aere; sed præcipue ab impulsu.

7 Dico secundo, quāuis præcipua causa motus violenti sit projiciens medio impulsu; tamen adiubatur à cōmotione aeris, vel medijs, quod est instrumentū motus violenti, ut ait S. Th. 3. de Cælo lect. 7. & 8. Hoc intendit Phylosophus locis relatis: & vidēdus S. Th. lib. 8. Phys. lec. 22. litt. c. Et probatur experientia: nā iaculator, & machina mouēdo projectū, cōmouet, & aerē; & ad iaculū lapidis aqua circulariter comouetur. Experimur itē sagittā, nō tanta vehemēria ferire propinquius, quā aliquāto remotius: quod dicit S. Th. dicta lect. 8. tribuit multitudini aeris cōmoti: licet partialiter etiā preueniat à modo quo recipitur impulsus: de quo Rubio dub. vltimo.

8 Dico tertio, hæc qualitas, vel reducitur ad potentiam nō otium, cuius est derivatio, quod dicit probabile, M. Ioan. a S. Th. illo art. 2. in fine priuiae difficultatis; ex his quæ insimili de caractere docet S. Th. 3. p. q. 63. ar. 2. Vel vt ait M. Soto in fine illius solutionis ad 2. est in illa specie, qualitatis, quæ est habitus, vel dispositio, esque int̄sibilis, ac ren̄sibilis, contrarietatē habens cū grauitate projecti; ab illa quippe remittitur; licet altera sit naturalis; & hæc sit violentia ab extrinseco causa: ta contra propriam inclinationem subiecta in quo est.

S. II.

## Qualiter cestet impulsus.

**D**Ico quarto, desinit impulsus aliquando ex resistentia contrarij, aliquando ex defectu cause conseruantis, & quia est in subiecto extraneo: & præcipua causa desitio nis est ipsa natura qualitatis, que datur per modum transiuntis, & ad modum motus. Videantur, que in simili dixim? 2.p. Metap. à n. 123. vsque 125. & prior pars patet, quia lapides impellitur ad ibi conueniens, ut lapis deorsum, & ignis sursum: ergo non semper desinit ex resistentia contrarij.

**10.** Contra hanc conclusionem tenet Vazq. 1. 2. disp. 81. c. 3. à n. 17. vsque ad 23. docens impulsum non desinere ex defectu conseruantis, sed per contrariam formam imprimam, per quam formaliter expellitur. Quod si instes de impulsu quo lapis proicitur deorsum, qui grauitati non contrariatur: responderet terram esse ponderibus librataam suis, ut dixit Ouidius 1. Metamorphos. ex Archimede; & ita esse quasi in bilance: & ideo impulsus corrumpitur à terra, quia inagit, & mouet motu trepidationis.

**11.** Sed communiter reiicitur: tum quia refragatur evidenter seculū: tū quia esset contra ordinem universi, quod motus lapilli tota comoueret terrā. Tertio, si ex utroque latere duo lapides æqualis pöderis projiciantur, cestat causa ab ipso assignata corruptionis impulsus. ¶ Virgen.

tius reiicitur, quia faret hæc doctrina scatentia alterenti terram moueri per modum gyrationis, quā quidam hereticus Copernicus Zeladus excitauit, & Lansbergius Medicus in libello de motu terra defendit: sed Paulus 5. & Gregorius 15. edictis Apostolicis damnarūt, ut refert M. Ioan. à S. Th. vdi supra, etiā loquendo de qualicunque motu libratoris. Et lepide irriguit Poëta Anglus Ioannes Ouuen lib. 1. Epigram. 14. *Stare negat terra, nobis mira cula narras.*

*Hec dñs scribebas, in rata forsam eras.*

**12.** Et quod grauius est apud Catholicos, nona cōsonat Scriptura Sacra. 1. Paralipom. 16. vers. 30. *Ipse fundebit Orbem immobile.* Et Psal. 103. vers.

**3.** Qui fundasti terrā super stabilitatem suā; non inclinabitur in seculū secundū. Et alijs huiusmodi. Idcirco de sententia P. Vazquez loquens M. Lorca 1. 2. sec. 3. disp. 22. ait: *Ecce quanto labore causam, quia illa qualitatē corrūpat, inuenientur non minori certe, quā totius terra cōmotione, & agitatione, & portento terra motu. Sed quis nō videat hoc quā fusilia, ne dicam rīcula esse.* Hæc ille.

**13.** Aduerte etiā, quod licet Doctor Montes. 1. 2. 10. 1. dis. 34. q. 1. n. 130. doceat impetu, seu impulsu corrumpiā cōtrario impetu, idest, à grauitate naturali ipsius lapidis. Nō tamen approbat, nec meminit, de eo quod Vazquez ait, de motu trepidationis terræ: quod non cōsiderauerunt, qui absolute cū

prosententia Vazquez retulerunt. *Nugatio.*

Ex oratione etate p.

## QUAESTIO II.

*A quo proueniat motus resiliens?*

**I**Consent nonnulli, quod motus resiliens directe oppositus motui, quem intendebat projiciens, tantum prouenit ab obliſtete; quia impulſus projicientis nullam habet virtutem ad mouendum projectum in partem oppositam illi, in quam primo illud mouere intēdit: alioquin etiam resiliret quando impeditur corpore mobili ne ultra progrediatur: cuius contrarium experientia conſtat. Ita Cabero ubi in fra, & alij.

**2** In contrarium tamen est, quod Phylloſophus 8. Phys. text. 31. in fine, & S. Thom. lect. 8. litt. h. dicūt: Dicitur enim moneri peraccidens, & non perse; ſicut ſi ſphera, id est, pila repercutitur à pariete; peraccidens quidam motu est à pariete; non autem perse; ſed à primo proyiciente perse motu est: paries enim non de dit ei aliquem impetu ad motum, ſed projiciens: peraccidens autem fuit, quod dum à pariete impediretur, ne ſecundū im patum ferretur, eodem impetu manente, in contraria motu resiliret. Hæc ibi S. Thom. Quem ſequuntur ibi Soto, Conimbric. & latè Rubio tractatu de impulſu q. 3. qui eam probat pri mo, quia per impedimentum prior impulſus non cedat, ſed determina tur ad hanc, & illam partem. Secundo, quia paries, cum quiescat, nequit impulſum, ſeu motu cauſare, vt ibi late prosequitur.

**3** Iſta tamen facile concordat M.

Ioann. à S. Thom. quæſt. 23. artic. 2. difficultate tertia, cum communi Thomistarum docens, quod in iſto motu resiliens duo poſſunt conſiderari, nempe, ſubſtantia motus, & modus eius: quoad primum, eſt à proyiciente, perſe; & peraccidens ab obliſtente: quod patet intentum Phylloſophi conſiderādo; quod eſt docere, quod generaſt cauſa per ſe motus grauiū, & leuium; tollens tamen impedimentum, ſeu remouens prohibens, eſt cauſa peraccidens, ſeu determinaſt motu. Quoad modum vero, nempe, quoad diſco tinuationem, & refractionem, corp' obliſtens eſt cauſa perſe: ſicut ex reuerberatione lucis in corpore ope rco cauſatur intēſior lux in alio cor pore. Et ad refractionem, & diſcotinuationem, non requiritur, quod paries moueatur; ſed ſufficit, quod reſilēdo determiuet motum. Nec inconuenit, quod unus motus cauſetur perſe, & oppositus cauſetur peraccidens; ſicut in anteperiſtaſi frigus circumſtant, cauſat calorem peraccidens. Quando autem obliſtens corpus eſt molle, projectum non reſiliet, quia molitie retardat, vel extinguit impulſum. Per qua defaciſt argumenta ſoluuntur.

**4** Sed arguit Cabero tractatu vi timo disp. 1. dub. 3. nam per obliſtilium parietis, totus pergit impulſus primus, & producitur ſecundus: & primus erat via recta: ergo ille ſecundus eſt per nouum impulſum impræſium ab obliſtente, vt via te dat reflexa.

Probat ſecundo, quia pila à nemine pulſa, & ſuo poudore tendeſt deor-

deorsum, cum terram tangit, resilit, & mouetur sursum: sed huius motus causa esse nequit projiciens; cum pila projecta non sit: reslat ergo quod sit causa huius motus impulsus à terra pilæ impressus.

5. Facile respondetur negando priorem partem antecedentis, quā sine probatione assūmit; & oppositum exp̄rēs̄ asserit S. Thomas illis verbis: *Eodem impetu manente*. Et vīdetur per se notum ratione, & experiētia; quia obstaculum, quo fortius à projecto tangitur, est occasio vt resiliat longius, iuxta vim impulsi prioris: ergo falsum est, quod impulsus totus omnino pereat: licet modifīcetur, & determinetur ab obſilente, ad reflexionem.

6. Ad secundum iam responderat Rubio ad ultimum, quod resiliētia pilæ per motum sursum, est ab omnibus his causis simul concurrentibus, nemipē ab impulsu ei impresso à partib⁹ aeris motum deorsum eius urgentib⁹; à leuitate lanæ, qua repleta est; ab aere in eadem lana inclusa; & à figura etiam orbiculari.

7. Præterea ad hæc, & alia huiusmodi diluenda, recolantur, quæ ex D. Thoma, M. Soto, & alijs Thomis diximus lib. 2. quæll. 4. num. 5. & 6. quod figura artificialis est causa modi motus; licet non subtilitatem motus; ita obſistēs determinat, vel diuidit motum; licet projiciens ut perse eius causa.

8. Denique dici potest, falsum esse, quod pila, cum descendit, nō sit projecta: quia pulsus, vt ait S. Thomas lib. 7. Physicorum lect. 3. litt. e.

est cum mouens facit aliquod mobile à se distare mouendo: quod contingit in motu naturali, & in motu violento: sive in impulsione, sive in expulsione, de quarum differentia ibi agunt Phyl. & S. Thom.

### QVAESTIO III.

*Vtrum necesse sit mobile quiescere in puncto reflexionis?*

1. Aep̄ diximus, ex Philosopho lib. 5. text. 20. & D. Thom. ibi lect. 4. littera. g. & lib. 8. lect. 5. litt. a. in fine, & lect. 6. litt. b. quietem aliam esse negatiām, & minus proprie, quæ est in instanti, & cum non est motus; aliam quietem propriam sumptam, quæ est priuatua, nempe priuatio mot⁹ in subiecto apto: unde inquit S. Thomas 1. p. q. 53. art. 2. *Nihil aliud est quiescere, quam in eodem loco esse nunc, & prius.*

2. Reflexio autem multis modis contingit, vel quando utraque pars motus est naturalis, vt dilatatio, & constrictio cordis. Vel cum motus rectus est violentus, reflex⁹ verò præternaturam; vt si paruo corpori sursum projecto, occurrat magna moles, vi cogens corpusculum descendere. Tertio, est reflexio inter duos motus non naturales, vt cum pila resilit à pariete in parietem. Tandem est reflexio, dum post violentum motum, naturalis sequitur; vt cum lapide sursum projecto, deficiente in pulsu, propria granitate descendit.

3. Loquendo de reflexione naturali motus cordis docet S. Thomas

Opusculo 35. Istum motum esse continuum durante vita animalis; nisi in quantum necesse est intercidere morulam medianam inter pulsum, & tactum; eo quod deficit a motu circulari. In quo etiam consentiunt Medici; licet varient in causis interruptionis huius motus assignandis: nam Valles lib. 3. Controu. Med. cap. 6. & Controu. 50. ad Tyrone, & Vega de Arte med. cap. vlt. pag. 111. duas assignant causas. Prima est, quia motus iste ordinatur ad bonum aliquod naturale acquirendum, nec statim amittendum: quod non possit com mode fieri sine aliqua morula. Secunda: nam laboriosum valde esset tam diurno totius vitae motu, animal non relevari per morulas, quibus motus interrumpatur, & paululum quiescat. Aliam rationem adiicit S. Thomas ubi supra dicens: Sic enim est motus cordis in anima li, sicut motus celi in mundo: sed tamen oportet motum cordis a motu celi deficer, sicut principiatum defici a principio. Hoc ergo motu reflexo naturali pronuncio omisso.

## 9. I.

## Duae oppositæ sententiae.

\* D E alijs loquens Philosophus 8. Physicorum cap. 8. à textu 64. & deinceps. & Sanctus Thomas ibi lect. 16. littera. c. & d. & in fine lect. & lect. 17. littera. b. & lect. 18. per rotam, pluribus argumentis probant, quod motus reflexus, sive in circulari, sive in rectam magnitudine, non potest esse continuus, sed intercidit quiesce-

dia. Præcipua argumenta sunt duo. Primum est: nam motus rectus, & reflexus sunt motus contrarij: eo quod contrarij motus sunt, quorun termini sunt contrarij, vt dictum est lib. 5. text. 48. apud D. Thomam lect. 8. & nos tetigimus quæst. 4. contrarietas autem loci sunt sursum, & deorsum, & ante, & retro, dextrum, & sinistrum: omne autem, quod reflectitur, secundum aliquam illarum contrarietatum necesse est reflectatur: omne ergo, quod reflectitur, mouetur con trarijs motib⁹. Ostensum est autem eodem lib. 5. quod mot⁹ ad terminos specie dif ferentes non possunt esse unus, & continuus: & manifestum est, quod contraria differunt secundum speciem: relinquitur ergo, quod impossibile sit, id quod reflectitur, moueri uno motu continuo. Cui signum etiam est, quia motus reflecti impediunt se inuicem, tam in recto, quam in circulo; quia hoc est denatura contrariorum, quod se impedian, & corruptant. Motus autem, qui sunt diueri, & non contrarij, non se impediunt.

5. Secunda ratio Philosophi est: nam quodlibet punctum signatum infra terminos lineæ, supra quam aliquid mouetur, medium est in potentia (quoad divisionem) sed non est medium in actu, nisi fiat divisione secundum motum, ita scilicet, quod in illo punto, id quod mouetur, stet, & iterum ab illo punto incipiat moueri; quia sic medium illud fieri actu principiū, & finis. Sed hoc à quo incipit reflexio, est actu principium, & finis; finis quidem mot⁹, qui

qui erat deorsum, puta lapidis principium autem est in actu motus reflexi, qui est sarcum; dum lapis cadens in terra refluit sursum. Sicut ergo in magnitudine in qua est motus, sicut et finis in actu; ita, & in ipsis motibus est accipere actu finem unius, & principium alterius: quod non esset, nisi quies interueniret media. Necesse est ergo, quod id quod reflectitur, in linea recta quiescat. Eadem Phyllosophi sententiam, ut faciat amplectitur B. Albertus, Averrois, Simplicius, Villalpadius, & alij.

6 Adhucque firmatur non leui argumento. Omne quod nunc mouetur aliquo motu, quo motu non mouebatur prius, quiscebat ab illo motu. Quæ propositio videtur per se nota ex definitione quietis relata n. i. quia si nunc mouetur motu isto, & ante hoc nunc, non mouebatur illo motu, quo motu poterat moueri, absq; dubio quiscebat a motu illo. Tunc sic; adhuc cum lapillus sursum projicitur, & medio motu occurrit ingens faxum; clarum est, quod lapillus descendens mouetur deorsum; & prius, scilicet, ante operationem faxy, non mouebatur deorsum: ergo quiscebat quiete opposita motui deorsum. Sed haec quies non est nisi in ubi sursum, tenui in punto reflexionis: ergo semper in punto reflexionis necesse est mobile quiescere quiete propriæ dicta.

7 Per oppositum alij arbitrantur per se loquendo necessarium non esse mobile in punto reflexionis aliqua quiete motum interrumpere. Nec Phyllosophi efficaciter pro-

bat tex. 65. motus illius discontinuationem per quietem medianam quando lapis projicitur sursum, ascendit per tempus usque ad ultimum instantem exclusum temporis, & in instanti ultimo incipit descendere: & sic non est necesse, quod pro aliquo tempore quiescat, quoniam inter tempus, & suum ultimum instantem, non datur tempus medium; sicut datur inter instans, & instans. Ratio autem Phyllosophi procedit ac si in uno instanti ultimo temporis mensurantis ascensum, terminetur ascensus, & in primo instanti temporis sequentiis incipiat descensus. Quod tamè necessarium non est: sicut non est necesse, quod alteratio præcedens generationem substancialen, terminetur in ultimo instanti temporis mensurantis alterationem, & in alio instanti sit introductio formæ substancialis: quin potius alteratio mensuratur tempore, & generatio substancialis est in ultimo instanti illius, ut docet S. Thom. in 1. dist. 37. q. 4. ar. 3. & alibi sappè. Et sic non cadit tempus medium inter generationem, & alterationem: unde pariter non oportet in nostro casu cadere quietem medianam. Hanc opinionem refert, nec improbat Iauellus 8. Phys. q. 12. concludens: Sed haec opimo quantum valeat tu consideras, ego enim reputo hoc questionum problema neutrum. Idem assertio tenuit Valla controv. 10. ad Tyrones, & libro 8. Physic. cap. 8. & lib. 3. Cōtrou. Med. c. 6. Conimbr. lib. 8. c. 8. & alij.



§. II.

## Explicatio sententia Phyllophili.

**8** A mplexuntur alij multi Aristoteles, & D. Tho. sententiā sic moderatam, & explicatam, quod perse loquendo necesse sit mobile quiescere in puncto reflexionis. vt in primo, tertio, & quarto modo reflexionis. n. 2. explicato; ceterū nō incouenit, quod peraccidens aliter eueniat, vt in secundo modo reflexionis, quando peraccidēs reflectitur ad motū alterius superiori virtute occurrit; tunc enim nō est necesse quiescere quiete propriè dicta; & ideo ibi non est quies, sed instantanea motus incisio: vnde idē numero instans extrinsecè mensuratur utrumque motui; nam usque ad illud instans ascendebat, & inde etiam extrinsecè descendit. Et hoc satis est ad intentum Aristotelis probatis nullum motum rectum posse esse perpetuum. Ita Aegidius 8. Physic. super text. 65. quem citant, & se quuntur M. Sot. 8. Phys. q. 3. ad confirm. 2. Masius ibi c. 10. q. 1. cōcl. 2. alios referens, quos sequitur Rubio tract. 4. q. 1. & alij.

**9** Ratio est: nam si sagittæ sursum emissa, occurrat magna moles cadens, etiā sagitta cadit sub illa mole absqueulla quiete: nam si sagitta quiesceret, etiā magnus lapis cadens quiesceret: quod non solū experientia denegat, verum & ratio abhorret. Et hæc sētētia, quia cōminior, videtur reliquis probabilior. Duæ rationes Phyllophili probant, id quod concedimus, quod perse loquendo necessaria est quies propriè

dicta propter distinctionem principiorum, & oppositionē terminorū

**10** Ratio proposita. n. 6. soluit à lauello distingente maiorem, & concedēte illam, si illud quod mouetur, non impeditur, vel non prohibetur quiescere quiete opposita illi motui, per aliquod prædominās superioris virtutis, supra illud quod mouetur; negādo verò illā, si per accidens illud quod mouetur, prohibeat quiescere à prædominante, cui obujat.

**11** Vel dicatur melius, illo arguimento probari in puncto reflexionis dari intercisionem motus, seu quietem negatiuam, nō verò quietem propriè dictam; nam in pucto, vel in instanti nō est capacitas motus successivi. Et sic cōcessa maiori, & minori, distinguendū est cōsequēs, & concedendum de quiete in propriè, & negatiuē; negandum verò de quiete propriè, & priuatue: sicut in instanti, nec est motus, nec quies propriè sumpta.

**12** Qui autē velit Phyllophili sententiā in omni rigore sustinere, debet admittere paululū quiescere projectum, quātum sat est vt interrumpatur motus, & causæ eius varietur, nēpē diuersi impulsus. Et ad probādum ibi intercedere quietē, posset applicare, quod in simili ait M. Sot. vbi sup. nēpē, quod cū pila vehementissime projectur, & tactu parietis retrovertitur; quāuis sensus nō percipiat subitanā quietē, argumētū est, illuc quiescere, quod si pila eslet rubro tincta, intingeret parietē, quæ tinctio in instanti fieri nequibit. Ita posset dici de sagitta, vel

vel lapillo, quibus obuiat ingēs sa-  
xum.

13 Ad argumentum propositum  
n. 7. respondet Toletus super text.  
62. & 65. quod secunda illa ratio  
Phylosophi nō est accipienda vt de  
mōstratio, sed solum vt probabilis  
coniectura; quia doctrina Phyloso-  
phi est vera dum aliunde nō proue-  
nit impedimentum.

14 Sed quia iuxta eius expositiō-  
nē, nec probabilitatē ratio p̄f-  
fert: ideo aliter dicēdū, cum M. So-  
to qui octauo Phys. c. 8. text. 65. ai-  
cit, quod ille loc⁹ Phylosophi num  
quā est explicatus. Et aliorum reie-  
cta expositione ait, sensū esse, quod  
quādiu res mouetur, nulli adest pun-  
cto spati⁹, quod est in potentia, quia  
in nullo manet, sed omnia pertran-  
sit: sed illic dūtaxat adesse dicitur,  
in phrasī Phylosophi, vbi cessat mo-  
tus: & ideo adesse est accedere, &  
motum finire; & abesse est abire: &  
ideo nūc est hic, & immediate post  
hoc nō erit: esse autem posthac, &  
nō esse posthac, cū opponantur, nō  
postlunt eidē instāti cōpetere: & cū  
nō sint duo instātia immediata, ne-  
cessē est vt temp⁹ intersit mediū in  
quo quiescat. Nec exēplū argumē-  
ti est ad rem, quia generatio est in  
instanti, & est terminus motus p̄r-  
cedentis: at vero quies, & mot⁹ suc-  
cessionem requirunt, & tempus. Et  
cum vterque motus actu termina-  
tur, & diuiditur, necesse est quietē  
intercedere medium: videatur S.

Tho. hic lect. 17. litt. b. & lib. 8.

lect. 17. litt. g. in fine. Et

lec. 15. lit. e.



## QVAESTIO III.

*Cur motus naturalis sit velo-  
cior in fine?*

I Occasione eorum, quæ de mo-  
tu violento diximus q. 1. n. 7.  
quod in medio est in illo maior ve-  
locitas, quam in principio, & fine;  
mouetur hoc dubiū de modo mo-  
tus naturalis grauium, & leuium, vt  
disparitas agnoscatur inter motus  
naturales, & violentos.

§. I.  
*Stabilitur axioma.*

2 ID quod quæstionis titulus sup-  
ponit, sub dubio reliquit Sim-  
plicius lib. 1. de Cælo ad textū 88.  
imò Arriaga disp. 4. de Generatio-  
ne sectio. 5. subsectione tercia dicit  
doctrinam certam, quamvis videatur con-  
tra communem sensum, corpora non veloci-  
us moueri in fine motus naturalis deor-  
sum, quam in initio. Prebat, quia tota  
ratio unde Phylosophi, & vul-  
gus contrarium intulerunt, ea est,  
quia quo corpus ex altiori loco ca-  
dit, eo maiorem impetum impri-  
mit in terram. Sed hæc ratio est nu-  
la: nam ex ista differentia percussio-  
nis, solum infertur diuersitas in im-  
pulsu impræsto, nō autē in velocita-  
te motus: ergo motus nō est velo-  
cior, sed impulsus maior: & constat  
quod aliud est velocius moueri;  
aliud vero, grauiorē impulsu im-  
primere. ¶ Præterea, experientia fa-  
cile cōprobari potest, omnia grauiia  
æqualiter descendere; nō solū si sint

æqualia in figura, & in magnitudine; sed in quibuscumque corporibus, quantumuis forma, figura, magnitudine in æqualibus, idem quilibet comprehendet: ergo falsum est, velocius lapidem circa ceterum moueri, quā in initio motus.

3 Sed mirū eit, quod Arriaga sensibus corporeis suis putet se ampliividisse, quam Phyllophil per tot sœcula intellectu præuiderint, & visu perceperint; & quod ausit affirmare sibi esse certum, id quod est contra communem omnium sensum, ipso fatente. Sed remitto ad Patres Conimbricenses, qui lib.2. de Cælo cap.6.q.1.art.1. ita scribunt: *Non est iam cur in dubium vocetur, cum id experientia comperit sit; traditumque ab Aristotele 5.lib. Physi. c.6.tex.61. & lib.8.c.9.text.76. & 1.de Cælo text.35. P.Rubio lib.8. tract.4.q.2.docet, quod ab Aristotele, uniuersaque eius Peripatetica schola tanquam certū recipitur; dubiusque certissimis experientijs corroboratur.* Has, & alias omnium scribentium rationes considerans, non in cōcinne usurpanda decreui verba S.Bernardi epist.190. sic aientis: *Nonne omnium merito in se prouideat manus, cuius manus contra omnes? Omnes, inquit, sic: sed non ego sic. Quid ergo tu? Quid melius afferis? Quid subtilius inuenis?*

4 Respondebit Arriaga se afferre differentiam, quod aliud est velocius moueri, aliud grauiorem imprimere impulsu. Sed hoc nullus negat; & omnes norunt. Sed ipse rationem assignet experientiæ (quā negare non valet) cur corpus inteniorē impulsu imprimat cor-

pori obiecto in fine, quam in principio; & ipsa eadem erit ratio doctrinæ communis, quam negat. Deinde, in projectis experimentis, quod maior impulsus, cæteris parib⁹, velociorem causat projecti motum; ergo cum impulsus faciat per modum transiuntis, quod grauitas facit permanenter, cæteris paribus, maior grauitas causat velociore motum, ut docet Phyllophilus, & S.Tho.4.Physic.lect.12.lit.a.& lit.h.in fine, & lib.3.Contrag.c.69. Et experientiæ contrariae non erunt, sc̄a eras in paria, & vel ex medio, vel impellente, vel ex figura; vel aliunde non retardentur, aut impediantur mobilia. Suppono ergo, quod motus naturalis sit velocior in fine, assignanda restat causa huius experimenti.

## §. II.

## Quædam rationes reiectæ.

5 Vās antiquorum huius experientiæ rationes, refert, & impugnat S.Tho.lib.1.de Cælo lect.17.litt.g.dicens: *Sciendum est autem, quod causam huius accidētis, quod terra velocius mouetur quāto magis descendit; Hipparchus assignauit ex parte mouentis per violentiam; quia quanto elogatur motus, tanto minus remouet de virtute mouētis; & sic motus fit tardior: vnde motus violentus in principio quidem intenditur, in fine autē remittitur, in tantum, quod finaliter graue non potest plus sursum ferri; sed incipit moueri deorsum properparuitatem eius, quod remanescat*

rat de virtute motoris violēti, quæ quāto magis minoratur, motus cōtrarius fit velocior. ¶ Sed ista ratio est particularis solum in his, quæ mouentur naturaliter post motū violentum; non tamen habet locum in his, quæ mouentur naturaliter, eo quod generantur extra propria loca (vt patet in guttis pluviae genitis in aere, & quo appropiant terræ maiori celeritate descendunt.)

6 Alij (nempe Lamblicus, & Sirinus) assignauerūt huius causam ex quantitate medijs, per quod fit motus, puta, aeris, qui minus resistit, quāto plus proceditur in motu naturali: & ideo minus potest impedi remotum naturale. ¶ Sed, & hæc ratio nō minus competenter in motibus violentis, quam naturalibus; quibus tamen contrarium accidit, vt infra dicetur. Hæc S. Tho.

7 Ex quo etiam patet insufficiētia rationis Durandi, qui in 2. dist. 14. q. 1. n. 12. ait, quod motus naturalis sit intensior in fine, quā in principio, causa est minor resistētia medijs, supposita eadem inclinatione mobilis; quanto enim aer est terræ propinquior, tanto est minus leuis, & minus nititur contra motū gravis. Idemque proportionaliter dicendum de leui.

Huius tamen rationis insufficiētia, patet primo ex dictis, quia æquē militaret in motu violento, in quo contrarium experimur. Secundo sequeretur, quod cum duo pondera æqualia, vnum ē maiori, alterum ē minori altitudine descēdūt, vtrumque iuxta terram pari impe- tu ferrentur, & terram pari impulsu

ferirēt: quod experiētia repugnat: & manifestæ sequi patet, quia aer vtrique ponderi æquē resistit.

8 Minus apparentia habet, quod Alexander (relatus à Simplicio ubi supra) dixit, hoc prouenire à qualitatib' extraneis, quas extra locum naturalem recepit; quarum impunitate detinetur: & cū re patriat, peregriinas impressiones exuit, & naturales recuperat.

Sed quid dicet cum breuissima mora lapis in altissimo detinetur; etenim tunc non adeò potest alterari à qualitatib' extraneis, vt eis valeat detineri? Deinde qualitates istæ caloris, & frigoris, & similes, nec iubant, nec impediunt motum naturalem lapidis; vt experiētia cōstat, quod æquē velociter cadit lapis frigidus, ac calidus: ergo ratio prædicta non est sufficiens.

9 Vero similior est ratio Auerrois  
8. Phys. cōm. 82. Burlei ibi text. 86.  
Cardin. Contarenii lib. 1. de Elemētis, Card. Toleti 8. Phys. tex. 76. Pe  
reiře lib. 14. c. 3. Rubio lib. 8. tract.  
4. q. 2. & aliorum afferentium hoc  
fieri per impressionem impulsus à  
circunstante medio, nempe, ab ae-  
re commoto, vel ab aqua: nam dū  
lapis deorsū mouetur, quo magis  
ad terram appropinquat, magis im-  
pellit antecedentē aerē, vt sibi lo-  
cum relinquat, & deorsum magna  
ex parte moueat: & quo impulsus  
magis diffunditur, aer cōcitatur  
magis, & minus resistit mobili.

10 Adhuc tamen restat assignāda  
causa, cur si motus fieret in vacuo  
medio, imprimeretur in centro ma-  
ior impulsus, & velocius descende-

ret quo ex altiori cadet loco. Secundo, dato quod ab extrinsecis causis possit adiubar i graue; ab intrinseco debet habere causam aliquam huius naturalis motus, quia impulsus perse loquendo est ad motum violentum, & non ad naturale. Tertio, cum aer flatu ventorum ad latera detorquetur, & partes aeris aliquorsum impelluntur, adhuc lapis celeriter descendit: ergo est assignanda alia ratio vniuersaliōr.

11. PP. Conimbricenses. lib. 2. de Cælo c. 6. q. 1. art. 2. dicunt, causam esse incrementum impulsus, quem grauitas, & levitas cuiuscumque corporis, ubi primum in propria loca tendere incipiunt, naturali quadam emanatione ex se fundunt: nam lapis. v.g. ex insita, sibique naturali grauitate elicit tamquam ex causa proxima æquiuoca impulsum quedam, quem vocant grauitatem accidentiam, quia aduenit lapidi, cum secundum naturam mouetur, eoque finito cessat. Et quia impulsum lapis est grauitate profert successiū, quanto longius fertur, tanto eundem noua graudum accessione magis intendit; ita ut ei accommodari possit illud, quod defama Virgilius cecinit lib. 4. Aeneid.:

*Mobilitate viget, viresque acquirit eundo.* Proabant hanc sententiam aliarum in pugnatione; & quia Phyl. lib. 8. tex tu 88. ait, cum corpus graue deorsum vergit, acerescere illi, tum grauitatem, tum perniciitatē. Et in lib. de quest. mechanicis. q. 19. docet graue ipsa sui motione vim acquirere; & quo plus mouetur, eo plus grauitatis assumere.

12. Cōtra hunc dicendi modum plura obiicit Rubio n. 68. quia talis grauitas accidentalis, vel est eiusdem speciei cum grauitate insita; & sic necesse est continuari cum illa; vel in eadē parte subjecti erunt duo accidentia solo numero distincta. Specie autē distingui, difficile est, cum ordinetur ad eundem actum, & terminum cum grauitate naturali; & potest ab obiecto, & termino specie. capiūt, vt dicit Phyl. 2. de An. te. 33. .

Deinde, illa qualitas non potest esse permanens, alioquin non differet a priori grauitate. Non potest esse successiva; alioquin motus non erit velocior, cum aduenientibus partibus aliæ evanescant; & nihil habeat praesens praeter indivisibile.

13. Tertio, non potest haec grauitas accidentalis ab antiqua emanare medio motu; quia nulla inuenietur potentia naturalis, quæ per proprium actum suscipiat incrementum; immo cum potentia sit prior, & causa actus, non potest per eum augeri; & multo difficilis est, quod dependet a motu in fieri, & in conservari, cum illi sit causa. ¶ *Quicquid sit de his rationibus, adhuc rei ci potest, quia, ut argumētantur Phyl. & S. Th. 8. Phys. lec. 7. lit. h. Nullū cōmūnū mouet seipsum, &c.* etiā hic argui potest. Et deinde, sequitur, quod idem agat in seipsum; cōtra ea, quæ Phylos. hic docet c. 1. & quod graue magis ab intrinseco se moueret, quam viuētia; in quibus tamē curat Phylos. assignare diuersitatē partium, quarum una moueat aliā, vt patet 8. Phys. text. 29. & ex D. Th. ibi lec. 7. & 8.

14. Recurrunt alij ad sympathiā, seu

seu mutuum consensum, & cōuenientiam grauis cum suo loco naturali: vnde Themistius 8. Phys. textu 76. ait: *Naturalis minus quanto plus ab initio separantur, eo citatores, pernitio resque sunt: quia, quae secundū naturā mouentur, quo proprius accedunt ad calcē, cōiunctiora sunt cognatis, & sibi salutaribus locis.* Hęc ibi. Et B. Albert. 4. Phys. tract. 1. c. 3. dicit: *Ob id motus naturales in fine sunt velociores, quia mediū est eis magis naturale.* Imò, & S. Tho. 4. Phys. lec. 12. litt. g. post mediū ait: *Paulatim reordit ab eo, quod est cōtra naturam, & tendit in id quod est secundū naturam;* & propter hoc motus naturalis in fine intenditur.

15 Ceterum hęc sententia difficultate non vacat. Primo, quia sympathia sine impressione qualitatis difficile percipitur, ut sex argumentis probat M. Baptist. 1. 2. 10. 2. dis. 114. n. 5 10. Neque Magnes attrahit ferrum, nisi media qualitate impresa, vt probat S. Tho. hoc lib. 7. lect. 3. litt. g. & adhuc assignanda restat ratio cur a longe corpus celerius descendat, & maiorē lesionē inferrat; quia videbatur sequi ex ista oppositum, nēpe, quod quo ē viciniori loco inciperet motus, velocior esset, vt pote propter maiorem cognitionē inter mobile, & terminū? Nec B. Albert. nec S. Tho. ibi assignant solam sympathiam pro causa: sed in genere docent conclusionē; quod quia in locum naturalem tēndunt, seu in id quod est secundum naturam, ideo motus naturalis intenditur. Quod verissimum est. Sed illius intentionis causam physicā assignant alibi.

## §. III.

*Ratio S. Thomae reliquis præfertur.*

16 Igitur S. Thomas lib. 1. de Cęlo lect. 17. ita concludit (aliorum rationibus impugnatis) *Et ideo dicendum est cum Aristotele, quod causa huīus accidentis est, quod quanto corpus grāne magis descendit, tanto magis confortatur grauitas eius propter propinquitatem ad proprium locum.* Et ideo argumētatur, quod si cresceret in infinitum velocitas, quod cresceret etiam in infinitum grauitas. Et eadē est ratio de levitate. Quia tamen in istis verbis non explanat S. Tho. an hęc cōfortatio sit per alii quid grauitati naturali superadditū; nec an propinquitas ad locū cōcurrat per sympathiā, vel in genere causæ finalis, aut formalis, vel termini? An verò in genere efficiētis? Et ideo videtur S. Tho. posse trahi ad sententias iā relatas: quæ tamen cōtra se habent difficultates obiectas; nec vlla illarum videtur omnino ad mentē S. Tho. ideo curandum in re difficulti aliquid, vel probabiliter dicere; quia fortè ab aliis quibus non improbabilitur, nec aliquid melius occurrat, quo ipsorum, & noster intellectus quietetur.

17 Suppono ex dictis 1. p. Metap. Controu. 1. ar. 5. §. 2. quod in appetita innato, distinguunt potest actus primus, ab actu secundo; ad similitudinem appetitus animalis, in quo ipsa potentia appetitiua, vna cum sit, habet diuersos actus secundos, qui dicuntur actus elicitī appetitus, & appetitus in actu secundo.

Cum ergo gravitas à natura indita gerat vicem potentiarum, habet rationem inclinationis in actu primo, & actualis gravitatis, qua gravae deferrit locum sursum, & acquirit locum deorsum, sunt quasi actus secundi gravitatis: de quo omnino vidēdus S. Thom. lib. 8. Physicorum. lect. 8. litt. f. & deinceps.


18 Præterea aduertendum, quod sicut appetitus elicitus in actu secundo diversificatur, vel ex diversa dispositio[n]e subiecti, vel ex innata libertate, vel ex diversa propositione obiecti; ita in actu secundo appetitus innatus diversificantur ex diversa dispositione mobilis, ex aliquaque circumstantijs propinquitatis, & distantiarum; & ab ipsa natura, secundū quod iste, vel ille actus, cum ista, vel illa intensione, magis, vel minus conducit ad melius obtinendū finem à natura intentum.

19 Tertio recolendum est ex dictis lib. 2. quæst. 26. quod opus naturæ dicitur opus intelligentiarum, quia sic dirigitur natura à suo authore, quod facit opera, ita perfecta ac si à proprio intellectu dirigeretur. Notat antem egregie S. Thomas i. 2. q. 35. art. 6. quod illud, quod est perse, pot. us est illo. quod est per accidens. Cuius etiam signum apparei in motibus naturæ ali bus in omnī motu naturali intensionē est in fine, cum appropinquat ad terminū suā naturæ conniventem, quam in principio, cum recedit à termino suā naturæ non conniventem; quasi natura magistrandat, in id quod est sibi conniens, quam fugiat; id quod est sibi repugnans: unde, & inclinatio appetitus viruis, perse loquè o[ste]bentius tendit in delectationem, quam fu-

git tristiam. Hæc S. Thom. & satis opportune.

20 Iam facile videtur omnia declarare. Nam illa confortatio gravis, nō est per hoc, quod noua qualitas sibi imprimatur; sed per hoc quod qualitas à natura impressa intensius inclinat ad sibi conueniens, quam fugiat sibi repugnans: & ideo actus secundus gravitatis, nempe gravitatio, & motus in fine est intensior, & in principio minus intensus. Nec tamē sola propinquitas est causa huius variationis; sed & alia circumstantia concurrunt ad variandum motum. Imò solet contingere, quod motus ipse naturalis commotione medijs adiubetur aliquo extrinseco impulsu; & tūc ex parte modi posset esse violentia: & sic medium erit inadæqua causa majoris impulsus: quod non negamus: & vidēdus S. Tho. lib. 2. de Cælo lect. 8. litt. c. Vnde admittimus, secluso extrinseco, causari illam gravitatē accidentalem, non vt impulsū extrinsecū, sed vt actū secundū ab Authore naturæ mediate causatū, iuxta illud, quidat formā, dat consequētia formam. Et si hoc voluerunt authores aliarum rationum, ab eis non discrepamus.

Sed de his nūc hæc satis, quia directe attinent ad libros de Cœlo, &  
mundo.



# LIBER OCTAVVS PHYSI CORVM ARISTOTELIS.

**R**do huius libri ad præcedētes initio septimi est assignatus; intendit enim inquirere, qualis sit primus motor, & primus motus, & primum mobile? Vnde licet ultimus sit executione, intentione, & materia dignitate est præcipuus. Continet autem capita decē; in duabus prioribus determinatur præambula dubitatio: deinceps determinat quæstiones partim pertractatas lib. 7. c. 6. docet primum motorem esse immobile: tribus sequentibus capitibus dispatat de natura, & proprietatibus primi motus. Tandem capite ultimo feliciter speculatur per viam motus naturā primi motoris,

## *Summa capituli primi.*

**D**uo principaliter facit Phylosophus in hoc capite; primo mouet dubitationē, & ponit opiniones ad utramque partem dubitationis moræ: in secunda parte ostendit motū esse sempiternū. Inquirit vtrū motus in communī aliquando esse incepit, ita quod prius nihil vñquā motū fuerit? Et quandoque sic deficiat, quod nihil post modum moueat? In qua quæstione fuerūt duas opiniones: nam quidā cū Demerito dicunt, semper esse motū, quia semper dicunt esse generaciones, & corruptiones aliquorū mundorum, quos dicebat casualliter fieri ex cōgregatione corporum diui-

sibilium, & semper mobilium. Per oppositum alij ponūt vnum solum mundum, & nō esse eum sempiternū, ac per consequētē nec motum semper fuisse. Quod duobus modis ponebatur: nā Anaxagoras posuit, quod mundus iste sic incepit, quod nūqua antea fuerat. Empedocles vero dixit, quod mundus sic incepit, quod aliquo tempore nō fuit, sed ante illud tempus iterum fuerit. Et similiter circa motum.

**I**mpugnat istas opiniones, & propriā statuit, docēs motum esse sempiternū; quod probat duabus rationib⁹. Prima sic: omne quod fit, cum prius nō fuerit, fit per aliquem motū, vel mutationē: motus autem, vel mutatio per quā fit mobile, est prior, quā mutatio, qua mobile mouebatur: ergo ante mutationē, quæ dicebatur esse prima, est alia mutatio; & sic in infinitum. Et tenet ista ratio, quia simili modo se habet in ijs, quæ agunt secundum uaturam, & secundum intellectum: vnde si nō semper erat motus, sed erat possibile moueri, & mouere; si de novo adueniat habitudo, per quam aliud moueat, & aliud moueat. Et sic sequitur, quod sit mutatio quædam prior mutatione, quæ dicebatur esse prima.

Secūdo probat ratione sūmpra ex parte temporis; nam si tempus semper est, necesse est motum esse perpe-

perpetuum, cum tempus sit numerus motus; quodcumque autem tempus accipiatur, eius extremum est aliquid nunc ex parte quaerque: nūc autē est quoddā medium principiū futuri temporis, finis autē præteriti. Ergo necesse est semper esse tempus: alioquin primum nunc nō esset finis; & ultimum nunc non esset principium.

4 Ex dictis ducit, quod motus semper sit futurus: nam si ipsum mobile corruptitur, post cessationem motus, necessarium erit esse quādā corruptionē ipsius mobilis. Et iterum, quia omnia mouentia, & mota desinunt, ne cessarium erit posterius, quod etiā ipsum corruptuum corruptatur. Cum ergo corruptio sit mutatio quādā, sequetur, quod post ultimā mutationē sint aliquae mutationes: cum ergo hoc sit impossibile, sequitur quod motus in perpetuū duret.

### Summa capiti secundi.

5 In hoc capite Phylosophus impugnat Anaxagoram, & Empedoclem; & solvit contrarias rationes. Impugnat eos, quia assuebat pro principio, quod necesse est sic esse, quādoque res moueri per amicitiam, quandoque per discordiam, & quandoque quiete. Hoc autē nō potest assunni pro principio; quia natura eodem modo se habet, nō aliquando sic, aliquando autē aliter; sicut ignis semper furtur. Aut aliqua ratio est, cur non semper est eodem modo; cut nō semper animalia crescunt. Et hæc ratio a signata sic restat, quare res quiescant tempore.

re infinito, & posteā incipiānt moueri per infinitum tempus; & quare nunc magis, quam prius, motus fiat.

6 Obiicit in secunda parte tres rationes, & solvit. Prima accepta est ex parte motus: nulla mutatio terminata, est perpetua, sicut nec infinita: sed omnis mutatio est terminata inter terminos contrarios, in quibus fit transmutatio: ergo nulla mutatio est perpetua. ¶ Secunda ratio accipitur ex parte mobilis: in uno mobili particulari potest quandoque motus esse, & quādoque nō esse; ergo paratione in toto universo.

Tertio, animalia, & maximè homo, incipiunt moueri, cum antea quietuerint: ergo in toto mundo idem potest contingere. Probatur cōsequentia, quia habet animal, & maximè homo, similitudinem quandam cum mundo: unde dicitur à quibusdā, quod homo sit parvus mundus. Et sic, si in parvo mundo incipit motus, cum prius nō fuerit, videtur quod etiam in magnō mundo hoc possit contigere.

7 Solvit Phylosophus per ordinē rationes præmissas. Ad primā dicit, quod quicquid sit de alijs mobilibus, nihil tam ē prohibe, quin aliquis motus, qui nō est inter contrafia, sicut circularis motus, idem semper maneat continuus, & perpetuus. Licet autē omnis motus sit finitus secundum terminos; tamen per reiterationē aliquis motus potest esse continuus, & perpetuus. ¶ Ad secundā respōdet, quod in animatis idem accidit, quia mouens extrinsecus aliquando est præsens, aliquando nō. Sed illud restat inquirendum, si exi-

existente motete, idem ab eodem quandoque moueat, & quādoq; non? Hoc enim non potest accidere, nisi præcedente mutatione, vel ex parte mobilis, vel ex parte mouentis: & sic semper præexitit motus, siue præxistat mouens, siue nō.

Ad tertiam dicit, quod numquā in nobis aliquis motus appareat de nouo, nisi præcedente alio motu, sicut manifeste appareat, cum alteratur corp<sup>r</sup> animalis per calorem, & frigus, & influentias cæli.

### Summa capituli tertij.

**V**T principiū dicendorum in sequentibus, discutit Phylosophus in hoc capite diuisionem quinque mēbrorū; & excludit tres partes propositę diuisionis; & denique inquirit de reliquis duobus residuis membris, quod eorum sit verius?

Diuisio est, necesse est dispositio nem rerum, quantum ad motum, vel quietem, tripliciter se habere; nam vel omnia semper quiescunt, & nihil aliquādo mouetur; vel omnia semper mouēt, & nihil quiescit; vel quādam mouentur, & quādam quiescūt. Et hoc tripliciter contingit: nam vel ea quāe mouentur, semper mouēt, & quāe quiescūt, semper quiescunt. Vel è contrario, omnia nata sunt moueri, & quiescere, & nihil est quod semper moueat, vel semper quiescat. Vel denique alia sunt mobilia, alia immobilia, alia vero quandoque mouantur, & quandoque quiescant.

**Q**uod nō omnia semper quiescant, sed aliqua mouentur, sensu-

est manifestum: vnde stultum est de hoc dubitare. Opinio vero Heracli ti dicentis, quod omnia quāe sunt, mouēt, minus repugnat arti; sunt enim quidam motus parui, & debiles, qui vix posunt sentiri. Sed tamē nō est vera; quia natura est principium motus, & quietis: & multi motus sunt, qui nō posunt semper esse, quia nō augetur aliquid continue; nec lapis sit durior, aut mollior loginquitate temporis; & quāe sunt in proprijs locis, naturaliter quiescunt. Ergo impossibile est, aut semper omnia moueri, sicut dixit Heraclitus; aut séper omnia quisce re, sicut dixit Zeno, & Parmenides, & Melillus.

**S**ensuetam percipimus varia tiones de motu in quietem, & de quiete in motum; per quod apparet, quod aliqua sunt, quāe quādoq; mouentur, & quādoq; quiescūt. Et sic excluditur tertium mēbrū; quia ex opposito, tollitur motus augmēti, & mot<sup>r</sup> localis violēt<sup>r</sup>; & exclu ditur generatio, & corruptio per hāc positionem. Alia duo membra præmissæ diuisionis excluduntur, quia videmus, quod quādam quan doque mouentur, & quandoq; iterum quiescunt. Vnde relinquuntur considerandum, quod membrum aliorum sit verius?

### Summa capituli quarti.

**I**D quod initio septimi ratione cōmuni ostenderat (quod omne quod mouetur, ab alio mouetur) hic ostendit vnde saliter verificari in omnibus mōbilibus, & mōuentibus. Et ad hoc præmittit tres corum.

eorum diuisiones. Prima est, quod quædam mouent, seu mouētur per accidēs, vel secundum partem, vel quæ moueri dicuntur ex eo quod iasunt aliquibus mouentibus, vel sicut locatū in loco, vel sicut accidentis in subiecto; perse autem dicuntur mouere, aut moueri, per remotionem prædictorum, quia scilicet, nec dicuntur mouere, aut moueri, per hoc quod sint in alijs, quæ moueant, aut moueātur; neque ex eo, quod aliqua pars ipsorum moueat, aut moueatur. Quæ mouentur perse, alia mouentur a se ipsis, sicut animalia; alia vero ab alijs, sicut inanimenta. Alia mouentur secundum naturam; alia extra naturam, sicut cū grauia mouentur sursum per violētiā. His præmissis.

12 Probat quod omne, quod mouetur, ab alio mouetur: nā omnia, quæ perse mouentur, aut mouētur secundum nat:itam; aut extra nat:uram, & per violentiam; & de illis, quæ mouentur per violentiam manifestum est, quod omnia moueuntur, non solum à quodam mouete; sed etiam à moueate alio extrinseco. Et iterum, inter ea, quæ mouentur secundum naturam, quædam mouentur à se ipsis; in quibus manifestum est, quod mouentur ab aliquo: non quidem extrinseco, sed intrinseco. Quædam etiā sunt, quæ mouentur secundum naturam, non tamen à se ipsis; sicut grauia, & leuia: & hæc etiam ab aliquo mouentur; quia aut mouētur perse à generāte, quod facit ea esse grauia, & leuia; aut mouētur per accidēs ab eo, quod remouet ea quæ impediunt,

vel remouēt naturalē motū. Sic ergo patet, quod omnia, quæ mouen: tur, mouentur ab aliquo, vel intrinseco motore; vel extrinseco, quod dicitur ab alio moueri.

### Summa capituli quinti.

13 **I**ncipit iam ostendere, quod nescie est deuenire ad aliquod primū mouēs immobile; & tria praefiat: primo, ostendit, quod nō est possibile, quod in infinitū aliquid ab alio moueat: secundo, quod nō est necessariū, quod omne mouēs moueatur: tertio ostendit, quod mouēs seipsum diuiditur in duas partes, quarum una mouet, & alia mouetur; & quomodo huiusmodi partes se habeant ad inuicem.

Ratio primi est, quia si aliquid mouetur ab alio, & iterum illud ab alio, & numquā est deuenire ad aliquid, quod nō moueatur ab alio; sequitur quod sit procedere in infinitū in mouentib; & motis. Hoc autē est impossibile, quia in infinitis nō est aliquid primum; unde non erit aliquid primum mouens. Si autem primum mouens non mouet, nec ultimum mouet: non erit ergo aliquid mouens; quod est manifeste falsum. Non est ergo procedere in infinitum in hoc quod aliquid moueatur ab alio.

14 Secundū vero, videlicet, quod nō omne mouēs mouetur, probat, quia hoc potest esse dupliciter; vel per accidēs, vel perse. Nō contingit hoc per accidēs, quia quod in est alicui per accidēs, nō ex necessitate inest ei, sed contingit non inesse: hoc autem est impossibile, quia dictum

dictū est esse necessariū motū semper esse. Si autē sit perse, aut necesse est, quod mouens secundū eādē motus speciem moueat, ita ut idē doceat, & doceatur; aut secundū eundem motū projectionis moueat: & hoc est manifeste falsum. Aut id quod mouet vno genere motus, mouetur alio genere; cum motus nō sint infiniti, nec secundū genus, nec secundum speciem; non erit procedere in infinitū; sed erit aliquod primū mouens immobile. Vel si aliquid mouet seipsum, cōsiderandum est, quomodo hoc est possibile.

15 Ex his deducit in tertia parte, quod mouentis seipsum, vna pars mouet, & alia mouetur: alioquin sequitur, quod vnu, & idem erit mouens, & motū secundū viuum, & cū dē motum. Et similiter si totū moueat se secundū totū, sequitur, quod idē sit simul actu, & potētia: quod est impossibile. Ergo oportet dicere, quod mouens seipsum componatur ex duabus partibus, quarum vna sit sic mouens, quod tamen sit immobilis; alia vero sic moueatur, quod tamen non moueat.

### Summa capituli sexti.

16 **O**Stendit in hoc capite, in prīmis, quod oportet esse aliquid primū mouēs perpetuū; quia effectus perpetuus non potest esse nisi à causa perpetua; si ergo motus, per quem quādam quandoq; sunt, & quandoque non sunt, est perpetuus, vt ostēsum est; necesse est, quod primū mouens sit perpetuus.

17 Secundo ostendit, quod magis debeat ponī vnum principium perpetuum, quā multa; quia in his, quē sunt secundū naturā, semper est magis accipiendum illud quod est melius, si sit possibile; quia ea, quē sunt secundum naturā, sunt optime disposita. Melius est autē finitum principium, quam infinitum; & vnum quam multa. Sufficit autem ad causandum perpetuitatem motus, quod sit vnum principiū primum immobile, si sit perpetuum: nō ergo sunt ponenda plura prima principia.

18 Tertio duabus rationibꝫ probat, quod primus motus est sempiternus. Prima est; motus qui non est semper, inuenitur esse à motore, qui mouetur perse, vel per accidēs; cum ergo primū mouens sit immobile, & perpetuū, ita quod nec perse, nec per accidēs mouetur; necesse est, quod primum mobile, quod mouetur ab hoc motore penitus immobili, perpetuo moueatur. Secunda ratio sumitur ex perpetuitate generationis, quia ipsa perpetuitas generationis dicit primum motum esse perpetuum.

### Summa capituli septimi.

19 **A**B isto capite incipit ostendere, re quis sit primus motus, & quale sit primum mouens. Et asserit quod motus localis est primus, quia est naturaliter prior alteratio-ne, & augmento: augmentum enim esse non potest, nisi alteratio praexistat; eo quod de dissimilitudine non transitur ad similitudinem, nisi per alteratio-

tionem. Et ante omnem alterationem debet præcedere motus localis, quia mouens in alteratione aliquando est propinquius, aliquando remotius; quod non potest contingere sine loci mutatione: ergo loci mutatio est prima motuum. ¶ Secundo, motus localis potest esse sine alijs, sed non è cōuerso: ergo est prior natura. Deinde, solus motus localis est perpetuus: ergo est primus tempore. Est primus perfectione, quia inest illis, quæ perueniunt ad perfectionem naturæ. Et per illum nil remouetur, quod insit subiecto mobili. Denique est primus dignitate ex parte mobilis, quia mouens seipsum est principium aliorū mouentium, & mobilium.

20 In secunda parte probat, quod nulla alia species motus, præter localem, potest esse continua, & perpetua; quia nullus motus, cui est aliquid contrarium, potest esse continua, & perpetua; sed omnis motus alterationis, vel augmenti sunt ex oppositis in opposita, scilicet in aliquid contrarium: ergo nullus huiusmodi potest esse continua, & perpetuus.

### Summa capitis octauii.

21 O Stendit in hoc capite, quod nulla loci mutatio potest esse continua, & perpetua, nisi circularis, & primo id probat demonstrative; secundo ex dictis soluit quasdam dubitationes; tertio id probat rationibus logicis procedentibus ex communibus. ¶ Circa primum supponit, quod omne, quod localiter fertur, mouetur, vel circu-

lariter, vel motu recto, vel motu composito ex utroque. Motus autem rectus, qui est super magnitudinem rectam, & finitam, non potest esse continuus in infinitum, nisi ponatur aliqua magnitudo infinita in actu; quod lib. 3. text. 56. improbatum est. Vnde sequitur quod si aliquis super rectam magnitudinem, & finitam mouetur in infinitum, oportet, quod hoc fiat per reflexionem; quia dictum est lib. 6. quod magnitudinem finitam pertransit aliquid tempore finito. Tunc sic: sed illud quod reflectitur secundum motum rectum, mouetur cōtrarijs motib: & contraria differunt secundū spe. cierū: vnde motus contrarij non possunt esse unus, & continuus. Relinquitur ergo, quod impossibile sit, id quod reflectitur, moueri uno motu continuo.

22 Præterea idem constat, quia necessarie est, id quod reflectitur, quiete inter duos motus, quia idem signum est, quod actu sit finis primi motus, & principium reflexionis, & sic interuenit quiete media. Sed in motu circulari mobile non vertitur aliquo signo, ut principio, vel fine in actu; sed quolibet signo magnitudinis utitur ut medio: & ideo motus circularis potest esse continua, non autem reflexus.

23 In secunda parte soluit tres emergentes dubitationes. Prima erat, quia videtur sequi ex dictis, quod motus continua sit compitus ex quietibus, sicut Zeno ponebat. Respondet, quod non est par ratio de motu continuo, ac de motu reflexo; quia illud quod est in medio

dio motus continui, est in potentia tatum principium, & finis; sed hoc à quo incipit reflexio, est actu principium, & finis; quod non esset, nisi quies interueniret media.

24 Secunda dubitatio est, quia omne quod pertransit aliquod totum, prius pertransit medietatem; & cum medietas iterum dividatur in medietatem; oportet, quod prius transierit medietatem niedictatis: sed medietates sic acceptae possunt in infinitum ire: ergo sequitur, quod aliquid pertransit magnitudinem, quod numerauerit numerum infinitum: quod est manifeste impossibile. ¶ Respondet, exclusa solutione tradita libro sexto, quod cū in continuo non sint infinita media, nisi in potentia; contingit infinita transire, quia per se transit lineam finitam, & per accidens infinitam; non enim linea componitur ex parte.

25 Tertia dubitatio est, quia res ex alba fit non alba, videtur contingere, quod in medio sit alba, & non alba, eo quod sit instantis commune utriusque temporis: non ergo id admittendum est, nempe, quod sit simul esse, & non esse eiusdem.

Respondetur, quod non est concedendum rem in toto fuisse albam usque ad terminum inclusum, sed exclusum, quia id quod generatur, incipit esse per primum sui esse, & id quod corruptitur, definit esse per primum non esse.

26 Principaliter conclusionem in tertia parte probat dialectice, quia sequitur, quod simul moueatur contrarijs motibus; hoc autem

est impossibile: ergo impossibile est, quod motus reflexus sit continuus. Et sequitur, quod aliquid mouetur ex illo termino in quo non est, vel necesse est, quod in puncto reflexionis mobile quiescat. Sequitur item, quod continuè alteratio terminetur ad album, & incipiat ex albo recedere absque interpolatione quietis: hoc autem est manifeste impossibile: ergo est impossibile, quod motus reflexus sit continuus

### Summa capituli noni.

27 O Stendit Philosophus in hoc capite, quod motus circulis potest esse continuus, & primus; & id probat per proprias rationes, & per rationes communes. Prima ratio est: illud dicitur esse possibile ad quod nullum sequitur impossibile; sed nullum sequitur ex continuitate motus circularis; quia in motu circulari seruatur eadem positio, dum aliquid mouetur ad id à quo recedit: ergo nihil prohibet motum circularem esse continuum.

Secundo, in solo circulo finis copulatur principio: & ideo solus motus circularis est perfectus: vnumquodque enim perfectum est ex hoc quod attingit suum principium.

Rursus probat, quod motus circularis sit primus motuum, quia est simplicior, & perfectior recto, & mixto ex utroque. Et quia circulus motus potest esse perpetuus, & nullus aliorum motuum, cū oporteat eis succedere quietem, qua interrupuntur. Ergo motus circularis est prior omnibus alijs motibus.

28 Rationibus logicis idem ostendit: primo, omnis motus, qui non est in principio, & fine, est continuus; sed motus circularis est huiusmodi: ergo, &c. Secundo, omne quod est mensura, est primum sui generis; & omne, quod est primum, est mensura. Sed motus circularis est mensura omnium aliorum motuum, ut in fine libri quarti dictum est: ergo motus circularis est primus motuum. Tertio, solus motus circularis potest esse regularis, quia quae in linea recta mouentur, regulariter feruntur à principio usque ad finem. Sed ut dictum est libro 5. motus regularis est magis unus, quam irregularis: ergo motus circularis est prior naturaliter, quam motus rectus. Probatur consequentia, nam quanto aliquid est magis unum, tanto naturaliter prius est.

### Summa capituli decimi.

29 **T**andem in isto ultimō capite ostendit Phylosophus, quod primum mouens est inuisibile, & incorporeum; & sic procedit, duo præmittit necessaria ad propositū, secundo, mouet, & soluit quandā dubitationem; ultimo concludit principale intentum.

Præmittit autē primo, quod est impossibile aliquid silitum secundum potentiam mouere per tempus infinitum: nam tria sunt in quo libet mori, nēceps, quod mouetur, mouens, & tempus in quo sit motus; & secundum proportionem, qua additur ad mobile, & ad motorem, additur etiam ad tempus;

vnde non est possibile, quod à finito mouēt moueatur aliquid motu infinito secundum tempus infinitum.

30 Secundo præmittit, necesse esse virtutem, quae est in magnitudine, illi proportionari; nam in magnitudine finita non potest esse potentia infinita; nec in magnitudine infinita potest esse potentia finita: quia omnis potentiae finitae necesse est ponere quoddam determinatum tempus, in quo mouet, & potentia infinita excellit in mouendo omne determinatum tempus.

31 Occurrit autem dubitatio, quomodo projecta continuè mouentur, videtur enim, quod mouantur nullo mouente ipsa. Respondet, quod projiciens dat secundo mouenti, ut possit mouere, & ut possit moueri: sed tandem propter minorationē virtutis, paulatim motus, quia ultimum motum non potest mouere aliquid aliud. Ille autē motus non est continuus, quia sunt diuersa mouentia; & si continuus videatur, propter mobilis unitatē. Ex quo habetur, quod non est unus motus continuus, qui est à pluribz mouentibus.

32 In tertia parte probat, quod necesse sit esse unum motorem; quia necesse est aliquē motum continuum semper esse; motus autem continuus est unus: ad hoc autem quod motus sit unus, debet esse unius magnitudinis, & quod sit ab uno motore. Aut ergo est à motore moto; aut à motore non moto. Si primum; cum non sit procedere in

In infinitū; peruenietur ad aliquod primum mobile, quod non mouetur ab alio. Quod autē mouet absque sui mutatione, est infatigabile. Vnde mouens non motum, mouere potest motu continuo sempiter no, & maximè regulari; cuius primi motus principium non est in cētro, sed in circumferentia firmamēti, vbi est maior influentia motus.

33. Ex dictis cōcludit, quod impossibile est primum mouens immobile habere aliquam magnitudinem, vel ita, quod ipsum sit corp⁹, vel virtus in corpore: quia vel illa magnitudo eset finita, aut infinita. Infinitum corpus ostendimus lib. 3. dari non posse. Primum autem mouens immobile debet habere magnitudinem infinitam, quia impossibile est à potentia finita moueri aliquid secundum infinitum tempus. Primum autem mouens causat perpetuum motum; & continuum; & tempore infinito unus, & idem existens: ergo habet potentiam infinitā: & sic non habet magnitudinem finitam, nec infinitam. Ergo primum mouens est indivisi-  
ble, vacans partibus, quasi extra genus magnitudinis existens. Et si terminat Phylosphorus (inquit S. Tho.) considerationem communem de rebus naturalibus in prima principio totius naturae, qui est super omnia Deus benedictus in secula et ceterorum.

AMB N.



## QV AESTIO I.

*Vtrum mundum fuisse creatum  
in initio temporis, si articulus  
fidei?*

## 9. I.

*Opportunitas quaestoris.*

<sup>1</sup> E xcellimare possit aliquis quaestione hanc excedere captū Naturalis Phylosophi; & ideo ad Theologos remittendā: præcipue cūab eis diligenter tractetur, cū D. Thom. 1. p. q. 46. & cum Magistro in 2. dist. 1.

2 Ceteruni disputationem hanc huic loco opportunam, & penitus necessariam, suadet, tum authoritas S. Thomæ hic lect. 2. de ea expreflo tractantis; quē imitati sunt fere omnes Christiani Interpretes Phylosophi, præcipue ex antiquis: tum, & maximè, cogimur in his immorari in Physicis, præcepto Leonis Decimi, qui in Concilio Lateranensi 3. (cui præfuit) sess. 8. ita ait: *Insuper omnibus, & singulis Phylosophis in Vniuersitatibus studiorū generaliū, & alibi publice legemib⁹, distribue præcipie do mandamus; ut cū Phylosphorū princi-  
pia, aut cōclusiones, in quibus à recta fide  
deciuntur noscuntur, anachorit⁹ suis legerint;  
quale hoc est de anima mortaliitate, aut  
unitate, & mundi eternitate, ac vita hu-  
miliodi; tenaciaris eisdē veritatiē religionis  
Christianæ omni conatu manifestā facere,  
& persuadēdo pro posse docere; ac cōmisi su-  
dio Phylosphorū ardentia, cū omnia so-  
lutiilia exīstā, pro viribus excludere, at-  
quē resoluere. Hactenus sumus Pōli-  
ex in Cōcilio Vniuersali Lateranē  
annī 1513.*

<sup>3</sup> Quibus, ut par est, obedientes, referemus in primis sententiam Aristotelis: deinde eam confutabimus, præcipue Sacrae Scripturæ auctoritate, quam Deo reuelate cognouimus; & de qua sapienter notat S. Thom. hic lect. 3. litt. a. quod *authoritas diuina præualet eiā rationi humana;* multo magis, quam *authoritas ali cuius Phylosophi præualereret alicui debili rationi,* quam aliquis puer induceret. Deum præcipua adducemus argumenta Phylosophorum, & eis satisfaciemus, cum *omnia substantia existat.* vt Pontifex testatur; & manifestum est verum vero cōsonare; & impossibile esse de vero demonstrati contrarium, vt docet S. Thom. 1. p. q. 1. artic. 8. & lib. 1. Contrag. cap. 7. Quare nō videtur tutum in fide asserere (quod afferuit Aureolus apud Capreolum in 2. dist. 1. q. 2. cōcluſ. 4.) lumine naturæ demonstrari implicare cōtradictionem posse quidpiam creari à Deo. Constat enim, quod fidei veritas à Deo reuelata contradictionem non implicat, sed est infalibilis, & omnino vera. Videatur Capreolus pag. 24. & pag. 40. Aureoli diluens argumenta.

## §. II.

*De mente Aristotelis circa aeternitatem mundi.*

<sup>4</sup> Icut docent S. Augustin. lib. 11. S. de Ciuitate Dei cap. 4. & lib. 10. cap. 31. & S. Thom. 1. p. q. 46. ar. 2. ad 1. Phylosophi ponentes aeternitatem mundi, duplice via proceſserunt. Quidā posuerunt, quod *substantia mundi non sit a Deo.* Et

hōrum insanam impietatem, & intolerabilē errorē, nō solum scripturis propheticis, sed creaturarum vocibus refelli, S. Augustin. docet. Alij admittentes Deum creatorem mādi, dixerunt eum fuisse aeternū, *vi quodam modo, vix intelligibili, semper sit factus.* Et horam potissimum fundamentum fuit; quia percipere nō valebant, quod causa eodē modo se habente, nunc procedat ab ea effectus, qui antea ab ea non processerat: & ideo consequenter dicebant, Deum ex necessitate nature, & non libere mundum produxisse.

Idecirco vt mens Phylosophi, & veritas catholica manifestetur, tria præcipue sunt discutienda. Primo, vtrum Deus sit mundi creator? Secundo dubitatur de modo, an necessario, an liberè produxerit? Tertio inquiritur de quādo, an ab aeterno creauerit? An vero initio temporis considerit? Quæ tria dubia exanimantur prius de mente Phylosophi; & postea sunt determinanda iuxta Catholicæ Fidei firmissimam veritatem.

<sup>5</sup> Circa primum, sunt, qui negant Aristotelē cognoscere rerum creationem; imo quod eam penitus negauerit; tum 1. Phys. c. 8. approbas illud axioma antiquorum, *ex nihilo nil fit:* tum lib. 2. Metap. c. 1. docēs, principia eorum, quæ semper sunt, nullam habere causam; népe, materiam, & formā corporū cælestium. Ita Alexander, & Simplic. 8. Phys. tex. 6. Auerrois cōm. 4. Card. Bellarīo li. 2. cōtra calūniatorē Platonis c. 6. Imo ex Theologis Greg. in 2. dist. 1. q. 1. Marsil. ibi a. 2. Vazq. 1. p. disp.

disp. 81. c. 1. n. 3. & Abulensis in caput 32. Deuteronomij q. 3. Et quod plus est, S. Tho. Opusculo 5. inquit: *Tertius est error Aristotelis, qui posuit Mundum à Deo factum non esse; sed ab aeterno fuisse.*

6 Dicendum tamen, Phylosophū rerum creationem agnouisse, & mundum à Deo cōditum docuisse. Ita S. Th. 1. p. q. 44. art. 1. citans Phylosophum 2. Metap. text. 4. & ipse S. Th. hie lect. 2. litt. i. & Opus. 15. cap. 9. vbi ait: *Sunt enim quadam necessaria, quae causam sua necessitatis habent, ut etiam Aristoteles dicit in 2. Metaph. & in 4. Phys. Non ergo existimandum est, quod Plato, & Aristoteles, propter hoc quod posuerunt substantias, seu etiam cælestia corpora, semper fuisse, eis subtraxerint causam essendi. Quod per totū capitale prosequitur.* Quare in Opusculo 5. verbis relatis solum refert S. Thomas Phylosophum errasse negando Deum fecisse mundum initio temporis, ut nos ponimus; nam si absolute negasset mundum à Deo conditum, cum retulisset pro primo errore, de quo ibi mentionē facit S. Tho. De mente Phylosophi idem indicarunt Aucicena 9. Metap. c. 4. B. Albertus Magnus lib. de qua tuor coæuis q. 1. art. 1. Scot<sup>o</sup>. Quod lib. 7. & in 2. diss. 1. q. 3. & communiter Authores referendi in secundo dubio pro vtraq. sentētia, & late Masius 8. Physic. capit. 2. tota q. 3. plures referens. Et c. 6. q. 1. alios citat.

7. Et quidē, si constaret libros de Mundo ad Alexandrum esse Aristotelis, hoc assertum omni dubitatio ne careret: nam ibi pluries Deum

mundi conditorem fatetur. Sed quia multi faciunt Theophrastum illorum librorum authorem: quamuis sub nomine Aristotelis eos ci tent D. Iustinus Martyr in confutatione dogmatum Aristotelis, & Niceras in cholijs orationis de Nati uit. S. Gregorij Nazianzeni. Ideo quicquid sit de hoc.

8 Manifeste idem constat ex Phylosopho lib. 1. de Gener. text. 40. dicente, quod Deus ipse uniuersum cōplexus continua fata generatione: vbi ex Phylosophi mente ait S. Th. lcc. 10. litt. f. quod compleuit Deus materiae desiderium, perpetuando, scilicet, eius esse per continuam generationem.

Rursus in ipso loco 2. Metaph. relato pro priori sententia; nō illā, sed nostram docet, ut notat S. Tho. lect. 2. litt. a. quia inquit, quod corpora cælestia habent causam, non solum quārum ad suum moueri, ut quidam opinantur; sed etiam quantum ad suum esse, ut hic Phylosophus expresse dicit. Ibi etiam capite ultimo hac consideratione probat, quod nō est procellus in infinitum in causis: de quo S. Th. lec. 4. in fine.

9. Sed nō opus est in alijs authoritatibus congerendis laborare, quādo in toto libr. 12. Metaph. fere ad nil aliud Phylosoph<sup>o</sup> videatur attēdere, quā ut persuadeat Deum esse actum purum, primum resū principiū: & concludit: *Ertia nūlum dispenit male, nos bonum (est) pluralitas principiū, unus ergo princeps. Agnouit ergo nō solum natura Auctore, sed eius attributa expressit, & terū gubernationē ab uno supremo Monarcha*

optimè dispositam, ipso naturæ Authorē per creaturas se manifestatē, intellectu conspexit. Videatur insuper lib. 2. Rhetor. c. 23. vbi docet Dœmones esse opus Dei.

10 Quod obiicitur ex lib. 1. Physic. parum vrget: quia optimè respondet S. Th. Opusc. 15. c. 9. dicēs: quod enim antiqui naturales quasi principium supposuerunt, *ex nihilo nihil fieri*, ex hoc processit, quia solum ad particularem fidem modum peruenire potuerūt, qui est per mutationem, vel motum. Verūtamē, ut antea dixerat: *Vlra hūc modum fieri necesse est secundum sententiam Platonis, & Aristotelis, ponere alium altiorē.* Igitur per physicum motum, & trasmutationem, secundū quod materia alternatim diuersis formis subiicitur, de quo agebat in 1. Physic. ex nihilo nil fit. Sed in supremo modo fiendi, qui est per essendi influxum, nullum substantiū factioṇi præsupponitur; & sic in actione creativa propria primæ causæ deficit illud axioma, & ex nihilo omnia extra Deum creantur ab ipso.

11 Denique cum Phylōsophus agnouerit substantias separatas à materia, quæ non possunt generationē fieri, necessario est admittēdum agnouisse creationem, qua in esse producantur; alioquin sibi contradiceret, ponens plares substantias à seip̄is habentes esse. Quare totum hoc mihi indubitatum videtur de mente Aristotelis. Id ipsum autem docuile Auerroim latè demonstrant Caiet. c. 5. de Ente, & essētia. q. 10. Soncin. lib. 12. Metaph. q. 16. Imo S. Th. in 2. dist. 1. q. 1. ar. 5. ad 1. ait;

quod sicut dicit Cōmentator lib. de Subst. orbis, Aristoteles nūquā int̄edit quod De⁹ esset causa motus celi tantum; sed etiam quod esset causa substatiæ ei⁹ dās sibi esse.

12 Maius dubium est, an Phylosophus cognouerit Deum ad extra agere libere; an potius existimauerit agere de necessitate naturæ? Nam Scotus, Herueus, & Iauellus, quos retuli 2. p. Metaph. Controu. 11. n. 46. Insuper Greg. Gabr. & Marsil. in 1. dist. 42. Soto hic. q. 1. Soncin. lib. 12. Metaph. q. 19. pluribus probare contendunt, Phylosophum posuisse Deum agere ad extra in mundi creatione, & gubernatione de necessitate naturæ, & non liberæ voluntatis arbitrio.

13. Probant primo, quia lib. 2. de Cælo tex. 35. & 5. Metap. tex. 7. docet Deum non posse velocius, aut tardius mouere cælū, quā moueat. Secundo, quia 8. Phys. cō. 9. & lib. 7. cōm. 2. dicit, impossibile cælum quiescere. Idem sumitur ex 8. Physic. text. 36. Hæ authoritates adducuntur à M. Sonciuate.

14. Præterea arguit M. Soto: nam Phylōsoph. 8. Phys. tex. 15. & 2. Metaph. tex. 4. ait, æternorum causam esse necessariam. ¶ Rursum tex. 53. cum iam docuisset primum motorē esse immobile, arguit quod per modum naturæ agat: quia ut dixerat tex. 15. infinito tempore quiesceremotorē, & mobile, & tunc potius quam prius inchoare motum, non est naturæ opus. Ergo inde probat Deum ab æterno mundum produxisse, ne, si in tempore produceret, Deus mutaretur: ergo sentit Deus agere naturæ necessitate: quamuis expre-

expressè docuerit Deum agere per intellectum 12. Metaph. tex. 52. & 2. Phys. tex. 50. & alibi sēpē.

15 His addit Masius q. 4. quod licet negari non possit Phylosophū agnouisse Deum multa operari libere, tamē respectu productionis mundi, & motus orbium cælestium nullam cognovit Aristoteles in Deo libertatem, vt probant manifeste ad dñstæ authoritates.

16 Non desunt tamen, qui Phylosophum vindicent ab errore prædicto, & affirmēt eum cognouisse, & docuisse Deum libere mundū produxisse, & gubernare, & multa alia libere velle. Citantur Auerrois, Theophrastus, Alexander, Simplicius, Phyloponus, & Amonius, & Eustrati⁹ à Card. Tol. 8. Phys. q. 3. quos ipse sequitur. Et docuerat Caiet. to. 3. Opusc. tractatu de infinitate primi motoris ad 1. 5. *Mibi autem,* Et Isidorus de Iolani⁹ lib. 1. de aeternitate mundi hypotesi 8. & sequuntur Rubio hic. q. 5. n. 49. & Nazar. 1. p. q. 1. ar. 1. post 3. controv.

17 Et quod apud me plus valet, omnino videtur supponere S. Tho. lib. 10. Ethic. lec. 13. in fine: vbi id satis clare exprimit Phylosopher⁹ dicens: *Si enim quidam cura humana rū Dijs sit, quemadmodū videtur, & erit vī que gaudere rationabile ipsos opimo, & cognitissimoz hoc autem utique erit intellectus, & diligentes maxime hoc, & honorantes beneficere, ut de amicis ipsis curā situs, & recte, & bene operames. Cū autē prouidentia, amicitia, & honor, & beneficiorum exhibitio, sine libertate cōponi non possint; manifestum relinquitur Phylosopher⁹ ag-*

nouisse Deū nō agere de necessitate naturæ, sed libera voluntatis arbitrio. Idē habet li. 8. c. 7. 12. & 14. ¶ Deinde in 4. Topic. c. 5. loco 64. ait Phyl. *Multa possunt facere. & Deo, & homines, quæ non faciunt. Et lib. 10. Metaph. text. vlt. docet, quod res eo modo gubernātur, quo optimo posint: cum igitur contingentia, & libera, quæ sunt apud nos, libere petant gubernari, nō necessario gubernantur, sed liberè à Deo disponuntur.*

18 Præterea Phylosopher⁹ hominis libertatem agnouit 2. Phys. tex. 59. & 2. Aethic. c. 6. & li. 3. Aethic. c. 2. vt perfectionē simpliciter: sed vt ipse arguit 2. de Anima tex. 8. & 3. Met. tex. 15. ineptè facit, qui aliquam perfectionem, quæ verè perfectio est, negat Deo: non ergo est negandum Deum ad extra agere libere ex mente Phylosophi.

Accedit quod lib. 2. Magnorum moralium c. 9. ait: *Talium dominum præficiimus Deum, vi bina, malaque meritis distribuat. Quod & dicit libro. 1. Oeconomico c. 3. Et multo expressi⁹ lib. de Mundo, si ipsius est, c. vlt. Qua propter non potest non hæc pars satis probabilis, & plausibilis videri. Ad fundamenta prioris sententiæ dubio tertio satis fieri.*

19 In tertio puncto, quidā, quos refert S. Tho. 8. Phys. lect. 2. lit. 1. dicierunt, quod Aristotēles non intendit hic probare quasi verum, quod motus sit perpetuus; sed inducere rationem ad utrāque partem quasi ad rem dubiam. Quod amplectitur Petrus Martinez lib. 1. de Cælo cap. 12.

20 Sed hanc positionem reiecit S. Thom. tanquam *friuolam*, vt patet ex ipso modo procedendi Phylosophi. Et præterea, perpetuitate temporis, & motus qualibet principio vtitur ad probandum primum principiū esse, & in hoc octauo, & in undecimo Metaph. vnde manifestum est, quod supponit hoc tanquam probatum. Videatur Phyl. lib. 1. de Cælo, & alia quæ adducit Masius tota q. 6. & iterum S. Thom. li. 12. Metap. lec. 5. litt. d. & li. 2. Cōtr. c. 81. ad 3.

21 Adhuc tamen inquireamus restat, an istam sententiam Phylosophi soluū vt probabilem fuerit amplexus; an verò ita assertiue, vt demonstratam existimauerit? Hoc secundū arbitrantur Simplicius, Themistius, & Averrois, & Sōcinas lib. 12. Metaph. q. 30. concl. 1. Conim. 8. Phys. c. 2. q. 2. art. 2. & alij, qui dicunt Aristotelem ita assertiue docuisse mundi aeternitatē, quod putauerit se illam demonstrare. Quāquam Sōcinas dubitatiue loquuntur, & fateatur tres rationes Phylosophum iudicasse solū probabiles, & rationem octauī Phylicorum demonstratiuam.

22 Aslerendum tamē est rationes Phylosophi esse quidem efficaces ad impugnandas Antiquorum sententias, & ad probandum, quod mundus non incepit, eo modo quo ab ipsis ponebatur; vnde sunt demonstrationes secundum quid, & ad homines; non tamē simpliciter. Ita S. Thom. 8. Physic. lect. 2. litt. i. & lib. 12. Metaph. lect. 5. litt. d. & in 2. sent. dist. 1. q. 1. art. 5. & quæst. 3. de Potentia art. 17. in corp. & lib.

2. de Cælo lect. 1. in princ. & de isto duplice modo demonstrandi videādus S. Thom. 4. Metaphis. lect. 5. in fine.

23 Sed uberioris idem docet, & probat S. Thom. 1. p. q. 46. art. 1. dicens: nec rationes, quas ad hoc Aristoteles inducit, sunt demonstratiūe simpliciter; sed secundū quid, scilicet ad contradicendum ratioribus Antiquorum ponētū mun- dum incipere secundum quosdam modos in veritate impossibilis. Et hoc apparet ex tribus. Primo quidem, quia tā in octauo Physicorū; quam in 1. de Cælo præmittit quasdam opiniones, vt Anaxagoræ, Empedoclis, & Platonis, contra quos rationes contradictorias inducit. Secundo, quia ubicumque de hac materia loquitur, inducit testimonia Antiquorum: quod non est demonstratoris, sed probabiliter persuaderit. Tertio, quia expresse dicit 1. lib. Topicorum cap. 9. quod quædam sunt problemata dialectica, de quibus rationes nō habem⁹; vt utrum mundus sit aeternus. Hæc S. Thom. cuius rationib⁹ nil occurrit addendum: videatur Ferrara libro 8. Physic. q. 5...

24 Hinc explicari vtcumque possunt authoritates adductæ. nu. 13. & 14. quia enim Phylosophus aliorum opiniones nitebatur impugnare, sèpè pro principio ad arguendū contra eos assumebat ipsorum doctrinam, quamuis in veritate falsā. Et sic dici potest de principijs assūptis ad probandam mundi aeternitatem. Præterquamquod in multis locis non loquitur de necessitate simpli-

simpliciter, sed solum de necessitate secundum quid, ex suppositione conuenientis ordinis vniuersi. Demum aduertit S. Tho. in 2. dist. 13. art. 3. ad 3. quod authoritates Aristotelis, quae ex exēplis inductis sumuntur, nihil valent: quia ipse metestatur in principio de Generat. quod in eis nō querit subiectum, sed modū: unde inducit ea nō ad afferendū; sed quia erant suo tempore apud quendam probabilitia. Et hinc emanauit illud, exēplorū nō requiritur veritas, vt dicitur 1. Priorum cap. 39. videatur S. Tho. 1. de Gener. lect. 8. litt. b. .

25. Quod si quis adhuc cōtendat Phylosophum in hoc etiā errasse, quod putarit Deum ex necessitate naturae agere, saltē ia prima mundi productione (nam in omnibus Dei libertate negasse doctrinæ Phylosophi non consonat) nō cōtradicā pertinaciter: nā vt inquit B. Alb. Magn. lib. 8. tract. 1. c. 14. Cū Deus non fuerit, errare potuit; præcipue lumine fidei destitutus. Videatur in simili S. Th. lib. 3. Contrag. c. 48. in fine. .

## §. III.

*Quid sit tenendum secundum Catholicam Fidem de productione mundi?*

26 Dico primo, secundum fidē est certum Deum esse cōditorem, seu factorem mundi. Ita cōfitemur in Symbolo Nizeno illis verbis: Factorem celi, & terræ. Et Gen. 1. In principio creauit Deus cælū, & terrā: & Psal. 32. Ipse dixit, & facta sunt; ipse mandauit, & creatas sunt. Idē habetur Sapientia 13. & ad Rom. 1. & alibi

sēpè. Efficacissimum autem mediū ad credendam veritatem hanc, esse diuinam autoritatem, notat S. Augustinus lib. 11. de Ciuitate Dei cap. 4. dicens: *Quod autem Deus mundum fecerit, nulli iustius credimus, quam ipsi Deo.*

27 Aliud genus probationis cōmune omnibus nationibus, etiam gentilibus, notat ibi S. Augustinus. poitea subiungens. Exceptis enim propheticis vocibus, mundus ipse ordinatissima sua mutabilitate, & mobilitate, & visibilium omnium pulcherrima specie, quodammodo tacitus, & factum se esse, & non nisi à Deo ineffabiliter, atque inuisibiliter magno, & ineffabiliter, atque inuisibiliter pulchro, fieri se potuisse proclamat. Hæc S. August.

28 Cuius probationis vim, eius Scholiares Vines egregiè declarat, hæc adiiciens. Casu, aut fortuito credibile non est, factam esse rem maximū ordinis, & rationis; nec aliud quam summum potuisse summi operis; aut aliū quam pulchrum, pulcherrimi parentem esse.

Omnes Phylosophorum scholæ, quæ diuinus quid sapuerunt, nihil esse, quod tam arguat, & factū esse à Deo mundum, & eius cura administrari, consensu vnico affirmant, quam aspectum ipsuī mundi totius, considerationemque decoris eius; atque ordinis, Plato, Stoici, Cicero, Plutarchus; & Aristotelis. hac de re argumentum refertur à Cicerone secundo de Natura Deorum. Hactenus ille.

29 Rationem à priori indicat S. Dionisius cap. 7. de Diuina. nom. & propo-

proponit S.Th. i.p.q.44.art.1. nam si aliquid inuenitur in aliquo per participationem, necesse est, quod causetur in ipso ab eo cui essentialiter conuenit; sicut ferrum fit ignitum ab igne. Sed Deus solus per suam essentialiam est ipsum esse per se subsistens. Relinquitur ergo, quod omnia alia à Deo nō sint suum esse, sed participant esse à Deo.

30 Dico secundo, etiam est certum secundum fidem mundum quoad præcipuas suas partes factum esse à Deo vera, & rigorosa creatione. Pro intelligentia huius conclusio-  
nis, notandum primo, quod *crea-*  
*ti* tres, inter alias, habet significa-  
tiones. Primo accipitur communi-  
ter pro qualibet productione; &  
sic S. August. de Fide, & Symbolo c.  
4. docet, quod *creare* apud Latinos  
id est ac *generare*; & S. Hieronymus  
ad Galatas c.4. dicit, quod est idem  
ac *condere*: & hanc acceptiōnē esse  
propriā apud Latinos, & Hebræos  
contendit Oleaster Genes. 1. Secun-  
do accipitur *creare* pro hoc quod  
est euehere ad statū altiorem: & sic  
accipitur à D. Aug. li. cōtra adū. le-  
gis c. 24. dicēte, quod facere est cū,  
quod non erat, & creare eius quod erat:  
vtitur enim S. Augustin. & quiuocē  
nomine creationis, secundum quod  
creari dicuntur ea, quæ in melius re-  
formantur; vt cum dicuntur aliquis  
creari in Episcopū, vt notat S. Th.  
i.p.q.45.art.1.ad 1. & sic accipitur  
a S. Basilio in Psal. 32.ad illa verba:  
*Ipse mandauit, & creauit suū, vbi dicit,*  
quod creare idem est ac regenera-  
re. Demum accipitur propriissime  
creare pro hoc quod est ex nihilo, ali-

quid faceret & sic accepit S. Augustinus lib. 12. de Ciuit. Dei c. 25. & de Genes. ad litteram c. 1. S. Damascenus lib. 2. de fide c. 1. S. Ansel. in Mōnologio c. 6. & sequentibus. Et in isto solo sensu accipitur à Theolo-  
gis cum D. Th. i.p.q.45. & cum M.  
in 2. dist. 1. & sic etiam fuit agnita à Phylosophis; nam S. Iustinus in ad  
monitorio ad gentes, ex Platone,  
distinguit inter opificem, & crea-  
rem; nam opifex dicitur, qui suppo-  
sita materia, ex illa aliquid produ-  
cit; creator vero est, qui ex nihilo  
aliquid condit.

31 Secundo notandum, quod li-  
cet in rei veritate Cælum, & elemē-  
ta in prima mundi productione à  
Deo immediate processerint per  
veram, & rigorosam creationem,  
prout ostendimus 2.p. Metap. Con-  
trou. 4.n.65. & sequentibus; tamen  
quia est in opinione positum, an ibi  
fuerit formarum eductio creationi  
opposita? Ideo cum cōclusionē no-  
strā dicim⁹ certā secundū fidē, loqui  
nur de productione sp̄iritus: alium  
substantiarū, & materiæ primæ, quæ  
alio modo non potuerunt produci-  
nisi per creationē. Nec oblat ali-  
quos dubitare de existētia materiæ  
primæ, & distinctione illi⁹ à forma  
substantiali: quia eos reiecimus lib.  
1. & dum hæc scribimus, Sanctæ In-  
quisitionis ecclæsto prohibitus est li-  
ber relatus lib. 1.q.5.n.7. nēpe Phy-  
sica P. Torrejon. His præmissis.

32 Conclusio est fidei confessio in  
symbolo Apostolorum illis verbis:  
*Credo in Deum Patrem Omnipotentem,*  
*Creatorem Celi, & terra: quæ intelligē-*  
da esse de vera, & rigorosa creatio-  
ne,

ne, manifestum est ex illo 2. Macha**bæoru**n c. 7. versu 28. vbi Sancta mater septem filiorum martyrum, ad martyrium unum eorum adhortans, dixit: *Peto nate, ut aspicias ad celum, & terram, & ad omnia que in eis sunt; & intelligas, quæ ex nihilo fecit illa Deus: & sic sapiens mulier à Spiritu Sancto instructa, declaravit Scripturā, quod in illa creare, cum agitur de productione mundi, accipitur pro productione ex nihilo. Quod & definitur in Concilio Lateranensi sub Innocentio 3. & habetur in c. firmiter de Summa Trinitate, illis verbis: Firmiter credimus, & simpliciter confitemur, quod unus solus est verus Deus: & infra: Crea**tor omnium visibilium, & invisibilium spiritualium, & corporalium; qui sit omnipotens virtus, simul ab initio temporis, utramque de nihilo condidit creaturam, spiritualem, & corporalem. &c.***

33 Ratio est facilis, quia istæ substantiae sunt entia per participationem: ergo sunt a primo ente per essentiam, ut supra dicebamus. Et ex alia parte cum non presupponantur subiectum, seu materiæ, non possint generari: ergo processerunt à Deo per emanationem iuuenientem totius entis ex nihilo, quæ est creatio rigurosa..

34 Dico tertio, Deus mundū prodaxit, non necessitate naturæ; sed per intellectum, & voluntatem libere operantem. Quoad utramque partem est conclusio de fide, ex illo Psal. 134: *omnia quæcumque vult domi nas fecit. Et Psal. 148. ipse dixit, & facta sunt; ipse mandauit, & creata sunt. Ad Ephes. 1. qui operatur omnia secundum consilium voluntatis sua. Et Apocal.*

4. tu creasti omnia, & propter voluntatē tuam erant, & creata sunt.

35 Præterea, id probat S. Th. in 1. dist. 45. q. 1. art. 3. nam secundum Phylosophum 6. Metaph. text. 1. omnium artificiatorū principium est voluntas artificis: sed ea, quæ sunt, procedunt à Deo sicut artificia ta ab artifice, ut à Santis, & Phylosophis tradiciuntur: ergo omniū, quæ sunt, causa est Dei voluntas.

36 Veritatem eandem nouē rationibus demonstrat S. Th. lib. 2. Contrag. c. 23. & prosequitur in sequentibus capitibus: sed faciliores pro captu Phyllicorum sunt quinta, & octava; & ideo eas tantum referam eius verbis, ratio ergo quinta eius est. Deum agere propter finē, ex hoc manifestū esse potest, quod yniuersum nō est à casu, sed ad aliud quod bonū ordinatur; ut patet per Phylos. in 12. Metap. text. 52. Primum autem agens propter finē, oportet esse agens per intellectum, & voluntatē: ea enim quæ intellectu carent, agunt propter finē, sicut in finem ab alio directa: quod quidē in artificialibus patet; nam sagittæ motus est ad determinatum signum ex directione saggitantis. Simile autem oportet esse in naturalibus; ad hoc enim quod aliquid directe in finem debitum ordinetur, requiratur cognitio ipsius finis, & eius quod est ad finem, & debita proportionis inter utramque: quod solum intelligentis est. Cum igitur Deus sit primam agens, non agit per necessitatem naturæ; sed per intellectum, & voluntatem.

37 Ultima ratio, quæ apud D. Th. est octa-

est ostendit, si ab ipso formatur. Vbi coniungitur utraque actio, superior est virtus, quæ agit per voluntatem, ea quæ agit per naturam, & utitur ea quasi instrumento: nam in homine superior est intellectus, qui agit per voluntatem, quam anima vegetabilis, quæ agit per naturam necessitatem. Diuina autem virtus est suprema in omnibus entibus: igitur ipsa agit in res omnes per voluntatem; non per naturam necessitatem.

38 Specialiter secunda pars, nempe, quod modus agendi non fuerit naturalis, & necessarius, sed liber: adhuc probatur a D. Th. ibi ratione 6. Qui suæ actionis non est dominus, non perie agit, sed quasi ab alio actus: sed Deus est primum agens: ergo est dominus suorum actuum: ergo libere agit. Videatur etiam S. Th. 1. p. q. 19. art. 3. & 4. & 10. & q. 3. de Potent. art. 15.

39 Dico quarto, mundus non fuit ab aeterno, sed in principio temporis. Multi quæsierunt rationes varias ad hanc conclusionem probandam: sed nouissime post alios Ioannes Pontius in praesenti arguit: quia manifeste appetit artes alias, & habitationes regionum, ex determinatis temporibus incepisse. Quo argumento etiam vtitur Toletus q. 2. & Pereira lib. 1. in Censem q. 13. pag. 30. quia ipse Aristoteles in proemio Metap. assertit esse invenitores artium. Et 19. sec. Problem. 18. ait, Mathematicas esse in Egypto inventas. Item nulli sunt Scriptores, qui explicent aliquid fuisse gesum, ante lex, vel sepræ nulla annorum: quod n. ariosto mirabatur. Luctetius sic dicens lib. 5.

Præterea si nulla fuit mundo genialis origo, Terrarum, & Celi, semperque aeterna fuere: Cur supra bellum Thebanum, & funera Troiae;

*Non alias alijs res cecinere poterat.*  
Ergo signum manifestum est mundum non fuisse ab aeterno productum.

40 Huius tamen rationis inefficaciam iam diu notauerat S. Thomas 1. p. q. 46. art. 2. ad 4. dicens, quod ponentes aeternitatem mundi, ponunt aliquam regionem infinites esse mutatam de inhabitibili in habitabile, & e converso. Et similiter ponunt, quod artes propter diuersas corruptiones, & accidentia, infinites fuerunt inuenitæ, & iterum corruptæ. Vnde Aristoteles dicit lib. 1. Meter. c. vlt. quod ridiculum est ex huic inodi particularibus mutationibus opinionem accipere de nouitate mundi totius. Hæc S. Th. Et Poëta argumentum retorqueri potest: quia nil cecinere Poëta, quos nouimus, de his qui praecelerunt diluvium, & tamen non propterea fas est dubitare, quod ante diluvium mundus fuerit. Ergo pariter possent respondere Peripateticæ sectatores Aristotelis.

41 His igitur, & alijs rationibus omisis, dicendum cum D. Th. in corpore illius artic. & in 2. dist. 1. q. 1. art. 5. & q. 3. de Potentia art. 17. & sapientiæ alibi, quod mundum non semper fuisse, sola fide tenetur, & demonstrative probari non potest. Et sapienter notat S. Th. ita oportere nos dicere, ne forte aliquis quod fidei est demonstrare presumens, rationes non necessarias inducat, quæ præbeat materia irridens infidilibus existimantur nos prop-

## §. 4. Soluuntur argumenta Phylosophi. - 621

propter huiusmodi rationes credere, que  
fidei sunt. Idem supponit S. Greg.  
hom. i. in Ezequielem dicens: *Quid  
Moyses prophetavit de praterito dicens: in  
principio creauit Deus celum, & terram.*

### s. III.

#### Soluuntur argumenta Phylosophi.

42 **A** Deo diligenter S. Th. in de-  
fensionem veritatis catholi-  
cae laborauit, ut argumenta trin-  
ita, quae contra illā poterant oppo-  
nere gentiles, sufficiat soluerit q.  
3. de Veritate art. 17. & vberius lib.  
2. Contrag. à c. 32. vsque 38. cuius  
diligentiam eius discipuli imitati-  
alia addere, & eradicare soluere co-  
nati sunt: in quo ceteris eminent  
Iacobus Naclantus Episcopus Clo-  
diensis Opusculo de creatione re-  
cum, & Masius lib. 8. Phys. c. 2. per  
duodecim quæstiones, sed præci-  
puè q. 5. vbi, & alios refert. Et vidē-  
di etiā August. Eugubin. lib. 7. perē  
nis Phylosophiæ, & P. Pereira libr.  
15. qui quadraginta quatuor argu-  
menta diluit, & alii post eos. No-  
bis sufficiet vnum, vel alterum ar-  
gumentum breuiter diluere ex D.  
Thoma.

43 Arguitur ergo primo. Deus est  
immutabilis, ut pote actus purus:  
vnde, & dicitur Malachi 3. 2. *Deus,*  
& non mutor: ergo non aliter se ha-  
bet nunc ac prius: ergo si ab æter-  
no res in esse non produxit, non po-  
tuit in tempore producere: alioquin  
mutaretur.

Respondet S. Tho. 8: Phys. lec. 2.:  
litt. i. quod si Deus esset agens per  
nataram tantum, & non per voluntati-

tatem, ex necessitate concluderet  
ratio. Sed quia agit per voluntatē,  
potest per voluntatem æternā pro-  
ducere effectum nō æternū; sicut  
intellectu æterno potest intelligere  
rem non æternam: res enim intelle-  
cta est quodammodo principium  
actionis in agentibus per volunta-  
tem, sicut forma naturalis in agen-  
tibus per naturam: videatur S. Th.  
1. p. vbi supra ad 9. & 10.

44 Sed instabis: quia non videm⁹  
quod voluntas postponat facere  
quod vult, nisi propter hoc quod  
aliquid expectatur in futurū, quod  
non dām est in præsenti; sicut volō  
facere ignem, non nunc, sed postea,  
expectatur in futurum frigus; cu-  
iis causa facio ignem; vel ad minus  
expectatur præsentia tēporis: quod  
autem tempus succedat post tem-  
pus, hoc non est absque motu: non  
ergo voluntas, etiam immutabilis,  
potest postponere aliquid facere,  
nisi aliquo motu interueniente.

45 Occurrit S. Thom. dicta lec. 2.:  
quod latet sic obiectores, quod  
hæc obiectio procedit de agente in  
tempore præsupposito; non tamē  
habet locum in agente. vniuersali,  
quod & ipsum tempus simul cū cæ-  
teris producere: nam Deus tempus,  
& res simul inesse produxit: voluit  
enim quod res, & tempus duratio-  
nis earum incæperit esse postquam  
non fuerunt; & hoc propter seip-  
sum: sicut enim (inquit S. Tho.) Pro-  
pter seipsum res fecit, ut in eis se bona ita  
similitudo manifestaretur; ita voluit eas  
non semper esse, ut sua sufficiencia mani-  
festari: ut in hoc, quod omnibus a iis non  
existentibus, ipse in seipso omnem suffici-  
tiam

iam beatitudinis habuit, & virtutis ad rem productionem. Et hoc quidem dici potest quantum humana ratio capere potest de diuinis: salvo tamen secreto diuina sapientia, quod à nobis comprehendi non potest. Videatur etiam S. Tert. lib. 2. Cötrat. c. 35. & ibi Ferrara.

46 Præterea arguitur: omne, quod incepit esse antequam fieret, possibile fuit ipsum esse: alioquin erit impossibile: ergo si mundus incepit esse, possibile fuit ipsum esse. Sed res dicuntur possibiles, in quantum continentur in potentia materia: ergo ante mundum fuit materia. Sed non potest esse materia sine forma, ut dictum est lib. 1. & materia cum forma est mundus. Fuit ergo mundus antequam esse inciperet: quod est impossibile.

Respondetur ex D. Th. I. p. q. 46. art. 1. ad 1. quod antequam mundus esset, possibile fuit mundum esse; non quidem secundum potentiam passiuam, quæ est materia; sed secundum potentiam actuam Dei. Et etiam secundum quod dicitur aliquid absoluite possibile, non secundum aliquam potentiam, sed ex sola habitudine terminorum, qui sibi non repugnant, secundum quod possibile opponitur impossibili, ut patet per Phylloscopium in 5. Metap. tex. 17. hec dicitur possibilis obiectiva, vel non repugnantia; alia est possibilis extrinseca à potentia causæ efficientis; & utroque modo fuit possibilis productio mundi, sine eo quod præcederet possibilis passiva materia primæ. Hæc argumenta retuli, quia solutio illorum pro alijs materijs est notanda, reliqua

in authoribus citatis sunt videntes.

47 Solent nonnulli hic inquirere, utrum mundus verno tempore fuerit conditus?

Sunt tres opiniones. Quidam Gerardus Mercator initio sua Chronologiae, dicit mundū esse conditum mense Iulio. Opinantur alij creatū mundum autumni tempore. Ita Lira in c. 7. Genes. Abulensis cap. 1. Genes. q. 21. ibi Pereira libr. 1. pag. mihi 131. & deinceps. Picus Mirandulanus lib. 6. contra Astrologos c. 7. & alij.

48 Sanctorum Patrum communis opinio docet verno tempore conditum mundum. Ita S. Athanas. q. 17. ad Antiochum. S. Greg. Nazianz. orat. de noua dominica. S. Damasc. lib. 2. de fide c. 7. S. Theod. q. 7. 2. in Exodum. S. Amb. lib. 1. Exam. c. 4. S. Aug. q. 55. de qq. Euag. & q. 105. de quæst. ex viroque testamento. Imo P. Comelior c. 5. Genes. dicit hanc esse totius Ecclesiæ communem sententiam; de qua plura. Massius hic cap. 8.

49 Hunc autem diem correspondere diei dominico, docet S. Aug. ter. 154. de tempore, & S. Leo Papa epist. 79. vel 81. & S. Ignatius epist. ad Magnesianos diem dominicam hæc de causa appellat reginam, & principem omnium dierum: de quo multa Viegas Apocal. 1. sec. 22.

ad illa verba: *Fui in spiritu dominica die.*



QVAE-

## QVAESTIO II.

*Vtrum potuerit mundus esse  
ab eterno?*

**M**undi nomine universitas creaturarum ab omnibus intelligitur in praesenti questione, ut notat S. Tho. i. p. q. 46. in titulo. Sub quo comprehenduntur substantiae corruptibles, & incorruptibles. Et potest esse quæstio de rebus permanentibus, & de motu successivo. Et de creaturis, aut potest esse sermo in statu in quo nunc suat; vel variato statu, & dispositione, quam modo habent. Multa alia pro sensu quæstiæ exponendo notat Nazarius i. p. q. 46. controu. vnic, quæ in discursu quæstionis oportuni? proponem.

S. I.:

## Opiniones Doctorum:

**S**ententiarum notitia in hac parte iubat ad claram habendam resolutionem quæstionis; & ideo præcipuas fideliter referemus. Quidam censent absolute repugnare mundum, aut aliquam eius partem, vel creaturam fuisse ab eterno. Ita B. Alber tus Magnus in 2. p. summæ tract. i. q. 4. in memb. 2. & in 2. dist. 1. att. 10. rat. 1. & 8. Phys. c. 1. H̄ericus Quod lib. 1. q. 7. & Quidlib. 9. Marius in 2. q. 1. art. 2. in fine. Latè Toletus 8. Phys. q. 2. Pro eadē opinione refert Maſius hic q. 10. Richardum, Guillēlmum Parisiensem Eugubinū, Cusanum, Phyloponum, Valleſium, & alios.

**3** Per oppositum alij op̄itantur

mundum in eadem dispositione ac nunc est, non solum quoad res permanentes, sed etiā quoad motus, & generationes potuisse esse ab eterno. Hæc tribuitur D. Tho. de cuius mente postea dicemus. Tenentque Capreolus in 2. dist. 1. q. 1. in fine q. Ferrara 2. Contr. c. 38. & 8. Phys. q. 3. ibi Iauellus q. 14. late Nazarius i. p. q. 46. art. 2. controu. vnic. ibi Caſietan. ad 8. & alij quos citant, & sequuntur PP. Carmel. disp. 29. q. 2. usque ad 5. Ortiz tract. 10. conſerua. tia 4. & 5. Extra ſcholam S. Th. docuerunt Gregorius Arim. in 2. dist. 1. q. 3. art. 2. Gabriel q. 3. Ocham q. 8. & Quidlib. 2. q. 5. Pereira lib. 15. c. 13. & multi alij, quos refert Maſilla q. 10. Quāuis inter Thomistas, & alios sit delictum: quod alij nil excipiunt, cum cōcedunt potuisse esse mundum ab eterno. Thomistæ vero, & alij qui negat posse dari infinitam multitudinem in actu; excipiunt humanam generationem, ne sequatur nunc fore infinitas annimas in actu.

**4** Alij utrāque extremam sententiam problematice defendunt; quia nullius argumēta cogunt. Ita AFG dius in 2. dist. 1. & ibi Scotus q. 3. & Sōeinias lib. 12. Metap. q. 31. & alij.

**5** Distinctione adhibita procedunt reliqui. Nam quidam omnē motū negant potuisse esse ab eterno, & futuræ permanentes potuisse produci ab eterno. Ita Durādus in 2. dist. 1. q. 2. & 3. Suarez disp. 20. Metap. sect. 6. n. 16. & disp. 29. lect. 1. n. 9. Conimb. 8. Phys. c. 2. q. 7. Rubio q. 3. & 4. Ohia, & alij, quos sequitur M. Ioannes a S. Thom. q. 24. art. 2.

6 At vero Vazq. i. p. dis. 177. c. 5. existimat res permanentes, & motū potuisse esse ab æterno; nō autē generationes, tam formarum substantialium, quam accidentium. Idem tenet Arriaga disp. 17. sect. 2.

7 Aliter respondet M. Soto q. 2. docēs res incorruptibles potuisse esse ab æterno, & etiā motū cæli; se eus verò res corruptibles, si suæ naturæ relinquantur. bene tamen si supra naturam à Deo infinito tempore conseruarentur. species tamē humana nullatenus potuit esse ab æterno. Maximè fauent huic dicēdi modo Ferrara illa q. 3. concl. 5. & Nazarius illa contr. vnic. concl. 5. Sed expresse illum sequitur Lemma q. 4.

8 Demum M. Bañez i. p. q. 46. art. 2. M. Masius lib. 8. Phys. c. 2. q. 10. 11. & 12. docent, mundū relictum suæ naturæ non potuisse esse ab æterno; bene tamen si Deus immutaret ordinē, quē modo res habent: nam tunc mundus quoad in corruptibilia, & corruptibilia; quoad motum, & generationes, potuisse esse ab æterno.

9 Tanta opinionum varietas, & æternitatis ad mensuram nostrā excessus, questionis difficultatē declarant, & certos nos redditunt, quod in vita mortali demonstrari neutra pars à nobis valet; quare in re abstrācta à nostris sensibus, placet cōmuniorem viam sequi, & secundā opinionem amplecti, quam reputo verā, & ad mentem S. Th. Duos autē modos dicendi Thomistū relatos n. 7. & 8. ex parte simul veros; & à communī nō discrepare ostendimus §. 4.

## §. II.

*Res permanentes potuerunt  
esse ab æterno.*

10 Ideo primo, contra primam sententiam, nō implicat contradictionē creataram aliquā fuisse ab æterno à Deo productam. Manifeste colligitur ex D. August. lib. 6. de Trin. c. 1. & 2. & lib. 11. de Citate Dei c. 4. & lib. 10. c. 31. ubi reprobat positionē Phylosophorū, quoad hoc, quod de facto mundus fuerit ab æterno; supponit tamen recte dixisse quoad possibilitatem, & conuenienti exemplo id declarat: *Sicut enim (inquit) si pes ex eternitate semper esset in puluere, semper sub esset vestigium; quod à calcante factum nemo dubitet: sic & mundus semper fuit. semper existet, qui fecit.* Quasi dicat, prioritas naturæ sufficit ut dicatur Deus nūdi conditor; sū vellet mundū facere ab æterno: sicut sol est causa splendoris, qui numquā ab eo separatur; quo exemplo alijs locis id declarat. Idem expresse docet S. Th. Opusc. 27. & 1. p. q. 46. ar. 2. ad 1. & alijs locis correspondētibus relatis q. 1. ¶ Nec S. Th. in 2. dist. 1. q. 1. art. 5. questionē de possibili problematicē defendit, sed petius quia assertiue tuetur mundū æternitatem esse possibilem; & de facto nō fuit ab æterno, ut fides docet, ideò opus fuit ut triusque partis argumenta diluere. Quicquid bicunque questionem de facto disputat, facere fuit necesse. Quid quidā nō considerarunt; & ideo mentē S. Th. non penetrarunt.

§. 2. Res permanētes potuerūt esse ab æterno. 625

11 Fundamentum est duplex; alterum in huiusmodi quæstionibus de potentia absoluta procedētib⁹, præcipuum; solutio implicationū; quia per se notum est Deum posse quicquid contradictionem non implicat. Aliud argumentum positum, quod Authores communiter prosequuntur, est quia non potest assignari repugnantia ex parte Dei; non ex parte effectus; non ex parte productionis: aliud caput, ex quo possit oriri repugnancia, assignabile non est; nec imaginabile: ergo manifestum relinquitur contradictionem non implicare. Cætera patent. Et maior quoad primam in partem, probatur à D. Thoma illa solutione ad 1. nam si actio sit instantanea, & non successiva, non est necessariū faciens esse prius facta duratione; sicut patet in illuminatione; cuius causa est luce prior natura, sed non duratione sed creatio est instantanea mutatio: ergo Deus virtutis infinitæ, potest esse causa actiua mundi; quamvis non sit prior mundo duratione. Rursus causa completa, & in ultima actualitate, operatur quādō vult, vel in principio instanti quo est: ergo cum Deus sit actus purus, sicut in æternitate operatur ad intra necessario, potuit ad extra operari libere.

12 Secunda pars majoris suadetur ex S. Seuerino Boetio 5. de Cōsol. Prosa 6. & ex D. Tho. in 2. dist. 1. q. 1. art. 5. ad 7. secundi ord. dicētib⁹, quod etiam si mundus se nper fuisset, non æquaretur Deo in duratione; quia duratio diuina, quæ est æternitas, est tota simul; non autē

duratio mundi, quæ successionē tē porum variatur. Vnde sic arguitur: posita æternitate creaturæ, non cōmunicatur creaturæ æternitas invariabilis Dei; sed solum quod coexistat æternitati à parte ante: sicut de facto Angelis, animabus, & cælis communicatur, quod finem non habeant à parte post: ergo non est cōtra cōceptum creaturæ, quod sit æterna æternitati coexistendo; quamvis sit cōtra creaturæ rationē, quod æternitate simpliciter invariabili mensuretur intrinsecè.

13 Quod ex tertio capite repugnantia non oriatur, explicant Auciēna tract. 9. Metaph. cap. 4. & tractatu 6. cap. 1. & 2. & S. Thomas in 2. sent. vbi supra ad 2. Nam licet verum sit semper, quod creatio est ex nihilo, vel ei⁹ quod habet esse post nihil: sed hoc potest intelligi dupliciter; vel quod designetur ordo durationis: & sic in illo euentu falsum esset: aut quod designetur ordo naturæ: & sic esset verum; vnicuique enim est prius secundum naturam, illud quod est ei ex se; quā id quod est ei ab alio: quālibet autem res, prater Deum, habet esse ab alio.

14 Vel aliter: esset tunc ex nihilo, negatiuē, id est, non de aliquo; non positiva duratione post nihil, secundum quod nos intelligimus per nomen creationis. Ita S. Thomas 1. p. q. 46. art. 2. ad 2. citans Auciēna 9. Metaph. cap. 4. & eū doctrinā S. Anselmi in Monologio cap. 3. dicentis. Dicitur aliqui d̄ esse fāctum ex nihilo, cum intelligimus esse quidem fāctum, sed non esse aliquid, vnde sit fāctū. Per similem significacionem dicitur videatur,

cum homo tristatur sive causa, dicitur con-  
tristatus de nihilo. Quæ verba addu-  
cit S. Thom. Opusc. 27. & videatur  
1. p. q. 45. art. 1. ad 3. Sic ergo argui-  
tur. Cum dicitur, quod creatio est ex  
nihilo, denotatur ex parte termini à  
quo negatio materiae ex qua fiat;  
& hoc est essentiale creationi; acci-  
dit vero, quod tempore vero, vel  
imaginario præcedat nihil: sed da-  
ta creatura spirituali, vel materia  
prima ab æterno, vere essent ex nul-  
la materia, vel subiecto: ergo ex par-  
te creationis non repugnat eternitas  
creatæ. Ex nullo ergo capite est  
ulla repugnantia in hoc quod crea-  
tura sit ab æterno. Rationes istas la-  
tius prosequuntur Masius q. 10. &  
Nazarius in probatione 1. cōc. ubi  
præcludit euasiones Toleti; sed  
quia facile ex dictis corruit, non  
opus est in eis refelēdis immorari.

15. Occurrit tamen Valentia 1. p.  
disp. 3. q. 3. punct. 2. concl. 3. dicēs,  
quod stando rationi nulla assigna-  
tur implicatio; sed si perpendamus,  
ut patet, auctoritatē SS. PP: Atha-  
nasi, Basili, Damasceni, Ambrosii,  
Augusti, Hugonis de S. Victore, ab  
soluto sentiendum est, mundum  
quoad nullam omnino rē potuisse  
esse ab æterno. Ac proinde putandum  
est huius impossibilitatis sub esse ali-  
quam rationem; licet ea nondum  
satis comperta videatur.

16. Mirum tamē esset, quod Sæti  
Patres negarent diuinæ omnipotē-  
tiae aliquid repugnare; & repugna-  
tio ratio nō agnosceret; vel indi-  
care noluerint? Imò S. Th. Opusc.  
27. per oppositū arguit ex Patrib,  
& Philosophis dices: Si enim esset ali-

qua repugnaria; mirū est quomodo Augus-  
tinus eam nō vidit; qui i hac efficacissima  
via esset ad improbadā mudi aeternitatē;  
cū tamen ipse multis rationibus impugnet  
aeternitatem mundi in 1. & 12. de Ciuitate  
Dei: hanc autē unde omnino prætermi-  
tit? Quinimò innuere videntur, quod non sit  
ibi repugnancia in tunc. Deinde ipse  
S. Th. ex S. Seuer. Boetio verbis re-  
latis n. 12. & latius Opusc. 27. nunc  
relato, facile exponit omnes autho-  
ritates, quod negent creaturā esse  
posse aeternā aeternitate Dei omni-  
no immutabili; non tamē ulla affer-  
tur, quæ neget creaturā posse coe-  
xistere aeternitati à parte ante; sicut  
de facto credimus Angelos, & ho-  
mines futuros coeternos à parte  
post: & de ista nos loquimur. Et hāc  
responsione poterant legille in Ca-  
preolo dicta q. 1. & in Bañez ad 6.  
& singulas Patrum authoritates re-  
fert, & exponit Vazquez cap. 3.  
17. Quibus adde, quod docet S. Th.  
q. 3. de Potentia ar. 17. ad 23. expo-  
nēs illud Exodi 15. vers. 18. Domini  
regnauit in aeternū, & ultra, & afferens  
S. Anselmum in Prosologio c. 19. &  
20. qui exponit aeternū pro suo, quod  
nūquā finē habet; & tamē ultra illud  
Deus esse dicitur, propter tria: primo,  
quia entia possunt intelligi non esse. Se-  
cundo, quia non essent, nisi a Deo contine-  
rentur: & sic de se nō sunt. Tertio, quia nō  
habent totū esse suū simul; cūr eis sit ali-  
qua mutationis successiō. Dat ergo  
quod Angeli essent ab æterno à par-  
te ante, & à parte post, adhuc Deus  
ultra regnaret, quia eius regnum est  
totum simul in se invariabile, & à  
nullo depēdēs. Et sicut dignitas Bea-  
tissima Virginis Deigenitricis Ma-  
rie,

## §. 2. Res permanētes potuerūt esse ab æterno. 627

rie, Visio beata, & humanitas Chri-  
sti habet quodā gen⁹ infinitatis, ita  
vt eis nō possit aliquid melius fieri,  
sicut nō potest aliquid esse melius  
Deo, vt ait S. Th. i. p. q. 25. art. 6. ad  
4. Ita nō est incoueniens quod ex  
æterna actione Dei, est etiam aliqua crea-  
tura tantum durans, quod de potē-  
tia Dei non posset amplius durare,  
quia coexistet æternitati Dei, qua  
non potest cogitari maior duratio;  
licet deficeret in infinitum ab eius  
actuali inuariabilitate.

18 Præterea obijcies: data creatu-  
ra ab æterno, est verum dicere,  
quod Deus illā creauit, & est verū  
dicere, quod Deus illā nō creauit:  
istā sunt contradicitoriae propoſi-  
tiones, quā nequeant esse simul verae:  
ergo manifesta est contradictione, quod  
creatura sit ab æterno. Quod affir-  
matiuā sit vera, casus ipſe iuponit.  
Quod negatiua etiā verificetur, pro-  
batur, quia veritas propositionū de  
extrinſico tēpore dignoscitur per  
suas de inesle, vt diximus lib. 2. Dia-  
lec. Sed hæc Dī⁹ creat, numquā ince-  
pit esse falsa, & nunc est falsa; ergo  
semper est falsa: ergo illa de præteri-  
to est falsa, quia nunquā habuit de-  
inesle veram. Et similiter illa Deus nō  
creat, nunc est vera, & numquā ince-  
pit esse vera: ergo semper est vera: er-  
go & illa de præterito semper est vera.

Respondeatur cum M. Bañez ad 5.  
quod in tali casu, negatiua semper  
est falsa, & ei⁹ propoſitio de inesle;  
quia Dī⁹ semper crearet, siquidē ex  
nullo praesupposito subiecto totum  
produceret: sicut si Sol ab æterno  
est, semper est verū dicere, quod  
producit luce, & falsum, quod nec

producit. Quod dupli exēplo de-  
clarat PP. Carm. q. 3. ad 2. nā in ge-  
neratione æterna Verbi similes pos-  
sunt cōtradicторie formari; & ibi ne-  
gatiua est falsa: de quo videatur S.  
Th. i. p. q. 42. ar. 2. ad 4. quia sufficit  
quod propoſitio reguletur per suā  
de inesle in æternitate. Est aliud exē-  
plu in cogitationib⁹ Beatorū, quā  
sunt futuræ infinitæ; & in nullo nūc  
nostri tēporis erit verū dicere, nunc  
sunt infinitæ cogitationes; quam-  
uis id sit verum iuæ æternitate.

19 Rursus arguitur; quod repug-  
nat annihilari ab æterno, repugnat  
producere ab æterno; quia quod Dī⁹  
creat, valet annihilare, cum libere  
cōseruet: & ita in quolibet instanti  
valet annihilare: sed implicat crea-  
turā annihilari ab æterno, quia anni-  
hilatio est transitus ab esse ad non  
esse; & ideo presupponit esse: cum  
ergo implicet rem simul esse, & nō  
est: implicat ab æterno anihilari:  
ergo & ab æterno creari.

Repondeatur cū M. Bañez ad 2.  
M. Nazario notab. 5. & alijs frequenter,  
quod data creatione rerum ab  
æterno, creatio, & conseruatio re-  
ram non differēt; quia rātum diffe-  
runt per respectum nouitatis rei  
creatæ, quā non dicit res conseruatæ;  
& res ab æterno numquam est  
noua, quia semper crearetur, &  
semper conseruaretur. Ex suppoſi-  
tione igitur, quod vellet ab æterno  
durare, non posset pro tunc  
annihilare; qui ~~unumquidque dum~~  
est, necessitatis est, vt in multis alijs  
materijs solet responderi, & hic no-  
tant Capreolus illa q. 1. ad argumen-  
ta a Scotio relata, & Nazarius ad 3.

vnde neganda est maior: quia quod erat possibile absolute, fit impossibile ex suppositione prioris voluntatis.

s. III.

*Motus potuit esse ab æterno.*

20 **D**ico secundo, motus circularis cœli potuit esse ab æterno. Est communis Thomistarū omnium, vñico excepto relato. n. 5. & probant Conimbr. cap. 4. q. 7. art. 2. ultra alios iam relatos. Meo vide ri est expressa S. Tho. lib. 2. Cōtrag. cap. 38. ad 3. vbi ait: *Qualibet igitur circulatio præcedentium transiri potuit; quia finita fuit; in omnibus autem simul, si mundus semper fuisset, non esset accipere primam; & ita nec transiit; qui semper exigit duo extrema.* Vbi clarè docet motus circularis possibilem æternam durationem, & simul respondeat argumētis; quod nulla esset prima signabilis propter infinitatē circulationum, quæ præcesserunt; & infiniti non est assignabile primum, vt diximus li. 3. q. 5. n. 12. Idem docet S. Tho. 1. p. q. 46. art. 2. ad 6. & in 2. dist. 1. q. 1. art. 5. ad 17. & clari. q. 3. de Potentia artic. 7. ad 17. ait, *quod illa ratio nō probat, quod motus semper fuerit; sed quod motus circularis posset esse semper.* Fatetur ergo S. Thom. motum circularē potuisse esse semper ab æterno.

21 Probatur, quia ab æterno potuit esse cœlum: ergo vel mouetur; & habetur intentū. Vel quiesceret: & sic facile idem probatur; quia cum est quies, potest esse motus. ¶ Deinde, cum fundamento

in re imaginamur infinitos dies imaginarios correspondentes æternitati: ergo semel dato mobili ab æterno, potuerunt esse infiniti dies veri. ¶ Demum, motus principio carēs, est motus ab æterno: sed motus circularis principio, & fine potest carere; sicut & ipsa figura circulare non habet actu ullam diuisiōnem: ergo non repugnat motus circularis ab æterno. Videatur S. Tho mas libro. 8. Physicorum. lectione 17.

22 Vrgentius probatur, implicatiōnes diluēdo. In primis argunt Durandus, Suarez, & alij ex natura motus successiui, qui & cōstat partibus trāseuntibus, quarum una definit, & alia incipit: ergo non potuit motus esse ab æterno. Probatur consequentia à M. Ioann. a S. Thoma, quia si datur aliqua pars, quæ numquam incepit, quia ab æterno datur motus, illa nō potuit, nec infinito tempore, nec finito durare. Non infinito; quia sic toto illo tempore non esset successio, & permanentia, & consequenter, nec motus ab æterno. Non finito; quia etiam pars sequens esset finita; & totus motus ab æterno esset finitus.

Respondetur hoc arguētum esse idem, ac illud quod soluit Santos Thomas locis relatis in conclusione. Et instantiam habet, si motus cœli in æternū à parte post dūraret, quia nulla esset at signabilis ultima circulatio. Et similiter instatur in tēpore imaginato, quia ante quālibet diem potest imaginari alia. Respondet ergo S. Thomas, quod quæli-

quælibet pars mot<sup>o</sup>, & quælibet cir-  
culatio, quia finita, pertransiri po-  
test; sed tota collectio nō habet pri-  
nia propter mot<sup>o</sup> aternitatem. Sicut  
ipso M. Iohann. à S. Tho. q. 15. ar. 3. ad  
3. fatetur Deū posse producere vnu  
Angelum in quolibet instanti vni<sup>o</sup>  
horæ diuisiue, nō in omnibus colle-  
ctiue. Et similiter vt norat M. Masi<sup>o</sup>  
q. 12. ad 1. hæc consequentia nō va-  
let: data quauis specie numeroru<sup>m</sup>,  
potest dari alia maior; ergo sumpta  
tota collectione specierum, potest  
dari alia maior: quia antecedens est  
verum; & consequens implicat in-  
terminis. Ergo pariter implicat, stā-  
te motu ab æterno, signari primam  
partem, quamvis quævis diuisiue sit  
finita, successiva, & transiens.

23 Viterius addendum ex dictis,  
quod nō ponim<sup>o</sup> motum posse esse  
æternū aternitate invariabili Dei;  
sed solum aternitate extrinseca, &  
accidētali; sicut absq; dubio posset  
esse æternus à parte poli: solū igitur  
priori modo negatur omnino æter-  
nitas motus. Et sic exponit S. Tho.  
Opul. 27. illud August. 12. de Ciuit.  
Dei c. 15. Tempus, quoniam mutabiliter  
transcurrit; aternitati immutabili non po-  
test esse coaternum. Videantur PP. Car-  
mel. à n. 52. vsque ad 59.

24 Secundo arguit Bañez, & To-  
letus, si cælum ab æterno mouer-  
tur, vel esset in omnib<sup>o</sup> locis simul;  
& hoc repugnat, saltem ex natura  
rei; vel in nullafuit positione: quod  
est inintelligibile: vel fuit ab ori-  
ente, vel occidente, à septentrione,  
vel meridie: sed motus incipiens à  
parte determinata, est finitus, & de-  
terminatus: ergo motus circula-

ris non potuit esse ab æterno.

Omissa solutione Vazquez, quam  
bene impugnat Nazarius, respon-  
detur, quod sicut ante quælibet cir-  
culationem esset alia usque in infini-  
tum; ita non esset signabilis positio  
vnde ille motus incepit: nam locus  
motui locali proportionatur: eo  
quod inquit Phylosophus libr. 4.  
text. 32. non quereretur locus, nisi  
propter motum. Advertit etiam  
Ferrara q. 3. ad 8. quod licet cælum  
tunc non consequeretur finem in-  
trinsecum, quia ad eum non ordina-  
tur; consequeretur finem extrinse-  
cum, quod est bonum rotis vniuer-  
si. Per quæ soluituraliud corundem  
argumentum.

25 Sed instat Recētiores, primo,  
nam eo ipso quod cælum creatum  
fuisset ab æterno, debuit conserua-  
ri per totā aternitatem; quia dixi-  
nus, quod tūc creatio esset aeterna  
conseruatio: ergo eo ipso, quod cor-  
pus creatum esset ab æterno cum ali-  
qua præsentia, debuit conseruari ea  
præsentia per totam aternitatem.  
Probatur consequentia paritatē vr-  
gendo: nā id est antecedēs est verū,  
quia alias corp<sup>o</sup> illud esset ab æter-  
no, vt supponim<sup>o</sup>; & nō esset ab æter-  
no, quia nō durasset per totā aterni-  
tatem; sed ideni inconveniens se-  
queretur, si præsentia, cum qua crea-  
tum est ab æterno, non conseruae-  
tur per totā aternitatem, quia illa  
præsentia ex vna parte supponitur  
esse ab æterno; & ex alia parte non  
esset ab æterno, quia non durasset  
per totā aternitatem, vt constat  
ex continua successione: ergo im-  
plicat motus ab æterno.

Secundo, nō minus esentialiter præquiritur ad motu n localē locus relinquendus per ipsum motū, quam corpus mouendū per motū: sed corpus mouendum supponit prioritate naturæ ante omnē collectionē partium motus, vt factentur omnes: ergo necessariū est, quod corpus ab æterno producū, nō moueatur ab æterno; sed quod habeat aliquam primā partē mot⁹, per quam incipiat moueri.

26 Posset respōderi ex dictis lib. 4.q.4. & 13. quod præsentia non distinguuntur à re præsente; nec duratio à re durante. ¶ Sed contra primo, quia multi cōtrarium opinātur, & de relatione præsentię, vel de denominatione extrinseca potest vrgeri argumentū. Et in instantibus imaginarijs, quæ fluida sunt, & successiva, etiam uilitat. Vel in actibus intellectus, & voluntatis Angelorum per totā æternitatē faciendis, etiā procedit; quia videtur signād⁹ primus per totam æternitatē durans.

Hoc argumentum dicit Arriaga dis. 17. sec. 2. in fine, se scire esse fallax, quia verum non potest opponi vero; fatetur tamen solutionē illi⁹ se penitus ignorare.

27 Ceterū nō est cur oprimamur tā leuis difficultatis pōdere. In primis, quia supponit sententiam falsā de duratione successiva reb⁹ super addita, vt lib. 4. ostēdimus. Secūdo facile dicitur, quod probat, quod quilibet circulatio cæli signabilis non durat per totam æternitatem, sed finito tēpore, nēpe, vel per unū diē, vel per unum annū; nō tamen hoc argumēto probatur, quod an-

tequamlibet nō præcedat alia sine ullo termino in infinitū. Et hæc est solutio S. Tho. locis citatis. nu. 20. & explicatur in æternitate cogitationū à parte post, vbi nō est signabilis vitima. Est autem differētia inter corruptibilia, quæ coexisterent æternitati, & durationē tēporis, siue cōtinui, siue discreti; quod illa, quia mensurantur a uno indiuisibili, cōtinua cōseruatione ipsius æterni cōseruatur eius duratio, siue sit superaddita, siue nō: at verò tēporalia, ipsa cōtinua infinita succedētium partium successione correspōdent nunc permanētis æternitatis; quod toti tēpori adest. Vnde S. Th. q. 3. de Pot. art. 17. ad 25. ait, quod tēpus nō sē habet sicut permanētia, quorū substantia est tota simūl: vnde nō oportet, quod totū tēpus sit, quando incipit esse. Sēper tamē æternitas creatā eset variabilis, & a Deo depēdēs: Dei verò æternitas semper inuariata manet.

28 Secunda instātia laborat in æquiuoco; quia non discernit inter motum rectum, & motū circularē: & tamē diximus li. 4. q. 5. n. 8. quod in motu recto corpus dimittit totū locū, & subintrat aliud corpus; sed in motu circulari totum manet in eodē situ; sed partes mutant locū: de quo adhuc videantur Phyl. & S. Tho. 1. de Gen. lec. 11. litt. d. Vnde adhuc si totum cælum maneat secundum totum in eodē situ, posset per æternitatem cōtinue moueri, quia nō daretur, nec prima, nec ultima circulari. Et sicut pes per totā æternitatē in puluere, eset prior vespilio, nō duratione, sed natura; ita

Ita pariter dici debet de prioritate mobilis ad totā collectionē partī motus: cum quo sit, quod per totam æternitatem dum est mobile, sit motus circularis in continua successione ex parte fluxus motus, cum æterna perseverantia eiusdem mobilis. Per quæ omnes replicæ cessant.

## §. III.

*Qualiter generationes rerum: or  
ruptibilium potuerint esse  
ab æterno?*

29 Væ præcedentes conclusio-  
nes videtur omnino certæ,  
præcipue apud D.Th. & quia eadē  
videtur ratio de omni motu, cose-  
quenter videtur fatendum, quælibet  
potuisse esse ab æterno; nō eun-  
dem numero, sicut in motu circu-  
lari; sed istum, vel illum; quia alij  
motus nō posunt esse cōtinui æter-  
ni, & non interrupti in spatio fini-  
to. Restat vero difficultas, an res  
corruptibiles, & generationes, &  
corruptiones, modo connaturali  
factæ, potuerint esse ab æterno? nam  
in illo punto videntur dissidere  
Thomistæ. Quorum dissidium ut  
in concordia redigatur; & rei ve-  
ritas appareat.

30 Diligenter notandum, quod si  
cū eidē individualē secundū diversos  
status diuersa accidentia sunt  
connaturalia, ita toti vniuerso po-  
test aliquid esse connaturale rebus  
vt nunc, cum omnia sunt tempora-  
lia, vel æterna; & aliquid posset  
esse vniuerso conaturale si totum  
fuerit ab æterno. Doctrina est S.  
Tho. in 2. dist. 1. q. 1. artic. 5. in fine

corporis, vbi ait: *Natura rei variatur secundum quod est in eis perfecto. & secundum quod est in primo suo fieri, secundum quod exit à causa: sicut alia natura est hominis iam nati, & eius secundum quod est in utero materno. Vnde si quis ex conditionibus hominis nati, & perfecti, vellit argumentari de conditionibus eius, secundum quod est in perfectus in utero matris existens, decipereatur.* Et post adductum exemplum ad rē valde opportunū, concludit: *Similiter errant, qui ex modo fiendi res in mundo iam perfecto, vult necessitatem, vel impossibilitatem inceptionis mundi ostendere: quia quod nunc incipit esse, incipit per motum; unde operatur, quod mouens præcedat durationem; portet etiam, quod præcedat natura; & quod sint contrariitates: & hoc omnia non sunt necessaria in progressu universi esse à Deo.* Hæc S. Thom. quo nil aptius no-  
stro intento potest desiderari. Iuxta hoc ergo.

31 Dico tertio, implicat contradicitionem, quod aliquid generetur permotum, & alterationem præ-  
uiā, & quod fiat ab æterno. Ita S. Tho. verbis relatis; & clariss Opus cul. 27. col. 2. in fine, vbi ait: *Ergo non repugnat intellectui, si ponatur causa producens effectum suum subito non præcedere duratione causatum suum. Repugnat autem in causis producentibus effectus suis per motum; quia oportet, quod prius per ipsum motus præcedat fieri eius.* Idem docet S. Thom. i. p. q. 46. art. 2. ad 1. illis verbis: *Causa efficiens, qua agit per motum, de necessitate præcedit tempore suum effectum; quia effectus non est nisi in termino actionis agri: autem omne oportet esse principia actionis.*

32 Quæ ratio S. Th. demonstratua  
Rr 4 vide.

videtur, in hac forma. Quando causa præcedit effectum tempore, vel duratione determinata, effectus non potest esse ab æterno; siquidem non fuit semper, & signatur duratio cum effectus non erat: sed quotiescumque res generatur prævio motu, vel alteratione, causa præcedit effectum toto tempore quo durat motus, vel alteratio prævia: ergo implicat contradictionem, quod esse etius, qui non est nisi in termino illius actionis, sit ab æterno. Et hæc ratio non quidem affertur, ut probetur, quod ipsa generatio non potuit esse ab æterno; quia sic solubilis esset ex dictis. Sed ut ostendatur, quod terminus, qui est in fine mortis durantis per eternitatem, vel tempus, non potuit esse ab æterno; & in isto sensu ambæ præmissæ videtur perse nota, & cœquètia legitima.

33 In isto sensu efficax est ratio, qua vtitur M. Soto, q. 2. concl. 3. de muliere prægnante, quæ non potuit creari ab æterno, nisi prægnans esset infinito tempore; & tunc filius genitus non esset ab æterno. Nam si non pareret mense; tunc vel illius partus ætas infinita esset, aut finita? Si infinita; tunc unum infinitum esset alio maius versus extrellum infinitum; nam mater esset partu senior per nouem menses: quæ tamen implicatio est contradictionis: siquidem nouem menses utriusque accederent partum infinitum. Si autem ætas filij fuit infinita; & matris ætas fuit infinita, siquidem non excedit nisi per nouæ menses, vel neesse est ut infinito tempore fuerit prægnans.

34. Ad idem est illud vulgare argumentum de igne, & stuppa productis ab æterno, & ab æterno applicatis: nam si combureret ignis stuppa, sequitur, quod motus esset in instanti, & quod corruptio esset ab æterno: quod supra diximus implicare. Si non combureret, iam supra naturam, ignis non deuoraret stuppam.

35 Generale etiam est, quod omnino individuum corruptibile generatione productum, possit corrumpi; & supra naturam est, quod infinito tempore daret: sed supra diximus individua ab æterno producta infinita duratione conseruari: ergo cōnaturali modo siendi rerum nūc attento, ista non potuerunt ab æterno sic produci.

36 Dico quarto, data generatione ab æterno, vel productione rei corruptibilis ab æterno, vel creatione substantiæ Angeli liberae operantis ab æterno; quod infinito tempore durarent, vel quod antequam libet operationem esset alia sine via signabili prima, esset pro tunc rebus connaturale; quamvis sit supra naturam rerum ut nunc sunt. Hanc secundam partem solùm probant, quæ solent obijci argumēta. Prior verò probatur ex propria ratione æternæ durationis: & facta suppositione, quod Deus vellet rem corruptibilem ab æterno creare, cōnaturalē illi esset, quod pro tunc infinito tempore conseruaretur: & similiter esset connaturale, quod libera operatio infinitè duraret; vel continua successione operationū, ante quamlibet esset alia, sicut de parti-

artibus motus dictum est: & de operationibus Beatorum futuris tota æternitate à parte post dicendum est proportionaliter.

37 Dico vltimo, generatio hominum nou potuit esse ab æterno, nisi Deo aliter res disponente. Sumitur ex D. Tho. i. p. q. 46, art. 2. ad 8. & in 2. dist. 1. art. 5. ad 6. 2. ord. & lib. 2. Contraq. cap. 38. ad 6. & cap. 81. ad 3. vbi multis relatis sententijs, ait: *Quid autem horum Aristoteles senserit, ab eo expresse non inuenitur: cum tamen expresse mundi æternitatem ponat.* Et Opusculo 27. in fine dicit, quod inter omnes hæc ratio est difficultior, que est de infinitate animalium; quia si mundus semper fuit, necesse est modis infinitas animas esse. Sed hac ratio nō est ad propositum, quia Deus mundum facere potuit sine hominibus, & animalibus: vel tunc etiam potuit hominem facere, quād fecit, si etiam totum aliud mundum se esset ab eterno; & sic nō remanerent post corpora anima infinitæ. Et præterea adhuc non est demonstratum, quod Deus nō possit facere, quod sint infinita in actu. Hæc S. Thom. Quæ verba iam exposuimus lib. 3. q. 6. n. 30. & ex ibi dictis ad vltimum patet præsens conclusio.

38 Quæ sic in forma probatur. data humina generatione ab æterno, transactæ iam essent infinitæ generationes, nam si essent finitæ à parte ante, iam non essent ab æterno: ergo fuissent infinitæ animæ: ergo cum pereuntibꝫ hominibus, animæ non pereant, sed sicut immortales, iam daretur infinitum in actu: quod dari, iam diximus repugnare.

39 Sed instabis, quamvis anima

equi, vel leonis ex natura sua sit corruptibilis; tamen nulli dubium, quod diuina virtute potest conseruari, vel viuentibus animalibus infinito tempore; vel miraculosè sine materia, sicut accidentia in Eucharistia sine subiecto: ergo datis generationibꝫ leonum ab æterno, quod fatemur possibile, nō est cur negemus possibile infinitū in actu; vel teneatur, miraculo supposito, eodem modo procedere de generatione hominum, ac aliorum animalium, vt discurrent PP. Conimbric. &c alij.

Respondet Masius cap. 2. quest. 12. ad vltimum, cōcedendo, quod si Deus efficeret generationē æternam, potuisset conseruare infinitos leones genitos: verum illi non fuissent infiniti simpliciter; sed secundum quid; nam toti collectioni potuisset aliorum leonum fieri accessio; & detractio.

40 Sed contra primo: nam id possit dici de animalibus remanētibus. Quod quāvis Masius fateatur, non potest admitti ab eo, qui legit S. Tho. locis relatis pro cōclusione. Nec i. p. illa sol. ad 8. loquitur S. Tho. dubitando; sed exceptionē à regula generali faciendo; & adhibēdo solutionem, qua Philosophie possent protegere. Deinde, ibi ait S. Thom. quod ratio de generatione hominum ab æterno particularis ē, & difficultior est: quod non esset, si de illa eodem modo, ac de alijs esset discurrendum.

Tertio, iam illam evasionem reiecimus lib. 3. q. 6. ad vlt. Et illo libro sāpē diximus, quod infinito nō potest,

potest, ea parte qua infinitum est, fieri additio; quamvis ex alia parte possit additionem admittere, vt late S. Tho. 3. p. q. 10. art. 3. ad 3. unde datis infinitis generationib; ab æterno, à parte ante nō possent additionē admittere, quia ex illa parte habent infinitatem; bene tamen à parte post, quia ex hac parte finiuntur; sicut è contra, nunc à parte post nō est ultima cogitatio Beati, sed à parte ante est prima.

41 Aliter ergo respōdetur, quod diuisiūe quodlibet illorum miraculorū potest fieri; sed collectiue non possunt omnia fieri, quia ex parte facti est repugnantia, quod sit infinitum in actu; & non repugnat infinitū in potentia, & in continua successione. Et quia permanentia animalium hominum est illis debita in omni statu; & permanentia aliarum formarum in omni statu est miraculosa corporibus destructis; ideo est manifesta disparitas inter generationes hominū, & aliorū animalium, quod quāvis illæ concedantur possibles ab æterno, illæ negētur ad vietandum infinitum in actu.

42 Sed adhuc contra possibilitatē cuiuslibet generationis ab æterno, obiectur: quia in causis efficiētibus nō potest procedi in infinitum, vt probatur 2. Metap. text. 5. sed generans est causa efficiēs: ergo gene-

rationes non possunt esse infinitæ.

Respondet S. Tho. 1. p. vbi supra ad 7. quod in causis efficiētibus impossibile est procedere in infinitum perse; vt puta, si causæ, quæ perse requiruntur ad aliquem effectū, multiplicarentur in infinitum: sicut si lapis moueretur à baculo, & baculus amanu, & hoc in infinitū. Sed per accidens in infinitum procedere in causis agentibus non reputatur impossibile. Explicationem legere poteris in D. Tho. cuius verbis nostra doctrina incipit, & terminatur. Imo libentissime cum gratiarum actio- ne fateor, quod si quid est in ea commendatione dignum, est ab Angelico Doctore mutuatum. Claudam ergo verbis, quæ de suo Magistro Christoforo, eloquenter protulit Cassianus, libr. vlt. de Incarnatione Verbi cap. vlt. Ille ergo (inquit) vobis insensu semper, & quasi in cōspectu sit: ille in animo, atque cogitatione versetur: ille denique ipse vobis titia hec, quæ à me sunt scripta cōmendat: quia hoc, quæ ego scripsi, ille me docuit; ac per hoc non tam mea hec, quam illius esse credite: quia ratiō ex fonte constat, & quicquid putatur esse discipuli, totum ad honorem referri: conuenit Magistri. Ad gloriam Sanctissimæ Trinitatis, & Deigenitricis semper Virginis Marie.



F I N I S.

*INDEX QVÆSTIONVM P. M. F. IOAN-*  
*nis Martinez de Prado in octo Libros Physicorū.*

**L**

- IBR I Primi Physicorum  
 Aristotelis summa, pagina 3.  
 Quæstio prima, vtrū ens  
 mobile sit subiectū Phylosophiæ  
 Naturalis? 9.  
 §. 1. Termini exponuntur, ibi.  
 2. Opiniones Doctorum. 11.  
 3. Approbatursentēia Caietani. 12.  
 4. Tres rationes conclusionis. 13.  
 5. Exponiturratio S. Thomæ. 17.  
 Quæstio secunda, vtrum Phylo-  
 phia naturalis sit vna scientiæ se-  
 cundum speciem? 23.  
 §. 1. Diuisio naturalis Phylosophiæ,  
 & status quæstionis. Ibi.  
 2. Probabilitas primæ sententiæ. 24.  
 3. Probabilis est specie distingui. 26.  
 Quæst. 3. Vtrum principia entis na-  
 turalis sint tantum tria? 32.  
 §. 1. Definitio principij entis natu-  
 ralis exponitur. Ibi.  
 2. De numero principiorum entis  
 naturalis. 37.  
 3. De principijs generationis. 39.  
 Quæst. 4. Vtrum principia  
 sint prima contraria? 43.  
 §. 1. Probatur, quod sunt contra-  
 ria. Ibi.  
 2. Qualiter sint prima cōtraria? 46.  
 Quæst. 5. De materia prima quoad  
 est. 47.  
 §. 1. Referuntur sententiæ. Ibi.  
 2. Demōstratur dari materiā primā  
 realiter à forma distinctam. 49.  
 Quæst. 6. Quid sit materia prima? 52.  
 §. 1. Definitione, & varia nomina ma-  
 teriæ. Ibi..

2. Quid sit potentia materiæ? 54.  
 3. Vtrum in essentia materiæ inclu-  
 datur actus metaphysicus? 58.  
 4. De essentia metaphysica materiæ  
 primæ. 60.  
 5. Vera sententia probatur. 62.  
 Quæst. 7. Vtrum materia prima ha-  
 beat propriam existentiam? 65.  
 §. 1. Sententia affirmativa. Ibi.  
 2. De distinctione essentiae ab ex-  
 istentia. 66.  
 3. Quod non dantur existentiæ par-  
 tiales. 72.  
 4. Quod materia non habet pro-  
 priam existentiam auctoritate  
 probatur. 74.  
 5. Ratione idem probatur. 76.  
 6. Communis ratio, & arguimento:  
 rum solatio. 78.  
 Quæst. 8. Vtrum materia possit esse  
 sine formâ? 81.  
 §. 1. Certum est, quod naturaliter  
 id repugnat. Ibi.  
 2. Etiam repugnat de potentia ab-  
 soluta. 82.  
 Quæst. 9. De appetitu materiæ pri-  
 mæ. 86.  
 §. 1. Vtrum vere, & proprie mate-  
 ria appetat formam? Ibi.  
 2. Quid sit appetitus materiæ? 87.  
 3. An sit æqualis ad omnes? 89.  
 4. Vtrum extendatur ad formas  
 amissas? 90.  
 Quæst. 10. De unitate materiæ pri-  
 mæ. 92.  
 §. 1. De unitate transcendentia, &  
 generica. Ibi.  
 2. De unitate specifica. 93..

3. De vnitate numerica materiæ pri  
mae. 94.

Quæst. 11. De Forma substanciali  
an sit, & quid sit? 96. (Ibi.

§. 1. Audentur formæ substanciales.

2. Quid sit forma? 98.

Quæst. 12. Vtrū formæ substanciales  
ex potētia materiæ educātur? 99.

§. 1. Perducatur formas educi. Ibi.

2. Quæ conditiones exigantur ad  
educationem? 101.

3. Vtrū formæ cælorum fuerint  
eductæ de potētia materiæ? 102.

Quæst. 13. De Priuatione, vt est prin  
cipiū entis naturalis fieri. 107.

§. 1. Vtrū priuatio sit ens reale? Ibi.

2. Vtrū priuatio distinguatur a ma  
teria prima? 110.

3. Duo alia dubia soluuntur. Ibi.

4. Vtrū in materia sit tātum una  
priuatio; vel plures? 111.

Quæst. 14. De vniōne substanciali in  
ter materiam, & formam. 113.

§. 1. Status quæstionis. Ibi.

2. Probabile est dari modū substan  
tialium vniōnis. 114.

3. Alia ratio communis ponderatur  
ad idem. 116.

4. Vera sententia, quod modus sub  
stantialis noui datur. 118.

Quæst. 15. De composito substanciali,  
vtrū distinguatur a suis part  
ibus vnitis? 124.

### L I B R I   S E C U N D I

Physicorū summa 129.

Q Vælio 1. Quid sit natura? 136.  
§. 1. Accep̄iones naturæ. Ibi.

2. Naturæ definitio. 137.

3. Exponuntur illæ particulæ mo  
uendi, & quiescendi. 139.

4. Relique particulæ declarātur. 141

5. An definitio sit essentialis? 142.

Quæst. 2. Quidibus conueniat ratio  
natura? 143.

§. 1. De materia, & forma. Ibi.

2. Vtrū natura prædictetur vniuo  
ce de materia, & forma? 144.

3. Vtrū priuatio sit natura? 146.

4. Vtrū totum compositū sit na  
tura? 147.

Quæst. 3. Vtrū natura debeat esse  
principium actiū, an vero passi  
uum motus? 149.

§. 1. Sententia Doctorum. Ibi.

2. Natura aliquando est principium  
actiū. 150.

3. Principium passiuū sufficit ad  
naturam. 151.

4. Digresio de potentia neutra, an  
detur? 152.

6. Qualiter ad motum naturalē qua  
tuor causæ requirantur? Ibi.

7. Anima est natura. 155.

Quæst. 4. Qualiter naturalia distin  
guantur ab artificialibus? 157.

§. 1. Dubium primum. 158.

2. Opiniones de distinctione formæ  
artis à subiecto. 159.

3. Resolutio secundi dubij. 160.

4. Vtrū ars valeat efficere opera  
naturæ? 163.

Quæst. 5. Qualiter distinguatur mo  
tus naturalis, & violentus? 164.

§. 1. Exponitur definitio violentiæ. Ibi

2. Quando motus sit naturalis? 165.

3. Vtrū creatura posuit à Deo vio  
lentiam partis? 167.

4. Vtrū detur violentia contra  
principium passiuū? 171.

Quæst. 6. Quid sit causa? 174.

§. 1. Definitur causa. Ibi.

3. Exponitur definitio, & soluūtūr  
argumenta. 176.

Quæst. 7. Quotuplex sit causa? 179.

§. 1. Qua-

- §.1. Quatuor genera causarum. Ibi.  
 2. Vtrum diuisio sit vniuoca? 180.
- Quæst. 8. De causis materiali, & formal. 182.
- §.1. Nonnulla præmittuntur. Ibi.  
 2. Effectus materiæ, & formæ. 183.
3. De causalitate materiæ, & formæ  
 primi dubium: 184. (re. 188.)
4. Secundū dubiū de eadē causalita
5. Vtrū receptio formæ distinguatur  
 ab ei<sup>o</sup> vniōne, & causalitate? 189.
- Quæst. 9. Quid, & quotuplex sit  
 causa efficiens: 192.
- §.1. Diffinitio causæ efficientis. Ibi.  
 2. Diuisiones efficientis. 194.
- Quæst. 10. Vtrum substantia creata  
 perse immediaē efficiat? 197.
- §.1. Status quæstionis. Ibi. (198.)
2. Substantia est actio a radicaliter.
3. Quod substantia nō est immedia-  
 te operatiua probatur. 199.
4. Quod accidentia virtute substâ-  
 tiæ substantiam efficiunt. 203.
- Quæst. 11. Vtrū proprietates natu-  
 rales efficiēter causentur ab ipsa  
 essentia cui<sup>o</sup> sūt proprietates? 211
- §.1. Sententia affirmativa. Ibi.  
 2. Proprietates dimanāt, nō efficiū-  
 tur ab essentia. Ibidem.
3. De reductione aquæ ad frigidita-  
 tem pristinam. 213.
4. Alijs difficultatibus satisfit. 215.
- Quæst. 12. Quæ sit causalitas effi-  
 cientis causæ? 216.
- Quæst. 13. De causa instrumentali. 218.
- Quæst. 14. De subordinatione cau-  
 sæ secundæ ad primam causam  
 efficientem. 220.
- §.1. Cetera præmittuntur. Ibi.  
 2. Sententia negatiua. 222.
3. De mente S. Thom. circa necessi-  
 tatem motionis præuiæ. 223.
5. Præmotio causæ primæ traditur  
 in Catechismo Pij Quinti. 232.
6. Due ratiōnes S. Thom. ponderā-  
 tur. 236.
7. Ratio ad homines vrgetur. 239.
- Quæst. 15. De existētia requisita ad  
 efficiendum. 246. (tis? Ibi.)
- §.1. An existētia sit cōditio efficiē
2. Vtrū quæ agūt per motū, causent  
 quando non sunt? 247.
- Quæst. 16. quid; & quotuplex sit  
 finalis causa? 251.
- §.1. Quid sit finis? Ibi.
2. Diuisiones finis. 252.
- Quæst. 17. Vtrū appræhēsio pertineat  
 ad formalē rationem finis? 256.
2. Bonitas est ratio formalis, & ap-  
 prehensio eius conditio. 257.
3. Ex parte subiecti apprehensio est  
 ratio formalis? 258. (nis. 261.)
- Quæst. 18. De causalitate, & effectib<sup>o</sup> fi
- §.1. Exponitur causalitas finis. Ibi.
- Quæst. 19. De causa exēplari. 264.
- §.1. Declaratur definitio ideæ. Ibi.
2. Vtrum idea sit causa efficiēs, vel  
 formalis? 266.
- Quæst. 20. Vtrum omnis causa sit  
 prior natura suo effectu? 268.
- §.1. Exponitur prioritas nature. Ibi.
- Quæst. 21. Vtrum omnis causa dicat trās-  
 cendentalē ordinē ad effectū; &  
 essentialē cōexionē cū illo? 272
2. Resoluitur quæstio de prima cau-  
 sa. 274.
3. De causis secundis, vtrū dicat res  
 pectem trāscendentalem? 278.
4. De connexione cum possibilita-  
 te effectuum. 281.
- Quæst. 22. Vtrum idē effect<sup>o</sup> possit  
 mul procedere à duplice causa  
 totali? 286. alias? 285.
- §.1. Quid dicēdū ex naturā rei? 287
2. Quid

2. Quid dicendum de potentia absolu-  
ta? 290.

Quæst. 23. Vtrū idē effectus diuisim  
possit esse à plurib⁹ causis? 294.

§. 1. Ex natura rei est impossibile. ibi

2. Id fieri potest de potentia absolu-  
ta. 297.

Quæst. 24. De mutua dependentia  
causarum. 299.

Quæst. 25. De casu, fortuna, & fato  
304.

§. 1. de Fortuna. ibi.

2. de Fato. 306.

Quæst. 26. Vtrum natura agat prop-  
ter finem? 307.

### LIBRI TERTII PHYSICO- rum summa. 311.

**Q**uest. 1. Vtrum definitio mo-  
tus sit ab Aristotele bene assig-  
nata? 317.

Quæst. 2. Vtrum motus realiter di-  
stinguatur à termino ad quem? 323.

§. 1. Motus reducitur ad genas fu-  
termini. ibi.

2. Opiniones Doctorum de distin-  
ctione motus à termino. 324.

3. Motus realiter distinguitur à ter-  
mino ad quem. 325.

4. Motus distinguitur à mobili, in  
quo subiectatur. 329.

Quæst. 3. Vtrum motus differat ab  
actione, & passione? 334.

§. 1. Status quæstionis. ibi.

2. Probatur, quod nō differunt rea-  
liter. 332.

3. Differunt ratione ratiocinata. 336

Quæst. 4. Vtrum actio transuers sub-  
iectum sit in agente, vel solum in  
passor? 338.

Quæst. 5. Vtrum dari possit corpus  
actu infinitum? 352.

§. 1. Acceptiones, & definitio infra-  
ti ex Phylosopho. 352.

2. Corolaria ad explicationem in-  
finiti. 354.

3. Eligitur, & exponitur sententia  
S. Thomæ. 359.

4. Implicat corpus naturale infinitum  
in actu. 362. (366.

5. Ponderatur secunda ratio ad idē.

6. Absolutè implicat corp⁹ infinitū  
in actu propter rationē S.T. 368.

7. Ab inconvenienti probatur impos-  
sibilitas corporis infiniti. 373.

Quæst. 6. Vtrum possit esse multitu-  
do infinita in actu? 376. (lis ibi.

§. 1. Quid de multitudine corpora-

2. Prima implicatio multitudinis in  
finitæ in actu in spiritualib⁹. 377.

3. Ponderatur ratio S. Tho. 378.

4. Explicatur alia ratio S. Th. 382.

### LIBRI QVARTI PHYSICO- rum summa. 390.

**Q**uest. 1. Vtrū locus sit spatiū;  
an verò vltima superficies  
corporis ambientis? 401.

§. 1. Sententia asserens locum esse  
spatiū exponitur varie. ibi.

2. Quid sit spatiū imaginariū? 402

3. Quod fundan. ētum habeat in re  
spatiū; imaginarium? 405.

4. Locus vetus est vltima superfi-  
cies. 408. (lis: 411.

Quæst. 2. Vtrum locus sit immobi-

§. 1. Cœclusio affirmativa certa. ibi.

2. Variè exponitar loci immobili-  
tas. ibidem.

3. Expositio S. Tho. & difficultates  
circa eam. 413.

4. Rolutio, & opinionum cōcor-  
dia. 415.

Quæst. 3. Vtrū lac⁹ sit unius perse;  
& in quo genere collocetur? 417

§. 1.

# Index questionum lib. 4.

639

- §. 1. Ratio dubitandi pro vtraque parte. ibidem.
- 2. Locus est vnum perse. 418.
- 3. Est in genere quantitatis. ibi.
- Quæst. 4.** Vtrum corpora sint in loco per vbi intrinsecum; vel per præsentiam realiter distinctam à loco extrinseco? 421.
- Quæst. 5.** Vtrū omnia corpora sint actu in loco? 429.
- §. 1. De loco sublunari. ibi.
- 2. De loco ultimæ sphæræ. 430.
- 3. Vtrū sit in loco definitus? 433.
- Quæst. 6.** Vtrum duo corpora possint esse in eodem loco? 437.
- §. 1. Inquiritur causa incompositibilitatis duorum corporum. ibi.
- 2. Tractatur quæstio de potētia ab-soluta. 441.
- Quæst. 7.** Vtrum vnum corpus possit esse circumscripsiæ in duob' locis? 446.
- §. 1. S. Thomæ sententiæ cius ratio-ne probatur. 447.
- 2. Solutiones præcluduntur. 449.
- 3. Inconueniens ponderatur. 451.
- 4. Aliae rationes examinantur. 453.
- 5. Quid de corpore cum dupliquantitate? 454. (sit? 461.
- Quæst. 8.** de Vacuo an sit, & quid
- §. 1. Quid sit vacuum? ibi.
- 2. An possit dari vacuum simpliciter? 462. (cūn? 464.
- 3. Vtrū Angeli possint causare va-
- 4. Qua virtute moueantur cor-pora ne detur vacuum? 465.
- Quæst. 9.** Vtrum corpus in vacuo posset moueri? Et vtrum motus esset in instanti? 467.
- §. 1. Prior pars quæstionis dirimi-tur. ibidem.
- 2. An in vacuo motus esset in instan-ti? 469.

- Quæst. 10.** Vtrum tempus sit nume-rus motus secundū prius, & po-steriorius? 471.
  - §. 1. Exponitur definitio temporis. 472.
  - 2. An tempus sit quantitas conti-nua? 473.
  - 3. Vtrum formale temporis sit ali-quid rationis? 475.
  - Quæst. 11.** Vtrum sit tantum vnum numero tempus? 477.
  - §. 1. Tres sententiæ referuntur. ibi.
  - 2. Resolutio in fauorem secunda-sententia. 478.
  - Quæst. 12.** Quæ sint illæ, quæ tem-pore menturantur? 481.
  - §. 1. Certa præmittuntur. ibi.
  - 2. Dubium de substantia corrupti-bili. 482.
  - 3. Resolutio ex mente D. Th. 484.
  - Quæst. 13.** Vtrū tēp' distinguatur à motu; & duratio à re duratè? 485.
  - §. 1. De duratione rerum permane-tium. 486. (stans? 495.
  - Q. 14. Vtrū tēp' tātū existat per in-
  - §. 1. Vtrum sit idem nunc in toto tem-pore? ibi. (dubium. 497.
  - 2. Distinctio præmisita, resolutio-
  - 3. An tempus tantum existat per in-stans? 499.
  - 4. Probatur sententiæ opposita. 501.
  - 5. Ex D. T. argumēta solvuntur. 503.
- L I B R I Q V I N T I P H Y S I C O -**
- rum summa. 505.
- Q** Væst. 1. Vtrū ad tria tātū predi-camēta sit perse mot⁹? 510.
- §. 1. Quid sit motus strictè sumpt⁹. Ibidem. (motus? 514.
2. Vtrum ad qualitatē detur perse
3. De Qualitate, & Vbi. 516.
4. De Prædicamentis ad quæ non datur perse motus. 517.

Quæst.

# Index Questionum lib. 6, 7, & 8.

Quæst. 2. De unitate motus specifica a quo sumatur? 520.

Quæst. 3. A quo sumatur unitas numerica motus? 523. (t. Ibi.

§. 1. Tria requiruntur ad unitatem mo-

2. Vtrum requiratur unitas (patij, & unitas efficientis? 525.

Quæst. 4. de contrarietate motuum. 526.

## LIBRI SEXTI PHYSICORUM SUMMA. 528.

**Q**uest. 1. Vtrum continuum cōponatur ex solis indivisiibilibus? 535

§. 1. Status questionis. Ibi.  
2. Vera sententia authoritate probatur. 537.

3. Prima ratio Philosophi, ex eo quod indivisibile additum indivisibili non facit maius. 540.

4. Alia ratio Philosophi 543.

5. Vrgetur ratio de velocitate motus. 544.

Quæst. 2. Vrum in continuo dētūr partes actū infinitæ? 548.

§. 1. Duæ oppositæ tententiae. Ibi.

2. Præmittuntur nonnulla pro decisione: & continui partes aliquotæ, & proportionales declarantur. 550.

3. Questionis resolutio. 553.

Quæst. 3. Vtrum in continuo dentur indivisiibilia? 555.

§. 1. Sententiae oppositæ. Ibi. (556.

2. Dantur indivisiibilia terminativa.

3. Admittenda sunt indivisiibilia terminativa. 559.

4. Quid sint indivisiibilia? 560.

5. Non dantur indivisiibilia substantia. 562. (ueri; ibi.

Quæst. 4. Vtrum indivisibile possit mo-

Quæst. 5. De modo inceptionis, & delitionis rerum. 568.

§. 1. Termini exponuntur, & status questionis. Ibi.

2. De successiuis. 569.

3. De incepcione, & desitione permanenti. 572.

Quæst. 6. De terminis magnitudinis, & paruitatis rerum naturalium. 574.

§. 1. Termini declarantur, & certa præmittuntur. Ibi. (sece; 577.

2. Vtrum viuentia terminentur intrinsecus?

3. Vtrum non viuentia habeant terminum intrinsecum magnitudinis? 579.

4. Vtrum in non viuentibus detur terminus paruitatis intrinsecus? 582.

## LIBRI SEPTIMI PHYSICORUM SUMMA. 585.

**Q**uestiones aliquæ alibi disputatae remittuntur. 588. (589.

Quæst. 1. Qua vi moveantur projecta?

§. 1. Necesitas impulsus. Ibi.

2. Qualiter et ceterum impulsus? 591.

Quæst. 2. A quo proueniat motus resilientia? 592.

Quæst. 3. Vtrum necesse sit mobile quiete in puncto reflexionis? 593.

Quæst. 4. Cur motus naturalis non ve locior in fine? 597.

## LIBRI OCTAVI PHYSICORUM SUMMA. 603.

Quæst. 1. Vtrum mundum frisse creatum initio temporis sit articulus fidei? 611.

2. De mente Aristotelis circa æternitatem mundi. 612.


3. Quid sit tenetum secundum catholicam fidem de productione mundi. 617.


Quæst. 2. Vtrum potuerit mundus esse ab æterno? 623.

2. Res permanentes potuerint esse ab æterno? 624.


3. Motus potest esse ab æterno. 628.

4. Qualiter generationes rerum corruptibilium potuerint esse ab æterno? 631.









8.897